Digitized by Google

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
5618
Digitized by Google

Hist. 3551

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. BERNARDI WITTII
HISTORIA
ANTIQUÆ OCCIDENTALIS SAXONIÆ,
SEU NUNC
WESTPHALIÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. BERNARDI WITTII
ORDINIS S. BENEDICTI
EX CELEBERRIMA A CAROLO MAGNO FUNDATA ABBATIA LIESBORNENSI, SCRIPTORIS AB ANNO SALTEM MCCCCLXXX USQUE AD ANNUM MDXX COÆVI

HISTORIA
ANTIQUÆ OCCIDENTALIS SAXONIÆ,
SEU NUNC
WESTPHALIÆ,
CUI ACCEDUNT APPENDICES QUÆDAM
DE BELLO SUSATENSI ET MONASTERIENSI: DE ORTU, ABBATISSIS ET ABBATIBUS MONASTERII LIESBORNENSIS: AC DENIQUE DE PRINCIPALIORIBUS ORDINIS S. BENEDICTI SCRIPTORIBUS.

EX AUTOGRAPHO AUTHORIS FIDELITER TRANSSUMTÆ, AC NUNC TANDEM AD MULTORUM INSTANTIAM PRIMUM IN LUCEM EDITÆ.



CUM INDICE LOCUPLETISSIMO.

MONASTERII WESTPHALORUM,
TYPIS ANTON. WILH. ASCHENDORF, TYPOGRAPHI ACADEMICI. MDCCLXXVIII.
LIPSIÆ, PROSTAT APUD PHILIP. HENR. PERRENON BIBLIOPOLÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

TYPOGRAPHUS LECTORI.

Hiſtoriam Weſtphaliæ, R. P. Bernardi Witte ſeu Wittii manu & induſtria exaratam ac tertio jam ſæculo domeſticos inter parietes latitantem, primo præli beneficio tibi, Lector benevole! exhibeo. Conatus hósce, quantumvis exiguos, eò propenſiore animi affectu in me ſuſcepi, quo ferventiori aliorum etiam Academicorum, quorum conſilia ceu juſſa declinare non poteram, deſiderio exoptatos novi; maximè cùm autographi ejusdem etiam a quibusdam hiſtoriæ Weſtphalicæ ſcriptoribus in typis mentio & uſus fiat. Natus eſt Wittius noſter Lipſtadii Comitatûs Lippienſis. Vide pag. 394 *A. In antiquiſſima Abbatia Liesbornenſi tyrocinium Ordinis poſuit anno* 1490. *Vide pag.* 587 *B. Scripſit Hiſtoriam hanc poſt annum* 1512 *Vid. p.* 81 C. *circa annum* 1517. *Vid. pag.* 409 *A. Scribere & vivere deſiit anno* 1520 *Vide pag.* 677 C. *Manuſcriptum Authoris etiam quoad literam ſecutus, non mutavi niſi apertos calami errores, abbreviationes & pro verborum exigentia e ſimplex in diphtongos æ vel œ, item pro faciliori modernorum lectione xpti vel xptiani &c. in Chriſti vel Chriſtiani &c. additis etiam ex penu meo, præter ſignaturas ac titulos libris præfixos, notis marginalibus. Utere proinde, Lector honoratiſſime! iſthac quantulacunque opella mea, méque favori tuo ampliùs recommendatum habeto. Tuum de cætero erit, triticum a zizania, verum a falſo, eventus certos a fabulis ſecernere, & ex coævis ac genuinis aliorum fontibus haurire; præſertim dum ſtudii diplomatici, in patria noſtra ad perficiendam hiſtoriam deſideratiſſimi, apertis archivis, opportunior ſe tandem offerret occaſio. Eſt autem autographum tenoris ſequentis:*

BER-

Digitized by Google

BERNARDUS WITTIUS LISEFONTANUS
LECTORI SALUTEM!

C Weſtphalorum, hoc eſt antiquorum Saxonum, geſta me ſcribere cupientem etſi gentis meæ amor mentem elevat, timor tamen deprimit nova meditantem, deſiderium quidem habens, ſi perficere poſſe accederet; non enim latet, difficillimam provinciarum eſſe deſcriptionem, quando & autores ipſi, quos imitari oportet, non ſolùm varii, verùm etiam inter ſe contrarii & magnopere diſſentientes inveniuntur, & ipſarum provinciarum limites pro dominantium autoritate & potentia ſœpe numero commutantur. Nam provinciæ quædam, quæ quondam latiſſimæ fuêre, ætate noſtrâ aut extinctæ ſunt, aut permodicæ; contra verò, quæ vel nullæ vel modicæ extiterunt, nunc latiſſimæ florentiſſimæque videntur. Virtus quippe Principum gentíſque induſtria, ſubtractis finitimis populis longos alioquin ſinus (*incolentibus*) terminos ſuos longè latéque protendit. Retrahit & animum, quod peſſimè de Weſtphalis veteres ſcripſêre hiſtoriographi, ac ſi ea extra orbem jaceret natio; nec id mirum, porro cùm nec de ipſis Germanis niſi vel perpaucis loquuti ſint: cùm certè non videamus provinciam eſſe, quæ computatis omnibus Germaniam ſuperet, quæ etſi quondam intra mare & Danubium rursúmque intra Rhenum & Albim continebatur, nunc plus nacta eſt in Galia, Rethia, Norica, Sarmantia ſeu Sithia, quam quidem

Digitized by Google

dem antea intus habuit. Quam mutationem religio ipſa Chriſti perfecit, quæ omnem ab ipſis Germanis barbariem expulit. Haud tamen hic me timor opprimat, nitor: verùm omnia labor improbus vincat, laboro, ſimplicis oculi puritatem cœcutientium luminum tenebris præferens magìs, ymmò cum Hiſmenide mihi ipſi canens, ſi aures ſurdæ ſint cæterorum; non enim reor gentis meæ geſta parte vel ex minima ſcripturus quempiam offendere ſtili humilitate, cùm nulli grandia ſcripturo iter obcluditur. Offerat alius gemmas, aurum, biſſum & ſericum, michi ſufficit caprarum pilos in Domini tabernaculum offerre; nec latratus canum vereor, nec zoyli cujuſpiam livorem: degenerantis enim eſt, ſcio, inſultare minoribus. Peregrinum pauperem canis infeſtat, macrumque muſca ſtimulat bovem. Ego cum larvis pueros contendere ſciens, majores perpendo, qui vix ſine reprehenſione evaſerunt. Reſurgat Homerus, reviviſcat Virgilius, redeat ab inferis Cicero, non modò non laudatores ſed & æmulos & obloquutores invenient. Verùm de hys ſatis. Igitur Weſtphalia, de qua ſermo redit, ab occidente Rheno clauditur & Viſurge ab oriente, quam Weſeram hodie vocant: â ſeptentrione Friſiam habet & Trajectenſium terram, meridiem Haſſiæ montes excipiunt, quos Anabos Ptolomæus appellare videtur; ex quibus Amaſis fluvius oritur, mediam fermè provinciam interſecans & per Friſiam defluens fertur in mare. Verùm quomodo hujus terræ cultores vocaverit antiquitas, difficile dictu eſt, diſcordantibus authoribus: Strabo vicinos Rheni accolas hoc loco Sagumbros appellare videtur, qui duce Melone cum Romanis bella gessêre, victíque, datis obſidibus, pacem obtinuêre, quamvis calcatâ fide & perditis obſidibus rebellârint, Ptolomæúsque â parte ſeptentrionali Germaniæ circa Rhenum fluvium Buſſatores habitare tradidit, per nos appellatos Sicambros, Oquenas & Longobardos. Invenio apud Strabonem, circa Amaſim fluvium Bruteros habitâſſe, quos Druſus navali bello ſuperavit. Ego hos Saxones fuiſſe & eſſe puto & ob terræ ſitum Weſtphalos â parte occidua nuncupatos. Vale.

BER-

BERNARDI WITTII
EPIGRAMMA AD LIBRUM.

Saxonicum nomen habuit gens Weſtphala quondam
    Nomen ab occidua ſed modo parte tenet.
Et Grayæ gentis fuit hæc generoſa propago
    Marpeſiæ è ſaxo quam tulit unda rathe.
Mavortis populus quondam fuit ipſe Sicamber;
    Carolus hunc Chriſti legibus enſe tulit.
Enſe tulit variâ ſorte & diſcrimine multo
    Dum triginta tribus annis in armis erat
Non fuit in Francos bello hoc atrocius unquam
    Bellum, ſex luſtris ipſa machæra ſævit
Vix fuit in toto bellis gens aptior orbe
    Pernicioſa quidem relligione ſacer
Vix gens támque brevi tantùm profecerat unquam
    Ut Chriſti ſacris iniciatus erat
Hujus geſta cupis quiſquis cognoſcere gentis
    Candide ſubſcriptum perlege Lector opus
Quod tibi Bernardus collegit undique ſparſum
    Atque huc congeſtum reddidit inde librum
Lippia quem genuit, aluit monachum Liſeburna
    (Sub Benedictina relligione) domus.

BER-

Digitized by Google



BERNARDI WITTII LIESBORNENSIS

HISTORIA

ANTIQUÆ OCCIDENTALIS SAXONIÆ SEU NUNC WESTPHALIÆ.

LIBER I.

Cum poſt fabricam ornatúmque mundialis machinæ homo, quem rectum immaculatúmque Deus fecerat, humanumque genus, libidinibus depravatum, peccatis obſorduiſſet, continuò injuſtam licentiam juſta punitio ſubſecuta eſt. Reverſo enim ſub Noe in omnem terram mari, immiſſóque diluvio, cùm toto orbe contecto unum ſpatium eſſet cœli ac pelagi, humanum genus univerſum paucis in archa (fidei ſuæ merito ad ſubſtituendam originem) conſervatis, is qui plaſmavit, delevit. Noe quippe tribus cum pignoribus ſuis Cham Sem & Japhet uxo-

Generationes Noe.

Digitized by Google

A uxoribúſque eorum in illo hominum genere juſtus duntaxat repertus eſt. Quibus ex rebus ſolus cum familia ſua uxore ſcilicet & filiis nuribúſque ſuis è tanta clade diluvii ſuperſtes manſit, quorum ex ſemine omne hominum genus natum eſt, dicente Domino: *creſcite & multiplicamini & replete terram.* Unde, ut Philonis hiſtoria tradit, Noe antequam è vivis tolleretur, fuiſſe ſeminis ſui ſuperſtites 19000 viros numero. Hæ autem, ut ex Geneſeos libro colligimus, ſunt generationes Noe: Sem, Cham & Japhet, è quibus duæ & ſeptuaginta prodiêre gentes. De Sem quidem primogenito & omnium patriarcha viginti ſeptem, de Cham duæ & triginta, de Japhet quindecim generationes proceſſère. Qui diviſum inter B ſe orbem terrarum poſt Babilonicæ turris conſtructionem linguarúmque confuſionem inhabitare ceperunt, & ex his qui ab illis orti ſunt, alias alias terrarum oras veluti in colonias profecti occuparunt, atque ita factum, ut non ſolùm gentes populique, quorum conditores fuerunt, ab eorum ſunt nominibus appellati, ſed pleræque etiam urbes inde nomen ſortitæ. Verùm barbaram Græci vocem averſati aut illam ex integro commutârunt, aut magna ex parte inverſam, ut â priſca voce multum diſcreparent, effecerunt. Qua de re tamen adhuc quaſdam ſcimus, quæ veteri opiniori aſtipulantur, in Phenicia C Thirum, Tarſum in Silicia, in Cypro Cethim & alia, in quibus referendis Joſephus Judæus majorem in modum eſt occupatus, adjicit Medos, Armenios, Hiberos, Capadoces, Paphlagonas, Phriges, Pamphileos, Ciliceos, Paleſtinos, Sabeos, Syros & ad meridiem Ægyptios Arabes & Mauros. Quæ ſanè nomina ſunt ab ipſarum gentium conditoribus abs Noe prognatis. Orbis itaque terrarum univerſus in quinque diſtinguitur partes, quas Zonas vocant, media Solis torretur flammis, ultimam autem continuum infeſtat gelu, duæ ſunt habitabiles, quæ inter exuſtam & rigentes ſunt, alteram autem, â quibus incolatur, nullis unquam licuit cognoſcere, tametſi noſtra ætate ultra torridam Zonam inſulæ quædam ab Hiſpa-

Diviſis globi terraquei.

Hiſpaniorum Regibus laboriſſimè inventæ ſint, verùm interjectâ torridâ utrique generi hominum commercium ad ſe communicandi hactenus denegatum ſit. Solam ergo ſuperiorem dudum inhabitatam novimus, eam videlicet, quæ inter Septentrionem & æquinoctialem circulum, vel ut alii volunt, inter Tropicum æſtivum & circulum arcticum ab omni, quale ſcire poſſumus, hominum genere ſemotum. Hæc ergo ab ortu porrecta ad occaſum longior eſt, quàm ubi latiſſima. Quo palam fit, quantum hinc vapor abſtulerit, illic rigor addiderit. Ea igitur tres in partes ſecatur, Aſiam, Affricam & Europam, partitione tamen inæquali: Aſia enim per Orientem â meridie usque ad Septentrionem pervenit, Europa verò â Septentrione ad Occidentem & inde Affrica usque ad meridiem, ſicque medium ſola tenet Aſia, medium verò Europa & Affrica, quæ ideo duæ factæ ſunt, quia inter utramque ab Oceano mare magnum, quod eas interſecat, ingreditur. A B

Aſia itaque bipartita eſt; nam major a meridiem per orientem usque ad Septentrionem protenditur, terminos habens â meridie Nilum, â Septentrione Thanay. Tribus hanc partibus tangit Oceanus, & qui ab Oriente fons, â meridie Indicus, â ſeptentrione Sciticus appellatur. Habet hæc inter cæteras provincias Indiam, in qua ſunt Indus & Ganges fluvii permaximi, Arachoſia provincia, Paroponiſade, Dragiana, Gedroſia, Aria, Carmania, Perſia, Suſiana, in qua eſt civitas Suſa nobiliſſima, Babilonia, Meſopotamia, Arabia, Aſſiria, Bactria, Caldea, Capadotia, Media, Partia, Sodoma & multæ provinciæ aliæ, populique multi. Minor autem Aſia mediterraneo mari cingitur, & Frigiâ & Liciâ concluſa terminatur. Habet autem â ſeptentrione Bitiniam, ab occaſu Propontidem, ab oriente Niam, in ea ſunt Gallacia, Bitinia, Licaonia, Paphlonoia, Miſia, Caria, Lidia, Licia, Pamphilia, Phrigia, Cicilia, Rodus & Ciprus. Quæ olim Aſia appellabatur, nunc Turchia eſt appellata. In ea Joannes evangeliſta primum evangelium Aſia. C

A prædicavit. Dicta autem eſt ab Aſia muliere, quæ apud antiquos totius Orientis regimen tenuit.

Africa. Africa pars altera orbis eſt ſic nominata quaſi aprica, quæ ſit aperta cœlo vel Soli & ſine horrore frigoris. Alii autem Affricam dicunt appellari ab uno de poſteris Abrahæ ex Cethure, qui vocatus eſt Afer. Incipit autem â finibus Ægipti, pergens juxta meridiem per Europam usque ad Adlantem montem; â ſeptentrionali verò parte mediterraneo mari conjuncta clauditur & in Gaditanum ſinum finitur, habens provincias Libiam Sirenenſem, Penthapolim, Tripolim, Biſantium, Carthaginem, Numidiam, Maritaniam, & circa ſolis ardorem Æthiopiam.

Europe. Europa demum totius orbis pars tertia ab Europa fœmina, Ageneris Libiæ Regis filia ſic nuncupata, quam Plinius ſcribit B altricem fuiſſe victoris omnium gentium populi, longéque terrarum pulcherrimam. Incipit autem â flumine Thanays, quem Ryphei montes Sarmatico merſi Occeano fundunt & per ſeptentrionalem Occeanum usque ad fines Hiſpaniæ vadit. Terminos habet ab Oriente ipſam Thanaym & Pontum, â meridie mare ipſum, â ſeptentrione & occaſu occeanum. Gentium prima eſt Sithia ſeu Sarmatia, quam fluvius Thanays C ab Aſiæ Sithia dividit. Hanc plerique Ruſſiam ævo noſtro dicunt. In ea regiones ſunt Alania, Datia, Gothia, Amaſonia, Boriſtenes, Eſidones, Hiperborci, Laurodii, Maſſagethæ, Neuri, Nomades, Satharchæ, Sauromatæ, Sathochauri, Tiſſagetæ aliique populi, quorum natio ex Mogog Noe nepote ortum habuit. Sub Thenao, quo etiam & Thanais fluvius nomen accepit, primum regium nomen accepit. Ad oram verſus Ponti Europa Miſſiam ſuperiorem, nunc Serviam, & inferiorem nunc Boſniam & Bulgariam habet, inde Ungariam intra Danubium quatuor apes. Poſt hæc Walachiam regionem admodum lætam. Deinde ſequitur Tracia, Conſtantinopolis totius Græciæ caput, in qua dixerſæ regiones ſunt; Macedonia autem his eſt proxima, cui ſubſequitur Peloponeſis ſeu Morea, poſt cujus provincias per anguſtias Iſthmi fluminis oc-

currit

Digitized by Google

currit Epirus, Albania, Illirica, Dalmatia, Croatia, Hiſtria. A
Ultra Danubium verſus ſeptentrionem eſt Germania maxima usque ad occeanum variis populis & regionibus diſtincta. Ultima terrarum verſus Occeanum eſt Hiſpania, quæ in plures dividitur partes & populos, videlicet Bethica, quæ eſt Granata, quam ævo noſtro Fernandus Hiſpaniarum Rex à Mahumetico jugo liberam Chriſti fidei ſuóque imperio ſubjugavit. Hinc Gallatia, quæ nunc Portugallenſis regio eſt; Luſitania, Navarra regnum per ſe, Tharocania & Cartaginenſis ac Celtiberi & Vaſcones populi. Ultimo loco eſt Italia, in qua eſt Roma, Neapolis, Florentia, Venetia, Mediolanum & Genua præſtantiores urbes & regionum capita, quas ipſi in ſexdecim regiones dividunt. B

Germania itaque, ùt dictum eſt, Europæ eſt regio poſt Scytiam inferiorem inter Danubium Renúmque fluvios atque Occeanum concluſa, à ſeptentrione & occaſu Occeano jungitur, ab ortu verò Danubio, à meridie Reno finitur. Hæc quippe in duas dividitur partes: ſuperior habet Saxones à Gallis Reno diviſos, ubi Occeanum influit, cum quibus ſemper quaſi bello contendit, ubi & Sleſia & Prutia, Friſia, Hollandia, Selandia, Flandria, Vindelicia. Cymbri Cambri & ultra Renum maximum Germaniæ amnem à Galia multis regionibus & populis diſcreta. Dein Bavaria, quæ ad ortum æſtivum à meridie Franconiæ proximat, Auſtriæ quoque, quæ quondam Pannonia ſuperior dicabatur, ſed & Swevia, cujus gentes Swiceri ſeu Helvecii appellantur. Dein Bohemia, Alamannia ac ſecus Lemni fluenta eſt Curumania & aliæ nationes multæ. Inferior autem Germania ab Albeo flumine ad Occeanum protenſa eſt, quæ circa Benum conſiſtit. In ea ſunt Albia, Dania, Ruſſia, Marchimonia & aliæ multæ nationes; ferunt autem univerſam Germaniam quinquaginta quatuor gentes inhabitâſſe, quarum etiam quarundam immanitas in ipſis vocabulis horrorem ſignificare viſa eſt.

Germania. C

Saxonia. Saxonia verò Germaniæ haud ignobilis provincia eſt, à Saxonibus hominibus, ipſam provinciam inhabitantibus, nomen ipſum ſortita, non longè â Cymbris, ùt in libro ſecundo A ſcribit Ptolomæus, in Occeani ſeptentrionalis litoribus & paludibus inviis conſtituta. In ea viri bellicoſi ſunt virtute & agilitate abiles, qui ſcilicet Carolo magno annis triginta tribus variâ fortunâ bellum dederunt. Ipſa autem Saxonia bipartita eſt: nam ea, quæ ab Albeo fluvio ad Weſeram usque protenditur, orientalis nominatur; at ipſa pars, quæ â Weſera usque ad Reni fluenta porrigitur, occidentalis Saxonia appellatur, quam jam mutato nomine Weſtphaliam communiter dicimus.

Weſtphalia Eſt autem Weſtphalia nobilis admodum Germaniæ provincia, Archiepiſcopo Colonienſi magna ex parte ſubjecta, quæ ab B Occidente Sybene fluvio clauditur, ab Oriente Weſerâ terminatur, â Septentrione Friſiam & Trajectum habet, meridiem Haſſiæ montes excipiunt. Eſt autem provincia non vinifera ſed virifera, non ex Galliæ vindemiis ſed Cereris ex arvo corruptæ potus adminiſtratur, eò altiùs â Deo primo Creatore omnium privilegiata, quo pretioſiora clenodia eccleſiæ mundóque transmittit. Ambitus ejus quaſi rotundus circumfertur, cujus diameter quinque dietarum metitur: nam Saxonibus contiguis vergit ad Haſſiam, deinde ad Weſterwaldam, hinc ad ducatum Montenſem ſupra Renum ſitum, dein ad ducatus C Gelriæ & Clivenſis ſe mutuò complectentes, hinc ad Twentam Drentam Friſiámque, ac demum ad Saxoniam occidentalem iterum pergit. Habet autem Epiſcopatus quatuor, Monaſterienſem, Oſnaburgenſem, Padeburnenſem & Myndenſem, Ducatus ab olim duos, Angariæ & Weſtphaliæ, Comitatus domúsque illuſtres plures, ſcilicet Lippenſem, Tekenburgenſem, Markenſem, Waldegenſem, Spegelburgenſem, Dinslakenſem, Oldenburgenſem, Deiffoldenſem, Ravensburgenſem, Limburgenſem, Arnsburgenſem, Rethburgenſem, Stromburgenſem, Burenſem, Reclinkhuſenſem, Ludinckhuſenſem, Steynfordenſem, Hoſtmarienſem, cæterum Comites de Benthem

Digitized by Google

A

them, Borchloe, Brunckhoſt, Ahus, Gemmen, Diſſen, Cappenberg, Papberg alióſque nonnullos, qui quondam uno ſub Principe confæderati tenebantur. Habet item hæc provincia fontes ſalis, montes fertiles, gurgites piſcoſas, terram uberem, metallis abundantem, fructibus, glandibus, nucibus, pomis, porcis, etiam feris ac pecudibus & jumentis refertam. Habet militiam copioſam ac mirabiliter animoſam, civitates fortes & munitas, caſtra fortiſſima & in montibus & in planis conſtituta. Ad hanc ab idololatria ad Chriſti fidem convertendam Egiſtus unus è ſeptuaginta duobus Domini diſcipulis â B. Petro miſſus legitur, ubi quidem, dum primùm prædicationem cœpit, Saxonum corda ſaxea reperiens, ſibi ſolum fructificans martyrium ſuſtinuit, cujus reliquiæ usque hodie Barderwick prope Lunenburg oſtenduntur. Fuit autem quondam hæc civitas glorioſa; verum anno Domini 1188 per Henricum Saxoniæ Ducem ſine læſione tamen Eccleſiarum penitus deſtructa, prout infra ſuo loco dicetur.

B

Egiſtus ex diſcipuli Domini primus Apoſtolus Weſtphaliæ.

Et quoniam omnes propemodum tam apud Græcos quàm apud Latinos ſtudioſi ad ſcribendum viri, qui res geſtas Regum populorúmque ob diuturnam memoriam verbis propagârunt, initium ſcribendi (teſte Oroſio) â Nino Belis filio Aſſiriorum Rege fecerunt, tribus millibus centum octaginta quatuor (ùt quidam volunt) annis (qui ab Adam primo homine usque ad hunc Ninum magnum, quando natus eſt Abraham) vel omiſſis vel ignoratis ſumunt, ſtatui & ipſe mecum non ab initio mundi ſed ab Noe omnium Patriarcha hujus operis exordium ſumere. Habuit itaque, ùt dictum eſt, Noe filios tres: Cham, Sem & Japhet. Cham verò genuit Chus, â quo, autore Joſepho, Æthiopes fuêre, qui primùm a ſemetipſis & Aſianis Chuſci vocabantur, inde Æthiopes ab Æthiopo Vulcani filio, qui ipſis diu præfuit, nomen ſumpſêre. Chus autem genuit Nemroth, qui cepit potens eſſe in terra, primúmque ſibi regum nomen uſurpavit; fuit enim gigas permaximus, vaſtiſſimo quidem corpore, cùm haberetur audaciſſimus

C

Generationes Cham.

&

A & fortiſſimus inter omnes filios, tyrannidem apud Babilonios exercere cepit. Is Belum (quem Aſſirii Saturnum Deum nominavêre) genuit filium, qui primùm apud Aſſirios regnare cepit anno hujus mundi 2920, qui dum poſt LXXV ſui regiminis annos â filio Nino ſe ſubſequente ſepulturæ traditus fuiſſet, procurante filio, in ſimulacro Divinis honoribus honeſtatus eſt. Ninus igitur, uſurpato ſibi regno, primam ex Caldeis conjugem regni ac thori ſibi conſortem aſſumpſit, ex qua Trebetam filium accepit; poſt hanc Semiramidem ex Japhet tribu accipiens bellum finitimis conferens omnes Aſiæ

Ninus.

B populos præter Indos ſibi ſubjugavit ac poſt quinquaginta duos annos unà cum regno vitam finivit, relicto aduc impubere filio, Nino nomine, & uxore Semiramide. Verum mulier cordata nec inmaturo puero imperium auſa tradere, nec ipſa palam tractare tot ac tantas gentes, vix uni viro nedum fœminæ parituras!, ſimulat ſe pro uxore Nini filium, pro fœmina puerum; nam & ſtatura utrique mediocris, & vox æquè gracilis & liniamentorum qualitas matri & filio ſimilis erat; brachiàque & crura veſtis virilis, caput verò tyara tegebat, & ne fortè habitu novi aliquid occultare videretur, etiam

Semiramis.

C eodem ornatu & populum veſtiri jubet. Quem morem veſtis exinde gens illa univerſa tenet. Verùm primis in annis ſexum mentita puer eſſe credita eſt. Magnos denique res geſſit, quarum amplitudine ubi invidiam putat ſuperatam, quæ ſit, fatetur, quémque ſimulaſſet, Sed hoc illi dignitatem regni non ademit, magis verò admirationem auxit, quandoquidem mulier modò non fœminas virtute ſed etiam viros anteiret. Nec eſt contenta mulier virilis animi terminis, quos acquiſitos â viro ſuſceperat, ſed Æthiopiam bello preſſit & Indis bellum intulit, quos præter illam nullus antè ſubegerat. Hæc quoque Babiloniam civitatem antiquam ædificavit, eámque muro circumcedit, & ut eſſet caput regni Aſſiriorum, conſtituit. Erat quippe mulier armis potens, animo virilis; unde, Valerio teſte, cùm circa capitis ſui cultum occuparetur, nuntiatúmque

eſſet,

Digitized by Google

eſſet, Babiloniam defeciſſe, alterâ parte crinium aduc ſolutâ, ad eam expugnandam cucurrit, nec primum pilorum decorem in ordinem quàm tantam urbem in poteſtatem redegit. Unde ſtatua ejus ibi poſita fuit in ipſo habitu. Erat autem lubrica admodum & ſanguinem ſitiens, & cum omnes, quos concubitu oblectâſſet, occidiſſet, tandem Trebetæ filio flagitioſo concupitu impiè aſtricta, ùt quidam volunt, inceſto cognito, pronatam ignominiam publico ſcelere contexit: præcepit enim, ut inter parentes & filios, nullâ delatâ reverentiâ naturæ, conjugiis appetendis, cui libitum eſſet, liberum fieret; vel veriùs, ut alii affirmant Juſtinúsque teſtis eſt: cùm filii concubitum petiſſet, ab eodem interfecta eſt: abhorrens enim hujusmodi facinus, tam multis ſibi conſentientibus, Trebeta, navi conſcenſa, fugam meditari cepit, apud alios malens exilium pati, quam impudicis novercæ amplexibus polui. Ventis itaque vela datis, ex Aſia in Europam profectus, id eſt, per mare in Renum ac deinde per Moſelam in valle pulchra Galliæ conſedit. Delectatus itaque loci amœnitate ſiſtere ibi gradum ſtatuit, ſicque primam ibi Europæ civitatem ac totius tunc caput Galliæ Belgicæ, jactis fundamentis fundavit, quam etiam ſuo ex nomine Treverim appellavit. Ubi ordinatis officialibus populique judicibus primam Europæ policiam conſtituens primùm regnavit. Quod ipſum etiam atteſtatur Godfridus Viterbienſis in ſuis hiſtoriis dicens, Treverim a Trebeta Nini Aſſiriorum Regis germano ex Aſſiria a Semiramide Regina pulſo in Germaniæ finibus conſtructam eſſe. Nino quippe magno impubere filio derelicto Semiramis uxor privigni Trebetæ ſuſpicione ducta, eidem inſidias parare cepit; quam ob cauſam etiam non laceſſitus è regno cum magno Aſſiriorum agmine ſeceſſit, qui poſt multos errores multóſque viarum anfractus in Belgiam Galliarum provinciam tandem pervenit & haud longè a Renó fluvio loco feraciſſimo conſidens, ibidem etiam loco natura munito urbis hujus fundamenta jecit & a ſe Treverim nominavit, quam poſtmodum Julius

A

B

Trebeta vel Trebeta.

Treviris civitas prima Europæ conditur.

C

A Cæſar cum univerſa provincia, trajecto Reno flumine, ſubjecit, cui & vice Conſulum Quæſtorem dedit, qui usque ad imperii inclinationem ibidem perſtiterunt. Hujus civitatis Archiepiſcopus potentiſſimus e ſeptem electoribus Imperatorum dignior habitus eſt. Hujus urbis cives ob Germaniæ vicinitatem Germanica utuntur lingua, ab eisdem cultu & exercitu & quadam in bellis ferocitate non multum differunt, quæ quanta qualisque fuerit, ex ipſa ruina ſua liquido probari poterit. Monſtratur ibi palatium miri operis, quod inſtar Babilonici muri ex cocto latere factum tantæ aduc firmitatis manet, ut non ſolum hoſtem non timeat, ſed nulla etiam operum arte frangi queat, porta quoque ibi oſtenditur, quæ ex incredibili lapidum magnitudine ferramentorum compacta, in

B ſuperficie ſua corpora B. Simeonis ac Venerabilis præſulis Popionis in eccleſia ab eodem Pontifice facta fovere cernitur. Extant etiam ibi antiqua nobilitatis monimentorum inſignia, ex quibus ante aliquot annos repertum & in lapide ſculptum infra poſuimus epitaphium:

Nini Semiramis, quæ tanto conjuge felix
Plurima poſſed.:, ſed plura prioribus addit,
Non contenta ſuis, nec totis finibus orbis
Expulit a patrio privignum Trebeta regno
Inſignem profugus noſtram qui condidit urbem
Treveris &c.

C Itaque Semiramis, cognita Trebethæ manſione, ſpe connubii claſſe adunata cum exercitu eo cite feſtinabat. Cui occurrens filius vario muſicorum genere concrepante quam ſuaviter ipſam excepit, ſimulans futuras ſe cum matre nuptias initurum, ſicque Semiramis, quæ vel privigni in mortem vel fugam venerat, ira delinita eſt. Una ergo dierum, dum veſperi filii amplexus ex matre uxor fieri optans clam in thalamo conſenſum ſperabat, gladio a filio interempta eſt, cum jam XXXII annis poſt Ninum regno potita fuiſſet. Liberatus itaque princeps Trevericus proceres, qui cum Semiramide venerant,

Semiramis occiditur.

corda-

cordatim, ſecum manerent, rogare exorſus facile perſuaſit. Quæ res ubi ad Aſſirios Babilonióſque pervenit, novarum, ut fit, rerum cupidi hinc inde multùm coadunati, mari rathe calcato, ſuos & concives & compatriotas inſequuti ſunt. Quorum dum fortunam vident, Trebetæ ac principum ſuorum juſſis parere ſtatuerunt. Ninus autem Semiramodis filius poſt mortem in regnum ſucceſſit Aſſiriorum, contentus elaborato a parentibus regno, belli ſtudia depoſuit, & veluti cum matre ſexum mutaſſet, raro a viris viſus in ſcientiarum turba conſenuit; cujus exemplum ejus poſteri proſequuti reſponſa gentibus per internuncios dabant. Adunatis igitur ſic ſic diverſis ex linguis unam in provinciam hominibus, theutonicam linguam, quam ceteris pluris habuit Trebeta, ab incolis ſervari *præ*cepit. Hujus autem loquelæ autorem dignum reor exponere: Beroſus, autore Joſepho, Caldæus inter cætera quæ ſcripſit, antiquorum quoque hiſtorias texuit. Is idem hiſtoriarum ſuarum libro primo ait: ante diluvium unus inter gigantes erat, qui Deorum venerатior & prudentior cunctis in Syria Noa nomine cum tribus filiis Samo Japeto Chem & uxoribus Tyrea magna Pondeca Nocla & Noegla, & cum omne genus aquis ſuffocatum eſſet, ipſe cum familia ſua, quæ navi erepta eſt, in Gordici montis vertice quievit, ſiccatoque ab aquis orbe, non fuiſſe niſi dictos octo homines in Armenia Saga teſtatur, & ab his omne genus hominum in terris ſeminatum, atque ab hoc Scitas recte dicere & appellare Noam omnium Deorum patrem majorum & minorum & gentis humanæ autorem, & chaos & ſemen mundi, Tytheam vero Arctiam id eſt terram, in qua chaos & ſemen poſuit & ex qua tanquam ex terra cuncti prodierunt, genuitque poſt diluvium filios plures, inter quos Thuiſconem Germanorum & Sarmatarum patrem, quem & in terræ partitione Europæ Sarmatiæpue præfecit. Tuiſcon erat, ipſo Boroſo docente, apud Sarmatas populos multos. Fuit idem Tuiſcon gigas, anno Nini quarto apud Renum Sarmatas leges docuiſſe traditur, genuiſſe-

A

B

Beroſi hiſtoria de Noë &c.

C

A nuiſſeque Mannum, qui Semiramidis anno ſexto regnavit apud Renum. Unde autumant a Tuiſcone **Tütſchen** nuncupatos eſſe. Poterit forſan ſic eſſe, meum autem non eſt in verba jurare magiſtri.

Primæ civitates in Europa conſtructæ.

Sicque Babilonii & Aſſirii paulatim temporum per incrementa ſupra modum multiplicati totius regionis provincias civitatibus ac munitionibus repleverunt. Primæ autem civitates ab ipſis conſtitutæ Treveris, Agrippina, Maguntia, Wormatia, Argentina & Baſilea fuiſſe leguntur, quarum civitatum caput & primiceria urbs ipſa Treverica fuit, ymmo inter B quinque Belgiæ provinciæ civitates primas videlicet Colonienſem, Maguntinenſem, Reinenſem, Prothomagenſem principatum dignitatis & antiquitatis obtinuit, cui & annale tributum in ſubjectionis argumentum coram idolo tunc inibi erecto obtulerunt, quod dum aliqui per ſeptennium facere detractârunt, fame tabefacti, Diis reſponſum dantibus, quia tributum negâſſent, famem acceſſiſſe, iterum litârunt, ac tributo reddito, famis periculum evaſerunt.

Colonia tur Agrippina dicatur.

Nec quenquam offendat, dum Coloniam ſub Trebeta ab Aſſiriis Babiloniiſque fundatam legerit, quaſi hanc Æneæ Trojani temporibus aut certè ab Agrippa Auguſti Cæſaris genere erectam, ſuóque nomine vocitatam ignoremus potuitque C Agrippa ex parva magnam facere, ſuóque nomine appellare, quod & Claudium Auguſtum poſtea feciſſe legimus, qui Swevis ab urbe expulſis, Ubiis ampliatam reſtituit ac ex nomine uxoris ſuæ Agrippæ nominavit. Potuit forſan Agripina urbs hoſtium expugnatione ùt cæterarum gentium opida contrita vel ab Agrippa vel â Claudio priſtinam in formam reſtituta reſtauratoris nomen accipere ac titulum Imperatoris tenere. Facit ad hoc, quod in una epiſtolarum Lucillio ſcribens Severa, quod Claudii & Neronis temporibus fuit Agripina cis Rhenum & Lugdunum Galliæ urbes ſua ætate fulminibus tempeſtatibúſque devaſtatas aſſerit. Unde & Sicardus Cremonenſis: Agripina, inquit, quæ nunc Colonia dicitur, inferioris

Ger-

Germaniæ Ubiorum urbs ad citerioris Rheni ripas ſita, temporibus Æneæ Trojani â quodam colono Trojano initium ſumpſit; ſed poſtea Claudii Imperatoris juſſu, qui Agripinæ maritus fuerat, ex Ubiorum populis â Swevis fugatis inſtaurata extitit, & ab Agripina uxore ex eorum propagine ducta appellata eſt. Quam urbem ſic conditam Ubii populi habitare ceperunt. Quæ civitas paulo poſt, cùm Romanorum ſocia eſſet, fatali igne conſumpta eſt, in qua capitolium & ædificia & ritus Romæ inſtar fuêre & adhuc nonnulla extant. A

Cur in antiquiſſimis hiſtoriis parum legatur de Germanis.

Ex hoc igitur Babiloniorum ſemine ne Germania modò ſed & magna Europæ pars abundantiſſimum paulatim manipulorum acervum collegit. Parum tamen admodum de Germanis ab eo tempore usque ad Trojani exitûs dies, ymmò usque ad Julii Cæſaris principatum apud autenticos ſcriptores reperies. Fecit hoc imprimis, quia tempore Romanorum Conſulum Germani aduc modici aut nullius fermè erant pretii, at ubi Julii Cæſaris imperio aliqualiter ſubjecta eſſe cepit, ſiquid fortè memoria dignum ab ipſis geſtum fuit, ſcriptores propter illarum gentium barbariem ſcripto mandare neſcierunt; ipſi autem nullos forſan ſcriptores ymmò nec literas habuerunt, quod tali argumento convincitur: Hebræorum lingua in Germaniam non venit, nec Græcorum quiſpiam ipſorum calluit: latinum hæ tantùm provinciæ nôrant, quæ Romanorum ſeſe jam jugo ſubjecerant, quod Octaviani Auguſti temporibus in Germaniam veniſſe primùm cum imperio ſcimus; ferunt tamen Plinium & Samonicum hiſtoricos aliqua de ipſis Germanis ſcripſiſſe, quæ antiquorum negligentiâ interiêre. Cornelius autem Tacitus de Germanis Legatis Romam tempore Pompei magni miſſis ſic inquit: intravêre Pompei theatrum; quo magnitudinem populi viſerent. Illic per otium, neque enim ludicris ignari oblectabantur, dum conſeſſum caveæ, diſcrimina ordinum, quis eques, ubi Senatus, percunctabantur, advertere quosdam cultu extraneo in ſedibus Senatorum, & quinam forent rogantes, poſtquam audie- B C

 runt

A runt earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitiâ Romanâ præcellerent, nullos mortalium armis & fide ante Germanos eſſe clamabant, degrediuntúrque & inter Patres conſidunt & comiter viſentibus excipiuntur.

Verùm ut eò propenſiùs propoſiti intentum proſequi contingat (non enim Coſmographiam, verum Geographiam Weſtphaliæ texere qualicuncque etiam ſtamine propoſui) utque Lectori ſcribendarum rerum ſeriem ſine laborintho faciliorem reddam, operæ pretium reor, temporum, regnorum, regum ac Imperatorum brevem præmittere cathalogum, ſicque clariùs eluceſcat hiſtoriæ gentis noſtræ ſeries uberior, quàm B lectoris intellectus ad capiendum ſcribenda exurgat. Igitur temporum ſupputatio juxta Euſebium talis eſt:

Temporum ſupputatio.	annis
Ab Adam usque ad Cathaclismum ſecundùm Alphonſum & Euſebium fuêre	2242
Secundùm Aurelium Auguſtinum	2262
Secundùm Hebræorum ſupputationem	1556
A Cathaclismo usque ad Abraham & ejus transmigrationem in Canaan	115
C Habitatio Iſraël in Canaan & Ægypto	430
Moyſes in heremo fuit	40
Joſue & qui poſt ipſum presbiteri	55
Judicum & pacis tempora	490
Sacerdotum & judicum	90
Regum Hebræorum	490
Captivitatis & deſtructionis Jeruſalem	70
Perſarum Regnum	230
Imperium Romanum usque ad Chriſtum	740
In ſe omnes anni ſunt	2750

Et quia toto genere humano diverſis erroribus obtenebrato ſolum Hebræorum genus inter tot tantósque errores ab uno voluptatis colle tanquam ydra in diverſa capite profuſos veram pieta-

pietatem ſequutum eſt, unum ſolum verum Deum, qui ſolus humanæ vitæ creaturarúmque omnium cauſa eſt, credens cæteris gentilibus ſaniùs ſapuit. Qua pietate veráque in Deum religione perpenſâ, Altiſſimi Sacerdotes, genus electum atque regium, gens ſancta aliiſque ſimilibus appellationibus digni viſi ſunt. Conſonum igitur eſt, & hos gentibus præferamus, primúmque cathalogi locum accipiant: A

Hebræorum Patriarchæ

		annis
Abraham - -		C
Iſaac - - -		LX
Jacob - -		CXXI
Et huic erant duodecim filii, qui ſunt capita duodecim tribuum		
Iſrael genuit ex Lia conjuge ſua	Ruben, Symeon, Levi, Judam, Iſachar, Sabulon	
ex Zelpha ancilla	Gad, Aſer	
ex Rachel conjuge	Joſeph, Benjamin	
ex Bala ancilla Rachelis	Dan, Neptalim	
Joſeph Dux Ægipti annis		LXXX
Hebræi ſerviunt in Ægypto -		CXLIIII

		annis
Hebræorum primi Duces	Moyſes -	XL
	Joſue	XXVII
Hebræorum Judices	Othoniel - -	XL
	Aroth - -	LXXX
	Barach - -	XL
	Gedeon - -	XL
	Abimelech -	III
	Thola - -	XXII
	Jair - -	XXII
	Jepte - -	VII
	Eſebon - -	VII
	Labdon - -	VIII
	Sampſon - -	XX
	Heli Sacerdos -	XI
Hebræorum Regni Reges	Saul & Samuel -	XL
	David -	XL
	Salomon -	XL

B

C

Diviſum eſt Hebræorum regnum in regnum Júdæ quoad duos tribus & regnum Iſraël vel Samariæ, quod erat reliquorum decem tribuum Iſraëlitarum

Reges

Digitized by Google

A Reges Iſraël

	annis		annis
Jeroboam - -	XXII	Joachab - -	XVII
Nadab - -	II	Joas - - -	X
Baaſa - -	XXIII	Jeroboam - -	XLI
Hela - - -	II	Zacharias - -	VI
Ambri - -	XII	Sellum -	dies III
Achas - -	XXXIII	Lanaen - -	X
Ochoſias - -	II	Pharcas - -	X
Joram - -	XII	Phare - - -	XX
Hieſu - -	XXVIII	Ozias - - -	VIII

B Hunc ultimum Regem cum multitudine decem tribuum traduxit Salmannaſar in Mediam ac Perſidem ac ultra montes Caſpios juxta fluvium Goſaym hæreditare fecit; genteſque ipſorum in locis conſtituit.

Reges Judeæ.

	annis		annis
Roboam - -	XVII	Achas - -	XVI
Abia - - -	III	Ezechias - -	XXIX
Aſa - - -	XLI	Manaſſes - -	LV
Joſaphath - -	XXV	Amon - -	II
Joram - -	VIII	Joſias - - -	XII
C Ochoſias - -	I	Joachab - -	XXXII
Athalia - -	VII	Joachim -	menſibus III
Joas - - -	XL	Jeconias vel Joakim -	XI
Amaſias - -	XXX	Achim - - -	III
Ozias - - -	LII	Sedechias - -	XI
Joathan - -	XVI		

Transmigratio Judæorum in Babilonem, ubi LXX annis ſub regibus gentium fuerunt. Verum poſt reditum Judæorum ex captivitate Babilonica fuerunt

Duces

Judas Machabæus annis	III	Symon -	annis VIII
Jonathas - -	XIX	Hircanus - -	XXVI

Inde

Digitized by Google

Inde ſequuti ſunt reges alienigenæ, quales fuerunt ſubſcripti: A

Reges Judæorum alienigenæ

Ariſtobolus -	I annis	Archilaus Dux -	annis IX
Jamnius - -	XVI	Herodes Tetrarcha -	XXIIII
Alexander - -	IX	Agrippa - -	VIII
Hircanus - -	XXXIIII	Agrippa Rex - -	IIII
Herodes Rex -	XXXVII		

Hebræorum regnum â Romanis eſt finitum. Agrippa quippe Agrippæ filius ultimus poſt XXII regiminis ſui annum cum bona Romanorum gratia deficiens regnum omne Senatui legavit, ſicque Judæorum regnum conſumptum eſt. B

Quatuor Monarchiæ.

Quatuor inter cætera mundi regna fuiſſe majora ne gentium modò ſed & ſacræ produnt hiſtoriæ ſecundùm quatuor mundi climata. Videlicet Babilonicum ab oriente, quod incepit a Nino tempore Abrahæ; Carthaginenſe â meridie, quod incepit tempore Judicum Tola duce, quando Carthago condita eſt: Macedonium â Septentrione, quod incepit ab Alexandro magno tempore Machabæorum: Romanum ab occidente, quod incepit â Romulo. Horum regnorum duo media minora, primum & ultimum majora longéque clariora proveniſſe cernimus, ut temporibus ita & locis inter ſe non convenientia atque diſtincta. Illud priùs in Oriente, hoc poſterius in Occidente ſurrexit. In fine illius initium fuit hujus; regna cætera cæterique Reges veluti appendices iſtorum ſunt. C

Aſſiriorum igitur regnum in Orientis plaga initium ſumpſit in quo regno primùm Belus Nemrothides, quem Aſſirii Saturnum Deum nominavêre obſcurè, quia primum dominium habuit. Regnavit anno mundi 2920 annis 65, cui ſucceſſit

Monarchia Aſſiriorum.

1. Ninus magnus -	52 annis	5. Arabus -	40 annis
2. Semiramis -	42	6. Xerces -	30
3. Ninus ſecundus	38	7. Armamitres -	38
4. Arnis -	30	8. Bellotus -	35

A	9.	Balcus -	52 annis	23.	Soſarius -	45 annis
	10.	Altadas -	32	24.	Mitreus -	19
	11.	Manitus -	30	25.	Thantanes -	25
	12.	Manchale -	30	26.	Thantes -	32
	13.	Iphereus -	20	27.	Thineus -	40
	14.	Manullus -	30	28.	Dercitus -	30
	15.	Sparetus -	90	29.	Empales -	40
	16.	Aſcades -	40	30.	Acoſtenes -	38
	17.	Amentes -	45	31.	Pyriciades -	45
	18.	Bolochus -	27	32.	Ophrateus -	30
	19.	Belopares -	30	33.	Ophiatens -	52
B	20.	Soſores -	32	34.	Accaſapes -	20
	21.	Lampades -	20	35.	Sardonapalus -	50
	22.	Pannius -	30			

Is Sardonapalus ultimus Aſſiriorum monarcha, vir omnium mulierum corruptor, totus vitioſus fuit. Repertus eſt ab Arbace Præfecto ſuo inter ſcortarum greges, purpuram colo trahens ſub muliebri habitu ejus fila partiens. Unde indignatus Arbaces, indignatique Principes ejus ipſum bello ſuperârunt, quod cernens ſe ipſum concremavit & ſic illud maximum regnorum finem ſuæ tantæ diuturnitatis accipiens ad Medos per ipſum Arbacem translatum eſt, poſtquam ſtetit annis 1305, ſupputato etiam Beli regno. Fuerunt tamen Reges C Aſſiriorum potentes ſinè monarchia usque ad deſtructionem Ninive, videlicet: Phul, Teglatphalaſſer, Salmanaſar, Sennacherib, Aſſaradon, qui recuperare volentes monarchiam non modicè perturbârunt terram. Arbaces autem natione Medus, regno Aſſiriorum in Medos tranſlato, deinde regnavit annis 28, ipſam etiam Orientis Monarchiam ſpe non re quidem ad Medos ſuos tranſtulit, quod poſtea Darius Rex perfecit. Regnavit autem, ut dictum eſt, apud Medos Arbaces primus, deinde hys, qui ipſum ſequuntur:

1.	Arbaces -	28 annis	3.	Medidus -	4 annis
2.	Soſtranus -	20	4.	Cardircas -	4

5. Dio-

5. Diocles	54 annis	8. Aſtriages	38 annis
6. Phraortis	6	In unum ſupputati ſunt	
7. Cyaxates	3	anni 259.	

A

Sed & Merodach Rex Babilonis primus formoſus receſſit à Monarchia, nec obedivit Regi Aſſiriorum. Unde Reges Babiloniæ ceperunt eſſe potentes usque ad Balthaſar. Fuerunt autem Merodag primus, Nabugodonoſor 2dus, Nabugodonoſor filius ejus 3tius, Evilmeradach 4tus, Reguſar quintus, Sebuſardach ſextus, Baltaſar ſeptimus & ultimus. Hic filios non habuit, & quia mater ejus Darii ſoror fuit, ideo præoccupavit Darius adjutorio Cyri regnum ejus & ſic Medorum regnum in Perſas tranſtulit. B

Monarchia Perſarum

Cirus	30	Xerces	2
Cambias	9	Sogianus	18
Tresmagi	7	Darius nothus	10
Darius	36	Artaxerces Mennon	40
Xerces	20	Artaxerces Ochus	4
Arthabanus	7	Orſanus	4
Artaxerces	40	Darius ultimus	6

Iſte Darius ultimus Perſarum Rex, cùm potentiſſimus eſſet, bellum cum cum Alexandro magno variâ fortunâ geſſit; auſus eſt enim à Græcis tributa expetere, quæ fuit cauſa deſtructionis totius monarchiæ Perſarum. Tandem ab Alexandro ſuperatus quinquies decies centena millia bellatorum amiſit, ipſéque à cognatis turpiter occiſus vitam pariter cum Perſarum regno finivit. C

Monarchia Grœcorum.

Sicque Alexander, Dario ſuperato, monarchiam in Græcos tranſtulit, qui tandem poſt multa glorioſè facinora patrata, hauſto veneno, anno ætatis ſuæ XXXII monarchiæ quinto Macedonum XII mortuus eſt, & quia liberos non habuit, monarchiam jam moriens ſociis diviſit, ita ut Ptolomæus Ægyptum, Seleucus Syriam, Philippus Macedones, Antiochus

A Aſiam, Traces & Licios haberet. Regnáruntitaque poſt Alexandrum:

In Ægypto

Ptolomæus Lachi -	40	Ptolomæus Evergetes -	20
Ptolomæus Philadelphus -	38	Ptolomæus Phiſcon -	17
Ptolomæus Evergetes -	26	Ptolomæus Alexander -	10
Ptolomæus Philopater -	17	Ptolomæus Cleop. fil. -	8
Ptolomæus Epiphanes -	24	Ptolomæus Dioniſius -	30
Ptolomæus Philom. -	25	Cleopatra - -	22

Cum ipſa Julius Cæſar conſuetudinem habuit, quare Reginam Ægypti conſtituit, quam demum cum Anthonio marito Attico in bello Auguſtus ſuperatam ac fugientem inſequutus B eſt, Anthonio quidem in Nicapoli urbe capto atque ad ſibi ipſi manum inferendam compulſo, Cleopatram autem vivam in poteſtatem reduci conceſſit. Quæ paulo poſt in ſepulchro Anthonii viri ſui clam admota aſpidis morſu concidit, ſicque Lachidarum imperium ad manus Romanorum venit.

Reges Syriæ.

Seleucus Nim. - -	52	Demetrius Sotor -	12
Antiochus Soter -	19	Alexander - -	10
Antiochus theus -	15	Demetrius - -	3
Seleucus Gallinicus -	20	Antiochus Sidetes -	9
Seleucus Cerranus -	9	Demetrius - -	4
Antiochus magnus -	36	Antiochus Griphus -	12
Seleucus Philop. -	12	Antiochus Ziziſenus -	18
Antiochus Epiphanes -	11	Philippus ultimus -	2
Antiochus Empator -	2		

C

Hic à Gabino Conſule bello ſuperatus Syriæ regnum, quod ſtetit 183 annis, finivit, ſicque Syria Romanis ſubjecta fuit.

In Macedonia Philippo ac Arideo Alexandri fratribus una cum Olympiade Alexandri matre à Caſſandro occiſis, ipſe Caſſander regnavit:

Caſſander -	26 annis	Demetrius -	6 anns
Antigonus -	4	Pirrhus -	7

Ptolo-

Digitized by Google

Ptolomeus	-	1 annis	Demetrius	-	10 annis
Meleagros	-	2	Anthigonus	-	15
Soſtenes	-	2	Philippus	-	42
Anthigonus	-	36	Perſeus	-	10

A

Hic cum multis prœliis Romanorum exercitum profligâſ-
ſet, victus â Paulo Æmilio cum duobus filiis & filia cum uni-
verſis Macedoniæ theſauris Romam vinctus ductus eſt, ſicque
Macedonia Romanis ſubjecta fuit.

Anthigebus monoculus vir utique nequiſſimus, is prior
fœdera Alexandri violavit; propter quod multæ lites cruentiſ-
ſimàque bella exorta ſunt, & juxta Alexandri vaticinium, quo
prædixit ſe pene oculis ſuis prævidere, quantum ſanguinis B
poſt ejus mortem fuſura eſſet Macedonia in æmulationis cer-
tamine, quantisque cædibus quove cruore mortuo reportanda.
Habuit hic Antigonus Demetrium filium, qui Antipatrum &
Alexandrum Caſſandri filios occidit, duóque ſibi diademata,
Aſiæ ſcilicet & Macedoniæ impoſuit, ſexque annis regnavit.

Monarchia Romanorum

Romanorum monarchia incepit â Gayo Julio Cæſare, qui
compoſitis ubique civilibus bellis ſolus urbis & orbis monar-
chiam tenuit, & anno mundi 5131 ante adventum Chriſti an-
no 48, Olimpiade autem 183 Romanis imperare cepit & im- C
peravit annis 4tuor menſibus ſeptem, â quo deinceps Roma-
norum Principes non Reges, quia hoc nomen Romanis odio-
ſum erat, ſed Cæſares appellati ſunt. Quidam tamen â Ro-
mulo Monarchiam Romanorum inchoant, & ſicut omnes hi-
ſtoriæ Babilonicæ â Nino, cujus uxor Babiloniam reſtauravit,
ſic â Procho, qui proavus Romuli fuit, Romanæ hiſtoriæ ini-
tium faciunt. Et ſicut â primo Nini imperii anno usque ad
Babilonis *inſtaurationem* fluxerunt anni LXIIII, ſic â primo
anno *Prochi* usque ad conditionem urbis, quæ facta eſt â Ro-
mulo, fluxerunt ſimul anni LXIIII; longè tamen ante urbis
conditionem eo loci, ubi nunc Roma conſtituta eſt, populi
habitârunt, Regésque ibidem fuiſſe leguntur, pro ut ſequitur;

A Janus	annis 200	Ægyptus Silvius -	24 annis
Saturnus		Copis - -	28
Picus		Corpentus -	13
Faunus		Liberius -	8
Latinus		Agrippa -	40
Æneas - -	3 annis	Arennulus -	19
Aſcanius -	38	Aventinus -	38
Silvius - -	29	Procas -	23
Æneas Silvius -	31	Annilius -	44
Latinus - -	50	Numitor -	1
B Alba Silvius -	39		

Iſte Numitor ultimus Latinorum Rex ab Annilio fratre juniore è regno projectus eſt, ſed â Remo & Romulo Reæ filiæ ſuæ gemellis, Annilio occiſo, Numitor avus regno reſtitutus eſt. Verùm illo ipſo anno Romulus regnandi cupiditate incenſus, ipſum etiam avum ſuum Numitorem interfecit, regnúmque occupavit, urbémque, ubi nunc Roma eſt, cum fratre condidit, & ſic Latinorum ſeu Albanorum defecêre nomina, ubi ſub uno & viginti Regibus annis 623 regnatum eſt.

Romæ initia & conditores.

Urbis autem conſtructionis modus talis fuit: Ædificatâ turre Babilonis Noe cum aliquibus ratem ingreſſus venit in C Italiam, & non longè ab eo loco, ubi nunc Roma eſt, opidulum conſtruxit nominis ſui, in quo & laboris & vitæ ſuæ terminum dedit, Janus verò filius cum Japhet nepote ſuo & Cammeſſe indigena civitatem Jamniculum conſtruens regnare cepit. Eo tempore Nemroth, qui & Saturnus â filio ſuo eunuchatus ad prædicti Jani regnum pervenit, ejusque juvamine fultus civitatem, ubi & Capitolium eſt, ædificavit; illisque diebus Italicus Rex ad Janum & Saturnum cum Syracuſanis veniens conſtruxit civitatem juxta Albilam fluvium, qui poſt Tiberis dictus eſt, Herculésque filius ejus cum Arginis veniens Valeriam civitatem ſub Capitolio fundavit. Poſt quem Rex Tiberius ab Oriente ſua cum gente illò veniens juxta Tiberim opidum ædificavit. Demum Evander Rex Archadiæ pala-

palatium in monte, Coriban quoque Rex in valle civitates ſingulas fundârunt, Claveúſque filius junior filii Jovis & civitatem & mœnia ibidem erexit. Poſtremò Eure filia cum multitudine Trojanorum eo loci veniens civitatem ibidem ædificavit. Sed & Aventinus Rex Albanorum Aventino in monte civitatem unà cum mauſolæo conſtruxit. Septem igitur in montibus, qui Romæ habentur, ſeptem æquè civitatibus conſtructis jam anno 454 deſtructionis Trojæ Romulus Priami Trojanorum Regis ſanguine ortus, fratre ſuo jam mortuo, anno ætatis ſuæ viceſimo ſecundo, undecimo autem Ezechiæ Regis Judæ anno, ſecundóque 8 Olimpiadis anno XV Kalend. Maji, omnes civitates prædictas muro cingere cepit & perfecit, ſuóque ex nomine Romam vocavit, & in ea Sabucenſes, Albanenſes, Tuſculanenſes, Politanenſes, Clavenſes, Camarinenſes, Campani, Lutani & omnes pene nobiles de Italia cum uxoribus & liberis convenerunt, ibidem habitaturi. Quæ quanta olim fuerit, ipſa ſua ruina docet. Regnaverunt autem in ea:

A

Cur ſeptícollis dicatur.

B

Romulus -	38 annis	Sernius -	34 annis
Numa Pompilius -	41	Tarquinius ſuperbus	7
Tullius Hoſtilius -	32	Quibus in unum ſupputatis ſunt anni 240.	
Ancus Martius -	23		
Tarquinus Priſcus -	37		

C

Hic Tarquinus ſuperbus, Sernio interfecto, meliori ſe, regnum arripuit & omnia tormentorum genera primùm excogitavit. Hic poſtea cum uxore & liberis urbe pulſus propter violentiam Lucretiæ nobiliſſimæ & honeſtiſſimæ mulieris â filio Sexto Tarquinio illatam. Unde ex tunc Romani Reges defecêre, ordinaverúntque Romani rempublicam regendam per duos Conſules, qui unum per annum ſolùm regerent, ne ex mora temporis in ſuperbiam redigerentur, & ut unus alterum corrigeret, ſi erraret vel excederet. Mutavit igitur Roma principatum ſed non evaſit tyrannidem: nam anno ab urbe condita 365 Conſules in urbe regnare ceſſaverunt, Tribunique

Ceſſant Reges Romani, ſuccedunt Conſules & his Tribuni plebis, decemviri.

que

A que decem viri Conſulum loco conſtituti ſunt. Populus enim nimis conquerebatur de perverſo regimine Conſulum, ſed & nono poſt exactos reges anno nova Romæ dignitas dictaturæ creata eſt & equitum magiſter, qui Dictatori in omnibus obſequeretur, ſicque cruento marte usque ad Caji Julii Cæſaris tempora Romæ imperium moderatum eſt. Ex tunc enim, re jam ſub Conſulibus actâ annis 443, Julius Cæſar primùm, pòſt Octavianus Auguſtus Julii nepos imperare cœperunt, monarchiámque quartam inchoârunt, ſecundùm quod prodigio præoſtenſum fuerat; tres enim Soles in cœlo apparuerunt verſus Orientem, qui paulatim unum in corpus Solare redacti

His rurſum Dictator ac tandem Cæſares,

B ſunt. Quod grande ſpectaculum grandia præſignavit, quòd Aſia Africa & Europa ſub una monarchia ſtatim conjungi deberent, veriùs autem, quia notitia unius & trini Dei toti orbi futura imminebat; nam anno ab urbe condita 703 Auguſtus ab Oriente in Occidentem, â Septentrione in meridiem ac per totum Occeani circulum cunctis gentibus unâ pace compoſitis, cùm ipſum Romani pro Deo colere vellent, prohibuit, nec ſe Deum appellari permiſit, videlicet eo tempore natus eſt Chriſtus imperii ſcilicet Auguſti anno XLII. Unde ex tunc

Chriſti nativitas.

C duo Romanæ urbis regimina concurrerunt, Pontificiale regimen per Chriſtum, imperiale per Auguſtum, durántque usque usque in præſens; durabunt autem, donec cœlum & terra movebuntur, illo concutiente qui creavit, quique novum cœlum novámque terram faciet.

Unde Turcæ Franci & Galli derivati.

Anno igitur tertio Abdon duodecimi Hebræorum Judicis, qui fuit ſecundùm Aſſirios â quadrageſimo Nini anno 835tus & ſecundùm Hebræos â nativitate Abrahæ annus item 835, â nativitate autem Moyſis 410, ante urbem conditam 430, mundi autem 4040 annus, Troja totius Aſiæ columen, poſt decem annale bellum capta â Græcis, Regibúsque expulſis ab Agamemnone Græcorum tum Imperatore poſſeſſa eſt. Quam ob rem Æneas cum omnibus, qui Græcorum cædibus ſuperfuerunt de ſuo genere, cum patrimonio & na-

vibus

Digitized by Google

vibus duabus ac viginti Anchiſéque patre & Cayeta matre ſua, A
univerſáque reliqua familia nec non & plurimis utriusque ſexus, Dardania relicta, in Italiam navigio pervenit, & Latium veniens, opido conſtructo, ibidem regnare cepit, quasdam etiam urbes ad Adriatici maris oram condidit, atque per oſtia Tiberina intrans non longè a Laurenta urbe conſedit, ubi &, quibusdam Latini regis agris occupatis, Trojam novam condidit. Ubi item poſt multa bella circumjacentibus Regibus illata Latium cum Campaniæ parte obtinuit. Horum ex genere Romani ingenuitatem ſuam gloriantur ſe accepiſſe. Francus autem unus ex Hectoris filiis, a quo Francorum magnum nomen ortum eſt; nam poſt everſionem Trojæ multitudo fu- B
giens ac in duos ſe populos dividens, alia Franconem Priami regis nepotem ſcilicet Hectoris filium, alia Turcum filium Troili filii Priami ſequuta eſt, duos conſtituiſſe populos, ipſa gentium nomina indicant, dum unum Francos, Turcos alterum dicimus. Francus igitur dum cum Athenone nobiliſſimo magni Priami regis affine, nonnullisque aliis propriis a finibus fugatus, prius tota Aſia pervagata, Danubii ad ripas navigio demum laborioſiſſimè pervenit. Ubi dum aliquamdiu conſediſſet, mox autore Athenone locum a communi hominum ſocietate ſejunctum ad Thanays fluenta & paludes Meotides invenit, ubi cum marinis fluctibus ſe circumſeptum videret, C
ibidem Siccambriam condidit urbem, ubi per multa tempora ejus Succeſſores & urbis incolæ ſub armis contra finitimos cruentam duxerunt vitam, donec a Valentiniano juniore Romanorum Imperatore, cum adverſus Alanos ſeu Ungaros, tributum Cæſari negantes, opem tulerunt, ſub vetuſto Francorum nomine decennem tributi abſolutionem promeruerunt. Duobus autem luſtris evolutis, animis ac viribus dilatati tributum Imperatori & ipſi Franci negarunt. Unde Cæſariis armis contriti Sicambriam relinquere ac per Theutones iter agentes, ſedes imprimis apud Thuringos, duce Priamo ſanguine magni Priami Regis orto, accepere, qui & ipſe Marcomenum filium

A Sunnonemque Athenoris ſobolem Genebaldumque exercitus principes habuit, quibus in gloriam generis ſui ac monimentum Trojanorum principum nomina ipſa indita ſunt, ut Priami alter, alter Athenonis pignus diceretur, quorum unus cum primo ſuo adventu in Sicambriam vix ad duodecim millia fuiſſet, in tantam coaluerunt gentem, ut eſſet omnibus formidini & terrori: nam ubi apud Thuringos moram inneɛtere, pro Ducibus Reges habere cœperunt ac Paramundum Marcomeni filium diademate ornatum Regem conſtituerunt, cum quo occidentis Reni partes ingreſſi, ſubjectis ſibi omnibus, Coloniam Treverim aliasque cis Renum civitates & provincias B ceperunt & expulſis Romanis, qui jam ea loca ſubjugarant, militéque muniêrant, Agripinenſi opido Coloniæ nomen indiderunt, & Veronam, quam jam Bunnam, Troyámque minorem, quam Xantem appellamus, cum aliis multis civitatibus Caſtellis & munitionibus conſtruxerunt. Nec his facinoribus contenti, verúm & ad hanc terræ partem, quam Franconiam dicimus, pervenerunt, ſuæque ditioni usque ad Bajarorum fines ſubjectam inhabitarunt. Relictis autem ibidem ex Francis hys, qui connubia cum Theutonicis inierant, reliqui Occidentalem oram, quam Franciam dicimus, cum Rege ſuo petierunt, quam armis captam Francorum Regnum conſtituerunt. Qui etiam poſtmodum ea in regionis parte, quam Galliam Celti-C cam dicimus, tantum crevêre, ut quos ipſos ſolum proprium capere non poſſet, quos genuerat, trecenta eorum millia ad novas ſedes quærendas compellerentur. Quorum portio nobilior in Italia conſedit, ubi maſculis omnium incolarum interemptis, eorum fœminas duxerunt uxores. E quibus liberos ſuſcipientes & habitu & lingua & moribus parentes imitantes, puriſſimi remanſere Galli, & ſic univerſa ciſalpina provincia appellata eſt Gallia.

Saxonum origo. Horum Francorum ex fonte quidam autumant, Saxones patres noſtros primùm ſcaturiſſe. Quod verum forſan eſſe potuit de hys gentibus, quæ ante noſtrorum Saxonum adventum

hanc

Digitized by Google

hanc provinciam habitârunt, quos tamen plerique minùs ſcitè à Gothorum ſanguine exorſos & à Meotidis paludibus egreſſos has regiones inhabitâſſe crediderint. Alia ergo vena aperienda eſt, quæ non Francorum ex ſtemate ſed Macedonum ex ſanguine Saxones originem traxiſſe edoceat. A

Poſtquam enim Alexander Rex Macedo, qui primus regnavit in Græcia, percuſſo Dario Perſarum Rege, contra Porum Indorum Regem in bellum properaret, circa mare Caſpium inter Rupheos montes exercitûs ſui partem ex Macedonibus collectam ob illius patriæ cuſtodiam collocavit; cúmque ſubactis Indis, revertens Babiloniam, veneno interiiſſet, Macedones circa montem ſaxum Marpeſiæ à quodam Duce Amaſonici exercitûs nominatum commorantis mortem ejus cognoſcentes, animis perturbati in Macedoniam per terram ſe poſſe reverti propter odium gentium, quas bello contriverant, plurimùm deſperabant. Quapropter præparatis navibus in mare Caſpium ſe mittentes per vaſtitatem Occeani ſeptentrionalis ſedes ibi quærendo ac diu errando navigabant. Ex quibus tamen poſt multa maris pericula viginti quatuor ad oſtia Albei fluminis in loco Hadelon Bremenſis diceſis in portum applicuerunt, eo loci, quo modo Staden civitas ſita eſt, ſic dicta, quia conceſſère incolæ Saxonibus in eodem loco primas ſedes collocare, quod Staden Saxonicâ linguâ dicitur, quod latinè permittere ſignificat. Interrogati autem ab incolis, unde veniſſent, reſponderunt de ſaxo ſcilicet Marpeſiæ montis. Unde & de hinc Saxones vocati ſunt. Quidam ex eis terras ibidem circa littus Occeani vi occupabant, qui poſtea Holtſaxones ex ſilvis & paludibus, in quibus degebant, nunc verò corrupto nomine vulgariter Holtſtein ſunt appellati; alii navibus fluvium aſcendentes Thuringos & juxta montem Hartz verſùs ſeptentrionem dominium tenentes invaſerunt, qui nomen Saxonum ſimpliciter obtinuerunt. Ingreſſi igitur Thuringorum tunc provinciam inprimis pacem fecerunt; interea eo loci pacificè conſtituti juvenis quidam de Saxonibus auro argen-

(Margin letters: B beside "cedones circa montem…", C beside "mas ſedes collocare…")

A tóque redimitus, è navi exiens cuidam ſibi occurrenti Thurin-
go non modicum auri ſe daturum promiſit, ſi ſoli ſui, quan-
tum palio capere poſſet, venderet. Veniit, accepto auro,
Thuringus, quantum Saxo optavit. Voti itaque ſui compos
factus, per agros circumvicinos tranſiens, empti ſoli partes
ſpargens, non parvum terræ ſpatium tali ſemine ridiculoſa
quadam novitate ſevit. Hinc ad ſuos reverſus terram, quam
empto pulvere acceperat, hortatus eſt occupari, ſicque occa-
ſionem nacti in Thuringos primùm bella movêre Saxones,
mutuisque ſe cædibus cruento Marte pro ſedibus fudêre, at
B aliquando treugis factis, condictum in locum pro pace tra-
ctanda partes ambæ conveniunt inermes. Saxones, quibus
conſuetudo erat magnos ſub ſagis cultellos deferre, clam ſic
armati cum Thuringis de pace tractantes, illico, ſimulata in-
juria, inter tractandum Thuringos nil mali ſuſpicientes inva-
dunt, omnésque ipſorum Principes ferro trucidant & occidunt.
Unde & quidem arbitrantur Saxones a cultellis acutis Saſſen
appellatos, quia apud ipſos Shaß cultellus acutus dicitur, at
ſi profundiùs verum rimari volumus, non homines a cultellis
ſed ab hominibus hujusmodi cultelli ſic dicti ſunt, cujus &
in Friſonica lingua veſtigium apertum apparet, ubi cultellus
C vulgariter Saxe nominatur & Weſtphali, qui natione pri-
mæva & ipſi Saxones ſunt, ipſisque Friſonibus vicini, ab eis-
dem Saxen in hunc usque diem appellantur. Interemptis ita-
que bello Thuringis, eorum terram Saxones vi occuparunt,
& armis.

Factúmque eſt interea Regem Francorum mori, Amasberga filia relicta, quam Hirminfrido Thuringorum Regi dederat uxorem. Reliquit autem & filium fornicario concubitu procreatum Theodoricum, quem poſt patris mortem Regem ſibi Franci præfecerunt. Unde gravis inter Hirminfridum Theodoricúmque contentio facta eſt ſuper Francorum regno, uter eorum jure hæreditaret. Theodoricus autem, vocatis ad ſe Saxonibus, eo pacto ab ipſis auxilium in Hirminfridum

petiit,

petiit, ut Saxones patriam, quam Thuringis aufferrent, perpetuò poſſiderent. Unanimes igitur cum Saxonibus Franci in Hirminfridum bella miſerunt; ubi etſi quidem multi plurimique hinc inde ſauciati vulneribus debilitati ſunt, Saxonum autem hoc bello ſex millia cecidiſſe famatum eſt. Dein Iringus quidam potens Thuringorúmque præcipuus, a cujus nomine Thuringorúmque nomen ſcaturiſſe tradunt, ab Hirminfrido ad Theodoricum regem pro pace petenda miſſus eſt. Qua obtenta in unum Reges contra Saxones coeunt, conveniúntque unà in ipſos arma ſumere, & ſi prævalerent, de ſuperficie terræ delere, ne aliquando Superiores facti Saxones unà cum Thuringis & Francos opprimerent, ſedibúsque ſuis perturbarent. Denudat Thuringiorum quidam familiaris Regum ſententiam Saxonibus, & ut fuga ſe ſalvarent, optavit, porro quia ante duorum Regum faciem ſubſiſtere non prævalerent. Verùm Saxones viri fortes ac bellicoſi fugam neſcii hoſtium conſilium præoccupant, arma arripiunt & urbem Schitingen ſuper fluvium Miſtroth ſitam, in qua & Hirminfridus reſidebat, noctu invadunt, Rege & uxore ſua fuga ſalvatis, omnes incolas occidunt & civitatem capiunt. Quidam volunt hunc Iringum regium legatum Reges ambos occidiſſe, Hirminfridique corpus jam mortuum Theodorici funeri ſuppoſuiſſe, ut quem vivum non potuit, vel mortuum ſuperaſſe videretur. Vel ut alibi legitur, Hirminfridum a Theodorico unà cum liberis per murum præcipitatum, Iringum verò fuga ſalvatum eſſe. Dicitur autem hæc civitas prima fuiſſe civitatum, quas Saxones obtinuerunt. Igitur proxima luce aram victoriæ erigentes Diis ſuis litabant ac per dies tres continuas feſta celebrantes Thuringorum ſpolia partiti ſunt, exequiáſque patrio more fecerunt, actumque eſt hoc bellum in Kalendis Octobris; cùmque ſic Saxones & Thuringi mutuis ſe cladibus pro ſedibus obtinendis frequenter impeterent, tandem Thuringi cedentes ac ad ultimum montem ſeſe recipientes Saxonibus loca dimiſerunt.

A

Saxonum in Thuringos victoria

B

C

A

An Thuringi antiquiores Saxonibus?

Non tamen bene quadrat hiſtoria veritati, ſi prudentem Lectorem non habuerit, dum priùs Thuringos Saxonibus in Germania fuiſſe contendit: eſt enim vetuſtiſſimum in Germanica terra Saxonicum nomen, cujus omnes veteres meminerunt; Thuringos pauci antiquorum nominant. Qui Germanicas gentes enunciant in adventu primo Francorum, qui tempore Valentiniani Cæſaris Germaniam intravëre, Thuringos nominari reperio. Verùm ut hiſtoriæ veritas maneat, Lector prudens advertat, Thuringos alio quondam vocitatos nomine fuiſſe, in Saxonúmque introitu ac circa ea tempora ſibi Thuringorum etiam nomen uſurpaſſe, pro ut & jam ſupra dictum eſt a quodam potente Irungone Thuringorum nomen ſcaturiſſe. Qui Irungus circa tempora introitus Saxonum fuiſſe hiſtoria probatur.

B

Non enim inficiari poteſt, Saxoniæ limites aliquando minores fuiſſe, aliquando majores; nam ſic imperia, ſic provinciarum limites ex tempore variantur.

Origo originariorum, Eigenthumbsrecht.

Verum quia omnes iſti Saxones militaribus armis inſervire conſueverant, vix alter alterum ſibi præeſſe ſinebat. Unde quidam ex eis latiùs ſibi quærendo ſedes, Weſeram fluvium tranſierunt, & converſi ad Renum omnes incolas regionis illius per ſilvas & rura diſperſos, in ſervitutem redegerunt. Exinde armorum militarium nimia pluralitas, ſervilisque conditionis neceſſitas, ut plerique autumant, inter Weſeram & Renum usque ad tempora noſtra perdurant;

C

hy autem patriam illam poſtea fortiſſimè defenſantes tanta hoſtibus virtute reſiſtebant, ut Romanis exceptis a nullo unquam usque ad Carolum magnum poterant plenè ſuperari. Quadrifariam autem erant diviſi; primi nobiles, liberi alteri, libertini tertii, ſervi quarti erant; qui licet paganorum ritibus patriisque moribus imbuti idolis litarent, diverſis tamen virtutum laudumque præconiis redimiti ipſis etiam Chriſti cultoribus exemplo fuerunt: Sanctus quippe Bonifacius martir, qui Germanorum gentem maxima ex parte ad fidei notitiam provexit, de eorundem Saxonum virtutibus Anglorum Regi ſcribens, ut exem-

plo

Digitized by Google

plo horum ſe corrigat, hortatur; in antiqua, inquit, Saxonia, ubi nulla prorſus eſt Chriſti cognitio, ſi virgo quæpiam paterna in domo fornicata vel maritata etiam ſub conjuge adulterata fuerit, manu propria ſtrangulantes parentes & cognati cremant ac ſuper foſſam ſepultæ corruptorem gula ſuſpendunt, aut cingulo tenus veſtibus abſciſſis flagellant eam caſtæ matronæ, cultriſque pungunt ac de villa in villam miſſa, occurrunt novæ flagellatrices, donec interimant. Qua ex re perpendere facillimum, quanta diſtrictione contra quævis vitia apud eos plectebantur, quando hoc unum, quod ex ſui lubricitate veniam aliqualem habere viſum eſt, tanta ab ipſis ſeveritate vindicari ſolebat. Si vero inferioris ſtatus ſeu famula ſeu puella in ſtuprum aut adulterium corruiſſet, ſecreto virgis acerrimè verberabant & publicè implectebantur conviciis, placentiſque putridis ex ovis factis eas reficientes ſic in animi amaritudinem adduxerunt, quod aut mori ſolatio foret aut poſt primum partum nullas deinceps proles gignerent. Quæ autem contra amicorum conſilium ſuo pro libitu maritos ducebant, ſic exoſæ ſuis fiebant, ut ad nuptias ipſarum non modo non venire, ymmo nec inter cognatas ipſas recognoſcere dignabantur. Frequens apud eos contra prolem contumacem hæc objurgatio fiebat: *viſne te in ſtabulo ſepeliamus? malle ſe*, dixerunt, *pignora clam jugulare quàm amicorum in ſcandalum educare.* Manet hæc ſeveritas ipſam apud gentem usque in præſens, maximámque in natis degenerantibus ignominiam ſe ſuſtinere arbitrantur; ſuper hujusmodi morte palam etiam gratulantur.

A — Laus Weſtphalorum à caſtimonia.

B

C

Hæc inter usque ad Julii Cæſaris, qui cum Lucio bibulo conſulatum tenuit, me nihil aut parum admodum de Saxonibus, quin ymmò de Germanis legiſſe recolo. Rudis adhuc Germaniæ populus literas nondum accepit, nec quidquam rerum a ſe geſtarum poſteris commendare potuit, nec aliarum gentium ſcriptoribus ea exarare vacuum fuit. Hebræi religione & limitibus ſuis contenti erant. Grayus hiſtoriam gen-

Cauſa ſilentii antiquorum ſcriptorum de Saxonibus & Germanis.

tis

A tis ſuæ facinorum vix ſcribere ſufficiebat. Externis Romani attriti præliis transalpinare in Germanos vix præſumebant. C. Marius cum collega ſuo Catullo de Theutonibus Ambrianibus aliisque gentibus infinita pene multitudine a Cymbris in Galliam eductis (qui irrupta Italia nullibi ponere ſedem decreverant, donec Romam everterent) triumphavit, triumphi tamen titulum non obtinuit: nam cum ſexto Conſul fuiſſet, mutata fortuna a Silla ejicitur, & terra mariqùe vagus per aliquot tempus fuit. At Julius Cæſar, diverſo Marte licet, demum poſt decem annale bellum ne Germanorum modo ſed & multarum gentium domitor Romanorum nomen honeſtavit &
B Germanis ipſis ſuperatis Saxonesque ſuo Imperio ſubjugavit, demum Romam reverſus triumphavit.

Idola à Julio Cæſare apud Saxones extructa.

Itaque Julius Cæſar, Saxonia ſuperata, ſeptem in locis ſeptem quoque planetarum ſimulacra erexit, ut una etiam cum Romanis religione gauderent; nam usque ad ea tempore auguriis utebantur & ominibus. Martis igitur ſimulacrum, ut quidam autumant, in Eresburg, vel ut alii volunt, Martinopoli, quod Merburgum hodie vocant, præcipuum Saxonum Deum ſtatuit; in Partenopoli, quæ & Magdeburg, Venerem collocavit, unde & Partenopolim virginum civitatem appellant: in Satersburg qui nunc Hertesburg dicitur, Saturnum
C adorare juſſit, Soltwidel Soli, Jovi Ihburg, Mercurio Julianam, quæ nunc Volgaſt dicitur, aſſignavit: & quia Luneburgenſem montem noctu lunæ reperit lumine, conſtructo eo loci phano, Lunam adorari voluit, ac a luna nomen loci Lunenburg dedit, duravitque hujusmodi idololatria a Julii Cæſaris tempore, quo Saxones Romanis ſubjecit, usque ad Caroli magni tunc Francorum Regis poſt Romanorum Imperatoris tempora: is enim primum Saxonum gentem ab idololatria ferro revocavit. Julius denique Cæſar multis triumphis clarus, victis tandem in Hiſpania Pompeji filiis, Romam intrans reipublicæ, quæ 464 annis duraverat, finem dedit, ſeque Imperatorem vocari juſſit, civilibúsque bellis ubique compoſi-

poſitis, ſolus urbis & orbis monarchiam tenuit, & anno 542 Judaicæ captivitatis, Olympiade autem 183, Romanis imperare cepit, & imperavit annis 4 & menſibus 7, a quo deinceps Romanorum Principes non Reges (quandoquidem id nominis Romanis odioſum eſſet) ſed Cæſares appellati ſunt. Tandem in quinto imperii ſui anno, cùm Cæſar contra morem Romanæ libertatis honores ex ſua liberalitate præſtaret, qui a populo antea mandabantur, nec Senatui ad ſe venienti aſſurgeret, Romani in hoc ejus inſolentiam non ferentes, conjuraverunt in ipſum duo Bruti & Caſſius Servilius, quorum dolo in capitolio XXIII vulneribus confoſſus eſt anno ætatis ſuæ LVI, cujus quidem corpus pro roſtris combuſtum eſt & in ſublime ſolidæ columpnæ tumulatum, quæ & Julia nuncupatur. Portia autem Bruti Cominantaris conjux & Catonis Uticenſis filia, cùm audiſſet poſt mortem ipſius Cæſaris ſibi ſubtractum eſſe virum, nil ſibi lætum ampliùs exiſtimans, cùm cultrum non haberet, quo ſe perimeret, ſtatim ignitos carbones, quos fortè propinquos habebat, indubitanter manibus accepit & gutturi injectos hauſit, a quibus præcordia exurentibus ſpiritum exhalavit.

A

Mors Julii Cæſaris & Portiæ.

B

Octavianus Auguſtus, Octavii olim Senatoris filius, 2dus Romanorum Imperator imperavit annis 56 & menſes 6, a quo poſtea Auguſti Reges Romanorum appellati ſunt. Hic maternum genus ab Ænea magno per Juliam familiam ſortitus eſt, Cæſaris Julii nepos & adoptione filius, vir omnibus virtutibus refertiſſimus. Hujus anno XXVIII Maria beatiſſima & glorioſiſſima, Virgo perpetua, ex radice Jeſſe orta in Nazareth Civitate Juda, patre Joachim matréque Anna naſcitur. Quæ Joſeph viro juſto deſponſata ab angelo plena gratia ſalutatur. Exiit autem edictum a Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis, útque ſinguli in civitate ſua profiterentur. Joſeph igitur cum Maria prægnante juxta Auguſti edictum, ut profiteretur, in Bethleem conſcendit, eò quod eſſet de domo & familia David, & cùm eſſet ibi, impleti ſunt dies & peperit filium Deum ex ſe caro factum, quem ſcilicet de Spiritu San-

C

B. Mariæ Virg. & Chriſti nativitas.

A ćto ſalva virginitatis integritate conceperat, anno ſcilicet 42 imperii Auguſti, Olympiada 193, anno mundi 5199. Hanc ineffabilem nativitatem plura comitata ſunt miracula: angeli annunciantes gloriam Dei in excelſis, pacem hominibus in terris canunt: Stella nova Magos tres in admirationem ſuſpendit & ad natum infantem adorandum ùt Deum cum muneribus ducit, tréſque ſoles in cœlo viſi ſunt, ſtatim tamen in unum ſolare corpus redaćti: Romuli ſtatua, pacis item templum corruit: ignis novus Zodomitas combuſſit: aer in lucem noćtis tenebras convertit: olei fons Romæ in taberna meritoria
B in Tranſtiberina regione ex terra erupit ac diem per totam fluxit: inſuper puellam puerum ſuo geſtantem gremio prope Solem viſam tradunt hiſtoriæ. Porro Albunea omnium Sibillarum noviſſima Auguſti tempore fuiſſe legitur, quem ſucceſſibus & nimio favore hominum licèt elatum, Divinos tamen honores a Romanis oblatos renuentem, in propoſito ſobrio ac honeſto confirmavit: addućto enim noćtu in Carpejum montem in cœlisque Virgine oſtenſa, ſidereum in ulnis infantem amplexa, unum Deum docuiſſe creditum eſt. Extat hujus viſionis argumentum in terris ara cœli, & in eodem ipſo loco, quem, dum cœlum ſuſpicit, veſtigiis preſſerat admi-
C rans, templum puerperæ dedicatum Virgini. De ipſius autem nati pueruli infantia parum quid legimus & ab anno XII usque in annum XXX nichil invenimus. Quæ occultatio atque ſilentium magnum nobis innuit agendorum morum myſterium, excepto etiam quod miraculoſè natus ac demonſtratus eſt. Ante egreſſum de deſerto nullum miraculum Dominum feciſſe legimus, nec ipſo primo prædicationis ſuæ anno. Quo evoluto, eadem die, qua babtiſatus eſt, primum ſignorum ſuorum in aquis fecit invitatus ad nuptias. Ejus autem miracula etſi innumerabilia ſint, omnia tamen ex Evangeliſtarum deſcriptione colligere, quantum prævalui, ſtudui ac in kalendarii modum huic inſerere operi malui:

Chri-

Digitized by Google

Chriſtus Dei filius triginta jam annos natus ſuam cepit gloriam gentibus prædicatione & miraculis pandere; tum toto triennio, quo poſt hæc ille in terris verſatus eſt, excuſſæ ſunt malorum dœmonum inſidiæ, patefactáque eſt hominum ad ſuum Creatorem via, quæque ipſi veréque de Deo, de Trinitate, de tota cæli gloria ſentimus, noſtri Regis doctrina eſt. Conciderunt tum demum vetuſtatis tenebræ, & quæ figuris tegebantur, Divina retexit ſapientia. Parabola plurimùm aut ſimilitudine uſus eſt Doctor ille ſummus; docuit quod primum ipſe perfecit: miracula propriâ eſt virtute operatus, quorum immenſam ſeriem inexhauſti operis ſit explicare licèt, in parvum tamen magnam ipſorum partem enchiridion contexere hunc in modum ſtatui: A B

Januarius

Prima die ſecundo anno uſuali non emergenti humanatus Dei Filius ſecundùm Moſaicæ legis decreta circumciſus eſt, incomprehenſibilis comprehenſus, ineffabilis nominatus, Tetragramaton quoque Jheu nomen ineffabile dudum, addita una non ſonante ſed conſonante S litera, effatur ac juxta Prophetarum vaticinia angelique monita Jheſus vocatur.

Anno XXIX, Imperii Tiberii Cæſaris XV factum eſt verbum Domini ſuper Johannem filium Zachariæ in deſerto, ut babtiſans & prædicans annunciaret ſolatium redemptionis. Nonas. C

Anno XXXI hora ſexta ex itinere fatigatus ſedit ſupra puteum prædicans Samaritanæ, diſcipulis interim civitatem pro pane emendo ingreſſis, mirantibúsque quod cum muliere loqueretur. 3 Nonas.

Tribus hunc diem præclarum miraculis legimus: nam anno 2do tres ab Oriente Magi duce ſtella cum muneribus Chriſtum infantem adorant, anno XXX poſt quadraginta dierum jejunium a Johanne in Jordane babtiſatur, anno XXXI primum ſignorum in Cana frequenti convivio aquam (quod abſolutum Divinitatis opus eſt) in vinum vertit. VIII Idus.

A
7 Idus Anno VIII Angeli monitu relatus eſt Jheſus ex Ægipto ac Nazareth enutritus.

14 Kalend. Anno Domini 3tio Sectæ tres apud Judæos oriuntur: Phariſæorum Saducæorum & Eſſæorum fide, moribus & religione ab alterutrum differentes, ut ex Joſepho colligitur.

Februarius.

2 Non. Anno ſecundo Joſeph monitu Angeli fugit cum puero ac matre ejus in Ægiptum timore Herodis quærentis puerum occidere, manſitque ibi usque ad obitum Herodis.

17 Kal. Anno XXX poſt quadraginta dierum totidémque noctium jejunium, ubi diabolus vidit, quod ùt homo eſurivit, dùbius factus tentare cepit, calidéque, quod veretur, inquirit dicens: ſi filius Dei es, ſed Chriſtus reſponſum ſic temperavit, ut ambiguum relinquat.

B

21 Kal. Anno 2do cum ingrederetur Dominus Ægiptum, idola Ægipti corruerunt, ſic prædicens erat per Prophetas.

10 Kal. Anno XXX Joannes teſtimonium Chriſto perhibuit dicens: ecce agnus Dei, qui tollit &c.

8 Kal. Anno XXXII deſignavit Dominus & alios diſcipulos LXXII & miſit illos binos in omnem civitatem & regionem, quo erat venturus, quorum nomina divus Hieronimus Damaſo Papæ ſcribens expreſſit.

C
2 Kal. Anno XXX Priusquam aſcenderet in Paſca Jeroſolimis, quod tunc erat 8. Kal. Aprilis, quosdam diſcipulos vocavit: Andream, Petrum, Philippum & Nathanael & docuit, miraculáque fecit, non tamen omnino publicè coram omnibus.

Martius.

Primâ die. Anno XXXII Sabbato redarguti ſunt diſcipuli â Phariſæis, quia edebant grana confricata manibus, & licet hoc factum ſit circa Kalendas Maji, tamen ſcripturæ ordinem ſequentes coacti ſumus hic ponere.

8. Anno XXX Sabbato curavit hominem manum aridam habentem, ſed & ipſa die Domini amicus, Mariæ Magdalenæ ac Marthæ germanus obiit.

Feria

Digitized by Google

Feria 6ta ante paſſionem quatriduanum Laſarum ſororum A 5 Idus.
interventu cum clamore & lacrimis a mortuis revocavit ad vitam ligatum inſtitis.

Sabbato collegerunt Pontifices & Phariſæi conſilium, ut IV Idus.
Jheſum interficerent, conſentientes Summi Pontificis conſilio dicentis: *expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo & non tota gens pereat.* Unde non palam ambulavit Dominus, ſed in Effrem civitatem declinavit.

Dominica anno XXX firmavit faciem ſuam, ut iret Jheruſalem ad crucifigendum, tranſivit autem per mediam Samariam & Galilæam, ubi & inter eundum miraculis claruit. III Idus.

Secunda feria ingrediens quoddam caſtellum decem ſibi II Idus.
occurrentes leproſos ad Sacerdotes miſit, qui dum irent, mun- B
dati ſunt, unus ipſorum Samaritanus reverſus eſt gratias redditurus.

Feria tertia Samaritani Domino hoſpitium negaverant. Unde quidam diſcipulorum irati, *vis*, inquiunt, *dicamus, ut veniat ignis de cælo & conſumat eos?* Idus.

Feria quarta jam iterum ſuam diſcipulis paſſionem recitat, XVII Kal.
qua occaſione permoti Zebedæi filii, neſcientes quid peterent, ad dexteram & ſiniſtram in regno Chriſti ſedem cupiebant.

Feria quinta ingreſſus Jhericho orbatum lumine cœcum 16 Kal.
lucem videre dedit, ubi a Zachæo in domum receptus eſt, ad
cujus introitum & domui ſalus facta eſt. C

Feria ſexta egreſſus Jhericho duos cœcos claro lumine veſtivit. 15 Kal.

Sabbatho venit Jheſus in Bethaniam, ubi multi de Jheru- 14 Kal.
ſalem convenerant, non ut Jheſum, ſed ut Laſarum, quem quatriduanum mortuum ſuſcitaverat, viderent. Ubi Maria unxit caput Jheſu. Quam ob rem diſcipuli indignati audierunt, quod rem bonam operata eſt.

Dominica in Ramis Palmarum ſedens ſuper aſinum glorio- 13 Kal.
ſe ſuſcipitur, maledicit inter eundum ficui: flet videns civitatem Jheroſolimam: ingrediens templum ejicit ementes & ven-

A dentes: viduam duo æra minuta in gaſophilatium mittentem Cræſi præfert divitiis, publicanum præfert Phariſæo, veſpere Bethaniam revertitur.

12 Kal. Feria ſecunda diluculo rediens docebat populum in templo, Gentiles veniunt ad eum, vox Patris auditur: *clarificavi & iterum clarificabo* &: *quia princeps mundi hujus ejicietur foras, & ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipſum.* Veſpere Bethaniam revertitur.

11 Kal. Feria 3tia diluculo rediens docebat populum de duobus filiis in vineam ire a patre miſſis, de cultoribus vineæ ſanguinariis, de lapide angulari, de invitatione ad nuptias, de Herodianis & quæſtione tributi, de muliere ſeptemvira, de primo mandato, de ſauciato a latronibus & Samaritano, de confutatione Phariſæorum, de Zacharia filio Barachiæ, de comminatione ſubverſionis Jheruſalem, de impedimentis fugæ, de ſignis adventus Judicis, de ſignis quorundam dierum, quod ſolus Pater novit diem judicii, de vigilia janitoris & decem virginibus, de commendatione talentorum, de ventilatione areæ, de Paſca, adveſperaſcente autem die reverſus eſt in Bethaniam.

B

10 Kal. Feria 4ta manſit Chriſtus cum ſuis in Bethania. Interim Judas abiit ad principes ſacerdotum & pepegit cum eis fœdus, tradens Chriſtum triginta argenteis.

C

9 Kal. Feria quinta cœnavit cum diſcipulis ſuis, pedes ipſorum lavit, Judam proditionis notavit, Sacramentum ſui Corporis inſtituit, prædicit Petrum ſe ter negaturum, ſermonem fecit, ter oravit pro ſe, pro diſcipulis, pro credituris, capitur, ligatur, & ducitur.

8 Kal. Feria VI Anno primo menſe ſexto a conceptione Johannis miſſus eſt Gabriel angelus ad Mariam Virginem deſponſatam Joſeph, conceptus eſt Chriſtus & Verbum caro factum eſt. Anno XXXIII illuſus, cæſus, conſputus, flagellatus & crucifixus eſt, tenebræ factæ ſunt, velum templi ſciſſum eſt, ſaxa ſciſſa, monumenta aperta ſunt, lanceatus & ſepultus eſt.

Sab-

Digitized by Google

Sabbato cuſtodes rogatu Principum deputantur a Pilato ad 7 Kal. A
ſepulcri cuſtodiam.

Dominica reſurrexit Dominus de ſepulcro vivus, angeli 6 Kal.
apparuerunt mulieribus, Chriſtus apparuit primò manè Mag-
dalenæ, 2do ipſi cum cæteris, 3tio Petro, 4to euntibus in
Emaus, quinto decem Apoſtolis abſente Thoma, ipſo die cu-
ſtodes mentiti ſunt.

Anno XXXI venit cum diſcipulis ſuis in Judæam & ibi 3 Kal.
babtiſabant, Johannes autem babtiſabat in Ennon dicens: *me
oportet minui, illum autem creſcere.*

Aprilis.

Anno primo die prima exurgens Maria abiit in montana Kalend.
ad ſalutandum Eliſabeth, Johannes exultat in utero, parentes B
prophetant, manſit Maria cum illis quaſi menſibus tribus.

Anno XXXI pernoctabat in oratione & die inchoante voca- 4 Non.
vit Apoſtolos & propoſuit turbæ parabolam ſeminantis in ter-
ram tripliciter, de ſuperſeminatione ziſaniæ ſuper bonum ſe-
men ſatum, de grano ſynapis, de theſauro abſcondito in agro,
de bona margarita, de ſagena in mari miſſa.

Octava die apparet Thomæ cum reliquis Apoſtolis in con- 3 Non.
clavi in 6ta apparitione.

Ingreſſa eſt Maria in domum Zachariæ & ſalutavit Eliſa- 2 Non.
beth, & cùm beatam ipſam Mariam Eliſabeth prophetaret, C
Maria edidit canticum Domino dicens: *Magnificat anima mea
Dominum.*

Anno XXXIII in ſeptima apparitione apparuit ad mare Ti- Non.
beriadis, ubi & Petro oves commiſit & genus mortis ipſi præ-
dixit & Johannem vitam ſuam in pace finiturum.

In patria ſua ob ipſorum incredulitatem paucos monuit di- 8 Idus.
cens: *non eſt Propheta acceptus in patria ſua.* Unde Nazaræi
in ſupercilio montis volebant eum præcipitare.

Anno Chriſti XXIX fuit hic feſtum Paſcæ dies celebris Ju- 7 Idus.
dæorum.

Anno

A

3 Idus. Anno XXXII Procurante Herodiade ob adulterii increpationem Johannes Babtiſta Zachariæ & Eliſabeth filius in carcere decollatur, capútque ſaltatrici in præmium datur.

2 Idus. Saciavit Dominus quinque hominum millia de quinque panibus & duobus piſcibus in deſerto. Unde voluerunt eum rapere turbæ & Regem facere. Ipſe autem fugit in montem orare.

Idus. Anno XXXI Paſca fuit hic, & Jheſus ingreſſus templum ejicit ementes & vendentes. Nicodemus venit quoque ad eum nocte, ut inſtrueretur Magiſter in Iſrael de Dei regno.

18 Kal. Anno XXX quidam ex diſcipulis abierunt retrorſum, quia dixit Jheſus: *panis, quem ego dabo vobis, caro mea eſt.*

B

16 Kal. Anno XXXIII mandavit Apoſtolis prædicare & babtiſare in octava apparitione.

13 Kal. Anno XXIX miſerunt Judæi ex Phariſæis ad Johannem in Bethaniam trans Jordanem, ut interrogarent eum: *tu qui es?*

10 Kal. Incarceratus eſt Johannes propter Herodiadem, quam acceperat Herodes fratris ſui uxorem.

8 Kal. Anno XXXII juxta mare Galileæ ambulans vocavit Petrum & Andream fratres, Jacobum ſimul & Johannem cognatos, & de navi prædicans docebat turbas.

C

4 Kal. Cùm eſſet annorum duodecim a parentibus Doctorum in medio Jheroſolimis inventus eſt. In hoc anno Paſcha dies feſtus Judæorum in XVI Kal. Maji cecidit.

3 Kal. Anno XXXII Phariſæus quidam rogavit Jheſum, ut manducaret ſecum, ubi confutat traditiones Phariſæorum, & quid ſentiendum ſit de non lotis manibus edentibus, diffinivit quia *quod intrat per os, non coinquinat hominem.*

Majus.

3 Non. Feria quinta aſcendit Jheſus in cœlum, ſedens ad dexteram Patris. Ipſo die bis apparet diſcipulis & angeli Apoſtolis indicant, quid faciendum ipſis ſit.

2 Non. Anno XXX in Sabbato legitur fuiſſe in Nazareth.

Anno

Digitized by Google

Anno XXXIII feria quinta Mathias ſorte in Judæ locum electus eſt. A 8 Idus.

In feſto ſancto Penthecoſtes Spiritus ſanctus ſecundùm promiſſum in Apoſtolos tanquam Spiritus vehemens miſſus eſt, & prædicante Petro tria Judæorum millia crediderunt. Idus.

Feria quinta claudus curatur a Petro, aſcendente ipſo cum Johanne in templum ad horam orationis nonam. Quo miraculo viſo quinque hominum millia convertuntur, ſed & mox zelo Principum Apoſtoli incarcerantur. 18 Kal.

Apoſtoli conſtanter reſponderunt in conſilio. 13 Kal.

Anno XXX Jheſus venit in fines Decapoleos, ubi ſanat ſurdum & mutum. 11 Kal.

B

Anno XXXI in Pentecoſte ſanavit hominem XXIX annos in infirmitate ſua habentem apud probaticam piſcinam, & Judæi volebant eum lapidare quaſi blaſphemum ſecundùm legem, quia dicebat ſe filium Dei eſſe. 10 Kal.

Junius.

Tertio Dominus vocat Petrum & Andream, Jacobum & Johannem ad mare Galileæ. Inde tranſiens vocat Matheum Theolenarium publicanum, & ex tunc apertè prædicavit: *pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.* 6 Idus.

In deſerto ſecus mare Galileæ quatuor hominum millia de ſeptem panibus ſaturavit. 12 Kal.

C

Anno XXXI Dominus apertè prædicavit & miracula fecit. 5 Kal.

Julius.

Anno XXXII in partibus Magedon illuminat cœcum. Et primo anno revertens Maria Nazareth inventa eſt a ſponſo Joſeph de Spiritu ſancto habens in utero. 5 Non.

Joſeph nolens traducere Mariam in conjugem, voluit occultè dimittere eam. Non.

Certificatus eſt Joſeph ab angelo per omnia de Virgine, quia quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Unde accipiens ſponſam in uxorem cum Virgine virgo permanſit. 7 Idus.

A
2 Idus. Anno XXXI aſcendit in Thabor montem, duodecimque ad ſe vocatis diſcipulis, beatitudines octo expoſuit, orare docuit & quaſi agnos inter lupos prædicare miſit, poteſtatem curandi infirmitates, fugandi dæmones dedit & deſcendens leproſum mundavit.

17 Kal. Anno XXXI in Capharnaum Centurionis filium curavit.

16 Kal. Anno XXXI ſocrum Simonis febricitantem ad ingreſſum domus liberat.

11 Kal. Anno XXXI in Naim civitate viduæ unicum filium mortuum reſuſcitat.

4 Kal. Anno XXXII poſt confirmationem fidei dat Petro claves regni cœlorum, poteſtatem ligandi & ſolvendi in cœlo & in terra in partibus Cæſareæ Philippi.
B

3 Kal. Dixit turbæ & diſcipulis: *Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum.*

2 Kal. Anno XXXI fluctuante mari, imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas.

Auguſtus.

8 Idus. Transfiguratus eſt Dominus in Thabor monte coram Petro Jacobo & Johanne, ubi facta eſt facies ejus ut ſol, veſtimenta ut nix. Apparuerunt ibi Moyſes & Helias, diſcipulis dicentibus: *faciamus hic tria tabernacula &c.* prima vox audita eſt.
C

7 Idus. Anno XXXII lunaticum, quem Apoſtoli curare non poterant, per ſe Dominus dignatus eſt curare.

2 Idus. Anno XXXI dœmoniacum a legione obſeſſum liberat ac in porcos ire licentiat.

14 Kal. Anno XXXII in Capharnaum Domini juſſu, ne ſcandaliſaret, Petrus pro Domino & ſe tributum ſolvit dans ſtaterem, quem de capti piſcis ore miraculoſè accepit.

12 Kal. Anno XXXI in Capharnaum paraliticum per tegulas domus ante ſe ſubmiſſum ſanavit.

6 Kal. Anno XXXII facta eſt contentio inter diſcipulos, quis eorum videretur eſſe major. Et locutus eſt Jheſus parabolam ovis

Digitized by Google

ovis perditæ & didragmæ, & filii prodigi, & docuit dimitte- A
re injuriam illatam ſeptuagies ſepties.

Decollatio, ymmò potiùs inventio capitis ſancti Johannis 4 Kal.
Babtiſtæ.

September.

Anno XXXII in Judæa docuit, qua ex cauſa uxor inculpa-
té dimittatur. 4 Non.

Anno XXXII docuit Judæos priores eſſe Gallilæis, quos 7 Idus.
Pilatus Præſes occidit.

In Sabbato curavit mulierem incurvatam, quam diabolus 6 Idus.
jam annis duodecim incurvaverat, obſervantibus eum Judæis,
probavitque Prophetam extra Jeruſalem non eſſe periturum. B

Anno XXXII Scenophephiæ ſolempnitas Judæorum cele-
bris habebatur. 17 Kal.

In feſto Propiciationis cum Zacharias poneret incenſum, 16 Kal.
apparuit ei Gabriel angelus, ſtans a dextris altaris incenſi, an-
nuncians Eliſabeth uxorem ſuam in ſenecta concepturam Johan-
nem Domini præcurſorem, & dubitanti loquendi officium
ablatum eſt.

Annò XXXII miſerunt Principes Judæorum miniſtros, ut 13 Kal.
apprehenderent Jheſum. Illo verò interim docente populum,
reverſi dixerunt: *quia nunquam ſic loquutus eſt homo.* C

Anno XXXII aſcendit Jheſus ad diem feſtum, occultè ta- 12 Kal.
men, & murmur factum eſt in populo, quibusdam dicenti-
bus, quia bonus eſt, aliis autem non, ſed ſeducit turbas.

Anno XXXII Jheſu docente populum in templo, adducta
eſt mulier adultera, ab ipſo dijudicanda. Ubi loquutus eſt de 11 Kal.
divite ampliante horrea & quia facilius eſt camelum foramen
acûs pertranſire, quàm divitem in regnum cœlorum. Item
docet de vilico iniquitatis, de divite epulone & Laſaro, de
denario diurno. Et cœcus natus illuminatur.

Anno XXXII idropico ſanato, convivantibus dixit parabo-
lam intendens, qui primos recubitus quærebant: *cùm invi-* 10 Kal.
tatus fueris ad nuptias, non recumbas in primo loco.

A

October.

Anno XXXI in Capharnaum ſanavit filinm reguli.

November.

2 Non. Levi fecit convivium in domo ſua, ubi & multi publicani fuerunt congregati unà cum Jheſu. In quo convivio prætulit Ninivitas ipſis Phariſæis.

4 Idus. Anno XXXI Martham Mariæ Magdalenæ ſororem veſtimenti tactu ſanavit Dominus, Archiſynagogique filiam jam mortuam vitæ priſtinæ reddidit.

10 Kal. Anno XXXI cœcum & mutum a dœmonio liberavit, ita ut videret cœcus & loqueretur mutus. Phariſæi autem impoſuerunt ei: *quia in Beelſebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia.*

B

December.

4 Non. Anno XXXI intrante Jheſu in quoddam caſtellum, mulier quædam Martha nomine excepit eum hoſpicio, & inter cœnandum prætulit Magdalenæ otium Marthæ negotio.

Non. Anno XXXI Judæi volebant lapidare Jheſum, qui dixit: *Pater & ego unum ſumus.*

2 Idus. Johannes mittit diſcipulos ſuos ad Jheſum, ut ſe & ipſos dubios certos redderet, ubi & Jheſus multa ſigna fecit dicens: *ite dicite Johanni, quæ vidiſtis & audiſtis de me: cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt &c.*

C

11 Kal. Primo anno aſcendit Joſeph cum Maria a Nazareth in Bethleem, ex edicto Cæſaris Auguſti, ut profiteretur, quia erat de domo & familia David.

8 Kal. Maria Annæ & Joachim filia in Bethleem Chriſtum enixa eſt Salvatorem quadrageſimo ſecundo Auguſti Principis anno, ab urbe condita 752, mundanæ autem originis communiore opinione 5299. Itaque puerum pannis involutum, quia in diverſorio ob affluentem multitudinem non erat locus, mater in præſepio reclinavit. Occurrunt eò confeſtim paſtores ſupernè juſſi ad diverſorium pertendere, ubi puerum invenirent

ad

Digitized by Google

ad humani generis ſalutem nuper editum. Steterunt hy, poſtquam ad locum ventum eſt, ſtupore defixi, nec interim cœleſte oraculum in occulto habere ſubiit aſtantium animos ſubita continuò religio, venerabundique puerum intueri. Extiterunt & alibi argumenta quædam, quæ jam ſuprà expreſſa novimus. Conſtituta eſt quippe Schola Chriſti ab Apoſtolis, ubi, Magiſtro ablato, ſancti Spiritus cariſmate donati ſunt, pro ut actuum Apoſtolorum liber pleniús inſinuat. Quâ rrdices figente, totum orbem per provincias Apoſtoli inter ſe partiti ſunt, pro ut aſcendens Dominus præceperat. Et Thomas quidem Parthos ſortitus eſt, Mathæus Æthiopiam, Bartholomæus citeriorem Indiam, Andreas Scythiam, Johannes poſt mortem Virginis Mariæ Aſiam, Petro autem Pontus, Gallacia, Bithinia, Capadotia & Italia obtigit, Paulus autem ex Phariſæo Chriſti diſcipulus ſolempni compulſus miraculo factus tanto ferventiùs per omnes regiones diſcurrens evangelium prædicavit, quantò in perſecutione Chriſtianorum ſeveriorem ſe fuiſſe perpendit. A B

Tiberius tertius Romanorum Imperator, Octaviano jam jam ætatis ſuæ anno 76 Liviæ uxoris dolo veneno extincto, anno primo 198 Olimpiadis imperium ſuſcipiens 23 annis imperavit & aliquot diebus. Hic namque Liviæ filius & pſius Auguſti privignus fuit, vir quidem multæ literaturæ & eloquentiæ gnaviſſimus, quem rectè nec inter bonos Principes nec inter malos numerare poſſumus. Ipſo imperante, Druſus ejus frater â Cæſare germano in barbaros miſſus eſt, & maximè in hos, qui inter Reni & Albeæ flumina conſiſtebant, ut eos bellis attritos Romanis ſubjugaret. Diverſis itaque præliis contriti Saxones, multis occiſis, reliqui ultra Albeam pulſi ſunt. Poſtea fortiſſimas nationes, & quibus natura vires & conſuetudo experientiam virium dabat, Chetruſcus Sicambros, Swevos pariter uno bello, ſed ſuis etiam aſpero, ſuperat. Quorum ex eo feritas conſiderari poteſt, quod mulieres eorum, ſi quando præventu Romanorum C

A inter plauſtra ſua concludebantur, deficientibus telis vel quâlibet re, quâ velut telo furor uti poſſit, parvulos ſuos colliſos humi in hoſtium ora jaciebant, in ſingulis filiorum necibus bis paricidæ. Demum Druſus victoria potitus Maguntiæ veneno vitam finivit, ubi etiam ſepulturæ traditus eſt. Columpna alta ſuper ſepulchrum ejus erecta in præſens utique monimentum ſui nominis videntibus oſtentans.

Paſſio Domini.

Hujus Tiberii Cæſaris Auguſti temporibus, procurante Pontio Pilato Judæam, humanatus Dei Filius, ſeminato jam evangelii verbo, miraculisque ac prodigiis oſtenſis, quibus ſe B Dei Filium probavit, cùm jam hoc in mundo 33 annis menſibúsque tribus pro nobis peregrinari dignatus eſt, Principum Sacerdotúmque invidia captus, cæſus, flagellatus & crucifixus ſextâ feriâ octavâ kalend. Aprilis ſextâ horâ, acerbiſſimáque paſſione conſumatus omnium martyrum caput & ipſe moritur, & circa horam nonam magnâ voce Patris ſui in manus ſpiritum commendans inclinato capite exſpiravit. In cujus etiam jam mortui latus miles ſæviens lanceâ perforavit, unde in noſtrorum criminum expiationem ſanguis & aqua fluxit, continuóque miracula & prodigia ſequuta ſunt: nam cædis hujus nephariæ continuò cœli manifeſta dederunt ſigna: Sol s C enim defectio tanta facta eſt, quantam aliàs nunquam hominum memoria vidit. Dionyſius tam inſolens Solis deliquium intuitus, quia in alienum tempus incidiſſet, dixiſſe fertur, aut eo die Deum naturæ pati, aut mundanam ſolutum iri machinam. Et Bethania eâdem horâ horrendo eſt motu terræ concuſſa, & velum templi inter duo tabernacula conſciſſum â ſummo ad imum, petræ quoque & parietes ſciſſæ ſunt, mortuorúmque monimenta aperta, vox inſuper ex atrio audita eſt: migremus cives ex hys ſedibus: Judas, qui eum tradidit, magnitudinem ſceleris ſecum reputans, veniæ deſperatione præſumptâ, vitam laqueo finivit, nec Pilatus tam impiæ cædis autor multo meliorem exitum eſt ſortitus, qui magnis inde calamitatibus afflictus ſibi manus intulit. Impium Judæorum ſcelus,

cui

Digitized by Google

cui obſtrinxit ſe tota gens, cùm Chriſtus Rex paſſus eſt, in cauſa fuit, quod nunquam ejus terræ ſtatus quievit amplius, ſed animi ad diſcordiam accenſi, furialibus ſtimulis agitati, nunc in ſe nunc in alios non priùs ſævire deſiêrunt, quàm univerſa gens ſit cum urbe excidio dedita. Quod Titi Veſpaſianique temporibus & bellis actum conſtat: exciſa enim eſt Jeroſolima octavo die Septembris quinto fermè menſe, poſtquam obſideri ceperat. Ex captiva multitudine Titus decem & ſeptem millia robuſtiori ætate Alexandriam miſit omnibus operibus deſtinatos, minores natu ſub corona vendidit, duo millia per urbes & provincias diſtribuit, ut beſtiis ſpectaculorum diebus objicerentur. Fuit omnis captivorum multitudo numero ſeptem & nonaginta millia, cùm ab initio decies centum millia obſidione fatigari cepta ſint, quanquam pars maxima peregrinorum fuerit non civium, omnes tamen Hebraici ſanguinis. Verum quia parum quid ab ipſius Julii Cæſaris tempore usque ad Pipini Francorum Regis annos de noſtris Saxonibus ſcripta reperio, ipſorum Imperatorum nominibus & annis usque ad Caroli magni tempora brevi cathalogo digeſtis, ipſa quæ de Saxonibus invenio, paucis explicabo.

A

Subverſio Jeroſolymæ & clades Judæorum.

B

Julius Cæſar - - - 5
Octavianus Auguſtus - 57
Thiberius - - 23
Gayus - - 32
Claudius - - 14
Nero - - 13

Perſecutio prima Chriſtianorum fuit Romæ tempore Neronis, in qua Petrus & Paulus martirio conſecrati ſunt

Galba
Ottho 1
Vitellus

Hi tres in diverſis provinciis imperare incipientes, in uno anno mutuis cædibus perierunt

Veſpaſianus - 10
Titus - - 3
Domitianus - 14

Perſecutio ſecunda fuit Romæ juſſu Domitiani; jam enim prima ceſſavit tempore Titi.

Nerva - - 1
Trajanus - 19

Perſecutio 3tia eccleſiæ à Trajano exercetur, in qua perſecuti ſunt infiniti, tandem inter-

C

terventu Plinii ſecundi cohibita A eſt ſed non totaliter.
Adrianus Hellius - 21
Anthonius pius - 22
Anthonius verus - 18

Perſecutio 4ta eccleſiæ facta eſt juſſu Anthonii veri, in qua innumerabiles coronati ſunt.

Anthonius commodus - 13
Pertinax - 18
Julianus Didus 2 menſibus
Severus - 18

B Quinta perſecutio fit juſſu Severi, quam Divina ultio ſubſequuta eſt propter civilia bella, quibus Romani nimis attriti fuerunt.

Baſſianus - 6
Macrinus - 1
Varius Heliogabalus - 3
Alexander - 13
Maximianus - 3

C Sexta perſecutio facta eſt juſſu Maximiani hæc præcipuè fuit contra Prælatos & Clerum

Gordianus - - 3
Philippus Chriſtianus - 7
Decius - 3

Perſecutio ſeptima eccleſiæ Decii juſſu facta eſt ſæva nimis ſed non diuturna.

Gallus & Valuſianus - 12
Valerianus & Galienus 15

Octava eccleſiæ perſecutio facta eſt juſſu Valeriani, ſed per Galienum pax eccleſiis reddita eſt.

Claudius Quintillius - 2
Aurelianus - 5

Nona perſecutio facta eſt juſſu Aureliani, qui fulmine de cœlo cadente territus & ad ſententiam revocandam admonitus, dum advertere noluit, ſtatim periit occiſus gladio.

Tacitus - menſibus 6
Probus - - 5
Varus - - 2
Diocletianus & Maximianus 20

Decima perſecutio fuit decreta horum Imperatorum juſſu, omnium perſecutionum præteritarum graviſſima & duravit annis decem.

Galerius & Conſtantius - 2
Conſtantinus magnus - 30

Hic Eccleſiam Romanam confortavit, fidem Chriſti confirmavit & ſedem imperii tranſtulit in Græciam, ubi ſecundam Romam conſtruxit.

Synodus prima in Nicena hys temporibus fuit, in qua fuerunt 318 Epiſcopi, catholici viri.

Conſtantinus, Conſtantius & Conſtans - 24

Perſe-

Digitized by Google

Perſecutio undecima eccleſiæ juſſu Conſtantini Arriani orta eſt, quam ſanctus Anthonius prædixit.

Julianus apoſtata - 2

Perſecutio XII fuit in eccleſiam: nam Julianus hic etiam ſanguinem Chriſtianorum idolis vovit.

Jovinianus - menſibus 8

Valentinianus - - 11

Valens cum Valentiniano & & Gratiano - 4

Gratianus cum Valentiniano 6

Synodus Conſtantinopolitanus celebratus eſt hac tempeſtate in civitate Conſtantinopolitana.

Theodoſius - 11

Archadius - 13

Honorius - - 15

Theodoſius 2dus - 7

Synodus Epheſina univerſalis ducentorum Patrum contra Neſtorium hæreticum, pontificante Leone primo, congregata eſt. Habent hy 4tuor ſynodi præfati æqualem cum Evangelio autoritatem.

Leo primus - 17

Zeno - - 12

Anaſtaſius - - 26

Juſtinus - - 9

Juſtinianus - - 18

Synodus Conſtantinopolitana contra Theodorum & omnes alios hæreticos. Hæc eſt ſimilis autoritatis cum 4tuor A

Juſtinus - - 11

Thiberius - - - 7

Mauricius - 22

Focas - - 8

Heraclius - - 13

Hys temporibus Romanum imperium deficere cepit in orbe terrarum irrecuperabiliter; B nam in Oriente Saraceni, in Occidente Gothi dominia ſibi aſſumpſerunt.

Conſtantinus 3tius - 27

Conſtantinus 4tus - 17

Hys temporibus ſexta ſynodus Conſtantinopolis 284 Patrum contra hæreſin Monothelitarum celebrata eſt par in autoritate cum præfatis quatuor principalibus.

Juſtinianus 2dus - 10 C

Leontius - - 3

Thiberius 3tius - 7

Juſtinianus - - 6

Weſtphalia antiquorum Saxonum provincia circa hæc tempora cepit converti ad fidem.

Philippus - - - 1

Anaſtaſius - - 3

Theodoſius - - 1

A Leo tertius - - 5
Conſtantinus quintus - 35

Hic peſſimus hæreticus fuit & plus quàm aliquis Imperatorum fideles afflixit, ſed Divino judicio miſerabiliter extinctus eſt.

Leo quartus - - 5
Conſtantinus ſextus - 10
Nicophorus - - 9

Hys temporibus Orientale imperium quaſi ad nichilum redactum eſt: nam contra hunc Aran Saracenorum Admiratus cum trecentis milibus in Aſiam venit, cui trecenta aureorum milia annos per ſingulos, ut pacem conſequeretur, promiſit. Cujus filius, quem conſortem imperii fecerat, cùm ejus fœdera poſtea rupiſſet, multa incommoda ab eisdem recepit. B Hic etiam poſt Hirenem Auguſtum imperavit, cujus imperium ægre ferens eum cum ſemine dolo cepit & in Lesbum inſulam relegavit. Hoc autem bonum tantùm agere ſcivit, quod fœdus ante per Hirenem cum Carolo magno initum per Legatos renovavit. Unde Romani unanimiter ſe ad Carolum magnum contulerunt, ipſum Romanum Imperatorem delegerunt, & tunc imperium Romanum, quod fuerat in Oriente à primo Conſtantino usque ad illum ultimum Nicophorum, terminatum eſt, factâque eſt diviſio imperii, ut imperium occidentale Romanorum, orientale Græcorum diceretur & eſſet.

C Nervâ Romanorum imperium moderante 319 olimpiad., Trajanus nobiliſſimus Senatorii ordinis vir (tantus habitus, ut ipſum Imperator in filium ac imperii ſucceſſorem optaret) Galliam ac Germaniam defenſurus à ſenatu miſſus in civitate Agripina principatus ſui ſedem collocavit. Agripina jam dudum abs Romanis condita Romanorum Principum, qui à ſenatu in Germaniam moderandam mittebantur, habitatio fuit, anno autem ab urbe condita 847 idem Trajanus reipublicæ gubernacula imperiique inſignia, tradente Nervâ, apud Agripinam urbem ſuſcepit, atque Romam veniens magnificè ſuſceptus eſt. Gravi igitur oratione meritò commendandam urbem Agripinam ducatûs hactenus ſui ſedem extollens, & loci quali-

Colonia Agrippina gubernatur more Romano.

qualitate amœniſſimam, populique inhabitantis civilitate urbaniſſimam approbans, dignam, cui Senatus honorem impenderet, probavit. Animadverſo igitur, quanto Germania labore à Julio Cæſare Romanis ſubjecta primùm fuerat, dignum rati, ter quinos è nobilibus Romanorum eligere, Agripinámque Romanæ urbis inſtar tres in partes ſcindere ac parti unicuique quinos de præfatis generoſis præficere, rectoréſque & imperatores dare, quorum ſapientiâ, viribus & conſilio ne urbs Agripina modò, verùm tota Germania Galliáque Romanis jam ſubjecta tueretur ac moderaretur, &, ſi forſan deficeret, ſubjiceretur. Votis itaque ſuis compos factus Trajanus ex Romanis nobilibus Agripinæ urbis cives fecit, ipſámque urbis privilegiis ditavit. Unde & in l. finali ff. de cenſibus: *in Germania*, inquit, *inferiori Agrippinenſes Italici juris ſunt*, id eſt, tributa Cæſari non præſtant. Superſunt hanc noſtram in ætatem, qui de præfatorum Romanorum ſanguine progeniti ingenuitatem ſuam veteribus ex avis ſe traxiſſe gloriantur. Ordinatis autem ſingulis, ùt decreverant, apud Agrippinenſes, Imperator mox Germaniam trans Renum ſtatum reduxit ad priſtinum: nam Saxones primum, qui ſub Nerone defecerant, ſuperavit, domuit ac Romanis ſubjecit, progrediénſque multas trans Danubium gentes ſubegit, Romanúmque imperium in priſtinum ſtatum formámque revocavit.

A

B

C

Hic author reliquit ſpatium unius ferè folii.

Et quia in Chriſto regalis poteſtas & pontificalis dignitas concurrebat, Propheta teſtante: *quia primogenitum ponam illum excelſum præ regibus terræ*, in ejus etiam fimbria ſcriptum eſt: *Rex Regum & Dominus dominantium*, qui eſt & *Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech.* Unde & utraque dignitas unicum exordium proceſſionis habuit: nam ante legem ambæ dignitates primogenito competebant, ſcilicet a Ruben in Judam inprimis ac ad Levi tribum Sacerdotium translatum eſt. Et quia de tribu Juda ortus eſt Chriſtus & ad eandem tribum tranſtulit Sacerdotium: unde & ipſe utraque po-

A teſtate uſus eſt: nam ùt Imperator ementes & vendentes de templo ejecit, & ut Pontifex ſe ipſum immaculatam & vivam hoſtiam obtulit. Præmiſſo igitur jam ſuprà Imperatorum cathalogo, reſtat & de ſummis Pontificibus cathalogum inſerere, & quia ſummo Pontifici Chriſto in triumphali eccleſia tres jherarchiæ angelorum obſequuntur, ita in militanti Eccleſia circa vicarios ipſius tria genera Cardinalium obſequentium ſunt inſtituta: nam quidam ſunt aſſidentes ut Epiſcopi, quidam ſunt aſſiſtentes ut Presbyteri, quidam inſiſtentes ut Diaconi. Epiſcopi Pontifici aſſident & cathedras habent, Presbyteri ſeptimanas ſuas in horis & miſſis cantandis obſervantes Pontifici aſ-
B ſiſtunt, Diaconi miniſteriis inſiſtunt, Papam induunt, ſuſtentant, deducunt & circa altare deſerviunt.

Sunt autem Epiſcopi ſeptem ſecundum primam inſtitutionem:

Epiſcopus Hoſtienſis, qui propter conſecrationem Papæ dignior eſt aliis & pallio utitur.
Ep. Portuenſis.
Ep. Albinenſis.
Ep. Sabinenſis.
C Ep. Peneſtrinus.
Ep. Rufinæ.
Ep. Tuſculanus.

Presbyteri Cardinales ſunt numero XXVIII qui ſeptenarium per numerum diviſi, quatuor in reſiduis Eccleſiis Patriarchalibus ſunt intitulati ad celebrandum:

In Eccleſia S. Petri Cardinales:
Sanctæ Mariæ trans Tyberim.
Sti Criſogoni.
Stæ Ceciliæ trans Tyberim.
Stæ Anaſtaſiæ.
Sti Laurentii in Damaſco.
Sti Marci.
Sti Martini in monte.

In Eccleſia S. Pauli Cardinales:
Stæ Sabinæ.
Stæ Priſcæ.
Stæ Balbinæ.
Storum Nerei & Achillei.
Sti Sixti.
Sti Marcelli.
Stæ Suſannæ.

In Eccleſia S. Laurentii Cardinales:
Stæ Praxedis.
Sti Petri ad vincula.
Sti Laurentii in Luana.
Stæ Crucis in Jheruſalem.
Sti Stephani in Celio monte.

Storum

Storum Joannis & Pauli.
Storum quatuor Coronatorum.
In Eccleſia Stæ Mariæ majori Cardinales.
Storum Apoſtolorum.
Sti Cyriaci in Termis.
Sti Euſebii.
Stæ Potentianæ.
Sti Vitalis.
Storum Marcellini & Petri.
Sti Clementis.

Diaconi verò Cardinales ad miniſterium Domini Papæ deputati ſunt XVI videlicet:
Stæ Mariæ in Dominica & hic eſt Archidiaconus aliorum.
Stæ Luciæ in circo pallacii juxta ſeptiſolium.
Stæ Mariæ novæ.
Storum Coſmæ & Damiani pallacii. A
Sti Adriani pallacii.
Sti Georgii pallacii.
Stæ Mariæ de ſcola Græca.
Stæ Mariæ in porticu.
Sti Nicolay in carcere.
Sti Angeli.
Sti Euſtachii.
Stæ Mariæ in Aquario.
Stæ Mariæ in via lata.
Stæ Agathæ.
Stæ Mariæ in caput Saburræ. B
Sti Quirini.

Hi Cardinales præfati Chriſti presbyteri & Diaconi ad Domini Papæ & Patriarchalium Eccleſiarum urbis Romanæ miniſterium ordinati ſunt.

Numeratis aſſidentibus, aſtantibus ac miniſtrantibus Papæ, congruit & ipſos, quibus aſſident, aſtant & miniſtrant, adnumerare. Sunt autem in ordine hy, qui ſequuntur:

Petrus, Hic præfuit Eccleſiæ ſecundum Jeronymum annis 37, ſecundum Bedam 39.

Linus an.	10 menſ.	3 dieb.	13
Cletus	11	1	17
Clemens I.	9	2	10
Anacletus	9	2	10
Evariſtus	10	7	2
Alexander I.	8	5	2
Sixtus I.	10	9	21
Theleſphorus	11	3	21
Iginus	8	3	8
Pius I.	an. 11	menſ. 8	dieb. 21
Anicetus	9	3	4 C
Sother	9	3	21
Eleutherius	15	6	6
Victor I.	10	2	12
Zephirinus	9	6	10

Hic ſtatuit, ut omnis Chriſtianus duodecim annorum in die Paſcæ publicè corpus Chriſti acciperet.

Calixtus I.	an. 7	menſ. 2	dieb. 19
Urbanus I.	8	11	21

 Pon-

A Pontianus	an.5	menſ.2	dieb.2
Antheros	3	1	11
Fabianus	13	2	
Cornelius	3	2	10

Sciſma primum in eccleſia Dei fuit, quia Novatus contra Cornelium tenuit ſe prc Papa, licet non eſſet. Unde factus hæreticus in conſilio 60 Epiſcoporum tempore Decii eſt dampnatus.

Lucius	an.3	menſ.3	dieb.3
B Stephanus	3	2	15
Sixtus II.	2	11	6
Dioniſius	2	2	
Felix I.	2	10	
Euticianus	8	20	4
Gayus	11	4	9
Marcellinus	8	10	22
Marcellus	5	-	27
Euſebius	2	2	27
Melchiades	3	6	8
C Silveſter I.	23	10	21

Usque ad hunc Silveſtrum excluſivè omnes ſummi Pontifices pro Chriſto ſanguinem fuderunt.

Marcus	an.2	menſ.8	dieb.20
Julius	11	2	8
Liberius	16	7	3
Felix II.	1	1	2

Sciſma ſecundum eccleſiæ evenit inter Liberium & Felicem propter Arrianos, quibus favebat Liberius. Quam ob rem à Pontificatu projectus, Felix aſſumptus eſt.

Damaſus	an.18	menſ.2	dieb.10

Sciſma tertium inter Damaſum & Urſicinum evenit propter diſcordiam eligentium, tamen Damaſus obtinuit, quia major pars ſecum erat.

Syricius	an.15	menſ.11	dieb.15
Anaſtaſius	1	1	26
Innocentius I.	15	2	20
Zozimus	3	8	
Bonifacius I.	8	-	8

Sciſma quartum, quod fuit inter Bonifacium & Eulalium propter diſcordiam eligentium, ſed Bonifacius obtinuit.

Cæleſtinus I.	an.8	menſ.-	dieb.9
Sixtus III.	8	-	9
Leo I.	21	1	28
Hilarius	6	3	6
Simplicius	15	2	7
Felix III.	8	11	19
Gelaſius	8	8	18
Anaſtaſius II.	3	11	23
Symachus	15	7	28

Sciſma quintum inter Symachum & Laurentium evenit ex diſcordia eligentium. Symachus obtinuit judicio conſilii, ſed poſt annos quatuor ſurgit iterum altercatio in clero propter crimina objecta Symacho,

&

Digitized by Google

& factum eſt ſciſma ſextum. Verùm purgante ſe coram conſilio Symmacho, reſtituitur & Laurentius dampnatur.

Hormiſda an. 9 menſ. 17 dieb.

Johannes I.	3	9	18
Felix IIII.	4	2	13
Bonifacius II.	2	-	26
Johannes II.	2	4	6
Agapitus	2	11	18
Silverius	3	5	11
Vigilius	17	6	26
Pelagius	4	10	18
Johannes III.	12	11	27
Benedictus I.	4	1	18
Pelagius	12	1	10
Gregorius I.	13	6	

Hic propter excellentiam potentiæ, divitiarum, virtutis, nobilitatis, ſapientiæ, ſanctitatis famæ & experientiæ Magnus dictus eſt.

Savinianus an. 1 menſ. 7 dieb.

Bonifacius III.	-	8	28
Bonifacius IIII.	6	8	12
Deusdedit	3	-	20
Bonifacius V.	7	-	13
Honorius I.	12	11	18
Severinus	1	8	28
Johannes IV.	1	9	18
Theodorus	6	5	8
Martinus I.	6	1	26
Eugenius I.	2	8	22
Vitellianus	14	8	2
Adeodatus	4	2	5
Donus	3	2	7
Bonifacius VI.	4	2	
Agatho	2	6	
Leo II.	3	10	17
Benedictus II.	2	10	
Johannes V.			
Zeno	2	11	19
Sergius	9	8	23

A

In hujus electione magna diſſenſio fuit: nam pars quædam Theodorum, quædam Paſcalem elegit, ſed tandem in hunc conſenſerunt. Hic reduxit ad unitatem Synodum Aquilegienſem, quæ noluit recipere ſextam Synodum Conſtantinopolitanam, & fuit grande ſciſma in eccleſia, quia duo univerſalia conſilia contra ſe ſentiebant.

B

Leo III. annis 2 menſ. 11

Johannes VI.	3	12
Johannes VII.	3	7

Siſinnius diebus 29

C

Sciſma ſeptimum eccleſiæ fuit inter Siſinnium & Dioſcorum, quod fuit continuatum per ſucceſſores eorum, & fuit grandis perturbatio in eccleſia & ſcandaloſa altercatio tam in Imperio quàm in Papatu.

Conſtantinus an. 7 menſ. dieb. 17

Gregorius II.	17	8	20

Gre-

A Gregorius III. 10 8 24
Zacharias 10 2 15
Stephanus II. 5 28

Hic Pipinum in Regem Francorum unxit & tranſtulit imperium de Græcis ad Francos.

Paulus annis 10 menſ. 1
Conſtantinus II. 2 1

Hic ex laico Papa per violentiam factus iterum ejicitur & oculis privatur.

	annis	menſ.	dieb.
B Stephanus III.	2	5	82
Adrianus	24	10	18
Leo III.	20	7	16

Hic ad Karolum magnum in Saxoniam venit, ubi & multas eccleſias conſecravit & novellos in fide confirmavit ac Romam rediens Karolum Imperatorem deſignavit.

StephanusIV. an.3 menſ.7 dieb.
C Paſcalis 7 - 17
Eugenius 3 2

Sciſma ortum fuit inter Eugenium & Zinſinnium propter diſcordiam eligentium, ſed Eugenius obtinuit, quia major pars erat cum eo.

Valentinus ann. menſ. dieb. 4
Gregorius IV. 12 - -
Sergius II. 3 2

Hic antea vocabatur os porci, verùm mutato nomine propter honeſtatem Sergius dictus eſt. Ex hinc mutandorum nominum in electione Papæ mos inolevit.

Leo IV. ann.8 menſ.3 dieb.6
Benedictus III. 2 6
Nicolaus 9 2 20
Adrianus II. 7 - -
Johannes VIII. 10 - 2
Martinus II. 1 5
Adrianus III. 1 3
Stephanus V. 6 9
Formoſus 5 6

Sciſma nonum eccleſiæ & ſcandaloſiſſimum fuit inter Formoſum & Sergium: nam Sergius à Formoſo reprobatus fugit in Franciam & tandem Papa factus Romam revertitur, ſecretè Chriſtoforum cepit & Formoſi corpus effoſſum dehoneſtavit. Fuit etiam in Sciſmate iſto aliud minus & breviſſimum inter Leonem & Chriſtoforum prædictum: nam Chriſtoforus per vim rapuit Papatum, Leone incarcerato, ſed ſtatim & ipſe per Sergium tanquam invaſor incarceratus eſt, & multiplicata ſunt mala.

Bonifacius ann. menſ. dieb.
Stephanus VI. 1 3
Romanus - 3 2
Theodorus II - - 20

Jo-

Johannes 9. an.2 menſ. dieb.15
Benedictus 8. 3 2 -
Leo 5. - - 4
Chriſtoforus - 7 -

Octo præfati Pontifices breviſſimo tempore pontificârunt. Solum ſcandaloſa de hys reperiuntur & contentioſa: nam unus contra alium & ſimiliter contra ſe mutuò certabant & alter alterius facta reprobabat & depravabat.

Sergius 3. an.7 menſ.3 dieb.16
Anaſtaſius 2. 2 2
Lando 7 21
Johannes 10. 13 2 3
Leo 6. 6 17
Stephanus 7. 2 1 2
Johannes 11. 4 10 15
Leo 7. 3 5 10
Stephanus 8. 3 4 15
Martinus 3. 3 6 14
Agapitus 2. 8 6 10
Johannes 12: 7 11

Sciſma decimum eccleſiæ fuit inter Johannem 12 & Leonem 8vum, quia Johannes cùm malè intraſſet & pejus vixiſſet, depoſitus eſt & Leo ſubrogatus, ſed tamen Leo obtinuit auxilio Imperatoris.

Benedictus 5. an. menſ.2 dieb.5
Leo 8. 1 4

Sciſma undecimum fuit inter hunc Benedictum & Leonem. A Unde electus à Romanis contra Leonem Benedictus deponitur ab Ottone & in Saxoniam ad exilium mittitur & ſic Leo pontificavit:

Johannes 13. an.7 menſ. dieb.10
Benedictus 6. 1 6
Bonus vel Donus 2. 1 6
Bonifacius 7. - 7 4
Benedictus 7. 10 6
Johannes 14 - 8 B
Johannes 15. - 4
Johannes 16. 10 10 7
Gregorius 5. 2 6
Johannes 17. - 6

Sciſma XII fuit inter Gregorium 5. & Johannem 17. Cauſa fuit tirannidis Creſcentii Conſulis & ambicio Johannis, ſed paucis diebus duravit; nam Imperator Creſcentium capite truncavit & Johannem exoculavit. C

Silveſter 2. ann.4 menſ.1 dieb.8

Hic operatione diaboli ad Papatum venit, tamen maximam poſtea pœnitentiam fecit.

Johannes 18. an. menſ.7 dieb.26
Johannes 19. 7 -
Sergius 4. 2 7
Benedictus 8. 11 11 21

Sciſma XIII fuit inter hunc Benedictum & quendam alium intru-

A intruſum, ſed pòſt Benedictus obtinuit, intruſo iterum ejecto.
Johannes 20. annis 11
Benedictus 9. - 12

Sciſma 14 eccleſiæ ſcandaloſum & confuſione plenum fuit inter hunc Benedictum & alios. Cauſa fuit vita mala Benedicti & iniquus introitus. Unde iterum & iterum ejectus & reſtitutus eſt: faſtus enim ſummorum Pontificum ſemper habuit malum exitum.

B

Silveſter 3.	ann.	menſ.	dieb.
Gregorius 6.	2	6	-
Clemens 2.	-	9	7
Damaſus 2.	-	-	23
Leo 9.	7	2	3
Victor 2.	2	3	-
Stephanus 9.	-	9	28
Benedictus 10		-	9

Hic cum per vim Papatum rapuiſſet & novem menſibus C ſediſſet, ceſſit.
Nicolaus II. ann. 2 menſ. 6 dieb.
Alexander II. 11 6 27

Sciſma 15 inter Alexandrum & Codullum Epiſcopum Parmenſem. Sed Alexander obtinuit judicio conſilii, contradicente Imperatore.
Gregorius VII. an. 12 menſ. 1 - - diebus 4

Sciſma 16 fuit inter hunc Gregorium & Archiepiſcopum Ravennenſem. Cauſa fuit tirannidis Imperatoris ac diſſenſio quorundam Epiſcoporum. Majus fuit omnibus antè habitis, duravitque usque ad Urbanum II.

Victor III. an. 1	menſ. 8	dieb. 7	
Urbanus II.	13	4	-
Paſcalis	18	5	7

Sciſma 17 eccleſiæ fuit inter hunc Paſcalem & tres Prælatos ſcilicet Albertum, Arnulphum & Theodoricum, qui favore Imperatoris erexerunt ſe, ſed malâ morte perierunt.
Gelaſius II. ann. 2 dieb. 5

Sciſma 18 eccleſiæ fuit hoc tempore, quo Benedictus quidam favore Imperatoris erexit ſe contra Gelaſium & etiam contra Calixtum, ſed miſerabiliter periit.

Calixtus II. an. 5	menſ. 10	dieb. 11	
Honorius II.	5	2	8
Innocentius II.	14	7	8

Sciſma 19 eccleſiæ fuit inter Innocentium & Petrum Leonis propter diſcordiam eligentium, duravitque ſeptem annis, ſed auxilio Beati Bernardi prævaluit, Divino judicio adverſariis horribiliter conſumptis.
Cæleſtinus II. an. menſ. 5 dieb. 10

Euge-

Eugenius II.	an. 5	menſ. 4	dieb. 20
Anaſtaſius IV.	2	4	
Adrianus IV.	5	-	
Alexander III.	21	11	

Sciſma 20 eccleſiæ fuit inter Alexandrum & quatuor ſciſmaticos, quos vicit ſucceſſivè & excommunicavit, qui omnes malâ morte perierunt, duravitque hoc ſciſma 17 annis.

Lucius 3.	ann. 8	menſ. 2	dieb. 14
Urbanus 3.	1	10	2
Gregorius 8.	-	2	-
Clemens 3.	3	16	-
Cæleſtinus 3.	6	2	11
Innocentius 3.	8	4	24
Honorius 3.	10	8	26
Gregorius 9.	14	-	-
Cæleſtinus 4.	-	-	17
Innocentius 4.	11	6	

Hic Innocentius ſedes Cardinalium, quæ diu vacuæ erant, reſtauravit perſonis ex diverſis mundi partibus electis.

Alexander 4.	an. 7	menſ. 3	dieb. 8
Urbanus 4.	3	1	7
Clemens 4.	3	9	-
Gregorius 10.	4	-	10
Innocentius 5.	-	7	2
Adrianus 5.	-	1	9
Johannes 21.	-	8	
Nicolaus 2.	3	-	
Martinus 4.	4	1	
Honorius 4.	2	-	1
Nicolaus 4.	ann. 4	menſ. 1	

A

Poſt hujus Nicolai mortem vacavit Sedes Romana annis duobus & ſex menſibus. Tandem Cæleſtinum de heremo vocârunt & ipſum in Papam elegerunt.

Cæleſtinus 5. menſ. 7 dieb. 7

Hic propter onus ſtatim Papatui reſignavit & ad heremum feſtinavit.

B

Bonifacius 8.	an. 8	menſ. 9	dieb.
Benedictus 11.	-	8	17

Mortuo Benedicto, vacavit Sedes plus quam per annum propter diſcordiam Cardinalium in eligendo.

	annis	menſ.	dieb.
Clemens 5.	8	10	15
Johannes 22.	18		

C

Sciſma 21 inter Johannem & quendam Petrum de Carbario de ordine Minorum. Cauſa fuit tirannidis Ludovici, qui ſcindere nitebatur unionem eccleſiæ, eò quod Johannes Papa ipſum excommunicavit & ideo iſtum Petrum in idolum erexit & veneratus eſt eum. Sed nichil profecit; quia ſtatim ſucciſum eſt, & Petrus venit ad pedes Johannis veniam petens & obtinuit, tamen fuit conſer-

Digitized by Google

A vatus ùt hoſtis omnibus diebus, quibus ſupervixit.

Benedictus 12.	ann. 7	menſ. 3	dieb. 18.
Clemens 6.	10	6	19
Innocentius 6.	10		
Urbanus 5.	8		
Gregorius 11.	8		

Mortuo Gregorio, facta eſt tribulatio in eccleſia, quam Dominus Beatæ Brigittæ præoſtendit propter peccata Cleri.

Urbanus 6.	annis 11
Clemens 7.	15
Bonifacius 9.	15
Benedictus 13	21
Innocentius 7.	2
Gregorius 12.	12
Alexander 5.	1
Johannes 23.	4

B

Sciſma peſſimum etm pore præfatorum Pontificum Urbani & Clementis ortum eſt: nam

C Urbanus electus fuit in urbe per vim Romanorum, ſed Cardinales hoc metu fecerunt & non ex animo. Quapropter fugientes ad civitatem Fundorum dixerunt eum non eſſe Papam, & elegerunt loco ejus Clementem 7. Unde ortum eſt ſciſma omnium ſciſmatum, quæ antea fuerunt, peſſimum & ſubtiliſſimum: adeò enim perplexum fuit, ut etiam doctiſſimi & conſcientioſi viri non valerent diſcutere, cui eſſet magis adhærendum, & fuit continuatum per annos 40 cum gravi ſcandalo totius Cleri, & grandi jactura animarum propter hæreſes & alia devia, quæ tunc pullulârunt, eò quod non eſſet diſciplina in eccleſia contra hujusmodi, & ideo ab iſto Urbano 6to usque ad Martinum 5. neſcio quis fuerit Papa.

Martinus 5.	annis 14

Hic fuit electus per conſilium Conſtantienſe, depoſitis aliis contendentibus, qui diu ſciſma habuerunt & ſic rediit unio diu deſiderata.

Eugenius 4.	annis 17
Felix 5.	9

Sciſma 23 inter Eugenium & Felicem, & duravit annis 16: nam mortuo Martino, Eugenius fuit electus pacificè in urbe & indubitatus Papa habitus, ſed poſtea ab urbe expulſus nudus effugit, eo quod non ſervavit decreta conſilii Conſtantienſis. Unde citatus ad conſilium Baſileenſe, dum non obedivit, depoſitus eſt ac in locum ejus Sabaudiæ Dux ordinatus, quem Felicem quintum appellabant.

Digitized by Google

labant. Qui tandem Eugenio defunčto, Nicolao quinto ceſſit. A

Nicolaus 5.	annis	8		Sixtus 4.	annis	13	
Calixtus 3.		3	menſ. 5	Innocentius 8.		8	
Pius 2.		6		Alexander 6.		11	
Paulus 2.		7		Pius 3.		-	dieb. 16
				Julius		10	
				Leo 10.			

Sub Leone X. anthor obiit.

Eſt autem non ignorandum, quod ſummi Pontifices Chriſti Vicarii a primo ſummo Pontifice Chriſti Vicario ſančto Petro usque ad Silveſtrum primum omnes martyrio coronati ſunt. Silveſtro autem pontificante, pax eccleſiæ reddita eſt per Conſtantinum Imperatorem, & eccleſiarum Prælati, qui hačtenus in paupertate vixerunt, ymmo nichil habentes & omnia poſſidentes, poſſeſſiones habere inceperunt. De quibus poſſeſſionibus grandis altercatio ſœpe inter Dočtores fuit, quibusdam dicentibus, quod juſtum & utile eſſet, quod eccleſia in temporalibus abundaret & honorem terrenum haberet, aliis contrarium ſentientibus. Nec id mirum: nam quidquid eccleſia facit vel dicit aut habet, ſignum eſt, cui contradicitur: elegit diu in paupertate & penuria vivere, ſignum eſt, cui contradicitur: ſuſcepit deinde gentis oblata temporalia, ſignum eſt, cui contradicitur. Sed ſi diligenter advertimus, tunc invenimus, quod Chriſtus Dominus hoc prædixit & promiſit dilečtis ſuis, ſcilicet quod eſſent recepturi agros cum perſequutionibus, & dicente Petro: *ecce duo gladii hic*, Dominus reſpondet, *ſufficit*. Ubi ſecundùm beatum Bernardum ad Eugenium utrumque gladium proin ordinatione propriâ ſuſcepit, alioquin non dixiſſet: ſufficit, ſed nimis eſt. Gladium ſpiritualem per ſe ipſum ſed materialem per alios regit, ſcilicet per perſonas laicales. Et revera â Spiritu ſančto fačtum eſt, ut eccleſia in temporalibus abundaret, quia pauci ſunt tantæ perfečtionis, ut ſine adminiculo temporalium onera eccleſiaſiaſtica ſuſciperent, & ſic periret magna pars fidelium, eo quod non eſſent, qui adminiſtrarent ſpiritualia. Eccleſia enim Dei primis temporibus pauper erat in temporalibus volunta-

Temporales poſſeſſiones ac juriſdičtiones competere Clero probatur.

B

C

 riè,

A riè, proceſſu vero temporis, ut amici Dei ferventiores & expeditiores eſſent ad prædicandum verbum Dei, ut ſciretur quod divitiæ malæ non ſint ſed abuſus earum, ideo ſub Silveſtro & poſtea ſub aliis bona temporalia eccleſiæ data ſunt, quæ viri ſancti longo tempore ad neceſſitatem ſuam ſolam & amicorum Dei & pauperum ſuſtentationem diſpenſabant. Dicunt quidam, quod nedum temporalem ſuſtentationem neceſſarium fuit Eccleſiaſticos habere ſed etiam temporalem jurisdictionem ad compeſcendam iniquam audaciam volentium bona eccleſiaſtica ſuis uſibus appropriare. Nec decuit, ut Prælatus ſpirituali poteſtate præditus poteſtatem temporalem, cui imperet, B ab alio mendicet, ſed propriam etiam poſſideat. Hæc omnia firmiſſimè probantur ex legendis & dictis ſanctorum Patrum, qui temporalia dominia & poſſeſſiones terrenas latiſſimas juſtè habuerunt. Quis enim audeat dicere, quod tot tanti Pontifices, viri utique ſummæ perfectionis & literaturæ, miraculis glorioſi, qui omnia temporalia arbitrabantur ùt ſtercora, quorum doctrinâ fulget eccleſia ut Sol & Luna, quorum ſcripta ſuos lectores ſancti Spiritus igne accendunt, quorum plures propriam vitam per defenſionem libertatis eccleſiaſticæ tradiderunt martirio coronati, quis, inquam, audeat dicere, tales ac tam multos ac tantos ſic deliràſſe, ut hujusmodi temporalia contra juſtitiam ac Dei voluntatem detinuiſſent? annon po- C tiùs usque hodie contradictores eorum formidabili vidimus morte conſumatos, juxta quod imprecatus fuit eis Conſtantinus, qui paginam imperialis teſtamenti propriis manibus ſuper venerandum corpus beati Petri poſuit? quis unquam temerator, niſi pœnituiſſet, hanc maledictionem evaſit? tanta ſiquidem per hujus mundi potentes, peritos & ſapientes facta legimus contra patrimonium eccleſiæ in omnibus pene finibus totius Chriſtianitatis, ut nequaquam credibile ſit, quod humano modo potuiſſet hujusmodi inſultus tolleràſſe ſeu aliquid recuperàſſe poſt tam crebras deſperatáſque exſpoliationes, ſed quia de cœlo dimicatum eſt contra eos, ideo ùt fumus perie-

runt

Digitized by Google

runt univerſi hoſtes eccleſiæ usque in præſens, uti Conſtantinus Arrianus, Julianus Apoſtata, Valens, Haytemaricus, Halaricus, Gauſericus, Honorius, Attila, Seno, Tottila, Theodericus, Conſtantinus tertius & quintus, Leo tertius & quartus, Fredericus primus & ſecundus, Otto quartus, Andronicus quartus & cæteri præſumptores ſuis cum complicibus, qui quaſi una horâ eccleſias privare nitebantur ac ſuffocare, ubi ſunt? nunquid prævaluerunt? & ecce hodie floret cultus Dei cum gloria, & illi, ſi pœnitentiam non egerunt, apud inferos contremiſcunt. Sed nunquid humanâ virtute id actum credimus? minimè. Igitur ſi Deus pro nobis, quis contra nos? ecce regnat fides ſed videntibus & invidentibus inimicis, dentibus ſuis frementibus, nil contra manum Omnipotentis facere valentibus, & quia grandia mala congerunt aliqui propter hujusmodi diſputationes, ſuggerentibus quibusdam impiis in aures Principum, quod Eccleſiaſtici dominia terrena licitè non poſſiderent, ideo Apoſtolica Sedes inhibuit, ne amodo fiant, neque ulli liceat deinceps in dubium revocare, quod tantis ſanctiſſimorum virorum doctrinis & exemplis conſtat roboratum. Extat epiſtola Conſtantini generalis ad omnes Epiſcopos, quam inter decreta Patrum Iſidorus collocavit, in qua idem Conſtantinus modum ſuæ juſſionis ponit & Romanam Eccleſiam omnibus eccleſiis præeſſe diſcernit in hunc modum. A B

Epiſtola Conſtantini Imperatoris ad S. Silveſtrum &c. C

Fabuloſa Conſtantini donatio.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Imperator Cæſar Flavius Conſtantinus ſanctiſſimo Patri Patrum Silveſtro omnibùsque ejus ſucceſſoribus urbis Romanæ Epiſcopis ac cæteris omnibus Catholicis Epiſcopis eidem ſacroſanctæ eccleſiæ per hanc noſtram imperialem conſtitutionem ſubjectis nunc & in poſteris temporibus gratia, pax, caritas, gaudium cum omnibus vobis. Ea quæ Salvator noſter Altiſſimi filius per ſanctos Apoſtolos ſuos Petrum & Paulum interveniente noſtro Patre Silveſtro mirabiliter operari dignatus eſt ad agnitionem

A nem omnium populorum, liquida enarratione propagare ſtudent noſtra benignitas: nam cùm validiſſima ſqualoris lepra carnem meam invaſiſſet, nec aliquis medicorum curam adhibere poſſet &c. *& poſt multa ſequitur in epiſtola*: igitur levatus de ſacro fonte utile judicavi unà cum Satrapibus meis & univerſo ſenatu amplius quam noſtrum imperium & terrenum thronum ſedem ſacratiſſimam beati Petri exaltare, tribuens ei poteſtatem & honorificentiam imperialem, decernentésque ſancimus, ut principatum teneat tam ſuper quatuor principales ſedes ſcilicet Antiocenam, Alexandrinam, Conſtantinopolitanam & Jeroſolimitanam, quàm etiam ſuper omnes in orbe terrarum Dei eccleſias, & qui pro tempore Pontifex ejusdem B Romanæ eccleſiæ extiterit, exaltior & princeps cunctis Sacerdotibus totius mundi exiſtat, & quando aliqua ad cultum Dei vel Chriſtianorum fidei ſtabilitatem procuranda ſunt, diſponat. Juſtum quippe eſt, ut ibi lex ſancta caput teneat principatûs, ubi ſacrarum legum inſtitutor Jheſus beatum Petrum Apoſtolatûs obtinere præcepit cathedram, ubi & crucis patibulum ſuſtinens beatæ mortis poculum ſumpſit, ſuique magiſtri & Domini imitator apparuit; & ibi gentes pro nomine Chriſti colla flectant, ubi Doctor eorum beatus Paulus Apoſtolus pro Chriſto extenſo martirio coronatus eſt; ibi proni & humiliati cœleſtis Regis famulentur officio, ubi ſuperbi terreni regis ſerviebant imperio. C Interea quoque nôſſe volumus omnem populum per orbem terrarum, conſtruxiſſe nos intra palatium noſtrum Lateranenſe Salvatori noſtro eccleſiam à fundamentis cum babtiſterio, & de fundamentis ejus ſecundum numerum Apoſtolorum duodecim cophinos terra onuſtos propriis humeris aſportaſſe, quam ſacroſanctam eccleſiam caput & verticem omnium eccleſiarum univerſo orbe dici & coli & prædicari ſancimus. Conſtruximus itaque eccleſias beatorum Petri & Pauli primorum Apoſtolorum, quas auro & argento locupletavimus, ubi & ſacratiſſima eorum corpora cum magno honore recondentes thecas eorum ex electro,

cui

Digitized by Google

cui nulla prævalet elementorum fortitudo, conſtruximus & crucem ex auro puriſſimo & gemmis pretioſis per ſingulas eorum thecas poſuimus, atque clavis aureis confiximus. Igitur ſanctis Apoſtolis Dominis meis & per eos etiam beato Silveſtro Patri noſtro & univerſali Papæ omnibúsque ejus in B. Petri ſede ſucceſſoribus Pontificibus imperii noſtri pallatium Lateranenſe contradimus, quod omnibus in orbe pallatiis præfertur & præcellit. Deinde diadema capitis noſtri ſimúlque frigium & ſuperhumerale, quod imperiale circumdare aſſolet collum, & clamidem purpuream tunicámque coccineam & omnia imperialia indumenta & omnem proceſſionem imperialis ordinis, & gloriam poteſtatis noſtræ, & quemadmodum imperialis potentia diverſis officiis cubiculariorum & hoſtiariorum & omnium excubitorum ornatur, ita & ſanctam Romanam eccleſiam decorari volumus. Et ut ampliùs Pontificale decus refulgeat, decernimus & hoc ejusdem eccleſiæ clericis ex linthris candidiſſimo colore equos eorum decorari & ita equitare diſcernimus, & hoc ut venerabilis Pater Silveſter & omnes ejus ſucceſſores Pontifices diadema, quod ex capite noſtro illi conceſſimus, ex auro puriſſimo & gemmis pretioſis uti debeat, & eorum capite ad laudem Dei pro beati Petri honore geſtare. At ipſe beatiſſimus Papa ſuper coronam clericatûs, quam gerit, omnino ipſa ex auro non eſt paſſus uti corona, Frigium verò candido nitore ſplendidum reſurrectionem Dominicam deſignans ſanctiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus, & tenentes frœnum equi ipſius pro reverentia beati Petri ſtratoris officium ei exhibuimus, ſtatuentes eodem Frigio ejus ſucceſſores omnes uti in proceſſionibus ad imitationem imperii noſtri. Et ut Pontificalis apex non vileſcat, ſed ampliùs quàm terreni imperii dignitas & gloriæ potentia decoretur, ecce tam pallatium noſtrum, ut prælatum eſt, quàm urbis Romæ & omnis Italiæ ſeu occidentalium regionum provincias, loca & civitates Patri noſtro Silveſtro ejúsque ſucceſſoribus diſcernimus diſponendum ac jure Romanæ eccleſiæ

A B C

A permanendum. Unde congruum conſpeximus, noſtrum im-
perium & regni poteſtatem orientalibus regionibus transferri
& in Biſantiæ provincia in optimo loco nomini noſtro civita-
tem ædificari & illic imperium noſtrum conſtitui: quoniam,
ubi principatus Sacerdotum & Chriſtianæ religionis ab Impe-
ratore cœleſti conſtitutum eſt, juſtum non eſt, ut Imperator
terrenus habeat poteſtatem. Denique coram Deo, qui nos
regnare præcepit & coram terribili ejus judicio obteſtamur
per hoc noſtrum imperiale conſtitutum omnes ſucceſſores no-
ſtros Imperatores & cunctos obtimates & univerſum populum
in noſtro imperio nulli quocunque modo licere hæc, quæ a
B nobis imperiali ſanctione ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ & ejus
Pontificibus conceſſa ſunt, refragari aut confringere vel in quo-
cunque convellere. Siquis autem in hoc contemptor aut te-
merator exciterit, æternis condempnationibus ſubjaceat inno-
datus, & ſanctos dein Principes Apoſtolorum Petrum & Pau-
lum ſibi in præſenti vita & in futura ſentiat contrarios, atque
in inferno inferiore concrematus cum diabolo & omnibus im-
piis deficiat. Hujus vero Imperialis decreti noſtri paginam
propriis manibus roborantes ſuper corpus beati Petri poſui-
mus, eidem Apoſtolo Dei inviolabiliter obſervare ſpondentes
C & noſtris ſucceſſoribus Imperatoribus conſervanda & in man-
datis relinquimus.

Tunc ædificavit ſibi Biſantium maritimam civitatem & vocavit illam Conſtantinopolim de nomine ſuo, ornavitque illam diverſis fabricis & conſtruxit in ea plures eccleſias, quarum unam appellavit Hirenem & aliam Apoſtolorum, aliam veró dedicavit Agiæ Sophiæ, id eſt ſanctæ ſapientiæ, quæ Chriſtus eſt, & aliam Michaëli Archangelo. Tranſtulit etiam eo omnes pene nobiles Romanorum & ordinem Senatorum cum uxoribus & liberis eorum, urbem verò Romam cum pallatio ſuo, quod Lateranenſe dicitur, conceſſit Apoſtolis ſcilicet Petro & Paulo & ſancto Papæ Silveſtro. Sanxit etiam & inſtituit teſtamento, ut omnia, quæ ad eccleſiaſticum ordinem

perti-

Digitized by Google

pertinent, Romani Epiſcopi judicio diſpoſitionem accipiant, ſed & per totum Romanum imperium privilegia ſingulis civitatibus dedit, ut omnis populus Chriſtianus ſub ipſorum ordinatione libere Domino deſervirent. Sic ergo dignitatem imperii Conſtantinopolim tranſtulit, inſtituens, ut totius caput eſſet Orientis, & ad imperii Romani memoriam nova Roma diceretur. Verúm anno Domini DCCC, cùm apud Græcos Imperatoris nomen micaret, Carolus magnus Francorum Rex, certis ex cauſis, infrà ſuo loco dicendis, moram faciens accepit â Leone Papa & omni populo Romano decretum, ut Carolus Imperatoris nomen indueret & Auguſti, eò quod Romani Imperatores olim in urbe Roma ſedem habuiſſent. Ex eo igitur tempore, imperio Græcorum apud occidentem evaneſcente, nomen rediit Imperatorum ad quasdam partes Occidentis. Ex quo quædam Romani imperii facta eſt confuſio de duobus nomen unum tenentibus: diviſio enim minuit poteſtatem, & ſicut â ſolo Deo Græcorum dependet imperium, ita â ſede tantúm Romana Papa affirmat imperium Occidentis pendere. Apud Principes Alamaniæ Imperatorum eſt electio, apud Papam electi confirmatio & conſecratio. Novâ diſcretione Imperator nominatur ùt Dominus, conſecratur ùt non Dominus; nempe imperialia non accipit inſignia, quæ ſibi ſoli collata Papa conſervat. Ad altare modicum in latere baſilicæ ſancti Petri conſecratur â ſolo Papa, cum è diverſo Papa Imperatoris inſignia in ſui conſecratione teneat & ad altare majus ſcilicet Petri accipiat unctionem. Sed de hys infrà, ubi de Carolo magno & Ottone tertio menſio fiet. A B C

Poſt hæc author recentiori manu addit ſequentia: Prædictam autem Conſtantini donationem frivolam & falſam eſſe nec factam probant Laurentius Valla, Pius quoque Papa in Dialogo, Nicolaus de Cuſa Cardinalis & multi alii. Unde Raphael Volaterranus in vita Conſtantini magni: de domo, inquit, Conſtantini apud nullos extat autores præterquam in libro decretalium, ideóque in antiquis voluminibus minimè conti-

A neri autor eſt Anthoninus Præſul Florentinus in Cronic. *dein-*
de pergit manu antiquiore:

Anno 366. Anno ab urbe condita 11'8 Valentinianus apud Niceam
conſenſu militum Imperator creatus eſt, manſitque in eo an-
nis undecim. Hujus temporibus Saxones, gens in Occeani
litoribus & paludibus inviis ſita, virtute & agilitate terribilis,
teſte Oroſio, periculoſam Romanis finibus eruptionem magnâ
mole meditari cepit. Verùm Valentinianus Imperator Roma-
no milite delecto ipſos in ipſis Francorum finibus oppreſſit.
Anno de hinc ſequenti Saxones congregati plùs quàm octin-
B genta milia Renum tranſierunt & eam Galliæ partem, quæ
nunc Burgundia dicitur, occupârunt, quos idem Valentinia-
nus cæſos imperio ſubegit. Hos quondam, ſubactâ inferiore
Germaniâ à Druſo & Tiberio adoptivis Cæſaris filiis, per caſtra
diſpoſitos in magnam coaluiſſe gentem atque ita etiam nomen
ex opere ſumpſere, quia crebra per limitem habitacula conſti-
tuta burgos vulgò vocant, eorúmque eſſe prævalidam atque
perniciosam manum Galliæ hodie teſtes ſunt, in quibus præ-
ſumptâ poſſeſſione conſiſtunt.

378. Imperante Valente, ob hominum ſcelera ira Divina ſævire
cepit: non enim licet impune in Dei legem delinquere; gens
C quippe barbara fortiſſima inhumanáque Hunorum ex ultimis
Ungarorum & Poloniæ finibus emanans, Germaniam Gal-
liámque dev.ſtavit, civitates villáſque demoliens, caſtra, mu-
nitiones & fortalitia dejiciens, maximam hominum cædem fe-
cit. Quo etiam pene tempore, Gratiano jam imperii frœna
tenente, ex Germania Italiáque vulgi effrœnis maxima turba
convolat armatorum ſupra triginta milia, qui unanimes in Im-
peratorem arma vertentes apud Argentinam inferiores facti,
cæſis triginta milibus, ſuperati ſunt. Qua victoriâ animatus
Gratianus per Ungaros, Dacios, Saxones exercitum movens,
Gothos Hunóſque vi expulit & regiones ab ipſis liberavit.

381. Primo Gratiani & Valentiniani (junioris ſcil.) anno Pria-
mus primus Francorum Dux ducavit ſuper Francos annis
quin-

Digitized by Google

quinque, poſt quem filius ejus Marcomenus annis triginta tribus. A

Anno 387. Synodus Trevirenſis contra Priſcillianiſtas.

Imperante Maximo, qui ſedem regni Treviris collocaverat, congregata eſt ſynodus in eadem urbe juſſu Imperatoris, in qua inter cæteros trina Eccleſiæ luminaria Ambroſium, Auguſtinum & Jeronymum fuiſſe legimus, ad Priſcellianam hæreſin extirpandam. Is enim hæreſiarcha in Albilina Hiſpaniæ urbe Epiſcopus fuerat; verùm Burdegalis in conſilio hæreticus declaratus, fugâ lapſus Treverim venit, quem tandem Maximus capitali ſententia punivit. Hic eſt ille Maximus, qui beato Pontifici Martino invitato ciphum mero refertum porrigens, exſpectans atque ambiens, ut ab illius dextera poculum ſumeret, ſed Martinus, ubi ebibit, pateram presbitero ſuo tradidit, nullum ſcilicet exiſtimans digniorem qui poſſet prior bibere, nec integrum ſibi fore, ſi aut Regem ipſum, aut qui â Rege erant proximi, presbitero prætuliſſet. B Quod factum Imperator omnéſque convivæ, qui tunc aderant, ita admirati ſunt, ut hoc ipſum eis, in quo contempti fuerant, placeret, celeberrimúmque per omne palatium fuit, feciſſe Martinum in Regis pallatio & prandio, quod in inferiorum judicum conviviis Epiſcoporum nemo feciſſet.

419. Primus Rex Francorum.

Franci primùm pro Ducibus Reges habere incipiunt: Priamus enim & Marcomenus filius ejus Duces non Reges fuerunt. Pharamundum igitur Marcomeni filium primum Franci ſibi Regem, imperante Honorio & Archadio conſtituerunt, C regnavitque annis duobus, Clodium poſt mortem regni ſucceſſorem relinquens, qui item poſt XVIII regni ſui annos Maroneum ſucceſſorem habuit, qui regno duobus luſtris præfuit & â vivis ſublatus Childerico regnum reliquit. Hy Franci primùm Germani populi fuêre â quodam Franco nobili Trojano, ùt ſuprá dictum eſt, nominati, in Franconia provincia conſtituti. Quam quidem provinciam Conſtantius Conſtantini magni filius cum omnibus populis domaverat. Hy quippe uſque ad Honorii & Archadii Imperatorum tempora quieti

A eâdem in provincia permanſère, ſed ſeptimo eorum imperii anno mutandi melioris ſoli gratia, patriis ſedibus relictis, Renum fluvium pertranſierunt & apud Treveros, Metenſes, Marcomenſes, Tullenſes & Veredunenſes conſederunt, ſed paulo poſt etiam ultra Renum repulſi iteratò hys temporibus ex Franconia profecti in Senonenſium provincia apud Pariſium ſedem poſuère.

Anno 449. Saxones Angliam occupant.

Cum Britaniam Occeani inſulam, cui quondam Albion nomen fuit, gens barbara vaſtaret ob ſcelus hominum in ea habitantium, nec quidquam auxilii â Romanis Principibus habere poſſet, utpote graviſſimis eo tempore bellis cum Hunis occupatis, jam ſuis de viribus incolæ diffidentes conſilium inie- B runt, quid agendum, ubi quærendum eſſet præſidium ad evitandas vel repellendas tam feras támque creberrimas gentium Aquilonalium irruptiones; placuitque omnibus cum ſuo Rege Virtigerno, ut Saxonum gentem de transmarin is partibus in auxilium vocarent. Quod nutu Dei diſpoſitum eſſe conſtat, ut veniret contra improbos malum, ſicut evidentius exitus etiam probavit. Anno itaque Domini 449 Marciano & Valentiniano Auguſtis, Saxonum gens invitata a præfato Rege, Britanniam tribus longis navibus advehitur & in orientali parte inſulæ, jubente eodem Rege, locum manendi, quaſi C pro patria pugnatura, re autem vera hanc expugnatura ſuſcepit. Inito autem certamine cum hoſtibus, qui ab Aquilone ad aciem venerant, victoriam ſumpſère Saxones. Quod ubi domi nunciatum eſt ſimul & inſulæ fertilitas ac ſegnitia Britonum, mittitur confeſtim illò claſſis prolixior, armatorum ferens manum fortiorem, quæ præmiſſæ adjuncta cohorti invincibilem fecit exercitum. Suſceperunt ergo, qui advenerant, donantibus Britannis, locum habitationis inter eos eâ conditione, ut hy pro patriæ pace ac ſalute contra adverſarios militarent, illi militantibus debita ſtipendia conferrent. Advenerant autem de tribus Germaniæ populis fortioribus, id eſt, Saxonibus, Anglis & Vitis. Sunt autem Viti, qui Vectam

tenent

Digitized by Google

tenent inſulam contra occidentalium provinciam Saxonum ſitam, Angli autem de patria, quæ angulus fuiſſe dicitur inter Saxonum & Britarum provinciam, quod ipſum nomen gentile Vita omnino abolitum eſt, ita ut nec ipſius nominis veſtigium aliquâ linguâ habitantium inter Renum & Albeam appareat. Sunt tamen, qui Friſones fuiſſe Vitas dicunt, quod ſatis cum Bedæ verbis in Anglicis geſtis concordare videtur: dicit enim Anglum eſſe provinciam inter Saxoniam & partes Vitarum ſitam; Saxones vero qui ſint, jam ſatis in ſuperioribus patuit. Præfati autem exercitûs Duces, qui in Britaniam profectus eſt, fuiſſe Angariæ Ducis filios, tradunt hiſtoriæ, quorum unus, ut vult Beda, Hengeſt, alter Hertze dicebatur, quæ linguâ Saxonicâ equum regium roboris egregii ſuo more exprimebant. Unde fortè eſt quorundam Saxoniæ Ducum arma albo equo inſignita eſſe ab antiquo; cum a ſuis progenitoribus talia arma receperunt, ſicque olim Principum nomina cum armis concordabant, ab ipſis Ducibus Angariæ quaſi dignioribus vel ſaltem ab eorum exercitu temporis ſucceſſu mutata r in l literam Engelſchen pro Engerſchen a principali caſtro Ducum dicti ſunt. Putant quidam Angariæ Ducem filiam habuiſſe Engele dictam, quod latinè Angelus ſonat, ipſámque Britaniæ Regi matrimonio copulâſſe, â quo Saxones, Britannis vel expulſis vel in ſervitutem redactis, Anglici dicti ſunt. Venêre autem ex ea regione, quæ tunc antiquorum Saxonum nunc Weſtphalorum nuncupatur, orientales Saxones, meridiani Saxones & occidui Saxones, temporum ſucceſſu: confluentibus enim certatim præfatam in inſulam Saxonum caterva, grandeſcere populus cepit advenarum, ita ut ipſis quoque, qui ipſos advocaverant, indigenis eſſent terrori. Tunc ſubito ad tempus inito fœdere cum Pictis, quos jam longius bellando pepulerant, in ſocios arma vertere incipiunt, & primum quidem annonas ſibi eos affluentius miniſtrare cogunt, quæruntque occaſionem divortii, proteſtantes, ſi non ſibi profuſior alimentorum copia daretur, ſe cuncta inſulæ loca,

A

Unde equus in armis gentilitiis Ducum Weſtphaliæ

B

Angli & Anglia unde dicantur

C

ca,

Digitized by Google

A ca, rupto fœdere, vaſtaturos. Neque aliquanto minus ſegnius effectibus proſequuntur: ſiquidem, ut breviter dicam, accenſus paganorum manibus ignis juſtas de ſceleribus populi Dei ultiones expetit, non illius impar, qui quondam a Caldæis ſuccenſus Jheroſolimorum mœnia & ædificia conſumpſit; ſic enim & hic a gente impio & infideli victore, ymmo diſponente juſto Judice, proximas quasque civitates agróſque depopulans ab orientali mari usque ad occidentalem, nullo prohibente, ſuum continuavit incendium, totámque prope inſulam per Orientis ſuperficiem obtexit. Ruebant ædificia publica

Miſerrimus Anglorum ſtatus.

B ſimul & privata, paſſim Sacerdotes inter altaria trucidabantur, Præſules cum populis ſine ullo reſpectu honoris ferro pariter & flammis abſorbebantur, nec erat, qui crudeliter interemptos ſepulturæ traderet, itáque de miſerandis reliquis jugulabantur in montibus comprehenſi acervatim: alii fame confecti procedentes manus hoſtibus dabant pro accipiendis alimentorum ſubſidiis æternum ſubituri ſervitium, ſi tamen non continuo trucidarentur: alii transmarinas regiones dolentes petebant: alii perſtantes in patria trepidi pauperem vitam in montibus vel rupibus arduis ſuſpecta mente peragebant; at ubi hoſtilis exercitus, diſperſis exterminatisque indigenis,

C domum reverſus eſt, ceperunt & illi paulatim animos viréſque reſumere & emergentes de latibulis, quibus abditi fuerant, & animo & conſenſu auxilium cœleſte precantes, ne usque ad internecionem delerentur, duce Ambroſio Aureliano, qui fortè ſolus Romanæ gentis præfata in tempeſtate præfuerat, victores in prælium provocabant, ſicque diverſo Marte pugnatum usque XLIIII annum adventus eorum in Britaniam. Demum Britones, unde expulſi erant, loca recipientes cum habitantibus ſecum Saxonibus confœderati ſunt.

Verum ab externis bellis jam quidem ceſſatum eſt, non autem a civilibus: pugnabant enim contra ſe invicem cives, qui hoſtem evaſerant, & poſt parva temporum incrementa, cum ſucceſſiſſet ætas tempeſtatis illius neſcia, cuncta a veritatis

&

Digitized by Google

& juſtitiæ moderamine concuſſa ac ſubverſa ſunt, ut nec mi- A
nima præcedentium Patrum veſtigia inter Sacerdotes etiam at-
que Pontifices apparerent. Unde inter alia inenarrabilium
ſcelerum facta, quæ hiſtoriæ ſcribunt, & hoc addebant, ut
nunquam genti Saxonum ſeu Anglorum ſecum Britaniam in-
colentium verbum fidei prædicarent. Veruntamen Divina
pietas plebem ſuam, quam præſcivit, non deſeruit, quin
multo digniores genti memoratæ præcones veritatis, per quos
credant, deſtinavit, dum ſcilicet anno ab incarnatione Domi-
ni 582, pontificante Gregorio magno, adventûs Anglorum
ſeu Saxonum in Britaniam 150 ſub Mauritio Auguſto, quar-
todecimo imperii ejusdem principis anno Auguſtinus cum mul-
tis ſibi adhærentibus monachis a præfato Pontifice miſſis, ipſis B
verbum Dei prædicavit, & Deo ſe juvante ad fidem convertit.
Cujus rei geſtæ hiſtoriam ſiquis ſcire deſiderat, legat venera-
bilem Bedam, qui Anglicam hiſtoriam ſua usque ad tempora
plenius ſermone venuſto deſcripſit.

Filius Maronei Childericus filii Clodii filii Pharamundi filii Anno
Marcomeni filii Priami quartus Francorum Rex multa in Ro- 458.
manum imperium bella agens omnem inferiorem Galliam Pro-
vinciam ſcilicet, quæ inter duo notiſſima conſtituta eſt flumi-
na Moſellam & Renum, cæterum ad Occidentem per Braban-
tiam iter faciens usque in Frantiam omnia ſuo ſubjugavit im-
perio itémque & Agrippinam Coloniam, Ægidio Duce fuga- C
to, multisque Romanorum in ea occiſis, tributariam fecit;
nec potuêre Romani Coloniam â Francorum manibus eripere,
donec imperium ad Ottonem primum translatum eſt. In cujus
argumentum in ea usque tempora omnes Colonienſis eccleſiæ
Epiſcopos Francigenos fuiſſe conſtat. Regnavit autem annis
viginti ſex.

Marciano imperante Huni Scithiæ gentes ferociſſimæ, qui
in Scithia quidem originem habuerunt & Ripheos montes Go-
thiæ propinquiores primùm incoluerunt, demum Gothos ſuis
ſedibus ejicientes regnum eorum adepti ſunt. Hys tempori-

A bus ſub Etzelao ipſorum rege ſuperbiſſimo tantùm crevêre, ut univerſum pene orbem ſibi ſubjicerent. Fertur præfatum regem, neſcio cujus nigromantici (quem rudis quondam vulgus ùt Deum coluerat) mucronem longa per tèmpora ſubhumatum recepiſſe, cujus robore confiſus Frantiam Angliam Burgundiam Italiam Galliam jam ſibi triumphator ſubjugavit. Dum autem Agripinam urbem obſidione cinxit, factum eſt unâ dierum, undecim milium virginum turbam, quæ jam antea â Britannis & Anglicis peregrinatura Romam adierat, ejusdem civitatis mœnibus appropinquare, nichil ſibi mali accidere ſuſpicantibus. In quas ex obſidione armato cum milite tyrannus obruens ſinè miſericordia extinxit. Unde ſequenti

S. Urſula cum 11000 Virgin.

B pôſt die divinitus territus quaſi irruente ſuper ſe inſuperabili exercitu, ſolutâ obſidione, ſalutem fugâ quæſivit, ſicque urbs ſancta Virginum ſanctarum patrocinio continuò eſt liberata. Sunt, qui dicunt, hæc acta fuiſſe â Gothis ſub rege Attila, imperante Theodoſio & Valeriano, pontificante Leone in Petri ſede: Attila, ajunt, multiplici victoria potita, rogatu Leonis Papæ Ungaros petiturus Agripinenſem inter eundum obſedit civitatem, ubi & advenientes tum Virgines trucidavit. Cœterum Martinianus in Cronica ſua has Virgines martiriſatas refert anno Domini 226 pontificante Romæ Pontio. Verùm

C unde hæc diverſitas orta ſit, ſubdubito; unum dicere audeo: plura legi in præfatarum Virginum hiſtoria, quæ usquequaque vera eſſe inficiantur. Sunt profectò, qui dicunt Ciriacum quidem Papam fuiſſe, illiúsque nomen deletum de cathalogo Romanorum Pontificum, qui cum Virginibus ſanctis ab urbe Romana diſcedens Papatum reliquit Cardinalibus Cleróque invitis, ipſùmque cum Virginibus ſanctis demum martirium pertuliſſe. Quæ ſi vera eſſent, Damaſus Papa a beatiſſimo Jeronimo rogatus primorum Pontificum martirio coronatorum nomina ſibi ſcribere, Ciriacum nullo modo prætermiſiſſet, ſed Antherum Pontiano, non Ciriacum ſucceſſiſſe refert. Quem revera vel propter martirium paſſum non prætermiſiſſet, ſi hiſto-

Digitized by Google

hiſtoriæ veritatem cognoviſſet, quam etiam ob temporis brevitatem ignorare non potuit, cum vix annis centum & triginta in papatu præceſſit. Nec putandum, quia nomen ejus ſit mutatum, cum nondum mutandi ſummorum Pontificum nomina mos fuerit, nec Huni, qui has occidiſſe dicuntur, circa hæc tempora Meotidis paludes egreſſi fuerunt, quorum & tunc nomen incognitum manſit. Anglia quoque regnum nondum fuit nec Sicilia nec Conſtantinopolis civitas fundata, unde aliquas virgines fuiſſe aſſeverant, nec etiam eſt veroſimile Chriſtianos hys temporibus ita publicè urbem Romanam potuiſſe viſitâſſe cum tanta comitina, cum adhuc inſolitum fuit, Romanam urbem paucarum eccleſiarum pro indulgentiis viſitari, nec etiam aliquis Imperatorum fidem Chriſti ſuſcepit. Verum hunc errorem ſurrexiſſe ferunt a quadam fœmina, neſcio an incluſa vel monacha apud Schonaviam tempore Frederici primi circa annum Domini 1156 aſſerente talia & multa alia ſibi revelationibus patefacta, quæ tamen revelationes in multis contrariantur hiſtoriis & cronicis, in quibus quidem revelationibus dixit Maxentium & Affricanum Conſules ſcripſiſſe cuidam Julio cognato ſuo tunc Hunorum principi, ut virgines hujusmodi morti traderent, ubi ad Germaniæ partes venirent. Verum ſi Conſules iſti habuerunt poteſtatem puniendi virgines, utique Romæ feciſſent, maximè quia tunc Chriſtianorum perſecutio in urbe ſæviebat, adeò ut Antherum Papam fidei principem occiderent. Non tamen ob præfata unquam in dubium venire debet, quin paſſio ſanctarum Virginum veriſſimè facta ſit, quod quidem aperta locorum veſtigia ſanctorúmque corpora in hodiernum diem proteſtantur præſentia, quæ etiam, ſi hiſtoria jam dudum vulgata in annis a quibusdam usquequaque vera eſſe negetur, geſtæ tamen rei veritas nullo dubitationis ſcrupulo inficiatur.

A B C

Clodovæus Childerici jam jam præfati filius Franciæ Rex quintus, patre ſublato, in regno ſucceſſit & regnavit annis XXX, vir utique potens & armis ſtrenuus, qui, Theodori- Anno 484.

A

Clodovæus quintus Franciæ Rex.

cum ſolum ex concubina habens filium, Crotildam Burgundiorum regis filiam forma elegantiſſimam accepit uxorem profecto Chriſtianiſſimam, cujus ſororem patruus ejus Gundebandus Burgundiæ Rex exilio dampnaverat & utrumque ejus parentem duóſque fratres Godeſillúmque ejus patruum gladio obtruncaverat. Hæc Regina facta virum ſuum Regem divi Remigii Remenſis Epiſcopi interventu ad catholicam fidem convertit. Habiturus enim una dierum cum Theutonis bellum, ubi ſe minorem in militum numero vidit, Reginæ conſilio votum emiſit, ſi victor evaderet, cum ſuis illico fidem Chriſti arriperet. Victoriâ itaque potitâ, hoſtes tributarios fecit ac continuo babtiſma ſuſcepit ac inter ſuſcipiendum ait: *mitis depone colla Sicamber, adora quod intendiſti, intende quod adoraſti.* Ab illo ergo die Francorum regnum in immenſum auctum eſt, & dum in ejusdem Regis babtiſmate criſma (excluſo â turba miniſtro) deficeret, columbæ ore de cœlo ampulla criſmate plena ſancto Remigio allata eſt, quo ipſum Regem tunc primûm inunxit & poſt cæteri ſui ſucceſſores in hodiernum usque diem inunguntur, habetur autem Remis recondita. Ea propter Anaſtaſius Imperator, cum ejus famam atque virtutem intellexiſſet, repente coronam auream gemmis ornatam cum tunica & balteo eidem ex Conſtantinopoli in Galliam transmiſit, â quo die conſul ab Imperatore deſignatus trabeâ etiam conſulari indui meruit, ac deinceps Romanum imperium, quod dudum apud Conſtantinopolim amplum fuerat, indies minui cepit & Francorum regnum augeri. Cloddovæus igitur Pariſeorum urbem regni ſui caput etiam conſtituens, inde univerſos expellens hæreticos, catholicos introduxit. Habuit & cum Gothis Aquitanisque bellum, quos & ſuperavit occiſo Alarico Rege. Fertur, cùm ad bellum progrederetur, ſi victor evaderet, equum beato Martino voviſſe (qui duodecim & centum annis ante id tempus exceſſerat) victoria potitus equum tradidiſſe, eúmque centum ſolidis redimere voluiſſe, ſtetiſſéque equum immobilem, donec

B

Babtizatur S. Chriſmate cælitus allato.

C

pre-

pretium duplicaretur. Qua ex re dixiſſe Regem ferunt, Martinum bonum auxiliatorem eſſe ſed negotiatorem carum. A

Benedictus ſanctus Occidentalium monachorum pater almificus circa hæc tempora viguit. Hujus vitam virtutibus & miraculis coruſcam beatus Gregorius Papa in ſecundo dialogorum libro conſcripſit, qui ex illius actibus eſt totus. Ex hujus clariſſimi viri ordine quanta in eccleſia univerſum per orbem emerſère luminaria, nemo facilè dixerit. Scripſi de hys nuper libros (*vide tomo ſequenti*) quidem de illuſtribus viris Ordinis ſancti Benedicti intitulatos, in quibus ſimplici lectori me ſatisfeciſſe credo. Tradunt autem ex hujusmodi ſanctiſſimi Patris Ordine Johannem XXII Pontificem ſummum XXIIII ſummos collegiſſe Pontifices, Cardinales CLXXXII, Archiepiſcopos & Epiſcopos MCCCCLXIIII, Abbates inſignes quindecim milia, atque canoniſatos monachos quinquaginta quinque milia quingentos quinque. Quo autem anno aut qua ſua ætate divus Pater obierit, non ſatis patet, ſed nec ſanctus Gregorius ſcribit; ejus vero feſtum XII Kal. Aprilis celebratur. Anno 520. S. Benedictus & ejus Ordo. B

Lotharius, aliàs Clotarius, ſextus Francorum Rex, hoc anno Clodovæo defuncto, regnum ſuſcipiens regnavit in Galliis annis 51. Clodovæus enim quatuor poſt ſe reliquit filios, tres legitimos: Clodomirem, Clotarium & Gildebertum, Theodoricúmque naturalem, qui inter ſe regnum a Patre occupatum æquis diviſionibus partiti ſunt. 502. C

Chilpericus ſeptimus Francorum Rex hoc anno, Clotario patre defuncto, in Francia regnare cepit, regnavit annis 33. Hunc crudeliſſimum fuiſſe tradunt, & inter cætera ſuæ veſaniæ & crudelitatis facinora uxorem propriam ſine cauſa interfecit, quæ & poſtea multis miraculis claruit. 546.

Imperante Juſtino juniore, Sophia Imperatrix malè a Romanorum legatis informata de Narſetis patricii bellorum principis regimine, quod in Italia geſſit, levitate fœminea uſa hæc inter cœtera ſibi mandavit, cum puellis ſuis potiùs lanam nere deberet, quàm eunuchus rempublicam gerere. Quibus verbis 569.

A bis exaſperatus, *talem*, inquit, *illi telam ordiar*, *qualem*, *dum vivit*, *velit nolit rumpere nequeat*; ſicque odio ac metu excitatus Neapolim venit atque ad Longobardos in Pannoniam legatos mittit, qui dicerent, ut ſolum infructuoſum Pannoniæ deſererent ac uberrimas Italiæ provincias omnibus divitiis abundantes in poſſeſſionem reciperent. Miſſis itaque in antiquos Saxones ſibi amiciſſimos legatis, Longobardorum Rex, ut ſecum Italiam poſſeſſuri veniant, precatur. Qui votis ſatisfacientes viginti milium virorum cum parvulis ac uxoribus Longobardis Italiam expugnaturi ſociârunt. Poſt multum veró temporis, dum Italiam ſibi ſubjectam tributariam feciſſent, ac poſt decem annos pro Ducibus Reges habere cepiſſent, B Saxones, qui ad Longobardos Italiam intraverant, nolentes Longobardis ſubjici, nec proprio jure vivere permiſſi ſubſiſtere, ad ſedes, quas dimiſerant, revertuntur. Qui poſt itineris diverſa pericula dum ad Saxoniam venerunt, Swevis ac cæteris ex vicinia gentibus occupatam reperiunt; quas gentes poſt Saxonum exitum Francorum Reges ibidem poſuerunt. Poſtulavêre igitur provinciam ſuam Saxones, tertiam partem ultro oblatam refutârunt, ſe totam ſuam velle provinciam dixerunt. Verùm ne pax turbaretur, mediam ſe Saxonibus daturam deliberabant; dum autem totam volunt, incolæ nichil dare præſeferunt. Miſcuêre igitur amborum exercitùs, cœſis C ex Saxonibus viginti milibus, ex Swevis ſex milibus quadringentis interemptis, Swevis ſic ſuperioribus factis, Saxonum, qui bello ſuperfuerunt, aliquot milibus, voto ſe conſtrinxêre, nec barbas capillòsve capitum ſe raſuros, donec de Swevis vindictam ſumerent. A novo igitur initum eſt bellum, Saxonésque adeo contriti & ſuperati ſunt, ut mediam ſibi provinciæ partem, quam hactenus recuſârant, dari peterent.

Antiquis Saxonibus Italiam invadentibus, Swevi Saxoniam occupant.

Hinc arbitror manâſſe, quod in Saxonum legibus ſcribitur, Marchiones ſcilicet Brandenburgenſem & Miſenenſem, Ducémque Brunſwicenſem, Comites de Anholt, Comites de Wermengrade, Comites de Arnſteyn, Comites de Amersleve,

Advo-

Advocatúmque eccleſiæ Halberſtadenſis cum quibusdam aliis nobilibus ibidem expreſſis, imperantibus quidem Saxoniæ habitantibus, natione Swevos illis temporibus fuiſſe. A

Lotharius octavus Francorum Rex Chilperici Regis filius, mortuo patre, regnavit annis 54. Hic Trudebertum & Tendericum germanos habuit, qui inter ſe diſſidentes & debellantes provincias ſuis maximo fuêre dampno.

Dogobertus IX Francorum Rex, Lothario patre defuncto regnavit annis 34. Hunc ferunt bonis omnibus fuiſſe inſignitum: Arnolphus ſiquidem Metenſium Epiſcopus magiſter ſuus ipſum in officio continebat. Hic cúm eſſet Chriſtianiſſim. vir, beatiſſimo Dioniſio templum celeberrimum apud Pariſium ædificavit. Verùm ab Anglis infenſus perpetuam cum eis ſuſcepit inimicitiam. Hic interceſſione Heraclii Imperatoris omnes judæos, qui in regno ſuo erant, babtiſari fecit. B

Hoc anno Sol ecclipſin paſſus eſt, peſtisque valida ſequuta; in plerisque enim locis cum angelo bono Sathan ire videbatur, & quotiens angeli juſſu demonium domorum fores pulſavit, tot poſtea ex ea peſte mortui delati ſunt. Anno 615.

Imperante Heraclio Auguſto primum inter Francos Saxonésque bellum exortum eſt: Lotharius enim II. Dogobertum filium habuit. Is dum in Saxones cum exercitu in pugnam properavit, abs Bertoldo tum Saxonum Duce animoſiùs exceptus eſt, ac inter bellandum ſuperior capitis pars Dogoberto abſciſa, dum ſuorum ſtragem timet, Lotharii patris auxilium poſcit. Quo accepto, bellum innovare ſtatuit, cæſisque ſine miſericordia Saxonibus, Bertoldum quoque principem occidit, duravitque hujusmodi bellum inter Francos Saxonésque usque ad Caroli magni tempora. C

Clodovæus X poſt patrem Dogobertum Franciæ regnum accepit, regnavit annis 17, quo mortuo, Lotharius regnavit annis 4, cui ſucceſſit Theodericus annis 12, hunc Childericus annis 6, illo mortuo Theodericus regnavit annis 13. 627.

Pipinus Carolomanni illuſtriſſimi Principis ex Francorum ge-

A Anno 617. Pipinus abavus Caroli Magni

genere filius. Is fuit primus Dux Auſtriæ, Brabantiæ, â Lothario Francorum Rege, imperante Heraclio, Major domûs ordinatus, ducavit autem annis 31. Hujus pater Carolomannus non ducatum ſed principatum Brabantiæ habuit, Pipinus autem præfatus ſub tribus Franciæ Regibus Lothario, Dagoberto & Clodovæo Major domûs fuit, major autem domûs primam poſt Regiam Majeſtatem dignitatem in regno habuit.

Officium quod habuit Major domûs in Francia.

Ejus officium fuit, enſem poſt Regem ferre & ſuper omnes regni proceres imperare, cunctáque regni negotia ordinare. Unde aliquando tantùm nomine & honore Regio contenti Francorum Reges totum regni moderamen in Majorem domûs referebant.

B

Quod maximè Dagoberti præfati temporibus fuit: is enim propter minorem curam regni Pipino regni negotia committens hoc ſibi modo oneris reſervavit, ſi quando â Rege judicium ſervandum fuit, veſtitus purpurâ regali, crinitus barbáque prolixiore ſolio ſedens ad volitum ſingulis, prout Major domus decreverat, judex Regius reſponderet. Fuit autem dies hæc judiciaria, quâ regni negotia tractaturus acceſſit, proxima Mayarum dies, ubi ſingulos ſalutans reſalutatúſque juxta dignitatem regiam dona & dedit & accepit. Hys contentus Rex faſtis ſingulis; in aliis tum intus tum foris juxta regni limites in redditibúſque ſublevandis ac debitis ſolvendis Majori domûs cura prima incumbebat.

C

Habuit autem Pipinus oneris ſui alleviatorem, laboris collegam Arnolphum Maguntinum Præſulem ac, eo mortuo, Cunibertum Colonienſem antiſtitem.

Fuit is ipſe Pipinus, ut dictum eſt, Auſtriæ Princeps, non illius, quæ apud Danubium ſita eſt; eſt enim duplex Auſtria, una, quæ olim Pannonia ſuperior dicebatur, ab Oriente Ungariam, ab Occidente Bavariam habens, â Septentrione Bohemiam, in qua Vienna maxima civitas eſt. Altera eſt Auſtria, quam poſtea Lotharingiam dixêre a Lothario Caroli filio. Eſt autem & hæc bipartita: nam ea præſens, quæ Maguntiam tangit, Lotharingia vel Auſtria ſuperior, altera Brabantia ſeu

Auſtria

Digitized by Google

Auſtria inferior nominatur. Quibus ſingulis animadverſis, â quám glorioſo Archiducatûs Brabantiæ ſcaturierit fonte Pipino, inquam, præfato in totius Theutonicæ gentis gloriam, facile eſt perpendere: ex ipſius enim genere Carolum magnum Imperatorem ſcimus procreatum; Pipinus quippe Grimoaldum filium hæredem reliquit, qui poſt undecimum Ducatûs ſui annum â Lenterio quodam Duce occiſus, quia filios non habuit, Beggam ſororem ſuam hæredem reliquit, quæ Anſegiſo Auſtriæ ſuperioris, hoc eſt, Lotoringiæ Duci nupſit, cui & Pipinum ſecundum cognomento groſſum Caroli Marcelli patrem genuit, qui Carolus Marcellus Pipinum tertium Caroli magni patrem procreavit, qui primùm ex Majore domûs Francorum Rex, dein totius orbis ſceptra tenuit. A B

Circa hæc tempora, ùt in quibusdam cronicis legitur, anno 592 tunica inconſutilis Domini noſtri Jheſu Chriſti â beata Maria Virgine conſerta, non procul â Jheruſalem in Saphath opido â Gregorio Epiſcopo Anthioceno, Thoma Jheroſolimitano ac Johanne Conſtantinopolitano in quadam archa marmorea eò loci appoſita incorrupta & immaculata inventa eſt. Quæ ſuſcepta maximo in pretio habita fuit: qui ipſam ſuſcipientes Jheroſolimam detulerunt & in eburnea archa collocarunt; quam item poſtea Helena Regina cum corpore ſancti Mathiæ Apoſtoli, multisque aliis reliquiis Treverim tranſtulit: quam anno Domini 1196 Johannes Epiſcopus Trevirenſis in die Dedicationis majoris Eccleſiæ in feſto ſanctorum Philippi & Jacobi Apoſtolorum cum aliis multis reliquiis magnâ ſolempnitate & devotione ipſo die in altari ſancti Petri repoſuit, ubi reconditæ jacuère usque ad annum Domini 1512; tunc enim in conventione principum cum Maximiliano Auguſto *ſolempni habitâ* Paſcalibus in diebus coram Cæſarea Majeſtate & *Principum* præſentia denuo inventæ & exclamatæ ſunt, ac in ipſa Inventionis ſanctæ Crucis die humiliter adoratæ, prò ùt infrá dicetur. C

Tranſlatio tunicæ inconſutilis Chriſti.

L Ve-

A
Anno 625.

Verùm jam ad confratres noſtros Saxones, qui Angliam incolunt, ſolutis navibus, transfretemus, videamùsque, ſi ratione agant, an ex hoſpitibus patresfamilias, ex ſervis domini, ex advenis cives facti ſecundiore nobis fortunâ vel æquentur vel præferantur magis: vera enim probata ſententia eſt, non eſſe acceptum Prophetam in patria ſua. Sed jam videamus, quid hic interim factum ſit. Sanè gens occidentalium Saxonum, quæ Angliam incolit, regnante Cinigilſo eorundem Rege, fidem Chriſti ſuſcepit, prædicante illis Birino Epiſcopo verbum, qui cum conſilio Papæ Honorii venerat Britaniam, ubi cum occidentales Saxones omnes paganiſſimos inveniret, verbum ſalutis conſtanter prædicare cepit. Itaque evangeliſante illo in præfata provincia, cùm ipſe Rex catheſiſatus fonte babtiſmatis cum ſua gente ablueretur, contigit tunc temporis ſanctiſſimum ac victorioſiſſimum Oſwaldum Narthamhymbrorum affuiſſe Regem, eúmque exeuntem de lavacro ſuſcepiſſe, ac pulcherrimo prorſus ac Deo digno conſortio, cujus erat filiam accepturus in conjugem, ipſum priùs ſecundâ generatione Deo dicatum ſibi accepit in filium. Cynigilſus igitur, jam multis fundatis Eccleſiis, migravit ad Dominum, filium Coynualgum regni ſucceſſorem relinquens, qui & fidem & regni Sacramenta ſuſcipere renuit & non multò poſt regni terreſtris potentiam perdidit: repudiatâ enim uxore Pende Regis Merciorum germanâ, aliam ſuperinduxit, ideóque bello petitus ac regno privatus eſt, Annámque orientalium Anglorum Regem petens exul poſt triennium fidem, quam in patria accipere noluit, exilio punitus ſuſcepit, ſicque aliquando regno ſuo reſtitutus & patriæ. Quo demum defuncto acceperunt ſubreguli regnum gentis & diviſum tenuerunt annis circiter decem, ipſiſque regnantibus Eleuterius quartus ipſorum Epiſcopus fuit. Siquidem Birinus primus, Agilbertus ſecundus, Vini tertius, Eleuterius quartus Pontifex occidentalium Saxonum fuit, quo defuncto, Heddi vir admodum religioſus ſedem ejus ſuſcepit; cujus Epiſcopatus tem-

Weſtphali in Anglia fiunt Chriſtiani.

B

C

tempore, deviſtis atque amotis ſubregulis, Catuula ſuſcepit imperium, quod cum duobus annis tenuiſſet, tandem ſuperni regni amore compunctus reliquit. A

Soſatium civitas eſt antiquorum Saxonum celebris admodum, â Dogoberti Francorum Regis tempore Agripinenſi Eccleſiæ ſubjecta; Dogobertus enim filium Sigibertum, quem ex Regnitrude genuerat, adoleſcentem Cuniberto Colonienſium Epiſcopo, vitâ & ſcientiâ admodum approbato viro, inſtituendum erudiendúmque dedit, ut ſub tanti viri magiſterio puerulus inſtructus adoleſceret. Vir autem factus, dum una dierum in Saxones a patre miſſus animoſius exciperetur, ſuis de viribus deſperans, paterno auxilio ſuperior tamen factus tantam in Saxones cædem exercuit, ut tota in provincia nullus, qui Regiæ pugionis longitudinem exceſſerat, cunctis è manibus ſupervivere daretur. Quia autem Cunibertus Præſul cum Rege in bello ſocium ſe dedit, Soſatium cum villa populoſa in prædæ partem accepit: ea enim tempeſtate nondum civitas erat, ſed munitio fortis; Henrico autem primo Ottonis filio, Rege Romanorum regnante poſt victoriam in Ungaris habitam unà cum villa populoſa Regis imperio muro circumdata ac in civitatem redacta eſt. Manent in hunc usque diem antiqua veſtigia eo loci, quo munitionis muri videntur, argumentum vetuſtæ fortitudinis, patulo evidentes. In quibusdam tamen cronicis legitur, non hos Saxones noſtros ſed Anglicos, qui tunc Saxones dicebantur, fuiſſe. Unde putant, hanc Francorum crudelitatem cauſam æternæ invidentiæ & diſſentionis Anglorum & Francorum eſſe non ſine dampno utriusque partis usque hodie, ejusdémque Dogoberti aliud cum Saxonibus noſtris fuiſſe, Eraclio Auguſto circa annos Domini 627, in quo poſſidendum Saxonia Soſatium Cuniberto Epiſcopo aſſignatum ferunt. Quod ſi verum eſt, miror ſatis, cur tanta apud Anglicos Saxones cædes â venerabili Beda ejus gentis hiſtoriæ conſcriptore in Anglorum geſtis ſcripta non ſint.

Anno 645. Soſatum qua occaſione in civitatem redactum ac Colonienſi eccleſiæ ſubjectum.

B

C

A Anno 653. Orientales Saxones ſeu Oſtphali in Anglia recipiunt fidem.

Eo tempore etiam orientalis Saxonia apud Anglos conſtituta, quam olim, expulſo Mellito Epiſcopo, abjecerat fidem, conſtantia Oſwini Anglorum Regis, abjectam recepit. Erat etiam Rex ejusdem gentis Sigbertus, qui poſt Sigbertum cognomento primum regnavit, amicus ejusdem Regis Oſwini, qui cúm frequenter ad eum in provinciam Narthanhinbrorum veniret, ſolebat eum hortari ad intelligendum, Deos éſſe non poſſe, qui hominum manibus facti eſſent, nec Dei creandi materiam lignum, æs, ſaxum eſſe poſſe, quorum res ſciſſura vel igne abſumerentur, vel in vaſa quælibet humani uſus formarentur, vel certè deſpectui habita projicerentur foras & & pedibus conculcata in terram verterentur; Deum magis intelligere, dum majeſtate incomprehenſibilem, humanis oculis inviſibilem, omnipotentem, æternum, qui cœlum, terram & humanum genus creaſſet, regeret & judicaturus eſſet orbem terræ in æquitate, cui ſedes æterna, non in vili & caduco metallo ſed in cœlis eſſet, credenda. Hæc hisque ſimilia dum ſœpe Regi Rex amicabili & quaſi fraterno conſilio inconculcaret, tandem juvante animorum conſenſu & facto cum ſuis conſilio cum exhortatione faventibus cunctis babtiſatus eſt cum eis a Finano Epiſcopo in villa regia, quæ cognominatur ad murum; eſt enim juxta murum, quo olim Romani Britaniam cingere duodecim milibus paſſuum a mari orientali fecerunt.

B

C

Igitur Rex Sigbertus æterni jam regni civis effectus temporalis ſui regni ſedem repetiit, Doctores ſibi abs Oſwino dari poſtulans, qui gentem ſuam ad fidem converterent Chriſti ac fonte ſalutari abluerent. Miſit igitur Regi ſervum Dei Ced, dato ſibi quodam presbitero Juſto ad prædicandum orientalium Saxonum genti ſocio, qui poſt multum fructum presbiteris & Diaconibus ordinatis, qui ſe verbo fidei & miniſterio babtiſandi adjuvarent, viriliter egére maximè in civitate Saxonum linguâ Hyldemceſtir appellata, ſed & in ea, quæ Tileburgh nominatur, quarum prior eſt in ripa Penthe amnis, ſe-

Digitized by Google

ſecunda in ripa Thammeſis. Cum itaque tempore non pauco in præfata provincia gaudente Rege univerſo populo vitæ cœleſtis conſtitutio quottidianum ſumeret incrementum, contigit ipſum Regem, inſtigante omnium bonorum inimico, propinquorum ſuorum manu interfici. Erant autem duo germani fratres, qui hoc facinus perpetrarunt, qui cum interrogarentur, cur hoc fecerint, nichil aliud reſpondere potuêre, niſi ob hoc ſe Regi iratos & inimicos fuiſſe, quoniam nimium ſuis parcere ſoleret inimicis, & factas ab eis injurias mox obſecrantibus placita mente dimitteret. Talis erat culpa Regis, pro qua occidebatur, qui evangelica præcepta toto corde ſervaret. Succeſſit autem Sigberto in regno Swidhelmus filius Sexbaldi, qui babtiſatus eſt ab ipſo Cedde in provincia orientalium Anglorum in vico Regio, quem & de fonte aſcendentem Editmaldus cujusdam gentis Rex ſuſcepit. A B

Facta eſt ecclipſis ſolis die tertio menſis Maji hora circiter duodecimâ præſagium futuri mali in Saxones confratres noſtros, qui Hiberniam incoluêre provinciam: eo enim anno ſubitò peſtilentiæ lues, depopulatis priùs auſtralibus Britaniæ plagis, Narthamhimbrorum quoque provinciam corripiens ac acerbâ clade diutiùs longè latéque deſæviens maximam hominum multitudinem ſtravit. Defuncto itáque Suidhelmo orientalium Saxonum Rege, Sigerius & Sebbi Reges regnum acceperunt, quamvis ipſi Regi Mariorum Vulfferio ſubjecti fuerint. Cùm autem præfata Saxonum provincia mortalitatis clade premebatur, Sigerius Rex cum ſua parte populi, relictis Chriſtianæ fidei Sacramentis, ad apoſtaſiam converſus eſt: Nam & ipſe Rex & plurimi de plebe & optimatibus ſuis, diligentes hanc vitam & futuram non quærentes ſed etiam non eſſe credentes, phana, quæ derelicta erant, reſtaurare & adorare ſimulacra, quaſi per hæc poſſent â mortalitate defendi. Quos tamen Mariorum Rex Vulfferus per Germanum Epiſcopum ab errore revocavit adeò, ut, deſtructis phanis ariſque, quas fecerant, demolitis, aperiret eccleſias & nomen Chriſti, Anno 664. C

A cui contradixerant, confiteri gauderent, magis cum reſurrectionis fide in illo mori, quàm in perfidiæ ſordibus inter idola vivere cuperent. Porro Socius & cohæres regni Sebbi magnâ fidem perceptam cum ſuis devotione, aliis deficientibus, ſervavit: erat enim vir multùm Deo devotus, religioſis actibus, crebris precibus, piis eleemoſinarum actibus plurimùm intentus vitam privatam & monachicam cruentis regni inimicitiis & honoribus præferens, quam & olim jam, ſi non obſtinatus conjugis animus divortium negâſſet, relicto regno ſubiiſſet. Unde multis viſum & ſœpe dictum eſt, quod talis animi virum Epiſcopatus magis quam regnum ornare deberet; cúmque annis XXXIII regno miles regni cœleſtis exegiſſet, B correptus corporis infirmitate permaxima, qua & mortuus eſt.

Sebbi Hyberniæ Regis ſancta vita.

Anno 677. Apparuit menſe Auguſto Cometes & tribus menſibus permanens, matutinis horis oriebatur, excelſam radiantis flammæ quaſi columpnam præferens. Quid autem hæc ſtella futuri præſagii fratribus noſtris peregrinis attulerit, inferamus. Sanè eo anno Anglorum Antiſtes Wilfridus a ſede ſui Epiſcopatûs per Egfridum Regem pulſus eſt, qui per multa dein loca pervagatus Romam adiit, Britaniam rediit, etſi propter inimicitias memorati Regis in patria ſua parochia recipi non potuit, non tamen potuit ab evangeliſandi miniſterio cohiberi. C Siquidem divertens ad provinciam auſtralem Saxonum, quæ poſt Cantuaros ad Auſtrum & Occidentem usque ad occidentales Saxones pertingit, habens terram familiarum ſeptem milium, & eo adhuc tempore paganis cultibus ſerviebat. Huic verbum fidei & lavacrum ſalutis miniſtravit. Erat autem gentis ipſius Rex Edelwach non multò antè babtiſatus in provincia Merciorum, præeunte ac ſuggerente ejus gentis Rege, a quo etiam egreſſus a fonte filii loco ſuſceptus eſt. In cujus ſignum adoptionis duas illi provincias donavit, Vertam videlicet inſulam & in ea Unorum provinciam Orientalium Saxonum. Itaque Epiſcopus concedente ymmò gaudente Rege pri-

primos provinciæ Duces ac milites ſacro fonte abluebat, presbiteri autem reliqui cæteram gentis turbam babtiſabant. A

Clodovæus Theoderici Regis filius, XIII Francorum Rex hoc anno Francis poſt patrem puer regnare cepit & permittente Pipino regnavit annis quatuor. Quo mortuo Childebertus Theodorici frater regnum accepit, ad quem Pipinus ex Auſtria, præſumptam continuans regiam poſſeſſionem, Grimoaldum filium gubernatorem Regiæ domûs ſtatim miſit, cujus auctoritate Rex omnia miniſtravit. Ipſe autem Pipinus iterum cum Swevis & Germanis plurima bella geſſit. Rege igitur mortuo Dogobertus filius patri ſucceſſit. Quo item defuncto, Franci quendam Danielem ignotæ proſapiæ Clericum in Regem erigunt & eum Chilpericum III. nominant, quem Raguntfredus regiæ domûs præpoſitus, qui, Grimoaldo Pipini filio occiſo, a Francis Major domûs conſtitutus fuit, in Carolum Martellum Ducem compulit & maximis incommodis ipſum Carolum confecit. Quos tamen non longè poſt Carolus ſe ulturus prælio fugavit, ingentémque prædam ſecum in Auſtriam duxit, ibidem Lothario IV. in Regem ſublimato. Childerico autem mortuo, Franci Theodericum quartum Dogoberti tertii filium & poſt eum Lotharium quintum ad Fiſcum Regium promovent, ſub quo quidem Carolus Martellus in Auſtria pallatio præeſſe cepit, & in eodem majoratu atque in Auſtria regnavit annis XXV. Theodericus igitur XX Francorum Rex, patre ſublato, regnare cepit, regnavitque annis XIIII, vir certè callidi & aſtuti ingenii, nec manu minus quam conſilio promptus & propterea multas in urbe tyrannides exercuiſſe legitur. Hebronium quendam nobiliſſimum habuit manualem, cujus conſilio ipſe Rex omnia agebat, & inter cetera, cùm Auſtraſios populos exoſos haberet, contra eos Regem concitavit, qui, magno exercitu comparato, adverſus eos duxit. Erant autem duo fratres Auſtriæ Duces, unus Martinus & alter Pipinus cognomento vetulus ſeu brevis. Pipinus autem cùm intellexiſſet, Hebronium Regis manualem

Anno 683.

B

C

atque

A atque domus Regiæ tunc primarium, Regem in ſe ſuóſque concitaſſe & maxima eis dampna contuliſſe, unà cum fratre ſuo, exercitu congregato, Regem in bello expectavit, & certamine inter eos geſto, Rex prædictos fratres fudit & Martinum per fraudem interficere fecit; ſed & paulo pòſt Hebronio etiam occiſo, Pipinus reintegrata pugna Regem cum Francis ſuperavit. Deinde pace compoſita alium in loco Hebronii conſtituere imperavit, & ipſe in Auſtriam cum ſuis rediit. Verum cum intellexiſſet Regem omnibus odioſum eſſe, qui Bertharii cujusdam ignobilis conſilio & opera omnibus in rebus uteretur, ipſe regnum occupare decrevit, & copiis plurimis B in unum coactis, commiſſo item prælio ſuperior factus, cum Rege & Bertharium fugavit. Unde, pace obtenta, Rex Pipinum victorem regni gubernatorem & Majorem domus Regiæ deſignavit, & ex tunc apud Gallos Francorum Reges a ſollita fortitudine & belli ſcientia degenerantes, hy, qui victores eſſe videbantur, regnum adminiſtrare ceperunt.

Anno 683. Pipinus II. generoſus ſed libidinoſus Dux Brabantiæ &c.

Pipinus ſecundus cognomento groſſus Anſegiſi filius, quartus Brabantiæ & Lotoringiæ Dux ac Comes Palatinus, Princeps potentiſſimus & ſapientiſſimus ducavit annis 34. Hic, qui Eccleſiæ defenſor, pupillorum ac viduarum protector, pacisque amator fuit, dignus habitus eſt, quem ne modò Romani, Longobardi & Ungari ſed & Slavi Grajique & timerent & muneribus honeſtarent. C Is Friſones devictos, Duce eorum fugato, fidei jugum ſuſcipere coëgit, Saxones ſubjugavit, Bavaros Britannóſque debellavit, & quoscunque Romanæ Eccleſiæ inobedientes reperit, devaſtavit. Verum inter tanta meretricio amore correptus maculam in gloria ſua poſuit, nam Plectrude legittima abjecta, Dodonis Ardenniæ Ducis ſorori Alheydi adulterino ſe concubitu miſcuit, a qua Carolum Martellum magni Caroli avum procreavit. Increpitus hac de re Pipinus a beato Lamberto Trajectenſium Epiſcopo, dum emendam cupit, a Didonis miniſtris vir Dei in eccleſia Loedienſi occiditur, in hoc ſimilis Johanni Babuſtæ factus.

Re-

Digitized by Google

repudiata Agrippinæ Coloniæ civis effecta in honorem Virginis Mariæ monaſterium ſanctimonialium fœminarum conſtruxit, quod optimé dotatum nobilium virginum grege ornavit, in quo & ipſa cum Nothburga Virgine, ſororis ſuæ filia, quoad vixit, religioſam vitam agens manſit. Obiit autem idem Pipinus anno Domini 716, ducatus ſui 34, Carolum Martellum ex concubina Alheide filium Lotoringiæ ac Brabantiæ Ducem quintum poſt ſe relinquens, cui & (quia vir in armis potens) Majoris domus Franciæ Principatum contulit; Drogo enim primogenitus ejus jam mortem obierat, qui & in eccleſia ſancti Arnulphi apud Maguntinam urbem conditus jacet. A

Ea tempeſtate, ſedente in Romana ſede Sergio ſummo Pontifice, Deo dicati viri, beati Willibrordus, Swibertus & Bonifacius ex Anglia profecti, primum Chriſti nomen gentibus Saxonum & Friſonum prædicare ceperunt, regnante in Friſonum gente Ratbodo tyranno, de quo infrà dicetur. B

Legamus mare jam tertiò & fratres noſtros Saxones viſitemus. Sanè hoc anno Auſtrales Saxones contra Lotherium Cantuariorum Regem ab Emerico Egberti filio congregati in prælium ipſum Lotherium poſt Egbertum fratrem ſuum, cùm duodecim annis regnâſſet, ſuperârunt & vulnerârunt, qui & inter medendum 8. Id. Februarii defunctus eſt. Anno 685. C

Ceadula Rex occidentalium Saxonum, quem jam poſt duos regni annos ſuperni regni amore temporale imperium reliquiſſe conſtat, animo flagrari, ut Romam videret, cepit, hoc ſibi gloriæ ſingularis deſiderans adipiſci, ut ad limina Apoſtolorum fonte babtiſmatis ablueretur, in quo ſolo didicerat generi humano patere vitæ cœleſtis introitum, ſimul etiam ſperans, quia mox babtiſatus carne ſolutus ad æterna gaudia jam mundus tranſiret. Quod utrumque, ut mente diſpoſuerat, Domino juvante completum eſt: etenim illo perveniens, Pontificatum agente Sergio, babtiſatus eſt die ſancto ſabbati Paſcalis anno Domini 689, & in albis adhuc poſitus languore correptus XII Kalendarum Mayarum ſolutus carne & Beatorum 689. Ceadualdus Rex Weſtphalorum Romæ babtizatur & moritur.

A eſt regno ſociatus in cœlis. Cui etiam tempore babtiſmatis Papa rememoratus Petri nomen impoſuerat, ut babtiſmo Apoſtolorum Principi, ad cujus ſanctiſſimum corpus â finibus terræ pio ductus amore venerat, etiam nominis ipſius conſortio jungeretur, qui in ejus quoque eccleſia ſepultus eſt, & jubente Pontifice Epitaphium in ejus monumento ſcriptum, in quo & memoria devotionis ipſius fixa per ſæcula manet, & legentes quoque vel audientes exemplum facti ad ſtudium religionis accenderet. Scriptum eſt ergo hoc modo:

Ejus epitaphium Romæ.

Culmen, opes, ſobolem, potentia regna, triumphos,
Exuvias, Proceres, mœnia lata, domos
B Quæque patrum virtus & quæ congeſſerat ipſe
Ceaduald armipotens liquit amore Dei.
Ut Petrum ſedémque Petri Rex cerneret hoſpes
Cujus fonte meras ſumeret almus aquas,
Splendificúmque jubar radianti carperet hauſtu
E quo vivificus fulgor ubique fluit.
Præcipiénsque alacer redivivæ præmia vitæ
Barbariam rabiem nomen & inde ſuum
Converſus convertit ovans, Petrúmque vocari
Sergius Antiſtes juſſit ut ipſe Pater.
Fonte renaſcentis quem Chriſti gratia purgans
C Protinus ablatum vexit in arce poli.
Mira fides Regis, clementia maxima Chriſti,
Cujus conſilium nullus adire poteſt.
Soſpes enim veniens ſupremo ex orbe Britani
Per varias gentes, per freta, pérque vias,
Urbem Romuliam vidit, templúmque verendum
Aſpexit Petri, miſtica dona gerens.
Candidus inter oves Chriſti ſociabilis ibit
Corpore nam tumulum, mente ſuperna tenet
Commutâſſe magis ſceptrum & inſignia credas
Quem regnum Chriſti promeruiſſe vides.

Hic

Digitized by Google

Hic depoſitus eſt Ceadual d, qui & Petrus, Rex Saxonum ſub die XII kalendarum Majarum, indictione 2da, qui vixit annis plus minúsve XXX, imperante Domino Juſtiniano piiſſimo Auguſto, anno Conſulatus ejus quarto, Pontificante Apoſtolica verò Domino Sergio Papa, anno Pontificatus ejus 2do. A

Poſt hujus Ceaduald Regis mortem is, qui de ſtirpe Regia in regnum ei ſucceſſit, poſt XXXVII imperii ſui annos & ipſe relicto regno ac junioribus commendato ad limina Apoſtolorum, Gregorio Pontificatum tenente, profectus eſt, cupiens in vicinia ſanctorum locorum & Apoſtolorum ad tempus peregrinari in terris, quo familiarius à ſanctis reciperetur in cœlis.

Sceptrum Franciæ tenente Pipino, vir venerabilis atque omni reverentiâ nominandus, famulus Chriſti & ſacerdos Egbertus, qui in Hibernia inſula peregrinam pro adipiſcenda cœleſti patria vitam duxerat, animo ſuo propoſuit pluribus prodeſſe, & in omnes gentes, quæ nondum verbum Dei audierant, quarum in Britania plurimas noverat eſſe nationes, fidem Chriſti prædicare, impeditus tamen naufragio, ſe illi profectioni ſubtraxit. At dum vidit, quia nec ipſe ad prædicandum gentibus venire permitteretur, retentus ob aliam eccleſiæ ſuæ utilitatem, tentavit in opus mittere verbi viros ſanctos & induſtrios, in quibus eximius Willibrordus presbiterii gradu & merito præfulgebat, qui cum illo adunati (erant enim numero duodecim) divertentes ad Pipinum Ducem Francorum, gratanter ab illo ſuſcepti ſunt, & quia nuper citeriorem Friſiam, expulſo ibidem Rabodo Rege, ceperat, illo eos ad prædicandum miſit, ipſe quoque imperiali auctoritate juvans, ne quidquam prædicantibus moleſtiæ inferatur, multisque eos, qui fidem ſuſcipere vellent, beneficiis attollens. Unde factum eſt opitulante gratiâ Divinâ, ut multi in brevi ab idololatria ad fidem converterentur Chriſti. Anno 692. B C

Erat autem præfatus Rabodo Friſonum Rex, crudelis tyrannus, impius ac perfidus, ſtrenuiſſimúsque idololatra, qui, ùt infrà dicetur, quodam tempore propriæ ſalutis contemptu

A pedes ſuos de ſacro babtiſmatis fonte retraxit, malens cum pluribus reprobis ad inferos deſcendere, quàm cum paucis ſalvandorum cœlos intrare. Is ipſe perduræ cervicis crudelitate & maliciâ ſuâ induratus frequenter inſidias & impedimenta præfatis ſacerdotibus Willibrordi ſociis ſubſtruxit circa Trajectum, adeo ut tandem ab illuſtri Principe Pipino illis ex oris propelleretur & apud inſulam, quæ Foſtilandic dicta fuerat, inglorius deliteſceret; ubi ipſe, ut legimus, beatum Chriſti martirem Wigbertum, unum de collegio ſanctorum Chriſti ſacerdotum duro tormento jugulari fecit, ubi & tandem ipſe in infirmitate, qua decubuerat, indigniſſimam mortem obivit.
B Surrexere tamen ejus ex ſemine viri nobiles & potentes multi apud gentem ſuam. Unde & Scindicilda Wiperti, Widekindi filii, uxor nobilis admodum & catholica fœmina orta eſt, ùt infrà dicetur.

Anno 700. SS. Ewaldorum in Weſtphalia vita & martyrium

Horum ſequuti exempla duo quidem presbiteri de natione Anglorum (qui in Hibernia multo tempore pro æterna patria exulârant) venerunt ad provinciam antiquorum Saxonum, ſi fortè ibidem aliquos prædicando Chriſto acquirere poſſent. Erant autem ſicuti unius devotionis ambo, ſic etiam vocabulo: nam uterque eorum appellabatur Ewaldus, in ea tamen diſtinctione, ut pro diverſa capillorum ſpecie unus niger Ewaldus, alter albus Ewaldus diceretur. C Intrantes igitur provinciam venerunt in quendam pagum, qui nunc villa eſt Laer dicta, ubi honorabiliter ſuſcepti verbum vitæ ſeminârunt, quod veluti in terram cadens bonam, usque in præſens fructum facit ſalutis. Ibi etiam miraculis floridi fontem de rupe traxerunt, cujus hæc, ut ajunt, cauſa fuit: nam cum ſitirent, cuidam pauperculæ dixerunt, ut peregrinis potum miniſtraret, qua reſpondente & ſe aquæ penurie laborare, ne, inquit, amplius aquæ ſitim ſuſtineas, faciemus. Pungentes igitur rupem baculis ſuis, pulcherrimos fontes ex puncturis eduxerunt, qui in amnem derivati nullo æſtatis tempore ceſſant effluere. Campum etiam ſpinoſum viſu ac inceſſu ſpatioſum

Digitized by Google

tioſum in uſus pauperum conſecrârunt, qui usque in præſens ſacrum pratum vocatur, cujus in medio prædictus fluvius manans & oculis delectabile ſpectaculum & animalibus ſuave præbet poculum, fertúrque ſæpe divinitus plagatos fuiſſe, qui in pauperum præjudicium contra Dei Sanctorum teſtimonium pratum hoc aut arare aut colere tentarunt. Servatur usque in præſens Sanctorum veneratio ibidem; unde & a vulgo Domini noſtri de prato vocantur. Progreſſi igitur Sancti per vicina loca tandem ultra Weſeram venerunt, intraveréque hoſpicium cujusdam vilici, a quo & petierunt, ut transmitterentur ad Satrapam, qui ſuper eos erat, eo quod haberent aliquid legationis & cauſa ſuæ utilitatis quod deberent ad illum perferre: non enim habebant tunc Regem antiqui Saxones ſed Satrapas duodenos ſuæ genti præpoſitos, qui ingruente belli articulo; miſère æqualiter ſortes, & quemcunque ſors oſtenderat, hunc belli tempore Ducem omnes ſequebantur, huic obtemperabant; finito autem bello, rurſum æqualis potentiæ omnes Satrapæ erant. Suſcepit ergo eos vilicus, & promittens, eos ſe mittere ad Satrapam, qui ſuper ſe erat, ut petebant, aliquot dies ſecum retinuit. Qui cum cogniti eſſent a barbaris, quod eſſent alterius religionis (nam & pſalmis & orationibus ſemper vacabant & quotidie Deo ſacrificium victimæ ſalutaris offerebant, habentes ſecum vaſcula ſacra & tabulam altaris vice ſacratam) ſuſpectui ſunt habiti, quia ſi pervenirent ad Satrapam & loquerentur cum illo, averterent illum a Diis ſuis & ad novam Chriſtianæ fidei religionem transferrent, ſicque paulatim omnis eorum provincia veterem in novam cogeretur mutare culturam. Itaque rapuerunt eos ſubito & interemerunt album quidem Ewaldum veloci occiſione gladii, nigellum autem longo ſuppliciorum cruciatu & horrenda membrorum omnium diſcerptione; quos interemptos in Rheno projecerunt. Quod cum Satrapa ille, quem videre volebant, audiſſet, iratus eſt, quod ſcilicet ad ſe venire volentes peregrini non permitterentur, & mittens occidit omnes

A vicanos illos, vicúmque incendit. Paſſi ſunt autem præfati ſacerdotes & famuli Chriſti quinto nonarum Octobrium die in dioceſi Bremenſi comitatu Hoygenſi, ut quidam volunt, vel ut alii, quod magis veroſimile eſt, in quodam loco, qui nunc dicitur Apelerbecke prope Tremoniam, ubi & ſolemnis eorum memoria habetur. Nec martirio eorum cœleſtia defuere miracula: nam cum perempta eorum corpora amni, ut diximus, eſſent injecta a paganis, contigit, ut hæc contra impetum fluvii decurrentis per quadraginta ferè milia paſſuum ad ea usque loca, ubi eorum eſſent ſocii, transferrentur, ſed & radius lucis permaximus atque usque ad cœlum altus omni nocte ſuper locum fulgebat illum, ubicunque permanaſſe ea
B contingeret. Et hoc etiam paganis, qui eos occiderant, intuentibus. Sed & unus ex eis in viſione nocturna apparuit cuidam de ſociis ſuis, cui nomen erat Tilmannus, viro illuſtri ſed ad ſæculum quoque nobili, qui de milite factus fuerat monachus, indicans, quod eo loci corpora eorum poſſent inveniri, ubi lucem de cœlis terris radiaſſe conſpicerent. Quod ita completum eſt, corpora autem miraculosè translata & Coloniæ in eccleſia S. Cuniberti ſepulta ſunt.

B. Libuinus Weſtphalorum Apoſtolus.

Eo ipſo tempore Lebuinus, qui & ipſe Anglicus natione, monitu Salvatoris ad ſanctum Gregorium Trajectenſem Epiſcopum venit. Cui cùm diu præceptum ſibi datum narraſſet,
C Marcellinum ſancti Willibrordi diſcipulum comitem atque collegam accepit, quibus Epiſcopus ſanctus Veluam cæteráſque circa Iſlam fluvium partes ad fidei caulas congregandas commiſit. Ibat autem vir Dei aliquot vicibus per Saxoniam, ſi quas Chriſti caulis attrahere poſſet oviculas, ad cujus dum prædicationem fidei manum dabant, antiquum abire in ritum cœperunt, aliis eccleſiis, quas vir ſanctus erexerat, incenſis, ipſum cum neophitis perſequi tenptabant. Erat autem apud Saxones moris (qui ſine Rege erant & per Satrapas regebantur) ſemel in anno generale conſilium agere juxta Wiſeram in loco, qui dicitur Marckloe, ubi ſingulis Satrapis in unum

con-

Digitized by Google

concurrentibus, ex pagis quoque ſingulis duodeni de liberis, totidémque de laycis & vulgaribus convolabant, ubi innovabant leges, jura miniſtrabant, præcipuas provinciæ cauſas diſcutiebant, & quid futurum per annum acturi eſſent ſive in pace ſive in bello, ſive foris ſive domi, eodem decreto ſtatuêre. Una igitur dierum conventione diſpoſita, ſubito beatus Lebuinus ſe medium inter Saxones collocavit, ſe omnipotentis Dei miniſtrum eſſe, mandatum ipſius ad ipſos ſe ferre proteſtatur, cujus ſi fidem acceptare vellent, bonis omnibus affluere debere, nec Regem eſſe nec principem, qui eos bello ſuperaret, at èdiverſo rebellantibus fidei ſacramentis, omne malum in proximo affuturum eſſe & bellis fatigari & exilio conſtituto mori. Quod præſagium, ubi barbarorum conventio erectis audivit auribus, Divinos occidi acclamavit, minitantem infauſta ac novam religionem inducere conantem vivere non oportere. Quod ut opere perficere attenptarunt, Dominus præconem ſuum defendit & præſervat: arbor quædam usque hodie perſeverat juxta Hervordiæ limites, quæ ſe divinitus aperuit, Lebuinúmque Dei virum in ſe clauſum abſcondit. Cujus arboris folia mirabiliter ſingularia ſunt, ut nemo cognoſcere poſſit, cujus generis arbor ſit. Sicque viro Dei è manibus perſequentium elapſo ac aliud in opus reſervato, Seniores ſuper multitudine populi indignati iniquum factum condempnabant. Buſſo concionator tum gentis, arboris abſciſſæ truncum ſcandens, *ad vos*, inquit, *eſt ſermo meus, o vos Saxones viri præpotentes! judicate, diſcutite, ſi res ipſa per vos jam jam acta honeſti quid ac moribus legibúsque noſtris congrui habeat. Nortmanni, Slavi, Friſones, Daci ac cujuslibet gentis principes, ſi ad nos quavis etiam cauſâ legationem mittunt, pacificè legatos ſuſcipimus, modeſtè audimus, Dei autem nuntius nunc ad nos noſtri cauſâ venit, & quamvis ipſum invitiis perſequimur? credite hercule, quia tam vera vobis præſagit, quàm facilè vobis inſectantibus eruı potuit, & medius fidius! ea quæ comminatus eſt, incunctanter evenire,*

A *re, quàm potenter noſtris è manibus potuit liberari. Itaque perpendite, hac in re, quid vobis agendum ſit, cordatimque rem diſcutite.* Compuncti igitur hac in oratione in commune ſtatuêre, ut ſi iterum appareret Francus, quo vellet, incederet. Sicque Lebuinus vir Dei, quocuncque eum Divinus Spiritus duxit, pergebat, in opere ſibi commiſſo perſiſtens, donec poſt multum fructum Deo dilectam animam redderet.

Carolus Marcellus Pipini groſſi filius, patre defuncto, hac tempeſtate totam ſibi Franciam ſubjecit, Lamfredum Ducem, Saxonésque & Friſones, Swevos & Bavaros omnèmque regionem usque ad Danubium, cæterùm Aquitaniæ Burgun-
B diæque Duces bellis diverſis contritos ſubjugavit. Anno autem XXI regni ſui, imperii Conſtantini quinto, finem vitæ dedit, Pariſiisque ſepulturam juxta principatûs ſui magnificentiam accepit, Carolomannum & Pipinum magni Caroli patrem poſt ſe filios relinquens.

Cometæ duo hoc anno Januario menſe per quindecim dies in cœlo viſi ſunt, quorum unus Solem præcedebat in manè, alter verò veſpere ſequebatur.

Rabodo Friſonum Rex hoc anno ad prædicationum Wulfani Senonenſis Epiſcopi convertitur, qui cum babtiſmum ſuſcipere ſtatuiſſet & lavacrum intrâſſet, ſtatim dubius factus
C alterum pedem retraxit interrogans, ubinam ex patribus ſuis plures eſſent, an in inferno, an in paradiſo; & audiens, quod in inferno, ſtatim intinctum retraxit pedem, laudabilius eſſe affirmans, plures quam pauciores ſequi, atque ita ſua fatuitate deluſus in eum, quem optaverat, multorum patrum locum adductus eſt. Unde quidam non immeritò hoc in ipſum carmen exclamans ait:

> O jocus! o dirum tibi formidabile ſemper
> Eulogium Rabode tuum poſt triſtia fata!

Brevi enim poſt tempore manu Dei percuſſus, graviſſimas corporis incidit infirmitates, quibus & ſex annis induratus decubuit;

Digitized by Google

cubuit; tandem miſerabiliter moriens, patrum ſuorum ve- A
ſtigia ſequutus, quam laudabiliorem ſequi turbam optavit, in-
venit.

Itaque, ut dictum eſt, Pipino mortuo, Carolus Martel-
lus ex Alpiada in regno princeps ſucceſſit. Hic inter cætera
cum triumphi gloria Friſiam, Rabodo Rege extincto, ſibi ſub- Trajectum
jugavit, ubi & tunc beatus Chriſti Sacerdos Willibrordus po- in Epiſcopatum eri-
ſitus eſt prædicator, ſedes quoque illi Epiſcopalis in Trajecto, gitur.
quod olim Wiltenburg dicebatur, ab ipſo Carolo principe
primùm erecta & delegata eſt.

Carolomannus Caroli Martelli jam præfati primogenitus 740.
hoc ipſo anno, patre defuncto, apud Auſtriam & Sweviam B
majoratum ſumpſit & Major domûs Regiæ dictus eſt. Inter
duos enim filios: hunc & Pipinum, pater regnum à ſe armis
occupatum adhuc vivens diviſit, Carolomanno majore nato
Auſtriam & Sweviam, Pipino Burgundiæ & Franciæ partem
tribuens. Hic autem Carolomannus primo principatûs ſui
anno cùm Romam devotionis cauſâ cum paucis deveniſſet,
Zachariæ Pontificis ſuaſu, dimiſſâ regni gloriâ, mundo abre- Carolo-
nunciavit, & ab ipſo Zacharia clericus factus in Caſſinenſi mo- mannus fit
naſterio vitam monaſticam egit. Hunc denique Caroloman- monachus Benedict.
num cùm Deſiderius Longobardorum Rex ex Caſſinenſi mo- C
naſterio in Galliam ad Pipinum fratrem tunc Regem miſiſſet,
ut ei in Longobardos bellum diſſuaderet, non modo eum
non exaudivit, ſed indignatus eum in Vienenſi monaſterio
perpetuo relegavit, ubi & paulo poſt vitâ defecit.

Imperante Conſtantino & Hirene, Pipinus Caroli Martelli 748.
filius ex Duce Lothoringiæ Brabantiæ ac Palatino Comite Fran-
corum Rex factus eſt, in quo & progenies Clodovæi defecit.
Poſt mortem enim patris, dum cum Carolomanno ejus fratre
Burgundiæ Franciæque pars obtingeret, ingreſſóque Caro-
lomanno monaſterium, ipſe domûs Regiæ univerſalis Præfe-
ctus factus hoc anno, etiam regnandi cupiditate ductus, Le-
gatos ad Zachariam Papam miſit rogans, ut regnum Franciæ

 aucto-

A auctoritate Apoſtolicâ ſibi confirmare dignaretur. Regnabat autem tunc remiſſiſſimus & ocioſiſſimus virorum Chilpericus Rex, qui de regno nil præter inane nomen præferebat. Pontifex verò, auditis oratoribus, ejus precibus ſtatim annuit & Franciæ regnum Pipino adjudicavit, ſicque Pipinus in Regem electus & a Zacharia ſummo Pontifice confirmatus, â Bonifacio quoque Maguntinenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo inunctus eſt. Unde quia Maguntinenſis Epiſcopus primum Pipinum Palatinum comitem Regem inunxit, id privilegii Sedes præfata obtinuit, ut ſecundus poſt Apoſtolicum gradum Epiſcopus diceretur & eſſet, qui & ſciſmatis tempore, vel dum Apoſtolica vacat Sedes, Romanorum Regem coronat, in electione quoque Regis primam vocem, ſupremámque in regno dignitatem habeat, pro ut & in aurea bulla Caroli quarti eſt expreſſum.

Moguntinenſis Archiepiſcopi prærogativa. Pipino in Regem Franciæ per Papam elevato, Merovingorum Franciæ primorum Regum linea extinguitur.

Chilpericus itaque â regno dejectus & in clericum tonſuratus unâ cum uxore in monaſterio recluditur, ubi usque ad mortem in quiete delituit atque ita Moringorum Regum familia regnare deſiit in Gallia, quâ regnavit annis 296 ſub Regibus uno & viginti, quorum nomina hæc ſunt, licet in an-

B nis, quibus regnârunt, diverſitas inter ſcriptores ſit:

Pharamundus	1	Theodericus	12
Clodius	2	Childericus	13
Maroneus	3	Theodericus	14
Childericus	4	Clodovæus	15
Clodovæus primus	5	Childericus	16
Lotarius	6	Clodovæus	17
Chilpericus	7	Lotharius	18
Lotarius	8	Chilpericus	19
Dagobertus	9	Theodericus	20
Clodovæus	10	Childericus	21
Lotharius	11		

C

In hoc ultimo linea Marcomeni defecit, regnumque Pipino confirmatum eſt, Qui mox primo regni ſui anno cum

Saxo-

Saxonibus bellum accepit, habuitque ſecum Hildegerum Colonienſem Archiepiſcopum. Inito itaque certamine amborum, animoſitate apud Wiberg montem Saxones inferiores facti, poſtulatâ pace cum quadringentis ſe equis Regi ſervituros, ubi & quamprimum vocati fuerint, datis etiam obſidibus ſpoponderunt. In quo tamen bello Epiſcopus præfatus Saxonum enſe occubuit, nec longè poſt Rex in rebellantes Saxones expeditionem faciens, multis caſtris deſtructis ac hominibus occiſis, bello contritos tributarios fecit, datis obſidibus, ut quotiens a Rege vocarentur, cum trecentis equis Francis ſe ſervituros. Demum poſt multa facinora glorioſè patrata, Arſtulpho quoque Longobardorum Rege devicto, & in trecentis equis annuatim pro tributo ſibi dandis condempnato apoplexia, in venatione conſtitutus, percuſſus mortem obiit ac in eccleſia S. Dioniſii Pariſiis ſepultus quieſcit anno Conſtantini Imperatoris 27, qui eſt Dominicæ incarnationis 769.

A

Saxones fiunt tributarii Francis.

B

Hic licèt regni ſui principio nimis audax & ferus fuit, in fine tamen moderatus extitit; erat enim multæ literaturæ vir & propterea Longobardorum edicta in leges retulit, & cum multa Sanctorum corpora a Romam Papiam detuliſſet, ad eorumque honorem multa ſacella & Virginum monaſteria erexit, in quibus etiam multas filias ſuas Deo conſecravit. Sunt, qui dicunt ipſum apud Brixiam monaſterium in honorem ſanctæ Juliæ uni filiarum exſtruxiſſe, ſed & in inferiori Saxonia pago Dreni, fundo præſtantiſſimi Boſſonis ac ſecundum ſæculum ditiſſimi viri in Leisbornenſi cœnobio una filiarum ejus Rotſwindis prima Abbatiſſa conſtituta a fratre Carolo magno legitur. Is enim defuncto patre Pipino, ſucceſſor factus, devictis jam Saxonibus, eò loci conſtructo præfato monaſterio, ſororem ſuam virginibus ſacris Abbatiſſam præfecit, at ſenectute inventa terga dante, dum diſciplina regularis paſſim labi viſa eſt ac decrepitam in molliciem elanguit, ita ut nec verecundia nec ſolempnis facta ſecundum regulam profeſſio, ymmo nec


769.

C

Monaſterii Liesbornenſis pro monialibus ſtiftum ac illius deinde tranſitus ad RR. PP. Benedictinos.

ab alto reſpiciens Deus ad ſui cognitionem errantes traheret, ſicque ſpiritualibus lapſis temporalia quoque paſſim lapſa ſunt: ſemper enim in religione divitias devotio peperit, ſed aſpidis inſtar Murciæ filia extinxit. Unde poſtquam talia ad Mimigardefordenæ eccleſiæ Præſulem Egbertum relata ſunt, videretque, quia nec fomenta, unguenta exhortationum, ſcripturarum divinarum medicamina aut execrationis uſtio pro correctione errantium fœminarum proficeret, abſciſſionis ferro uſus Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus ſubfultus, expulſis fœminis, ſtabilioris ſexus viris, Fratribus, inquam, ſecundum Divi Patris Benedicti regulam profeſſis, introductis ſacrarum reliquiarum excubias commiſit circa annum Domini 1130, pro ut infra ſuo in loco plenius dicetur.

FINIS LIBRI PRIMI.



BER-

Digitized by Google

BERNARDI WITTII LIESBORNENSIS

HISTORIA

ANTIQUÆ OCCIDENTALIS SAXONIÆ SEU NUNC WESTPHALIÆ.

LIBER II.

Carolus, cui poſtea tam corporis mole quam gestis ex rebus magni nomen fuit, patris ſucceſſor cum Carolomanno fratre factus eſt. Qui quidem, inter ſe regno diviſo ex æquo, ſuo quisque loco regnavit, ſed Carolomanno bienmio poſt defuncto, fratri totius regni gubernacula reliquit. Hic inter cæteras præclaras virtutes ipſam quoque Saxoniam multis bellis attrivit, donec poſt triginta tres annos pugnis fatiſcens fidem Chriſti ſuſcepit. Cum enim Divina bonitas humano generi ſemper miſereri parata potius quam iraſci, ubi vidit duritiam Saxonum per ſimplicem prædicationem & miraculorum coruſcationem converti non poſſe, aptavit pro-

769. Carolus magnus Rex Franciæ & domitor Saxonum.

Digitized by Google

videntia ſua fortiſſimos Reges & Principes, qui gentem hanc ut vitrum contererent, donec ad cor rediret ac infidelitatis ſuæ inſaniam abjiceret. Fuère inter eos præcipui Pipinus, de quo jam ſuprà dictum eſt, filiúſque ejus Carolus, qui tum propter corporis molem, tum propter rerum geſtarum excellentiam dictus eſt magnus; nichil enim in eo mediocre legimus. Is advertens Saxones inconvertibiles eſſe Chriſtianiſque plurimas moleſtias inferre, Divino fretus auxilio, quaſi pluribus injuriis provocatus, arma arripiens provinciam invadit, ac per triginta tres annos neque pax neque quies inconcuſſa unquam provenit. Ita dubiè pugnatum eſt, ut horribiliora bella Carolus totius Europæ domitor nunquam expertus fuerit ſicuti cum Saxonibus. Erat enim
B gens Saxonica longè maxima ac bellicoſiſſima pene omnium Germanorum, adeò idololatriæ dedita, ut neque Divini neque humani juris quidquam penſi haberet, nichil æquè ut religionem Chriſtianam hominéſque ei deditos oderat, præcipuè autem Francos, cum quibus quottidie bella gerebat. Sæpe bellis victa conditiones accipiens obſides dabat, ſed nondum apud Francos quiſpiam Principum eorum perfidiam domuit aut victoriam pleniſſimam conſequi potuit. Quæ palma tandem Carolo conſervata eſt, qui dum regnare primùm cœpit, tempus veniſſe ratus, in quo barbarorum ſœviciam frangeret ac perfidiam ipſorum funditus everteret, ingentem exercitum parat, diem dicit, qua prope Rhenum omnes
C conveniant. Nunquam alias majori alacritate, contentione animorum ſuſcepta à Francis expeditio eſt. Hinc odium gentis, hinc ſpes bene gerendæ rei animum excitat, ſed ſuper omnia ſtudium auget præſentia Regis, has ſpes cogitationéſque ſecum portantes in hoſtilem agrum ducuntur, ſicque iterum cum Saxonibus renovatum eſt bellum, quo nec majus ullum nec gravius diuturniúſque à Carolo geſtum comperio; plus enim eo bello quàm omnibus reliquis detrimenti accepit, interemptis pleriſque fortiſſimis viris, qui diu ſub confidentia Caroli egregiam operam navando meruerant. Saxones autem

tem

Digitized by Google

tem multotiens ſuperati obſides dabant, imperata ſe facturos pollicebantur; verum, recuperatis viribus, magis quàm antea bellum ciebant, parati etiam ultimas vires experiri, antequam armis Francorum aut cujusquam alterius gentis potentiæ cederent. Factum eſt tamen ſummâ virtute & incredibili conſtantiâ Regis, ut nunquam defecerint, quin confeſtim debitas pœnas ſuæ perfidiæ dederint; everſæ domus, diſſipatæ fortunæ, liberi in ſervitutem tracti, omnibus documento fuêre, nullum in falſis Diis præſidium eſſe.

A

Prieſter Johans. land unde dicatur.

His fermè temporibus Ogerus Dux Datiæ, Princeps Chriſtianiſſimus, omnes ferè partes transmarinas â Jheruſalem usque ad arbores Solis, Deo ſibi propitio & apertis magnisque miraculis exercitum confortante, Chriſtianitati obtinuit & in ſuperiori India ordinavit imperium, cui præfecit Johannem filium Regis Friſonum, ob vitæ ſanctitatem presbiterum Johannem dictum, ſubjecitque ei quatuordecim Barones cognationis ſuæ, qui alia dominia circumquaque tenebant, ut vel ſic ibidem Chriſtiana religio permaneret.

B

Igitur Conſtantino imperante, Carolus Francorum Rex ad Saxonicum bellum animum intendit, & ne inconſultè ac temere quid attenptaret, Wormatiæ primum Synodum celebravit, & de negotiis oportunis maturâ deliberatione habitâ, Rheni fluenta transmeavit, fixitque tentoria in loco dicto **de lippeſche borne.** Quâ re cognita Saxones adunati in Carolum aciem dirigunt, commiſſóque bello apud nemus quod **Bockholt** dicitur, non longè ab Oſnaburgenſi opido ſitum, inferiores facti ſunt; & quotquot Caroli exercitum evadere potuerunt, Wiſeram in orientales Saxones fugientes transvadarunt. Quibus ſic bello fugatis, in ipſorum poſſeſſiones Francos Hiſpanósque locavit; hy autem qui ex Saxonibus occidentalibus ſiſtere loco ſtatuerant, in hoſpitum ſerviciis mancipati ſunt. Unde quidam autumant ſervitutem inter Rheni Wiſeræque notiſſima flumina primùm exortam fuiſſe. Hys ita patratis, majora tenptare præſumpſit; unde & longa obſidio-

C

Clades Saxonum in Bockholt prope Oſnabr.

Alia ſervitutis Weſtphalicæ origo.

A ſidione Ereshburg caſtrum Saxonicum cœpit & Hermeſüel usque pervadens ſtatuam Hermetis cum phano deſtruxit, aurum & argentum abſtulit. Erant autem in hujusmodi Saxonum ſtatua Hermelſül quatuor imagines ſchulptæ: Martis, Mercurii, Herculis & Apollinis certis ſub imaginibus, in quibus Deos ſuos Saxones gentiles venerabantur; a Marte tamen, ut quidam autumant (minus recte licet) tanquam principaliore denominabatur locus. Unde in hunc usque diem montem Martis dictum affirmant. Quis hujus erroris auctor fuerit, continuo ſubinferam: Idolum enim non Martis ſolum

Idoli Hermenſeul deſcriptio, locus & deſtructio.

B ſed Mercurii & cæterorum, ut dictum eſt, fuit; Mercurius quippe apud Græcos Hermes dicitur, & quia Saxones originem a Græcis traxerunt, ut in præcedenti libro tactum eſt, hunc Mercurium Græca lingua quaſi honorabiliore Hirmen ſeu Irimin nominabant, quanquam idem Mercurius a vulgo Godan, hoc eſt latine: bonum faciens, ſicut & latine Stilbon quaſi ſtillans bonum dicitur; unde & dies Mercurii Godesdag dicitur. Quod quidem nomen Godes a Longobardis Saxones accepiſſe traditur; Longobardi enim Godan Deum, quem Mercurium Romani dicunt, præcipuè colebant, eo quod ope ejus primum bellum, quando de ſedibus ſuis egreſſi fuerunt, feliciter egerunt. Unde dum poſtea de Pannonia

C in Italiam proficiſcentes Saxones ſpeciales ſibi amicos & bellatores fortes aſſociarunt ac ſimul Italiam invaſerunt, & Saxones adhuc pagani ejusdem religionis cum Longobardis fuiſſe videntur, ac Deum illum, cujus ope res Longobardorum proſperari credebantur, ſpeciali cultu venerabantur. Unde non illum Mercurium ut Romani, ſed Godan ut Longobardi, vel Hermen ut Græci nominabant. Huic Deo conſecratum fuit idolum ſeu ſimulacrum in loco prædicto, quod Hermeſüel id eſt ſtatua Hermetis dicitur, & quia in loco prædicto concurſus ex omni provincia pro ſacrificiis faciendis fiebat, locus iſte Eresberg, id eſt, mons venerationis dictus eſt, vel quia Juno, quam Græci Hera vocabant, antea vel forſan

cum

cum Hermete ibidem colebatur, Heresberg dicebatur, hoc eſt, mons Heræ videlicet Junonis. Cujus rei veritas patet: A
nam in hodiernum usque diem vetulæ inter Domini nativitatem & Epiphaniam dicere publicè ſolent: **vrowe** hera **vluget**, hoc eſt: domina hera volat per aëra, quoniam apud antiquos aër innovari putabatur, credebántque eam ſibi afferre temporalium abundantiam. Ab hac hera tractum eſt nomen heroum apud Græcos; unde animæ defunctorum, qui alicujus apud ipſos meriti æſtimabantur, heroës, quaſi cum hera in aëre hæſitantes dicebantur. Verùm quacunque ex cauſâ prædictum factum ſit, certum eſt locum hunc Eresberg nominatum, licèt vaga quorundam curioſitate poſtmodum mons Martis dictus ſit, cujus nominis hanc cauſam fuiſſe tradunt: B
cùm enim multa in partibus illis loca ſub titulo chriſtianitatis conſecuta ſunt, nomen venerationis ab uſu deſuevit ſicut nomen Hermis vel Heræ; & quia Mars apud gentiles Deus belli dicebatur, Saxonèsque bellorum feritate multas gentes excellerent, credebant quendam Martem fuiſſe Hermin, quem Saxones prædicto loco coluerunt, plus linguâ vulgari, qua Meresburg quæ caſtrum Martis ſonare videtur, quam rei veritate, qua Mercurius & Heres idem ſignificant, decepti. Nec reperiuntur libri antiqui, ymmò nec literæ ipſæ Apoſtolicæ ac Imperiales, in quibus ſcriptum ſit: Meresburg ſed Eresberg; hujus autem erroris occaſionem vel dediſſe vel C
ampliâſſe Widekindus quidam Corbienſis cœnobii monachus michi viſus eſt, qui geſta quorundam Saxonum ſcribens Ottonis primi tempore, ubi de hoc monte mentionem facit, ſub nomine Irmin, id eſt, Hermetis Saxones Martem coluiſſe mentitur. Erat autem Hermes vaſtiſſimum idolum Saxoniæ, quod tali ſub forma in Corbeya olim inventum legimus; armati ſcilicet viri imago inter flores & roſas usque ad nates ſtans, enſe præcincta ſiniſtrâ vexillum rubicundâ roſâ inſignitum, dextrâ autem libram tenens, habens in gallea gallum rubeum, in pectore verò urſum, ante ſe clipeum leone in-

O ſigni-

A ſignitum tenens, ſupra quem leonem ſtatera æquâ lance, in-
frà roſa rubens erat. Hoc præfatum ſimulacrum in Corbeja
olim repertum talem ſubſcriptionem habuit: *Saxonum ego
quondam Dux & Deus a populo Martis adoratus & cultorum
meorum ſignifer fui.* Quod Rex prudenti conſilio primum
aggreſſus eſt, ut, illo deſtructo, citius provinciales ab ido-
lolatria revocaret. Mira dicuntur de fortitudine illius loci &
de ſtructura & columpnarum pulchritudine atque phani il-
lius decore. Ut autem Dominus manifeſtaret, quam grata
hæc ſibi expeditio foret, miraculo oſtendit: in exordio enim
pugnæ, dum exercitus ob loci munitionem diutiùs obſideret,
evênit ſiti atque penuriâ exercitum laborare; verum, Divi-
B na propitiante clementia, ſubito in torrente largiſſimè fuſæ
ſunt aquæ cunctis circa meridianam horam quieſcentibus.
Fertur eo loci pupugiſſe Carolum ſaxum ac fontem produxiſ-
ſe, duravitque humoris profluvium usque ad phani obſeſſi
deſtructionem.

771. Nec multo poſt cepit caſtrum Syburg ſuper Ruræ flu-
vium ſitum prope Tremoniam, & Francis ubique poſitis,
venit ad Weſeram, placitóque inito cum Saxonibus acceptis
obſidibus, contra Deſiderium Regem in Italiam feſtinavit anno
Domini 773; ubi item triumpho potito, eccleſiam ipſam &
C Adrianum Summum Pontificem magnificè liberavit. Hæc pri-
ma Caroli, ymmo per Carolum Chriſti in Saxones victoria fuit.

774. Saxones primo congreſſu ſic ſe a Francis ſuperatos viden-
tes doluêre, compertóque Caroli contra Deſiderium in Ita-
liam diſceſſu, rupto pacis fœdere, Francorum fines igne &
cæde premunt, cunctáque devaſtant, congregatisque agmi-
nibus Syburg recuperant, ac Francis occiſis, caſtrum de-
ſtruunt; dein in Eresberg properantes illud oppugnant, ſic-
que ad fines Haſſiæ venientes regionem ipſam prædantur at-
que devaſtant, flammisque cuncta ſuccendunt. Verunta-
men eccleſiam in Friſlaria (quam ſanctus Bonifacius conſe-
craverat, nunquámque arſuram prædixerat) incendere ne-
queunt,

Juxta Prophetiam S. Bonifacii eccleſia Frideslar. ab igne illæſa ſervatur.

queunt, quin potius gravi timore perculſi divinitus, turpiter, nullo perſequente, fugæ remedium quærunt; unus autem ipſorum genibus incumbens, quaſi ſpeciem ſtatûs exhibens, mortuus inventus eſt, qui, quod ligno & igne prætendebat vivens, mortuus oſtendit. Fecit hanc primam fœdifragam rebellionem Principum ſeu Satraparum multitudo; uno quidem ſuperato, alius reclamabat aut confugit ad confines & recedente Carolo revertitur, ac vicinum, donec ſibi acquieſcat, oppugnat, ſicuti olim Gaobanitis contigiſſe legitur; maxime autem Oeſtphali totiens iteratæ rebellionis fomitem miniſtrabant, Weſtphalis perſuadentes & promiſſionibus & minis rebellionem. Cum autem Carolus revertebatur de Italia, in Maguntinam diœceſin veniens rebellaſſe Saxones audivit; unde & juſte commotus quatuor pugnatorum turmas in rebelles miſit. Tres itaque turmæ ſignis ac aciebus collatis cum adverſariis dimicarunt ac triumphatores evaſerunt, quarta, cum hoſtem, in quem vires expenderet, non haberet, cum præda magna ſine pugna rediit.

A

Unde prima rebellio Weſtphalorum contra Carolum.

B

In villa Duria Carolus conſilium habuit, ubi omnium ſententia definitum eſt, ne requies ulla daretur Saxonibus, donec aut fidem reciperent aut penitus deficerent. Quo quidem tempore Saxonibus caſtrum Eresberg obſidentibus gloria Dei ſuper eccleſiam apparuit omnibus, duobus ſcilicet ſcutis ſanguineo colore flammantibus quoſdam motus, ut in bello, per aëra dantibus. Unde Carolus veluti tempeſtas Saxoniam proterit, munitiones irrumpit, Sygburg caſtrum reædificat & ad Weſeram, ubi rebellantes ad locum dictum Brunesburgium Saxones congregatos noverat, properat; in dicto enim loco vadum, ne Rex in Oeſtſaxones iter haberet, præoccupabant, ubi commiſſo bello Saxones aut occiſi aut fugati ambas amnis ripas Regis exercitui reliquerunt. Fuit autem Brunsburgium caſtrum forte & munitum, ad quod expugnandum Rex repartito exercitu properavit. Noverat enim ibidem Saxones Weſeræ vada præoccupaſſe, obſeſſo

775.

Variæ Saxonum clades.

C

A autem aliquantò caſtro, vi ipſum expugnavit; unde poſt eodem in loco villæ tres poſitæ ſunt, quæ a tribus exercitibus ſibi nomina uſurparunt: in primo enim exercitu fuêre hy, qui ære conducti erant diverſis ex gentibus, quos boven vulgariter nuncupamus, hoc eſt, triumphatores. In horum caſtrorum locum conſtructa eſt villa, quam nunc Boventenhuſen dicunt. In 2do exercitu fuêre Franci communiter viventes; unde ejus loci villa Meinegordeshuſen nomen ſibi uſurpavit. In 3tio exercitu Rex ipſe ſuis cum Proceribus reſedit; hunc Guderlinckhuſen villa, quaſi bonorum ac nobilium habitatio virorum vocabulum ſumpſit.

B Hac igitur potitus victoriâ, in duas exercitum partes diviſit, unam eò loci relinquens, cum altera Oeſtſaxones, ubi nunc Brunſwick civitas ſita eſt, contendit, ubi ſuper Ancker fluvium veniens Auſtrelindorum Saxonum ſpontaneam ſubjectionem accepit, datis etiam a Duce gentis obſidibus. Interea Saxones in relictos ſuper Weſeram in Lubbeke Myndenſis dioceſis pago bella moverunt, ſed Deo fidelibus ſuis propicio ſuperati ſunt; quibusdam tamen Francis doloſè magis quàm animoſè interemptis. Cum enim Francorum nonnulli pabula equis allaturi quopiam pergerent incautius, Saxones

C quidam ſpecie pietatis ſeſe miſcuerunt, ac ingreſſi cum aliis caſtra Francorum multos dormientes trucidârunt, donec cæteri ſuſcitati inſidiatores propellerent. Unde Carolus revertens, furore ſucceſus ſtragem magnam & prædam ex ipſis tulit & ad hoc incolas impulit, ut ſe & patriam ei dedant, datisque obſidibus ſe Chriſtianos futuros ſpondeant. Quibus peractis Rex in Franciam revertitur; verum fides Regi promiſſa Saxonum perfidia non diu ſervatur.

776. 2da Saxonum rebellio. Igitur miſſis ad Carolum legatis, hy qui in Saxonia Franci ſubſtiterant, qui dicerent Regi, Sacramenta Saxones violaſſe ac fidem irritam feciſſe, ſed & Eresberg caſtrum, occiſis Francis, doloſè cepiſſe & penitus deſtruxiſſe, Siburgium quoque animoſius expugnare cepiſſe, veruntamen a Francis,

Do-

Digitized by Google

Domino opitulante, usque ad Lippiæ fluvium fugatos fuiſſe, hys auditis Rex, ne inconſulte quid ageret, cis Rhenum Wormatiæ opido conſilium fidelium congregavit, & quid facto opus ſit, conſuluit. Accepto itaque conſilio ut tempeſtas cum exercitu Saxoniam intravit, cæde & rogo cuncta vaſtavit, ac demum in locum, qui Lippeſprunck, hoc eſt, Padeburnis venit, ubi imprimis maximam Saxonum multitudinem adunatam reperit, quæ mox, viſo Rege, ſupplices manus dedit ac babtiſma petiit, quibus & pius Rex flexus ignovit & babtiſari juſſit, ſed & Eresberg caſtrum reædificavit, & aliud non longe ab eo loco, quo nunc Lippia civitas ſita eſt, ſuper Glenam fluvium Burgwechteler dictum, caſtrum forte & munitum contra Friſones, Nortmannos & Danos conſtruxit, ubi poſitis eſcarum & militantium apparatibus, Paſca primum Novimagio tunc celebrato, in Franciam rediit. A B

Eâ ferme tempeſtate, dum unâ dierum Carolus cum Saxonibus dimicans inferior fieret, fugiénsque fluminis impedimento periclitari ſe cerneret, montem excelſum, quem in fuga offendit, aſcendit & crucem ligneam, quam ſecum belli ſignum duxit, eò loci terræ infigens, Divinum adjutorium ſolo proſtratus, quod imploravit, accepit: nam dum â Saxonibus usque ad flumen Magonum fugatus, tranſitum peteret & in qua parte vadum haberetur, hæſitaret, cerva quædam apparuit & flumen coram multitudine pertranſiit, quam exercitus ſequuutus Saxones inſequentes evaſit. Fertur tunc Carolum dixiſſe: *malo dicatur: Carolus fugit, quam Carolus perſequentium ſe gladio occubuit.* Eò loci ob rei memoriam ibidem civitas inſignis ædificata eſt, quam ob rem geſtam Franckvordiam appellant, quia fugientibus Francis Saxones poſt terga fugientium clamabant, **francke vart, francke vart;** unde civitas ex ſuo nomine conſtructionis quoque cauſam, Saxonum clamorem & Francorum fugam fuiſſe manifeſtaret. C

Fuga Caroli ſuccumbentis.

Francofurtum quando conditum & unde nomen habeat.

Sicque, ut præmiſſum, evadens crucem ibidem terræ infixam reliquit, ubi poſtmodum capella ædificata, montis ad-

A jutorii nomen locus accepit & huc usque obtinuit. Celebre quoque paſſagium eò loci habetur, multaque peregrinis ob rei præfatæ memoriam beneficia ibidem præſtantur. Saxones autem una ex parte fluminis munitionem cingentes Saſſenhuſen nominabant, quam illico reverſus Carolus cum exercitu, fugatis Saxonibus, ſolo æquavit ac in Saxonum dedecus præfatique clamoris contumeliam alia in fluminis ora, ut dictum eſt, Franckvordiam civitatem conſtruxit.

777. Widekindus. Hoc anno, Leone Conſtantini filio imperante, Widekindus Saxonum Dux in Normanniam fugit. Erat autem Widekindus Capitaneus quidam, vir nobilis, viribus fortis, ingenio induſtrius, bellis movendis expertus, unus è Satrapis duodecim, quos ſibi Saxones belliduces præfecerant, quem quidam Regem, alii Ducem, gigantem fortem alii nominabant, Danique vulgariter ipſum usque hodie **Konninck Wedekin Wernekens Sohne**, hoc eſt: Rex Widekindus Werneri filius. Hujus caſtrum non longè ab Osnabrugenſi civitate

B Ejus caſtrum prope Oſnabrugum. inter ruinas monſtratur, ubi & collis foſſatis incluſus murorum fragmenta videntibus occurrit, dicitur autem ibidem caſtrum Regis Widekindi (*vulgo* **die Wiecksburg**) magis tamen ſtandum eſt Bedæ, quod ſcilicet unus de Satrapis fuit,

C quem ſors ad regendum exercitum accivit. Quia vero in longinquum proceſſit concertatio & inſuſpicabili animoſitate Francorum præpedivit triumphos, ideo ejus fama præ cæteris in orbe excrevit. Audiens igitur Widekindi fugam Carolus, cum gravi exercitu Saxoniam intravit, Angariæ caſtrum, totius Saxoniæ Ducatus caput, unde & Widekindus cognomen ſibi ſumpſit, expugnavit, ſicque demum in locum, qui nunc Padeburna dicitur, pro conſilio celebrando venit, ubi Saxones babtiſati paciſcuntur hac conditione, ut ingenuitatem omniáque bona ſua perdant, ſi unquam a fidelitate Chriſti ac Regis iterum deficiant.

778. 3tia rebellio. Conſtituto apud Normannos Widekindo innotuit, Carolum ad Hiſpaniam profectum eſſe. Unde tempus jam veniſ-

ſe,

ſe, quo ſe de Francis vindicaret, ratus, collecto exercitu Saxonum, Reni fines in longum latúmque inhumaniter vaſtavit & quaſi leena raptis catulis ſæviens a Tuicio usque Confluentiam omnia igne & ferro depaſcens nec loco, nec religioni, nec ſexui, nec ætati pepercit, quippe qui non prædam ſed ultionem quærebat, nec hominum cædis ullus modus erat, in cunctos ſæviens, paucos evadere poſſe curavit. Unde tunc Fuldenſes monachi timore Saxonum, aſſumptis ſecum oſſibus ſancti Bonifacii, de monaſterio fugerunt. Tantam igitur malitiam Carolus reverſus vindicare volens, exercitum in Saxones mittit & fugientes inſequitur usque in locum, qui dicitur Badawalt ſuper fluvium Aderam (Eder) in loco qui dicitur Lyhos *vel Hohoſi*, ubi acerrimè pugnantes pauci de infidelibus evaſerunt. Fuga autem iterum lapſus Widekindus Normanniam iterato ire perrexit. A B

779. Rex Carolus jam apud Francos conſtitutus, fugato Widekindo, cogitat iterum in Saxones bella movere nec requiem rebellibus dare. Unde exercitu ducto in loco, qui dicitur Lippekant prope Weſaliam, ex adverſo Saxones prope Bockholdiam caſtra metaſſe comperit, Regi acceſſum impedire vi cupientes. Quibus Rex ſuo more confidenter occurrit &, fugatis Saxonibus, triumphat, & quia tunc Saxones ſuas firmitates reliquerunt, viam Chriſti militibus in Weſtphaliam aperuerunt. Unde Rex Saxones occidentales ſibi ſubjugavit, hys exceptis, qui fugâ lapſi ultra Weſeram ſedes ſibi delegerunt; Rex autem cum exercitu usque ad Weſeram veniens ex Angaria & Oſtphalia ſibi occurrentes, datis juramentis & obſidibus de fide ſervanda in pace ſuſcepit. C

Weſtphali ſubjugantur.

Eodem tempore Rex fundavit eccleſiam in Selgerſtat vel Oſterwick, ubi & ſanctum Hildericum beati Ludgeri fratrem Epiſcopum conſtituit, quam tamen ſedem poſtea in Magdeburg eſt ſaltu ſecundo in Halverſtat tranſtulit. Quo facto Rex in Wormatiam properans, non longè poſt ad Eresburg & Lippeſprinck pro congregando conſilio ad diſponendum pro-

Inſtitutio Cleri.

A provinciam ſedium, eccleſiæ catholicæ ritum, pervenit, ubi & terram diviſit, Epiſcopos, presbyteros & Abbates, qui neophitos in fide confirmarent, poſuit.

780. 4ta rebellio quam ſequitur depopulatio usque ad Albim.

Carolus Rex devotione ductus Apoſtolorum limina viſitavit, ubi ab Adriano ſummo Pontifice honorabiliter ſuſceptus ac cum benedictione in Franciam remiſſus eſt. Interea abſente Rege motus magnus in Saxonia factus eſt: Nam Widekindus, collecto exercitu, circa Oſnabrugenſe opidum inſidias (plùs ex animi feritate quam virtutis potentia inſtigatus) poſuit. Quo Rex comperto, venit in campum, novum congregans exercitum (nam in priori Francorum plures occiſi aut vulneribus debilitati fuerant) cum Saxonibus congreſſus eſt. B Fugatis igitur, cæſis captisque Saxonibus, omnem eorum terram usque ad Albeam depopulatur.

Saturni idolum deſtruitur.

Fuit in hys locis apud Saxones Saturni ydolum in loco dicto: Hertesburgium, quod ſub Crodo nomine vulgus inſanum adoravit. Stetit autem in columpna ſiniſtro pede parcum piſcem conterens, manu quoque ſiniſtrâ rotam, dextrâ ſitulam roſis plenam tenens, zonâ cinctum lineâ. Ubi loci dum Carolus veniret & quis Deus ipſorum diceretur, interrogaret, reſponderunt Crodo, ad quod ille vulgari ſuo reſpondit: **is Crodo ir God, dat ys dey Kroden duvel.** C Quod verbum in hodiernum usque diem Saxones quaſi pro omine receptum in invicem proverbio utuntur. Et mox idolum deſtruxit, phanúmque demolitus eſt.

Veneris idolum conteritur Magdeburgi.

Saturni ſimulacro deſtructo, progrediens in Albeæ fluminis ora phanum aliud ſuo cum ſchulptili reperit, quod â Julio quondam Cæſare ibi erectum fuit Veneri Deæ ſuæ in honorem in loco, quem Græcâ linguâ Partenopolim hoc eſt, Virginum civitatem nuncupavit, quam jam Magdeburg dicimus, ubi & Veneris currum comminuit phanúmque deſtruxit. Adorabatur ibidem Venus ſtans in curru ſerto coronata, cujus etiam ex ore roſa egrediebatur, ardentem circa præcordia facem geſtiens, globum mundi ſiniſtrá, mala

tria

tria dextrâ tenens. Stetêre poſt eam in ipſo curru tres ſimiliter puellulæ nudæ, mala ſingula dextrâ tenentes, facie averſâ, ne ſuam in invicem turpidinem viderent. Traxerant autem hujusmodi currum olores binæ ſed & columbæ duæ, ubi, ut dictum eſt, ſimulacro demolito, eccleſiam in Selgenſtad illo tranſtulit, cathedralémque ſedem illic ſtatuit, quæ poſtmodum in Halverſtat translata eſt. Quibus feliciter geſtis, in Franciam reverſus eſt, illico reverſurus in Saxones. A

Carolus Rex provinciæ negotia diſpoſiturus ad Lippeſprunck, id eſt, Padeburnenſem civitatem univerſis Satrapis, Widekindo excepto, præſentibus venit, & ſuper Saxoniam de nobilioribus ex genere Saxonum comites conſtituit. Venêre quoque ad ſynodum legati de Datia, Normannia, Ungaria pro pace petenda, quos benignè Rex ſuſcipiens, cum gratia remiſit, ipſe autem in Franciam perrexit. Auxilia igitur Normannorum Widekindus advocans multósque Saxonum ad ſe alliciens, novum bellum exorſus eſt, Slavi quoque manum validam educentes, audacter fines Saxonum & Thuringorum invadunt. Contra quos miſit Rex tres Comites Palatinos, ut moverent exercitum Francorum & Saxonum ſuper Slavos paucos adhuc rebelles. Unde inter eundum, ubi nova moliri Widekindum intellexêre, de multitudine exercitus ſui inconſultè confiſi, illum primùm debellare ſtatuerunt, nusquam recordantes aſtutias & deſperationem viri, qui pro vindicta minacem gerebat animum. Concûrrentibus igitur adverſariis in loco dicto: Sunnendaell, hoc eſt, vallis ſolis, atrox bellum in convallibus Weſeræ apud Widekindi caſtrum, ubi nunc Myndenſis civitas ſita eſt (qui locus â caſtris metandis Herſtelle usque hodie appellatur) pari animo ambo exercitus conſeruêre, & quia Duces parvipendebant agmen invadere deſperatum, arbitrantes ſe in prædam non in hoſtem ituros, aliis animoſum belli Ducem habentibus, malè dimicârunt; nam Francorum proceres viginti tres cum exercitu pene toto ceciderunt, pauci tamen montium 781. B C

Bellum cum Widekindo ad Viſurgim in loco, ubi nunc Mindens civitas eſt.

A latibulis abſconſi evaſerunt, victoriam licèt cruentam Franci tamen reportârunt.

782. Carolus auditâ ſuorum ſtrage militum, tactus dolore cordis, contracto immenſo exercitu, Rhenum transvadavit, atque eò loci, ubi Alera Weſeram influit, caſtra metavit. Ubi iterum omnes ad eum Saxones venêre ac Widekindum accuſantes ſeſe ſeditionis excuſavêre, quatuor milibus & quingentis de ſeditioſis Regi oblatis, quos & una die decollari juſſit, ſicque ad tempus pacatâ provinciâ, in Franciam rediit.

4500 ſeditioſi decapitantur unâ die.

783. Perpendens Widekindus, quia tutus in patria eſſe non potuit, ad Normannos iterum fugit; cæteri autem intra confines provinciæ reſidentes, ſeveram in Saxones ſententiam videntes, tantámque gentis ſuæ multitudinem truncatam, Saxonésque contra Saxones militare, reſumptis animis ultimas vires experiri cupientes, motus novos iterum citra & ultra Weſeram ſuſcitarunt. Verúm non ſegniter Carolus, hys cognitis, reditum paravit, quin potius Oſtphalos ipſe aggreſſus, Carolo filio, genitori mentis induſtria pene pari, Weſtphalos debellandos commiſit. Unde cunctos ſibi non acquieſcentes unà cum ipſorum ſubſtantia grandi clade, ferro & igne devaſtavit, bello magno in ea provinciæ ora, ubi comitatus nunc Lippenſis eſt villa Depmoldiæ in campo plano montis Oyslinck non longè ab opido Lemogo nimis ferveſcente.

B

Sequuntur varia bella Saxones inter & Carolum magnum.

C

Poſt hæc iterum congregata ſunt agmina Saxonum ad ripam Haſe fluminis, ubi Oſnabrugenſis civitas ſita eſt & inde ad opidum Haſelunne. Hæc duo maxima pene fuerunt bella, quæ unquam contra Saxones geſſit Carolus, & denuo languente victoriâ, nichil deinceps infideles attenptarunt. Hys geſtis, Widekindus deficiens viribus & ſucceſſibus non ſinentibus ſed cum ſuis ſuperatis ultra Weſeram fugiens rebellare invitus licét ceſſavit.

784. Ipſo anno Rex unà cum Regina Romam profectus eſt & inde reverſus Bavariam cum exercitu oppreſſit atque ad fidei

jugum

jugum ſumendum armis induxit, Caſſellmum quoque Ducem ſuo cum pignore tonſuratos monaſterio recluſit. Inde in Hunorum provinciam, quam nunc Oeſtriam dicimus, exercitum trajecit, quam ob ſitûs qualitatem pene inexpugnabilem inveniens, ſeptimo vix anno feſſam ad fidem Chriſti convertit. Quam provinciam Enſe a fluvio usque ad Bulgariæ nemus Ungariæque portæ civitatem Theutonis copulavit, mutatóque nomine Oſtriam nuncupavit. Repperit ibi Rex divitias pene infinitas in auro & argento, quibus totam Franciam copioſè locupletavit. A

Carolo Rege ſic, ut præmiſſum eſt, a Roma reverſo atque Novimagio conſtituto, Hardradus quidam Saxo nobilis bellum cupiens, plùs fatuitate quàm ſtrenuitate ductus, quos ex ſua gente potuit, congregavit; inſuper & Friſonum caterva ſtipatus nova moliri bella cepit. Transfretans igitur a Novimagio Rex in Saxoniam hujúsce rei gratia venit ac prope Weſaliam eam in oram, ubi Renum Lippia influit, caſtra locavit, bellùmque ſatis durum ſæváque factio orta eſt, ſed ſtatim ſedata quievit; auctores vero clementer puniens, quibusdam erutis oculis, quibusdam exilio miſſis, omnibus tamen vitam conceſſit. B

Referuntur & plura alia bella ſuper Lippiam & Weſeram flumina fuiſſe. Inter quæ ſatis durum in ea Lippiæ fluminis ora fuiſſe perhibent, ubi modo Lippia civitas conſtructa eſt, ubi tantum ſanguinis effuſum fuit, ut alvei in modum currens Lippiæ fluminis undas tinxerit. In patrati facinoris monimentum à re geſta in hodiernum usque diem nomen locus ipſe ſibi retinuit: eſt autem loci nomen **rode becke**, hoc eſt, rubeus fluvius, ob ſanguinis ibidem effuſi curſum. Quo in bello Franci inferiores facti ante Saxonum faciem per prona fugientes ceciderunt, usque dum venias in locum, quo Glena amnis Lippiam influit, ubi & corpora occiſorum ſepulturæ tradita ſunt, ac tantæ cædis in memoriam ac occiſorum requiem eo loci capella conſtructa eſt, quæ poſtea populi C

A devotione creſcente in monaſterium Sanctimonialium fœminarum dilatata optiméque dotata eſt. Retinet tamen ſibi nomen antiquum & ad Capellam dicitur, non longè ab urbe Lippenſi conſtitutum. In cujus rei argumentum noſtris temporibus, dum pro reformatione monaſterii terra fodiebatur, inter mortuorum oſſa etiam arma & loricas, terrâ pene conſumptas, e ſoli viſceribus extractas vidimus.

Monaſterium Monialium prope Lipſtadium.

748. Hoc ipſo anno Rex in Saxonia hiemavit, in ea ſtare proponens, donec totaliter Chriſtianæ religioni ſubderetur & fœtulenta perfidorum progenies tolleretur. Erat hæc hyemps lugubris multùm inbeſilibus: ſæpe enim expeditiones juſſu Regis ad vaſtanda loca adverſariorum fiebant, quæ quidem
B cladibus & flammis, ſpoliis detractis, deſtruebant, adeo ut jam non eſſet ſpes aliqua rebellandi ac reſiſtendi. Hanc extremam ſeveritatem Rex pius multo cum cordis ſui dolore miniſtrare cogebatur propter nimiam pertinatiam illorum, qui nec Francis fidelibus nec Saxonibus jam ad fidem Catholicam converſis pepercerunt.

Unde ipſo anno Widekindus irritare Regem cupiens, collecto exercitu, non longè ab Oſnabrugenſi opido caſtra metatus eſt in ora Haſæ fluminis non procul a monte vicino. Cui occurrens Carolus triduanum bellum accepit & dedit, diver-
C ſóque Marte pugnatum eſt; vix unquam Carolum gravius bellum habuiſſe legitur. Verùm Carolus demum victoria potitus Widekindum fugientem usque ad Wiſeræ oram proſecutus eſt, usque dum in caſtrum ſuum dictum Widekensburg veniret eo loci conſtitutum, ubi Myndenſis modo civitas ſita eſt. Cujus rei veritatem hodiernum usque in diem murorum ambitus majoris eccleſiæ argumentum præſtat, ubi Widekindum diu obſeſſum & arctatum ad fidem perveniſſe quidam affirmant, quod tamen nonniſi prævio miraculo factum fuiſſe, inferius declarabitur.

Hæc inter miſit Rex legatum Romam ad Leonem Papam pro conſilio habendo de rebellibus iſtis, quos nulla poterat

dili-

Digitized by Google

diligentia compeſcere & ex toto exterminare. Audita igitur legatione, vir ſanctus nichil prorſus reſpondit, ſed ſurgens unà cum legatis ortulum ſuum intravit, loliumque cum tribulis colligens, patibulo, quod de virgis fecerat, affixit. Quæ ſingula legatus rediens Regi nuntiavit; unde concito, ut metu pœnæ rebellionem compeſceret, jus vetitum inſtituit, quod usque in præſens weme vocatur. Videtur autem hoc nomen tractum eſſe a latino, & ſic etiam de more quidam Theutonici habent dicentes: wey my, quando aliquid triſte aut terribile vident vel audiunt, quaſi væ michi. Sic hoc progmatico & formidabili ymmò peremptorio jure promulgato, illico reſponderunt: wey my, quaſi animo conſternati pro tam ſevera conſtitutione palam ſanxita: ordinavit enim Rex ſapiens judices occultos, quibus nullam avaritiam aut injuſtitiam ineſſe noverat, quos plectere innocentes haud veriſimile fuit, qui illico ſine omni examinatione teſtium fidefragos quosque perjuros ac ſceleſtos clam patibulis ſuſpenderent, ubi ubi primum comprehendi poſſent, nulla citatione prævia aut defenſione præmiſſa. Unde videntes, complices ſuos Saxones nobiles & plebæos ſine cauſarum examinatione hinc inde in campis jugulatos, timore fidem, quam Dei amore noluerunt, ſervare compulſi ſunt. Dum enim quiſpiam alium, cur is, quem arboris in ramo ſuſpenſum viderat, talia paſſus ſit, ſciſcitari cepit, in promptu reſponſio fuit, quia fidem fregit aut perjurius & ſceleſtus extitit. Veruntamen ceſſante cauſa, ceſſare debuit & effectus. Ideo poſtmodum, patria purgata, rigor etiam miteſcere debuit, & ergo alia jura civilia plebicita quoque ſuperaddita ſunt, per quæ communis populus ad civilem unitatem ſervandam regi debuit. Nichilominus tamen illud judicium usque ad noſtram perdurat ætatem, vocatúrque, ut dictum eſt, vetitum; qui ei præſunt, ſcabini appellantur, quorum ea præſumptio eſt, ut per totam Germaniam juriſdictionem extendere velint. Secretos habent ritus & archana quædam, quibus

A — B — C

Initium occulti Scabinorum judicii.

 bus

A bus malefactores judicant, ea, nondum quisquam repertus eſt, qui vel pretio vel metu revelaret; ipſorum quoque ſcabinorum magna pars occulta eſt, qui per provincias diſcurrentes criminoſos notant & inferentes judicio accuſant probántque, ut eis mos eſt. Dampnati deſcribuntur in libro & minoribus Scabinis permittitur exequutio. Reus ignarus ſuæ dampnationis ubicuncque repertus fuerit, ſupplicio afficitur. Degeneravit autem hoc judicium; nam & viles aliquæ perſonæ admittuntur, quæ anilia negotia attrectare audent, quibus erat ſolum de criminibus permiſſa poteſtas.

785. Saxonum converſio. B Ablatum eſt jugum paganorum a Saxonia, cepitque populus juxta ritum Chriſtianorum vivere, & in brevi multum profecit, auſteriúsque ſe in jejuniis & eleemoſinis dandis inſtituit. Cujus veſtigia adhuc quædam permanent usque in præſens. Putares propheticum illud dictum in Saxonibus noſtris impletum: *terra inculta & ſterilis facta eſt veluti agri voluptatis*, quippe ubi Rex Chriſtianiſſimus delubra aut ydolorum phana deſtruxit, concito aut oratoria frequentia aut utriúsque ſexûs monaſteria erexit, adjuvantibus ſe hys, quos ad fidem Chriſti cognoſcendam adduxit. Solet enim primitiva gratia liberalis eſſe & pinguis, fœcunda & obſequioſa & ad omne opus bonum hilaris. Porro templa, monaſteria,
C hoſpitalia cæteráque pietatis domicilia & alia clenodia antiqua usque in præſens atteſtantur, quanta fuit in populo noviter converſo ad cultum ſacræ fidei devotio; ſed & memoriæ dignum ſupervenit ei aduc firmamentum: nam Carolus ovans & jocundus effectus laborem ſuum non periiſſe videns ſed proſperum, ſecundum beatúmque finem ſortitum provinciam cepit plus ſolito diligere, morámque illic trahere, præcipua feſta celebrare, per ſe ipſum judicia tenere & juſtitiam miniſtrare, extraneas per filios ſuos regiones diſpenſare. Ad hoc cum toto mentis anniſu inſudabat, ut ſemen fidei, quod longo inſertum in ea tempora fuerat, & fructum propter petroſa corda ferre non potuerat, fructificaret; quod ut efficacius

Digitized by Google

ctus fieret, Saxoniam Clero & dioceſibus diſtinxit ac Pontificibus & eccleſiis ſublimavit. A

Carolus Rex Saxonum provinciam, quam hoc anno totaliter ſubjecerat, Clero & dioceſibus diſtinxit ac viros ſanctos, qui verbo, exemplo & miraculis, ſignorum quoque frequentiori exhibitione populum aduc rudem inſtituerent, Epiſcopos & Præſules conſtituit. Sunt autem decem Epiſcopatus inſtituti eadem in provincia, quorum tamen fundationis ordinem non æqualiter reperi. Fecit hanc diverſitatem tunc inimicorum impetus; nam ſi ante hunc annum aliquos forſitan fundavit, bellis tamen impeditus conſummare non potuit, aut ſi conſummavit, innimicorum inſultibus dejecti fuerunt; nulla enim pax perſeverans in terra fuit, ut Divina Chriſtianorum more celebrare daretur, aut eccleſiaſticam juriſdictionem cum religione debita adminiſtrare. 716. Inſtituuntur dioeceſes. B

Prima igitur ſedes Pontificalis a Carolo fundata Oſnaburgenſis fuit Eccleſiæ anno ſcilicet Domini 774. Et eodem anno in curta Regali dicta Wihoven Paſca celebravit. Hanc eccleſiam ſpecialiter Rex dilexit, excellentérque libertavit, reliquiisque & clenodiis ditavit, ſcholas Græcas & latinas ibidem perpetuo tenendas ordinavit. Verùm res ſpacio temporis mutata eſt, ſtudium quippe Græcarum literarum ad multos jam annos ibidem deſuevit, utinam vel latinitas ibidem congrua perſiſteret! ordinavit autem venerabilem virum Gwihonem genere Friſonem primum eo loci Epiſcopum, ſpecialémque Eccleſiæ patronum ſanctum Petrum ſibi devotum conſtituit. Quarum prima eſt Oſnabr. C

Gwiho igitur primus ejusdem eccleſiæ Epiſcopus, ubi utriusque Saxoniæ gentem magna aduc ex parte infidelem verbo & exemplo XXXII annis ad fidem provocavit, ipſo Aprilis menſe XII ejusdem menſis kalendis carne ſolutus eſt anno ſcilicet Domini octingenteſimo ſecundo, veriùs autem octingenteſimo triceſimo tertio. Cujus I. Epiſc. eſt Wiho.

Se-

A
2da Hal berſtadienſis.
I. Epiſcopus S. Hildegrinus.

Secunda ſedes Epiſcopalis eſt Halverſtádenſis fundata in honorem ſancti Stephani prothomartyris, quæ antea erat in loco dicto Oeſterwick ſive Selgerſtad, quæ primo ſaltu translata Magdeburg erat. Verùm Ungarorum, Bohemorum Sclavorúmque ſed & Albeæ fluminis inundatione demolita ac in villam redacta, revelatione tamen Angelica præmiſſa, ſaltu ſecundo Halverſtad translata eſt, cui ſanctus Hildegrinus, Ludgeri ſcilicet germanus, primus Epiſcopus præfectus eſt anno 781. Hanc civitatem Oltena prælabitur fluvius; in medio fermè tumulus aſſurgit, in cujus cacumine planities eſt duorum fermè ſtadiorum contingens longitudinem, in cujus extremis angulis duo templa ſita ſunt, alterum

B

Pontificale, alterum quod Beatæ Virginis appellant. In monte nulla Läicorum habitatio: in medio latè patet forum magnificis Canonicorum ædibus undique cinctum. Urbs hæc vocatur; quod ſub tumulo jacet, ſuburbium vocatur. Duodecim ibi dignitates, XXIIII præbendæ, archidiaconatus ſupra vigeſimum primum feruntur. In hoc templo ſingulis annis unus ex

NB. mirabilem ritum.

populo deligitur, quem peccatis gravioribus inquinatum putant. Hunc veſte lugubri induunt & obvoluto capite prima jejunii die ad templum ducunt, indéque peractis Divinis officiis ejiciunt. Is quadraginta diebus nudis pedibus perambulat urbem & ædes ſacras circuit, neque ingreditur, neque

C

quenquam alloquitur. Invitatus a Canonicis per vices, quod apponitur, comedit: ſomnus ei poſt medium noctis in plateis permittitur: die Jovis ſancta poſt confectionem olei rurſus ad templum introducitur & oratione factâ â peccatis abſolvitur, pecuniáſque ei populus offert, qui tandem templo dimittitur. Hunc Adam vocant & ab omni crimine liberum putant.

3tia Myndenſis.
I. Epiſc. S. Hercumbertus.

Tertia eſt Myndenſis fundata in honorem ſancti Petri Apoſtoli in caſtro Widekindi. Widekindus enim fidelis factus cum Carolo Rege præfatum caſtrum dividens unà ſecum confœderavit. Unde dum uterque diceret ſuo vulgari idio-

Digitized by Google

idiomate: **byt is myn dell**, Mynden ſic nomen obtinuit. Amborum igitur conſenſu cathedralis eò loci ſedes poſita eſt, civitáſque ædificata Wiſeræ amnis in ora, præfecitque ipſe Rex præfatæ eccleſiæ Epiſcopum & paſtorem Hercumbertum virum ſanctum ac Pontificali infulâ dignum anno Domini 780. A

4ta Bremenſis I. Epiſc. & Wilhadus.

Quarta eſt Bremenſis fundata in honorem ſancti Petri Apoſtoli in Wichmodia in loco Bremon vocato ſuper Wiſeram, in qua præfecit Epiſcopum primum ſanctum Wilhadum glorioſum evangeliſtam, qui cum ſancto Bonifacio de Anglia venerat. Fuit hæc primùm ſubjecta Colonienſi Archiepiſcopo, ſed per translationem Homburgenſis eccleſiæ, quæ metropolitana erat, in Bremenſem ſub Anſchario Epiſcopo, ipſa etiam facta eſt metropolis, imperante Ludovico pio Caroli magni filio. Fundata autem eſt primùm Bremis anno Domini 781. B

5ta Padeborn. I. Ep. Hatumarus

Quinta eſt Padeburnenſis fundata in honorem Virginis Mariæ in loco Lippeſprunck dicto, quam imprimis Wirtzeburgenſi hoc eſt Herbipolenſi Epiſcopo commendavit, donec tutè ſibi de Epiſcopo provideretur. Rexit autem hanc idem Epiſcopus usque ad annum Domini 795, quo anno Hatumarum quendam genere Saxonem Herbipolenſis Eccleſiæ fratrem, quem aliquot elapſis jam annis Carolus obſidem â parentibus acceperat, Epiſcopum primum fecit. C Eſt autem

Paderborna deſcribitur.

Padeburna civitas non ignobilis, nomen trahens â fluvio ibidem ſurgente, quem ipſe Carolus loci amœnitate delectatus vel fortè Saxones, qui olim de Italia, quam cum Longobardis invaſerant, reverſi fuerunt, abs Pade Italiæ fluvio ita nominabant, & inde fortaſſis eſt, quod in literis Apoſtolicis ſcribitur: Padeburnenſis & non Paderburnenſis; relatione tamen Seniorum traditum eſt, huic loco Carolum nomen impoſuiſſe Pade: eſt enim quemadmodum Padus maximus Italiæ fluvius ex tribus fontibus ſibi invicem prope ſurgentibus ad Alpium pedes & in unum concurrentibus aquarum con-

A geries; ex pede enim montis tribus ex fontibus quaſi profundis ex abiſſis ſcaturiens multis rivulorum decurſibus ab eodem monte intercurrentibus inter unius alvei ripas intra mœnia civitatis excipitur; & horum trium fontium quilibet, cum ſitùs tamen derivatione, Pader appellatur; fons autem, qui verſùs Occidentem extremus, ad ſuperficiem ſuperfluentis aquæ usque ad fundamentum ejus nonaginta octo pedum altitudinis ſolide menſuratur. Generant autem hy tres fontes tantam aquarum abundantiam, ut illico gremium ſuum egrediens intra civitatis, in qua ſurgit, mœnia viginti molarum rotas, quarum nulla poſterior præcedentis aquam ſuſcipit, ſicut jugiter fluit, indeſinenter volvit. Cujus in tota Europa
B vix eſt ſimile invenire. Puto hunc ſcaturientis aquæ alveum quondam Lippiam vocitatum; â nulla enim civitate vel vico extra locum, in quo ſurgit, ſub Pader nomine recipitur; ad quindecim quippe ſtadia ab ortûs ſui loco duobus fluviis commiſcetur, quorum quilibet iſto minor eſt. Unde omnium illorum trium fluminum congregatio Lippia dicitur; quo tamen nomine nullus præfatorum trium fluviorum ſimpliciter nominatur, ſed fluvius accurrens ab Oriente, qui reſpectu illius quaſi rivus apparet, ſtricta Lippia dicitur, ad differentiam utique alterius fluvii, qui etiam Lippia cum alia tamen derivatione nominatur & fluit cum hoc nomine, donec Rhe-
C no commiſcetur; manifeſtum eſt autem majora flumina, ſi minora influunt, nomina ſua retinere. Si è diverſo majora influant, minora ſua nomina amittere. Unde locus iſte ante Caroli adventum aut ſub Carolo Lippeſprunck nomen habere potuit, donec â Pade fluvio Padeburna inditum ſibi nomen accepit. Ad hunc locum Carolus ſæpe divertit. Hic etiam locus eſt, in quo ſaxeo de ſilice Marpeſiæ cautis ab extremis eò deductæ ferro percuſſo fidei Chriſtianæ ſcintilla proſiliit, quæ radiantibus ſub armis verbi flatu excitata in tantum exarſit incendium, ut ne modò omnem Saxonum ſed & plures Slavorum & Wandalorum aliarumque gentium longè

po-

poſitarum regiones ipſius non conſumens ſed illuminans flamma pervaſit, non immerito per novum apoſtolum linguâ ferreâ rebellium ſanguine tinctâ fidem Chriſti fortiter prædicantem ſignum triumphale, quo non ſolùm terrenæ ymmò & aëreæ poteſtates arceantur, crucis videlicet rubentis effigies eodem loco inſigne armorum præſumitur eſſe decretum. A

Sexta eſt Verdenſis fundata in honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti & Matris ejus in loco Fardan dicto ſuper Aleram fluvium, ubi præfecit virum ſanctum Swibertum Epiſcopum ſancti Bonifacii diſcipulum miraculis glorioſum. In qua eccleſia habentur generalia privilegia omnium Epiſcopatuum Saxoniæ, data Maguntiæ â Carolo anno Domini 786. *6ta Verdenſis. I. Ep. S. Swibertus.*

B

Septima eſt Magdeburgenſis fundata in honorem S. Mauritii ſuper Albeam in partinopoli quondam Putena dicta, ad quem locum tertio ſaltu per Ottonem primum translata fuit, cujus favore mirabiliter ſublimata in totius Germaniæ primariam excrevit. Cujus primus Epiſcopus fuit ſanctus Adalbertus vir per omnia reverendus. Creditum eſt unam ex ſex ydreis ibi eſſe, in quibus vinum ex aqua factum â Domino ſalvatore Evangeliſtarum tradit hiſtoria, hanc plebibus oſtendunt, materia marmorea eſt ac perlucida, vini capax, quantum equus ferre poſſit; alteram ac minorem apud Hildeſemenſes affirmant. Vexillum ſancti Mauritii hic quot annis oſtenditur. *7ma Magdeburgenſis. I. Ep. S. Adalbertus.*

C

Octava eſt Monaſterienſis in loco quondam dicto Mymigeforde, cui præfecit ſanctum Epiſcopum Ludgerum famâ & gloriâ miraculorum ſplendidiſſimum anno Domini 777. Qui monaſterium Werdinenſe in loco ſilvoſo juxta Ruræ fluvium exſtruxit, ubi & ſepulturam elegit. Sed & Helmeſtede in Orientali Saxonia conſtruxit, ubi & eccleſiam in honorem beati Stephani prothomartyris erexit, quam & præfati Werdinenſis monaſterii Abbati ſubjecit. Eſt autem præfata Mimigardefordenſis eccleſia conſtructa in honorem S. Pauli Apoſtoli propter glorioſum miraculum eò loci perpetratum: San- *8va Monaſterienſis. I. Ep. S. Ludgerus.*

A

ctus quippe Swibertus XXV Januarii apud Mimigardum inſigni perpetrato miraculo lucem evangelicam tenebris gentium infudit, mulierem enim incurvatam & monſtro ſimillimam curavit. Ob cujus rei miraculum & ad æternæ gloriæ memoriam beato Paulo electionis vaſi tota hæc nuncupatur patria, eò quod tunc converſionem ejus celebraret eccleſia. Swibertus enim ad ſancti Pauli tutellaris hujus patriæ Dei capellam ei erexit primùm & babtiſmate illic celebrato multos idololatras ad Chriſtum convertit annis fermè quinquaginta vel ampliùs ante Caroli magni imperium. Verùm ubi Carolus Saxones ad fidem Chriſti convertit, ymmò compulit, abs Ludgero prothopræſule ex juſſu Imperatoris ad honorem beatæ Virginis Mariæ ædicula primum conſecrata eſt, in qua & Canonicos veteri more inſtituit, ad quam etiam deferri mortuus voluit, ut ſanctitas & religio tanti Præſulis XXXma appareret die. Sic hæc patria bina conſecuta eſt numina, quorum curæ & protectioni ſubjicitur. Hermannus autem, cujus cognomen & vita ignoratur, â beato Ludgero XIII Epiſcopus monaſterium ædiculæ maximæ Virginis Mariæ adjecit, adjuvante eum plurimùm religioſiſſimo Imperatore Henrico. Decebat quippe, ut ædes perpetuæ Virgini dicata ſacris Virginibus æternum conſervaretur.

Primum Sacellum trans aquas conſtructum, cui poſtea adſtructum monaſterium virginum.

B

C

Nona Hildeſienſis. I. Ep. Guntarius.

Nona eſt Hildeſemenſis fundata in honorem beatæ Mariæ Virginis, hanc Carolus primùm in Aulica fundaverat, ſed morte præventus â cepto deſiſtere compulſus opus inchoatum non complevit; filius autem ejus Ludovicus tranſtulit eam in locum, qui dicebatur Benenopolis, inſigni miraculo præeunte: unâ enim dierum, dum glorioſus Imperator Ludovicus in hys locis iter ageret ac naturâ agente de equo deſcendens purgare alvum cuperet, ac primùm imaginem Virginis glorioſæ, quam ſemper devotus in collo ſuſpenſam circumferebat, ob reverentiam lapidi imponeret &, expleta naturalitate, recipere vellet nec poſſet, obſtupenti vox deſuper facta eſt, quod quanti ſpatii nix deſcenſura ipſum lo-

cum

Digitized by Google

cum occuparet, eccleſiæ ædificandæ eò loci ambitum ſciret, concitóque nix deſcendit & futuræ eccleſiæ locum occupavit. Quod ut devotus Imperator vidit, ait pro vulgari: **dyt ys hillich ſney**, hoc eſt dicere: hæc eſt nix ſancta. Unde locus uſurpavit ſibi nomen Hildenſney, quod corruptè dicunt Hildenſem. Cui præfecit Guntarium Epiſcopum anno Domini 796.

A

Hildeſium unde nomen habeat.

Decima eſt Homburgenſis fundata in honorem B. Mariæ Virginis in Hammonis, id eſt: Jovis caſtro. Cui præfecit ſanctum virum Geribanum, & hoc mortuo, ymmò à Pontificatu depoſito, Anaſcharium Epiſcopum monachum de Corbeya. Hæc quondam omnium Aquilonarium caput & metropolis fuit; verùm anno Domini 896 ad Bremenſem translata & ei adunata eſt, ubi etiam idem Anſcharius ſedit annis 18, & ſic Bremenſis eccleſia facta eſt metropolitana, quæ antea erat ſuffraganea Colonienſi; anno enim Domini 874 Lothario Imperatore contra fratres ſuos pugnante, Dani occaſionem nacti Friſiam tributariam ſibi fecerunt, unitaque claſſe Coloniam applicantes per Rheni vada navigantes ipſam urbem obſederunt; inter repatriandum autem Albeæ fluminis ductu Hamburgenſem civitatem dioceſimque expugnantes, uná cum civitate eccleſias quoque jam noviter erectas ferro & flammâ demoliti ſunt, omnibúsque pene in nichilum redactis, Anſcharius Epiſcopus ſuo cum clero fugâ lapſus evaſit. Quem virum ſanctum Ludovicus Imperator ſciens, depoſito Luderico, tertio Bremenſis eccleſiæ Epiſcopo ob ſuperbiæ faſtum, illò tranſtulit. Unde ex tunc metropolis facta eſt, qualis antea Hamburgenſis eccleſia fuerat.

10ma Hamburgenſis poſtea condunata Bremenſi I. Ep. S. Geribanus.

B

C

Verum quia Carolus Rex prudentiſſimus erat ac ſui ipſius potens, quaſi omnium injuriarum immemor, quas â Widekyndo acceperat, ſimul conſiderans pericula, quæ poſſent iterum ebulire, tenptat pietate & beneficiis ſuperare, quem armis vincere nequiverat. Veniens igitur in Barderwick miſit pro Widekyndo verbis pacificis, ut ad ſe veniret, concordiam

A Widekindus convertitur. unà & ſocietatem, ſi poſſet, facturi. Widekyndus tametſi tanti Regis favorem appeteret, ſine tamen obſidibus, ſalvóque conductu ac ſecuritatis dextera, ùt Principum moris eſt, venire negavit. Miſſis datisque, quæ optavit, aſſumpto ſecum Albione, ad Regis colloquium Widekyndus venit, proſperatúmque eſt in Regis manibus, porro ad hoc modò conatus ejus proceſſit, ut virum fortem & magnanimum ad fidem converteret Chriſti, quod & perfecit. Converſionis autem modus difficilis admodum fuit, quippe qui humanis ſtudiis emoliri non potuit. Divino ergo miraculo opus fuit, B ubi humana induſtria defecit; dum enim multis exhortationibus nichil ſe proficere Rex videt, quaſi Divina interpellaturus ipſum ad eccleſiam duxit. Ventum eſt ad miſſarum ſacrificium & ecce Princeps gentilis multâ primùm devotione & facie jocundâ miſteria intueri cepit Divina. Rege rem profundius ſecum perpendente, quid ſibi, quod in Widekyndo notavit, facies vellet hilarior; attonitus igitur ſuſtinuit & haud longè poſt, omni ſerenitate dejectâ, rugatâ fronte infremuit. Quam ſubitam tanto in viro mutationem Rex plurimùm miratus eſt, turbulentiori enim vultu diſplicentiam ſuper ſacrificio oblato in Widekyndi corde latere animadvertit. Ventum C eſt ad prandium & Rex Sacerdotem, qui ſacrificaverat, ad ſiniſtram ſuam collocavit, at Widekyndus oppoſitum Regi locum tenuit. Inter veſcendum, *Euge*, inquit, *Princeps! Chriſtianorum quod vidiſti ſacrificium quomodo tibi placuit, edicito*: perpendit enim Rex ſapiens torvum in ſacerdotem Ducis vultum, at ille infrendens, altaris miniſtrum abhorreſcens, *hunc ego*, inquit, *vidi inter ſacrificia tua, o Rex! latrocinia agentem, qualia nunquam facta à meis judicare volui; pulcherrimum quippe puerulum poſt crebriora oſcula delicatosque amplexus tandem laceratum & occiſum leonis rugientis inſtar voravit, quod etiam ſceleſtiſſimum ne modò apud Romanos, ſed & apud omnes pene gentes fuiſſe noſti, ſcio; Tanta enim in infantes ex natura impendenda miſeri-*

cor-

Digitized by Google

cordia eſt, ut prohibitum ſit à nationibus ſub capitis pœna infantulos belli tempore occidere. His Rex auditis gratulabundus, comploſis manibus *Eja mi frater!* inquit, *ego Chriſtianus ab infantia Chriſtianis ex gentibus ortus, inter Chriſtianos educatus nunquam talem gratiam habere merui, qualem tu hodie habuiſti. Quod nos credimus corde, tuis tu oculis vidiſti, ecce jam vocaris ad fidem, ne differas vide, obdurare cor cave.* Res mira, inopinata, Deo tamen facillima! ex tunc immutatum eſt cor Widekyndi, ut gratiâ babtismali renatus, omnia terrena contempnens monacho ſimilior quàm Duci appareret, quem Rex ex aqua egredientem ſuſcipiens Saxoniæ & Angariæ Ducem conſtituit, & equum nigrum, quem à progenitoribus ſuis inter inſignia habuit, in album mutari juſſit, quo argumento poſtea diſcerent, quia babtiſmatis undâ Dux lotus incanduit. Ita hunc ad Chriſti fidem tardiorem invenimus poſt fidem receptam devotiorem; unde & pòſt multas eccleſias donis ditavit, præſertim Oſnaburgenſem & Myndenſem, collegium in Angaria fundavit, ubi erat quondam principale caſtrum totius Saxoniæ occidentalis. Demum poſt bonam & ſanctam vitam 7 Idus Januarii â Geroldo Swevorum Duce occiſus ac in Angaria eccleſia, quam fundavit, ſepultus eſt, ubi corpus ejus usque ad Hinrici Romanorum Regis Ottonis filii conditum jacuit. Is enim eccleſiam ipſam in orientalem Saxoniam tranſtulit in locum dictum Vallersleve, quam tamen Otto primus filius ejus, Magdeburg reædificatâ, iterato tranſtulit, & archiepiſcopatum eò loci ſtatuens, ſex Metropolitano ſuffraganeos ſubjecit, ſcilicet Boſſonem Mersburgenſem, Burchardum Miſnenſem, Hugonem Cirenſem, Dudolinum Brandenburgenſem, Dudonem Halverſtadenſem & Jordanum Porronenſem. Oſſa autem viri ſancti propter miraculorum gloriam, quæ per ipſum Dominus facere dignatus eſt, translata ſunt in archam ac tandem abs Hinrico Rege præfato Padeburnam translata ac in majori eccleſia recondita ſunt, in qua archa hy verſus ſcripti ſunt:

A

B

Ejus obitus

C

Oſſa

A Epitaphium. Oſſa viri fortis, cujus ſors neſcia mortis,
Iſte locus claudit, euge bone ſpiritus audit.
Omnes mundantur, hunc Regem qui venerantur
Ægros hic morbis, cæli Rex ſanat & orbis.

Hujus Widekyndi caſtrum dirutum oſtenditur prope Rullam Oſnaburgenſis dioceſis, prò ùt ipſe vidi inter ruinas veſtigia, juxta quod eſt parochialis dicta Belem olim Bethleem, ùt conjecturo ex devotione natalis Domini ſic dicta, in qua ipſe Dux babtiſari ac renaſci delegit, Carolo ipſum, út dictum eſt, de fonte levante, in qua quidem eccleſia usque hodie babtiſterium pretioſum cernitur in ſignum hujus glorioſæ renovationis jam dictæ perſeverans, ubi & Geva ejus uxor
B ſepulta eſt.

Hunc enim Widekyndum unum è duodecim Saxoniæ ſatrapis, quem ea tempeſtate ob animi induſtriam, bellicæque artis periciam contra Francos Ducem conſtituerunt, jam ſuperata Saxonia, converſum Carolus Angariæ Weſtphaliæque Ducem ablato diademate cum poſteritate generìs ſui conſtituit. Surrexerunt autem ab hujusmodi duodenis ſatraporum generibus Reges, Principes præpotentésque viri multi, quales fuêre Saxonum Duces, Brunſwicenſes Duces, Marchiones Brandenburgenſes, Franconiæ, Swavorum, Bavariæ, Oe-
C ſtriæ, Palatini cis Renum Duces, Franciæ Reges, Principes de Anholt, Comites Mersburgenſes, de Ringelen, Cattelenburg & plures alii. Qui licèt temporum curſu per Principum mortes Imperatorum beneficio aliorum ad manus devenêre, ſicuti hodie de Brandenburgenſis Saxoniæque Principibus eſt videre.

774. Wiho primus Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus, natione Friſo hoc anno a Carolo magno ipſi Oſnaburgenſi eccleſiæ Epiſcopus datus eſt, celebrante ipſo Rege tunc ibidem Paſcæ ſacratiſſimum feſtum. Quam quidem eccleſiam unà cum opido ſpecialiter dilexit ac privilegiavit, quam etiam præcedenti anno ſcilicet 773 poſt Domini incarnationem, dum orandi

Digitized by Google

di gràtiâ Romam venit, ſecunda Paſcæ feriâ Adriano ſummo tunc Pontifici obtulit, & ut Pontificatum eò loci conſtitueret, obtinuit. Pontificavit autem annis 30 usque ſcilicet in Domini annum 804, in quo Deo ſpiritum reddidit. A

Ludgerus & ipſe Friſo, primus Mimigefordenſis eccleſiæ Epiſcopus fuit. Hujus parentes ne modò nobiles ſed & in fide Chriſtianiſſimi erant: pater ejus Tiatgrinus, Werſingi Adonis viri integerrimi filius, qui â Rabado Friſonum Rege ob juſtitiæ titulos patria pulſus apud Brabantiæ Ducem Grimoaldum in exilio fidem Chriſti ſuſcepit. Mater autem ipſius Liſtburga, Notheradi & Alburgæ nobilium apud Friſones filia fuit, quæ dum Ludgerum in utero geſtâſſet, caſu prolapſa corruit, cujus latus cum palus, ſuper quem ceciderat, penetrâſſet, mortua pene & exanimis ablata eſt. Immanis tunc ingénsque dolor omnes invaſit, dum hinc inde vel pro morte puerpuræ vicina dolebant, vel puerperium jam partui vicinum interiturum eſſe timebant, ſed Dei, qui adjutor eſt in oportunitatibus, in tribulatione, non diu abfuit pietas: nam mulier paulatim, reſumpto ſpiritu, priſtinæ ſanitati reſtituta eſt, & in puero poſt paucos dies edito nulla læſionis macula apparuit; non enim ut læderetur ſed ut magnificentiùs liberaretur, hunc lapſum fœmina venerabilis incurrit. Plus itaque fuit mortis de faucibus evaſiſſe, quàm caſum evitâſſe. Natus autem illico puer ſacro babtiſmatis fonte â beato Willibrordo tunc Friſonum Epiſcopo regeneratus ac nomine ſuo Ludgerus appellatus eſt, levante illum beatâ ac nobili Idâ ex Ducum Saxoniæ & Franciæ partibus orta, quæ quidem poſtea, ùt legimus, nobili viro Egberto nupſit, poſt cujus tranſitum ipſa ſanctiſſimam in caſtimonia vitam duxit, quorum ſacræ reliquiæ aduc in loco, qui dicitur Hertfeld apud Lippiæ fluvium in eccleſia ſua Monaſterienſis dioceſis, quam conſtruxit, feliciter requieſcunt. At verò puer felix per incrementa temporum cùm pedetentim ambulare cepiſſet & verba, balbutienti aduc linguâ, vix facere potuit, canum

777. Vita S. Ludgeri.

B C

A num ſtatim ſenſum & cor ſenile aſſumpſit: ludum enim puerorum ùt peſtem fugiebat, ſcripturas, quas nondum per ætatem diſcere quivit, jam ſe animi affectu præmeditari indiciis quibusdam præmonſtrabat; aliis enim pueris ludentibus, ipſe arborum cortices colligere (quibus ad luminaria uti ſolemus) & inde quaſi libros componere conſuevit, quos, cum fortè liquorem inveniſſet, feſtucâ (ùt ſibi videbatur, utiliter) inſcriptos nutrici cuſtodiendos tradere. Quibus utique ſignis Doctorem eccleſiæ ſe futurum portendit. Denique cum ab aliquo interrogaretur, quid per diem feciſſet, vel ſe libros compoſuiſſe vel ſcripſiſſe aut forſan legiſſe reſpondit; qui cùm ulteriùs inquireretur, quis eum docuiſſet, Deus, inquit,
B me docuit. Verè Apoſtolico & perfecto viro digna reſponſio! Erat autem eodem tempore in literarum ſcientia & meritorum probitate vir merito non infimus nomine Gregorius, qui diſcipulus ſimul & ſucceſſor ſancti martyris Bonifacii Trajectenſi ſedi in gradu presbiterii præſidebat, poſtquam ſcilicet ipſe beatus Præſul cum uno & quinquaginta fratribus in anno Chriſti 755 palmam martyrii ab impiis Friſonibus adeptus migravit ad Dominum. Is quidem Gregorius in ſcripturis ſacris apprimè doctus in præfato Trajectenſi conventu adhuc Abbas & Prælatus ſcholam frequentantium tenuit diſcipulorum, quos ipſe in literis erudiebat; hujus curæ & ſollicitudini
C virum Dei parentes commendârunt, ubi multùm in ſcripturis ac timore Dei proficiens, mundialibus negotiis abrenuncians tonſuram acceptat, totum ſe in Trajecto monaſterio ad Dei ſervitium & ad inſtrumenta artis ſpiritualis convertit. Qui dum aliquando in Angliam, ut gradum perciperet Diaconi, mitteretur, ac Alcuinum, qui ibidem ſcholas tenebat, virum utique omni ſcientiâ famoſiſſimum reperiſſet, qui poſtmodum etiam Caroli magni præceptor fuit, cujus etiam favore, Imperator jam factus, illud omnium univerſale ſtudium, de Athenis Romam translatum, in Franciam Pariſios tranſtulit, hunc, inquam, cùm reperiſſet, annum integrum cum

ipſo

Digitized by Google

ipſo converſatus eſt. Reverſus ad Gregorium Ludgerus Diaconus jam factus, cùm Magiſtri ſui Alchuini deſiderio teneretur, longâ inſtantiâ tandem aliquando optatâ licentiâ conceſſâ, quò magiſtrum noverat, contendit. Qui dum in Hebroica Angliæ opido ad ſtudii regimen directus fuiſſet, Ludgerum in cœnobium ſancti Benedicti in Benevento locavit; reverſo autem Alcuino in Franciam, de Ludgeri ſtudiis ſollicitus apud Carolum Imperatorem dignum ipſum præconiis magnificavit, idonéumque ad regimen Eccleſiaſticum eſſe ex vitæ honeſtate, morum ſanctitate, literarúmque ſcientiâ affirmabat, vocatúsque ad Carolum, optione datâ duorum monaſteriorum, unius majoris, in quo ſanctimoniales, alterius minoris, in quo Canonicorum congregatio Domino famulabatur, virorum monaſterium delegit, prudenti ſanè conſilio: majori ſcilicet majora quoque diſcrimina inhærere conſideránſque plura ex fœminis tenptamenta venire, virorum magis ſibi utpote viro gubernacula competere quàm virginum. A B

Converſis igitur aliquando Saxonibus, idem Rex Ludgerum eis in parte Saxoniæ occidentalis præfecit in loco Mimigefordenſi, in qua tamen eccleſia ſine Ordine Pontificali annis ferè duodecim manſit; opus quidem Epiſcopi pro viribus agere cepit, gradum tamen percipere renuit, ita quod oneris erat, ſuſcipiens (quod honoris, declinans) quod inflare potuit, cavit: quod ædificare, ſubivit. Proinde dioceſim ſibi commiſſam ſine Epiſcopo eſſe nolens & tamen Epiſcopus ipſe eſſe declinans, eorum aliquem, quos ipſe nutriebat, Pontificalem pro ſe ſuſcipere gradum ſedulus poſtulavit. Quod cùm Hildebaldus, qui tunc Colonienſem metropolim tenebat & ſanctó viro amiciſſimus erat, omnino fieri nollet, ſed illum magis, ut Epiſcopus conſecraretur, optaret, tandem rationibus & autoritati ejus ceſſit & Pontificatum ſuſcipere conſenſit. Quanta dehinc ſigna, quæ vel in mentium ſalute & animarum curis, prædicationis officio & vitæ probatæ C

A exemplo, vel in corporibus medendis, quæ plerumque mentem familiariùs tangunt, & viſibiliter admotâ quaſi quadam manu pulſa vir ſanctus patravit, in duobus libris vitæ ipſius exarata devotus lector invenies, quos legens admirabere ac verè Apoſtolicum virum dices.

Cogitavit autem ſecum Vir Dei alicubi in hæreditate paterna monaſterium monachorum de vita regulari Ordinis ſancti Benedicti fundare, quam etiam ob rem, nactâ aliquando occaſione, Romam ad ſummum Pontificem pro ipſius licentia, auctoritate & approbatione impetranda unà cum Hildegrino fratre & Gerberto caſto cognominato profectus eſt ac B benignè exceptus, intentionéque viri Dei approbatâ ac benedictionis autoritate indultâ precioſiſſimas ſimul viro Dei reliquias Dominus dedit Apoſtolicus, ſub quorum patrocinio tutela & honore ipſum monaſterium conſtrueretur, ſicque Dei ac Sanctorum eorundem benedictione auctum dimiſit. Reverſus igitur aliquando dum patriæ ſuæ deſtructionem per viſum cognoviſſet, eò loci monaſterium conſtruere detraxit, ac ubi juxta propoſitum ſuum conſtruere poſſet, ſedulò cogitavit. Unde cum ex nonnullis prædiis, quæ ei pro Dei ſervitio & Sanctorum reliquiis oblata erant, quædam loca ſtatuiſſet, revelatione didicit, nequaquam illis etiam locis poſſe competere, ſed ut locum peteret juxta Ruræ fluvium in nemore C ſaltuoſo dicto Weveswolde ad rivulum, cui nomen eſt Werthina, certâ demonſtratione pro monaſterio ibi ædificando eſſe. Quam rem ut cognovit, amicis aperuit atque ad conſpiciendum locum ſibi oſtenſum feſtinavit. Quò perveniens à quodam Foleberto ejus loci tunc poſſeſſore cum aliâ adjacenti datâ terrâ hoc ſolum ſibi comparavit. Erat autem nemus horridum & præ arborum arbuſtorúmque denſorum vaſtitate vix pervium. Unde & beatum virum ab ædificandi intentione amovere nitebantur, impoſſibile rati, iſtum locum habitalem poſſe fieri. At vir Dei noctu, prece fuſâ, ſerenitatem aëris, quæ erat, mutavit & ventis exſurgentibus tem-

Monaſterium Verdenſe conſtruitur.

peſta-

peſtatem oratione obtinuit, quæ quercus & roboretum involvente turbine ſolo evelleret ac nocte ſub una denſiſſimum nemus, elementis mundi Dei famulo miniſtrantibus, eradicaret, ac totam ſilvam funditus erutam pro fundando monaſterio aream ſatis amplam miniſtraret. Igitur vir Domini pro monaſterio conſtruendo in hunc locum animum convertit, utpote quem Divinâ revelatione oſtenſum, Apoſtolicâ autoritate confirmatum, pretioſiſſimis reliquiis dotatum, imperialique poteſtate fulſitum, nec non ab ejus loci ordinario diœceſano Colonienſi Archiepiſcopo Hilibaldo indultum pleno jure poſſederat, brevique tempore, quod optavit, perfecit, conſumatoque monaſterio clericos, quos hactenus nutrierat & monaſticis diſciplinis inſtruxerat, commendavit, multisque privilegiis & donis ditavit. A B

Cúmque omnipotens Deus perhennem mercedem piis ejus ſtudiis reddere decreviſſet, aliquanto ante obitum ſuum tempore infirmitate corporis laborare cepit. Eo ipſo tempore dirigendæ Chriſtianitatis diœceſin ſuam circuiens ad locum, qui Billerbeke vocatur, ubi eccleſiam habebat, venit. Ibi ergo corporali moleſtiâ præventus ingraveſcente morbo, dum per ſe non potuit, Divinos codices coram ſe legi fecit, miſſam tamen incredibili mentis vigore quottidie ferè in hac infirmitate celebravit. Dominicâ igitur, quæ dormitionis ſuæ noctem præceſſerat, immensâ devotione in Deum, inæſtimabili fidei fervore in duabus eccleſiis ſuis ſibi admodum contiguis publicè prædicavit, manè in Coſtfeldia, canente presbytero miſſam, hora tertia verò in Billerbecke, ubi ipſe infirmus quidem corpore ſed ſpiritu fervidus devota miſſarum ſolempnia ultimò celebravit, defunctúsque eſt ibidem Ludgerus ac in Werthina monaſterio ſuo, quod ipſe conſtruxerat, juxta diſpoſitionem ſuam ſepulturæ traditus usque hodie miraculis clarus habetur. Rexit itaque ſanctus Antiſtes eccleſiæ ſuæ ſedem ab anno, quo Chriſtianiſſimus Rex Carolus Saxoniam in Epiſcopatus diviſit & illic eum præfecit circa C

Obitus S. Ludgeri.

A XXIIII fermè annos, cùm tamen ad XII & ultra annos ſuſcipere diſtulit Epiſcopatum, defunctúsque eſt in anno regiminis glorioſi Regis Caroli, ex quo Francorum fuit, XLI, & ex quo Auguſtus VIII, nec non tempore Pontificatus Leonis tertii in Apoſtolica ſede anno XIIII, ſepultus ad orientalem templi partem, quod ipſe conſtruxerat, in loco, quo major baſilica ſuperædificata eſt, ubi in cripta ſubtus ſummum altare ejus monumentum aduc viſitur, ſuper quem ipſum venerandum ejus corpus integrum & illæſum, ſacris ejus demptis viſceribus, in deaurata & pretioſa magna capſa in facie ſummi altaris prædicti ſuper binas marmoreas columnas
B innixa honorificè & cultè reſervatur.

795. Hatumarus I. Ep. Paderb.

Ubi Padeburnenſis eccleſia ſub Herbipolenſi Epiſcopo uſque ad annum Domini 795 moderabatur, jam proprii Epiſcopi regimine gubernari cepit: præfato enim anno virum Dei Hatumarum, Herbipolenſis eccleſiæ fratrem genere Saxonem, primum â Carolo Præſulem accepit, qui rus rudis aduc in fide populi excoleret, novémque annis ejusdem eccleſiæ ſedem tenuit.

Herbipolis unde ſic dicta.

Advertendum tamen Herbipolim quondam Wirtzeburgenſem civitatem dictam fuiſſe; ſonat enim apud eos Wyrtze herbam ſeu fructicem. Veruntamen quia antiqui libri hoc
C nomen Herbipolis non habent, aliqui putant (prò ùt & in hiſtoria ſancti Fieliani legitur) Wirtzeburg virorum caſtellum exponi debere, quoniam apud Francos paterfamilias domûs â vulgo Wyrtz appellatur. Prima tamen prævaluit opinio; eſt autem in Herbipoli nobilis Epiſcopi ſedes, qui & Francorum Dux habetur, & cùm rem Divinam facit, gladium in altari nudum ante ſe habet.

Itaque Hatumarus Epiſcopus ad petitionem Papæ Leonis, qui tunc Padeburnis ad Regem venerat, ùt infrà dicetur, eccleſiæ ſuæ caſtrum Yburg (quod corrupto nomine nunc Dryburg dicunt) â Carolo impetravit, ſed & Carolus ipſe capellam quandam ipſa in civitate noviter conſtructam ab ipſo ſum-

mo

Digitized by Google

mo Pontifice conſecrari promeruit, eccleſiam enim, quam jam dudum ibidem conſtruxerat, rebellium furor igne vaſtavit. Pontifex igitur ſummus, Regis precibus gratanter acceptis, eadem in capella in ſancti Stephani protomartyris honore altare conſecravit, reliquiisque cujusdam martyris, quas â Roma ſecum detulerat, locupletavit, ac eandem capellam viſitantibus in anniverſario Dedicationis die, hoc eſt 8. Idus Decembris de benignitate Apoſtolicæ ſedis maximas indulgentias conceſſit, ſedémque Epiſcopalem ibidem auctoritate Apoſtolica confirmavit. Eſt autem altare præfatum in cripta majoris eccleſiæ. Obiit tandem idem Hatumarus anno Domini 804 Epiſcopatûs ſui anno nono. A

Ea tempeſtate Richolphus Agrippinam ſedem viginti duobus annis tenuit, in ordine autem Epiſcoporum decimus octavus fuit: habuit enim Agripina civitas XVII Pontifices ante converſionem Saxonum; Maternus enim primùm ipſam fidei legibus ſubjugavit, imperante Nerva ſub anno Domini XCVII. Verùm usque ad beati Severini tempora ſcilicet annum Domini 346 apud Agripinam nullum fuiſſe Epiſcopum legimus. Fecit hoc infidelitas populi, qui concitò, Materno defuncto, ad idololatriam Romanorum defecit. Acceſſit & Arriana hæreſis toto jam orbe diffuſa, in cujus argumentum Eufrata Arrianus proximus ante Severinum Epiſcopus Agripenenſis fuit, qui poſtea, congregato conſilio, depoſitus ac hæreticus dampnatus eſt, cujus conſilii cauſa beatus Servatius tunc Tungerenſis Epiſcopus perſtitit: rogatus enim a Provinciæ coepiſcopis, ut Romam pro populi ſceleribus & ira Dei imminente ſupplicaturus peteret, hoc pacto conſenſit, ſi Eufrata Arrianus ſede ſua expulſus aut Catholico cederet aut fidei eccleſiæ ſe ſubmitteret. Convocato itaque conſilio Pontificum, Eufrata hæreſi convictus ejicitur ac Severinus ſubſtituitur. Fuêre autem in conſilio Maximus Treverenſis, Victor Wormacenſis, Valentinus Aurelienſis, Valentinianus Antiſiodorenſis, Donatus Cabulenſis, Amadæus Argentinenſis, Jeſſes B C

Epiſcopi Colonienſes usque ad illud tempus.

Spi-

A Spirenſis, Servatius Tungerenſis, Martinus Maguntinenſis, Deſiderius Lingonienſis, Victorius Pariſienſis, Marcorinus Swetionum, Diopeto Orlienſis, Euſebius Rotomagenſis Epiſcopi & multi alii.

Itaque Severinus ſecundus Epiſcopus Colonienſis fuit Eufratæ hæretici loco ſubrogatus. Huic Evengliſus natione Tungrenſis ſucceſſit anno Domini 438. Hinc Solinus pontificavit eo tempore, quo undecim milia virginum apud Agripinas mœnias, ſanguine fuſo, martiriſata ſunt. Poſt hunc pontificarunt Symoneus, Remedius, Cumbertus, Cunibertus, Bokaldus, Giſo, Alderoinus, Anno, Agillolphus, Regenfridus, Hildegerus, Bertellenus &, de quo jam diximus, Richolphus. B

Hoc ipſo tempore Saxones in fide Dei & fidelitate Regis vacillant. Quidam enim Saxonum ſejuncti ab aliis, Narthalbingi vocati, facinus quoddam enorme commiſerunt: nam cùm Rex ad ipſos miſiſſet legatos pro juſtitia legali modò gerenda, ſtatim inculta plebs ipſos interemit. Quare juſtè commotus Rex, adunato exercitu, durè in ſceleſtos ſævit. Oritur ergo bellum atrox & militibus ubique furentibus quatuor hoſtium milia ceciderunt. Vaſtatur regio, vulnera, luctus, clamor, rapinæ, incendia audiuntur. Duo tamen Duces Caroli viri incliti & magnorum operum, a Slavis & Danis interfecti ſunt, unus Geroldus Bavariæ Comes, alter Ericus Dux Italicus, qui pro hac ærumpnoſa vita periculis plena per virtutes maximas gloriam mercati ſunt æternam. C

Idolum Hamburgenſe.

In illis autem locis incolæ Hammonem id eſt Jovem adorabant, quem in Hamburg id eſt Hammonis caſtro Julius Cæſar ſub hac forma collocarat: ſedebat enim quà Rex in regali ſolio, ſceptro ſiniſtra, dextra gladio ornatus, cujus ex ore fulmina atque tonitrua egrediebantur, aquilam auream quaſi ſupra caput volantem habens, dæmonem tetrum pedibus conculcans. Ad hujus Hammonis dexteram Dii ſex, ad ſiniſtram Deæ totidem ſedebant: erant autem Neptunus,

Plu-

Digitized by Google

Pluto, Vulcanus, Mars, Mercurius, Apollo, & item ad lævam Juno, Ceres, Veſta, Venus, Pallas, Dyana. Quod quidem ſimulacrum Carolus ùt cætera deſtruxit, & ſedem Cathedralem ibidem fundare incepit, quam poſtmodum filius ejus Ludovicus conſummavit. Inde revertens Lunenburg venit, ubi & Lunæ ſimulacrum comminuit. A

Erat autem quaſi vir ſtans in columpna longis auribus inſtar onagri erectis deauratam ante ſe lunam tenens, â quo ſimulacro locus Lunenburgium hoc eſt caſtrum lunæ nomen ſibi accepit. In eodem loco ſanctus Wipertus capellam in honorem ſanctæ Dei Genitricis conſtruxit, quæ usque ad Hermanni Ducis Saxonum tempora ſtetit, qui ex ea monaſterium ſancti Michaëlis ordinis divi Patris Benedicti fundavit, ſed & ex ipſa villa civitatem celebrem fecit, pro ut infra ſuo loco dicetur. Sunt autem eò loci ſalinæ uberrimæ atque ditiſſimæ, ex quibus multi monaſteriorum Abbates & multi eccleſiarum Prælati vitam ducere conſueverunt: eſt enim quæſtus ſalis uberrimus. Has ſalinas Luneburgenſes violenter uſurpavêre, ob quam rem â Nicolao Pontifice ſecundo & â Friderico Imperatore Auguſto dampnati ſunt: Conſulatus, qui ejus rei autor habebatur, autoritate Apoſtolicâ dejectus eſt, ſed favore Bernardi Ducis Brunſwicenſis paulo poſt priſtinum in ſtatum rediit, & qui noviter Conſulatum dejecerant, in carcerem concluduntur: civitati rebelli & eccleſiaſticorum bonorum rapaci ſacris interdictum eſt, non tamen deſunt, qui rem Divinam apud eos faciunt. Tantus eſt ævo noſtro & in populo & in clero autoritatis eccleſiaſticæ contemptus. Lunæ itaque ſimulacro deſtructo, illo ſe divertens Solwedell venit, ubi Solem provinciales adorabant. Simulacrum viri in modum Solis rotam ardentibus faculis involutam ante pectus habentis, cujus etiam caput circumquaque radios emittebat. Hoc idolum vulgus Solwedel nuncupabat; unde & civitas ipſa Soltweddel dicta eſt usque in præſens, quo item deſtructo, populum ad fidem convertit. Unde ex tunc Rex ec-

Idolum Luneburgenſe.

B

Luneburgi authoritatis eccleſiaſticæ deſpectus temporeauthoris.

C

Idolum in Soltwedel.

A clesias Dei omnimodis honorabat, ſacris vaſis & veſtimentis ornabat, ut ne janitoribus quidem liceret cum communi habitu in eccleſia miniſtrare. Exſtruxit quoque eccleſiam plurimæ pulchritudinis Aquisgrani, ad cujus ſtructuram â Roma & Ravenna columpnas & marmora devehi fecit, ubi & ſedem ſuam poſuit ac Regiam tranſtulit, adeóque dilexit, ut nichil Divinæ vel humanæ rei eum inde abſtraheret, ubi inſuper & poſtremum vitæ ſuæ egit ac ſepulturæ ſuæ locum elegit, cautô priùs, ut ſucceſſores ſui primam inde coronam ac prima imperii auſpicia capeſcerent. Quod hodie quoque ſervatur, ſervabitúrque, quam diu Romani frœna imperii Theutonica manus aget. Quâ autem occaſione motus ymmò

Carolus magnus extruit & ſacris reliquiis ornat eccleſiam Aquisgrani

B inductus ſit, ut tantum illo delectaretur loco, in ſequentibus, ubi mortem ejus deſcribemus, declarabitur. In qua quidem eccleſia idem Rex poſuit fruſtum Crucis Dominicæ, Domini ſudarium, camiſiam beatæ Mariæ Virginis, faſciam quâ Dominum Jheſum in cunabulis cinxit, caligas Joſeph, in quibus Virgo beatiſſima Jheſum natum in diverſorio involvit, & multa alia omni veneratione digniſſima, quæ ſuperatis Sarracenis ac ſepulcho Domini recuperato â Conſtantinopolitano Imperatore dono acceperat. Et divulgatum eſt per orbem, dictas reliquias de Jeroſolymis Conſtantinopolim aliàs addu-

C ctas, jam ſaltu ſecundo â Carolo magno in Germaniam translatas, & celebre de ſeptennio in ſeptennium factum eſt paſſagium.

796. Rolandus Palatinus Comes, Caroli ex ſorore nepos, Miclonis Ducis filius, miræ magnitudinis & incomparabilis virtutis ac fortitudinis vir, cujus etiam geſta noſtris temporibus cantatiſſima habentur, cujus quoque imaginem in pleriſque civitatum foris tanti in viri memoriam erectam vidimus, hoc anno cum Pyreneos Hiſpaniæ montes (ſic enim â crebris ignium fulminibus montes illi cognominantur) unà cum Carolo & cæteris Ducibus tranſiret, in Guaſconum inſidias incidit, & prælio inter eos inito, poſt multam ac ingentem editam

Digitized by Google

tam hoſtium cædem Rolandus ipſe unà cum Ancelino Egibardóque ſummi Caroli Ducibus (licèt ſe acriter tutatus ſit) cecidit. Eo tamen in prælio Vaſcones ipſi in prælio ſuperati meritas perfidiæ ſuæ dederunt pœnas. Sunt tamen qui dicunt, Rolandum hunc ſiti non vulnere periclitâſſe, poſt cujus interitum paulo pòſt in Roncivallo multi Chriſtianorum contra infideles decertantes ceciderunt, inter quos ferunt quindecim Reges noſtros cecidiſſe, Duces & Comites ſupra triginta, plurimámque fidelium multitudinem. A

Quo quidem tempore ſol ſtetit ſpatio trium dierum, ut Carolus vincat. Compoſtellæ etiam eccleſia & Patriarchalis ſedes ordinatur & exſtruitur in honorem ſancti Jacobi, & impletur petitio Mariæ Zebedæi, quia Johannes â dextris ad Epheſum, & Jacobus ad ſiniſtram Compoſtellæ, Roma autem in medio pulcre ſtatuitur. B

Solis orbita obſcurata eſt ita, ut in mari naves oberrarent & dicerent homines, propter injuſtam execrationem Imperatoris hoc factum eſſe; Hirene enim Imperatrix Leonis quarti Imperatoris quondam uxor, nobiliſſima Athenienſis mulier, viro mortuo, ubi cum Conſtantino admodum adoleſcentulo per decennium imperium egregiè moderâſſet, ac filius grandiuſculus factus octo jam annis â materna ſocietate ſeſe removiſſet, tandem imperii ipſa avida, ut erat ingentis animi mulier, fœmineo aſtu juvenem viribus ſuis confidentem cepit, & ab imperio depoſitum in carcerem truſit, & in ſolio imperiali ipſa conſcendens præ cæteris mortalibus cum ingenti gloria quinque annis ſola imperavit. Poſt illud autem tempus Hirenes amicorum Conſtantini ope de culmine depoſita fuit & Conſtantinus â vinculis abſolutus, in throno asſumptus eſt. Et licet Hirenes imperii fortunam depoſuiſſet, egregium tamen ſervavit animum, & clam theſauris ſuis reſeratis Principes imperii ſibi fecit accomodos, quos cùm ampliùs muneribus in ſuam deduxiſſet ſententiam, egit, ut qui illam depoſuerant, Conſtantinum filium denuo caperent & 797. C

A luminaribus privarent, ac ſic denuo animoſa mulier ſublatum reſumpſit imperium.

79[illegible]. **Leo Papa 3tius venit Paderbornam ad Carolum magnum.**

Romani hoc anno Leonem 3tium ſummum Pontificem litanias majores urbis Romæ celebrantem capiunt ac linguam & oculos evellunt, cui voce viſûque divinitus reddito, iterum ei oculos evellunt, linguam radicitus præcidunt ac ſemivivum in ſanguine ſuo revolutum relinquunt; cùmque ab ipſis carnificibus in monaſterio S. Eraſmi cuſtodiretur, rurſus videndi loquendique officium à Deo accepit & Romanorum manus evadens Carolum Regem tunc Padeburnis conſtitutum adiit, cujus adventum ubi pius Rex cognovit, filium ſuum Carolum cum exercitu obviam miſit & ad ſe ducendum perſuaſit, ad quem cùm veniſſet, digniſſimè, ùt decuit, ſuſceptus eſt, cum immenſo quoque gaudio omnium Chriſti fidelium adoratus, qui religioſum ac ſalutare Chriſtianitatis dilatandæ ſtudium nobiliter inchoatum Apoſtolicâ autoritate firmavit. Duxit proinde eum Rex per provinciam in longum & latum, ut loca & populum benediceret ac in fide ſancta confirmaret. Pontifex autem ei congratulans gratiſſimè undique circuibat, quanquam ſibi mora difficilis appareret, pluréſque eccleſias conſecravit, de quibus usque in præſens recens memoria eſt: primò conſecravit eccleſiam Padeburnenſem in honorem Beatæ Virginis, atque in crypta ibidem noviter conſtructa altare, ac adorandas in eo prothomartyris Stephani reliquias, quas à Roma ſecum detulerat, in privilegium Apoſtolicæ conſecrationis collocavit. Dein eccleſiam in Hamelen in honorem ſancti Bonifacii martyris, ac prope Myndam in villa Widekensberg eccleſiam dictam Bergkerken in honorem ſancti Nicolay, in cujus eccleſiæ medio fons eſt limpidiſſimus, tintinnabulum quoque, quod idem ſanctus Papa reliquiſſe fertur. Inſuper & in Syburgh juxta Tremoniam, ſed & in Eresburgh, quem montem Martis dicimus, eccleſias conſecravit, & reliquiis & indulgentiis privilegiisque & aliis beneficiis multipliciter dotavit. In cujus rei teſtimonium

B

C

hoc

hoc privilegium, quod in Eresburg habetur, â Leone ſummo Pontifice Carolo Regi eâ tempeſtate datum huic operi inſerendum putavi: A

Leo ſervus ſervorum Dei Carolo magno Romanorum Imperatori (Francorum Regi) *piæ tuæ intentioni* (petitioni) *per omnia congaudentes, quod jubes, annuere non tardamus. Igitur hunc montem Eresburg, quem expugnatum cum tota Saxonia Deo obtuliſti & per nos beato Petro conſecrâſti, liberum ab omni humanâ poteſtate eſſe & Fratrum inibi ad Chriſti ſervitium unitorum ditioni tantummodo parere cenſemus. Qui ne aliquid impedimenti patiantur, néve regni veſtri invaſoribus aliqua rebellandi fiducia præparetur, ſub anathemate, beati Petri autoritate interdicimus, nequis unquam bellica in ipſo monte præſidia collocare, aut per te collata prædia aut decimas circa montem per duas Saxonicas raſtas, quas illuc delegâſti, audeat diripere. Hæc conſervantibus ſit pax â Deo Patre, infringentibus excommunicatio & â Catholicorum collegio ſit ſeparatio in æternum. Datum Eresburg per manus Johannis Bibliothecarii & Cancellarii Eccleſiæ Romanæ nono kalend. Januarii anno Domini* (799) *Leonis tertii quarto, indictione ſeptima, die dedicationis capellæ in Eresburg.* B

NB. Originale habet correcta hic inter parenth. & claudatur.

Expeditio exercitalis â Carolo propter Gallorum ſeditionem in Occidentem dirigitur, ubi inter alios Orientis Proceres profectus quidam Ecbertus nomine adveniſſe legitur, qui validam ibi incurrit ægritudinem. C Cùm autem, morbo invaleſcente, penitus ſe ab hac profectione ſubtraheret, Carolus illum cuidam de ſummis ipſius loci Primatibus procurandum diligentiſſimé commendavit; erat enim prædicto Carolo pro invictæ prudentiæ atque conſtantiæ præconiis non mediocriter acceptus. Erat autem præfato Comiti, apud quem hoſpitabatur, unica filia unicé ſibi dilecta, quæ in tantum ægrotanti eſt compaſſa, ut per ſe ipſam aliquotiens obſequendo, quantùm ſuam decuit perſonam, miniſtraret, cujus etiam ſolatio gratanter ipſe delectabatur. Interea Carolus re-

A rebus in tutum compoſitis, victor reverſus præcellentiſſimi ſui Comitis, haud immemor eandem, qua pridem illum reliquerat, civitatem viſendi adiit gratia, valentioremque jam reperit. Inter loquendum autem vir illuſtris Ecbertus de præfatæ Virginis nuptiis Principi ſuggeſſit. Erat autem virginis nomen Ida, Princeps verò, de cujus recuperatione ſimul & poſtulatione multùm graviſus, & ſuum ad hoc aſſenſum & parentum adeptus eſt favorem, deditque illi in eisdem partibus multas poſſeſſiones de publico, quatenus viciniori potencia ſoceris acceptior factus non minori apud illos quàm in natali ſolo præcelleret dignitate, inſuper etiam cunctis Saxonibus, quibus inter Renum & Weſeram maxima flu-

S. Ida vivit & cum marito Egberto ſepelitur in Hertz-feld.

B mina Ducem præfecit. Dimiſſus aliquando cum ſponſa ſua ad ſua commigrare, dum quâdam die aduc itineri inſiſterent, venerunt ad quendam locum ſecus Lippiæ flumen, qui Saxonicâ linguâ Hirtzveld nuncupatur, amœnis nemoribus conſitum, ubi inventâ non magnâ planitie tentoria fixêre. Omnibus igitur noctu ſompno depreſſis, venerabili Idæ Angelus in ſompnis apparuit, qui inter cætera monita oratorium eò loci conſtruendum dixit, ubi quandóque Deo liberiùs deſerviret. Quod & factum eſt: mortuo enim viro ejus Ecberto, ipſa beata Ida, quod reſiduum fuit vitæ ſpatium, incredibili

C ac paucis imitabili abſtinentiâ ac eleemoſinarum largitione in eodem loco conſumavit. Ad illum enim dicatum locum, qui eſt in pago Dreni in Lippiæ ripa fluminis, nonnulla illuſtris viri Ecberti prædia reſpiciebant, ex quibus Deo dilecta matrona Ida vivebat & per pauperum manus ad cœleſtes, quod in futuro inveniret, apotecas reportabat. Sepulta autem eſt eo in loco apud virum ſuum in archa ſaxea, quæ in præſentem usque diem omnibus videre volentibus patet. Ubi & vir ejus Ecbertus ſed & amborum Capellanus ſepulti ſunt; vitam verò ſanctæ Idæ virtutibus & miraculis coruſcam Uffingus Werdinenſis cœnobii monachus ſtilo jocundo ac vernanti duobus libris contexuit.

Cùm

Digitized by Google

Cùm ſummus Pontifex Leo rogatu Caroli luſtratâ Saxonum provinciâ neophitos in fide confirmâſſet, Rex Pontificem in ſedem ſuam recollocaturus, contracto exercitu, Romam usque properavit &, vi capta urbe, Papam, ùt voluit, ſedi ſuæ reddidit, cauſásque examinans, reos legaliter dampnavit, omnésque Romanorum motus ſedavit. Dum enim autores ſceleris poſtularet, omnésque ſe excuſarent, juſſit ſingulos ſupra beati Petri caput jurare, ſe nichil conſilii, auxiliive in hujusmodi ſcelere præſtitiſſe. Juratum eſt, & pejerantium digiti è manibus avulſi ac in terra lapſi ſunt, tantúmque ſanguinis effuſum, ut vix triduo eccleſia ipſa ſanguinis effuſione inquinata mundari potuerit. In qua irruptione urbis dum Friſones animoſiùs primùm urbem victores intrarent, libertati ac ingenuitati priſtinæ a Rege reſtituti ſunt; nam antea tantam in ſervitutem redacti erant, ut barbas nutrire ac funes in collo circumferre cogerentur. A 800. B

Relaturus igitur Regi gratiam Pontifex ſummus, cùm videret Imperatores Conſtantinopolitanos ægre id nomen tueri, Idibus Decembris in baſilica ſancti Petri poſt ſacra miſſarum ſolempnia Carolum Romanorum Imperatorem declaratum diademate inſignivit, acclamante ter populo: *Carolo Augusto à Deo coronato magno & pacifico Imperatori vita & victoria*, inunxitque eum Romanus Pontifex unà cum Pipino ejus filio, quem Regem Italiæ declaravit. Carolus magnus fit Imperator.

Ipſo anno terræ motus magnus factus eſt, ſed & Imperator cum Widekyndo jam fideli ultra Albiam ad Slavos ſe tranſtulit convertendos. Sunt autem Slavi duplices: nam quidam juxta Dalmatiam inter Prutenos & Polonos ſedes tenent. Hæc provincia magis Slavia dicitur, octo olim Cathedrales ſedes habens. Alia eſt parva Slavia Saxonibus contigua ad mare usque protenſa, in qua ſunt civitates Lubecenſis, Hamburgenſis, Sweinenſis, Slevicenſis, Sundis, Wismaria, Roſtochium, Lunenburgum & aliæ multæ in ora maris ſitæ. In qua quidem Slavia ante Caroli adventum Lugdunum fuiſſe C 803. Sclavia deſcribitur.

legi-

A legitur, ubi ne Saxones modò & Slavi ſed & Græci, Barbarique nobile emporium habuerunt, quam Daciæ Rex ad ſolum usque demolitus eſt. Eo loci dum Carolus cum Widekyndo venit, Saxones liberos fecit ac liberos Saxones eſſe pronunciavit. Dein ex ea gente decem hominum milia promiſcui ſexûs accipiens in Franciam miſit; volens enim terram noviter converſam illuſtrare, tranſilvanos illos Saxones, qui ad Slavos propter diuturniora bella ſe contulerunt ac cum ea gente connubia inierant, uná cum Slavis ad decem circiter millia unà cum conjugibus in Franciam tranſtulit, & ejusdem numeri viros fideles de Francia, Eſſlaria, Haſſlania & Hardania in Saxoniam reduxit, dans eis terram perpetuò gubernandam & poſſidendam, ita tamen, ut totius regionis proprietas apud clerum propter recidivandi periculum remaneret, & ut clerus, ſicuti ceperat, ſuo exemplo & verbo provinciam in fide Chriſti & Regis fidelitate manuteneret.

B

Epiſcopatus Mersburg. & Citenſ. ſeu Naumburg fundantur.

Eodem tempore Godfridus Rex Slavorum, qui tunc in Sleyswick morabatur, pacem cum Imperatore fecit ac ſacrum babtiſma ſuſcepit, continuè autem Imperator duos ibidem Epiſcopatus ſcilicet Mersburgenſem & Cicenſem fundavit; ſed & Carolus filius ejus caſtra ibi duo & tertium Albeæ in fluminis ora pro tuitione regionis illius erexit.

C

804. Baduradus Ep. Paderb.

Baduradus natione Saxo ſeu Weſtphalus genere nobilis Hatumaro in ſede Padeburnenſi ſucceſſit, Clericus de clero Herbipolenſi, à quo & prædeceſſor ſuus fuit, qui præclarè modum nobilitatis, magnanimitatis & induſtriæ Caroli Regis continuè conſequutus, tantæ dignitatis & dilectionis apud eum promeruit, ut ei non major facultas quam voluntas amplificandæ, provehendæ atque adornandæ eccleſiæ ſibi commiſſæ ſubpeteret. Unde eccleſias conſtruxit, clerum augmentavit, diſciplinam monaſterialem inſtituit, pueros tam nobiles quàm inferioris conditionis in ſcholam congregatos in Divinæ legis eruditionem miſit. Tandem Epiſcopatus ſui anno XLVIII ad Dominum migravit. Hujus temporibus Carolus

Digitized by Google

lus Imperator ſanctum Maynolphum de ſacro fonte levavit & mulierem ejus Wichtrudem poſt mariti mortem ſuam in protectionem ſuſcepit; mariti enim defuncti frater vim ſtupri ſibi conabatur inferre. Hic Maynulphus nobilibus exortus parentibus Archidiaconus in eccleſia Padeburnenſi fuit, ac de paternis bonis monaſterium ſanctimonialium in villa Bodeken fundavit, qui etiam poſt mortem ſicuti & in vita miraculis claruit, cujus natalis dies V die menſis Octobris celebris habetur.

A S. Meinolphus.

Cœnobium in Bödeken

Eodem tempore Aquisgrani templum Divæ Virgini Mariæ â Carolo conſtructum eſt ac divitiis ac pretioſiſſimis reliquiis, quas de Conſtantinopoli ſecum, ſuperatis paganis, detulit, ditatum. Eâ ſiquidem tempeſtate, quâ Conſtantinus imperii, Carolus Franciæ frœna tenuit, gens Saracenorum, occupatâ terrâ ſanctâ, Jheruſalem civitatem ſanctam obtinuit. Unde Patriarcha Jheroſolimitanus ab urbe expulſus cum Johanne Neapolitano ſacerdote & David Jheroſolomitano Archipresbytero ad Imperatorem Conſtantinopolim ſeſe tranſtulerunt. Imperator itaque ſanctam civitatem â paganis captam audiens, propriis diffidens viribus, præfatos eccleſiæ Prælatos ſuis cum legatis ac epiſtolis propriâ manu ſcriptis ad Regem Franciæ Carolum miſit, quibus ſignificavit viſionem, quam heſternâ viderat die, juvenem ſcilicet ante ſe ſtantem Carolum magnum Galliæ Regem in Domino propugnatorem ac Chriſtianæ fidei hoſtium aptiſſimum expugnatorem armati militis ſub ſpecie ſe affirmantem. Inventus itaque Pariſinus Rex, lectis epiſtolis ac pro Domini ſepulchro lacrymis fuſis, in commune edixit, ut omnes ſecum contra infideles pugnaturi arma ſumerent, reliqui ſuis cum filiis capita per ſingula quatuor nummos pro itinerantibus Regi darent. Recuperatâ igitur terrâ ſanctâ, cùm nichil ab Imperatore oblati muneris accipere vellet, unum petiit, de reliquiis Dominicæ ſcilicet paſſionis portio ſibi daretur. Itaque triduano indicto jejunio, tertiâ luce â duodecim Græcis ad hoc electis ſanctua-

De reliquiis eccleſiæ Aquenſis.

B

C

A rium diviſum eſt, & poſt multa miracula, quæ ipſâ horâ contigiſſe leguntur, clavum Domini Daniel Neapolitanus antiſtes elevatis manibus Regi tribuit, ſed & partem crucis Dominicæ, Domini quoque ſudarium, beatæ virginis camiſiam, faſciam quâ Dominum Jheſum mater puerpera in cunabulis cinxit. Quæ omnia cum multis aliis Aquisgrani in præfata eccleſia honorificè recondidit, ſed & multorum ſanctorum reliquias ibidem acceptas per diverſa loca diſtribuit. Inter quas brachium beati Symeonis Prophetæ, quo Jheſum in templum portavit, cum multis aliis reliquiis Lysbornenſi â ſe conſtructo monaſterio dono dedit, cui & ſororem ſuam Abbatiſſam præfecit. Requieſcunt & eò loci multorum ſanctorum

Reliquiæ eccleſiæ Liesbornenſis.

B corpora abs Carolo illò translata, ſancti videlicet Fortunati Epiſcopi & martyris, Symeonis Archiepiſcopi, ſanctorum Exuperii & Habundi, qui fuêre collegæ ſancti Mauritii, ſcilicet quoque Severi Epiſcopi Treverenſis, ſanctarúmque virginum ac martyrum Bargariæ, Marianæ, Sambariæ, Placidiæ, Mathaniæ, Panafregæ, Bynuanæ, Sanuuræ, Wilniæ, Sanctiæ, Stactenfilæ, Gratiæ, cum tribus aliis corporibus, quorum nomina ignorantur, ſed & aliæ reliquiæ compluri- mæ, ſanctæ ſcilicet crucis, Johannis Babtiſtæ, ſanctorum Apoſtolorum Petri, Jacobi, Bartholomæi, Symonis & Ju-

C dæ, Coſmæ & Damiani, Vincentii, Felicis, Bonifacii, Cyriaci, Laurentii, Clementis, Criſtofori, Georgii, Dioniſii, Nicolai, Gregorii, Martini, Liborii, Godehardi, Ægidii, Benedicti, Landolini, Anaſtaſiæ, Margarethæ, Scolaſticæ, Walburgis, Cordulæ, item de paropſide Domini, amigdola virgæ Aaron, oleo Beatæ Mariæ Virginis, oleo ſanctæ Catharinæ, ſed & de manna Domini, quod â Conſtantinopoli Carolus ſecum detulerat. Cùm enim Daniel Neapolitanus Antiſtes inter partiendum ſanctuarium Conſtantinopolitanum aperuiſſet tecam, in qua erat ſpinea corona ſalvatoris, tantus inde odor exiit, ut omnes, qui aderant, ſe in paradiſo conſtitutos putarent. Unde Carolus proſtratus in pavimentum,

ple-

plenus fide oravit Dominum, ut propter gloriam nominis ſui miracula paſſionis ſuæ & reſurrectionis renovaret; & cùm oráſſet, ſtatim ros cælitus veniens lignum infudit & inebriavit & flores emittere fecit, tantáque lux cum odore affuit, ut omnes ſua veſtimenta cæleſtia eſſe putarent; cumque Daniel aduncâ forcipe robur ipſius ligni ſecare inciperet, tunc magis ac magis florere cepit. Tunc Carolus in arboreo pallio, quod ad hoc præparaverat, de floribus ſuſcepit & implevit wantum ſuum dexterum, de hinc alium wantum ad ſuſcipiendas ſpinas præpárans, tradidit illum cum floribus Ebroneo Epiſcopo; cúmque utriusque oculi impediti præ lacrimis fuiſſent, ille putans ſe accepiſſe & ille dediſſe, uterque wantum reliquit, qui ferè unius horæ ſpatio pependit in aëre; cùmque alterum wantum Rex ſpinis impleſſet & illud Epiſcopo tradere voluiſſet, vidit illum primum pendere in aëre. Poſt hæc cùm flores de wanto ejicere cuperet, converſi ſunt in manna, & hoc manna nunc eſt ad ſanctum Dioniſium in Francia: pars ejus in Leisburnenſi cœnobio præfato conditum eſt, quod â multis putatur eſſe de illo manna antiquo, quod pluit Dominus filiis Iſraël in deſerto. Omnes ægri, qui ibi aderant, ad odorem florum ſani facti ſunt. Hys ita geſtis, ecce turba infinita eccleſiam violenter intrans clamare cepit: *verè hodie eſt reſurrectionis dies;* nam odor de floribus exiens totam civitatem impleverat & trecentos & unum ægros ſanaverat. Camiſia beatæ Mariæ & faſcia, quâ puerum Jheſum in cunabulis cinxit, & brachium ſancti Symeonis Prophetæ, quæ omnia recondidit in ſacco de bubalino tergore facto & ad collum ſuum ſuſpendit ad inſtar peræ, veniens autem ad caſtrum nomine Ligmedo puerum mortuum per tactum reliquiarum ſuſcitavit & quinquaginta ægri promiſcui ſexûs ibi curati ſunt. Ibi ſedit Carolus ſex menſibus & uno die; venienti autem eo Aquisgranum, ſanati ſunt cæci innumeri, febricitantes innumeri, dœmoniaci duodecim, leproſi octo, paralitici quindecim, claudi quatuordecim, manci XXX, gib-

A

B

C

A boſi quinquaginta duo, caduci ſexaginta quinque, gutturnoſi plures & ex vicinis locis complures. Denique indixit per totum orbem, ut Idibus Junii venirent Aquiſgranum videre reliquias, quas de Jheruſalem & Conſtantinopoli advexerat, priùs peccata ſua confitentes, & ſtatutum eſt ibi, ut ſemper quartâ feriâ jejuniorum quatuor temporum in menſe Junio fieret indictio iſta reliquiarum. In hoc conſilio fuit Leo Papa & Turpinus Archiepiſcopus, Achilleus Alexandrinus Epiſcopus, Theophilus Anthiocenus & complures alii Epiſcopi & Abbates. Et quia raritas pretium rebus imponit, ne annali indictione paſſagium temporis ſucceſſu minueretur, poſtea
B de ſeptennio in ſeptennium reſervata eſt indictio, nec alio aliquando tempore publicè oſtenduntur, niſi quando Cæſar eo loci coronatur aut Principum occurrentium præſentia poſtulaverit; tunc enim ſpeciali ex gratia publica oſtentatio indulgetur; aliàs ſolemne hoc paſſagium nonniſi de anno ſeptimo in ſeptimum ſervatur, ubi ne modò ex Alemania ſed ex Germania univerſa, Ungaria quoque, Francia, Bohemia, Anglia, Italia, Longobardia, ymmò ex omni penè regione Chriſtiana populus fidelis concurrit.

Hujus autem peregrinationis ac de ſeptimo anno in ſepti-
C mum paſſagii cauſam ferunt: gens Saxonum aduc idolorum cultui dedita, quia adeò numero crevit, ùt ſolum, quod genuit, genitos capere ac enutrire non prævaleret, conſultò omni ſeptennio in unum ad hoc deſignatum convenêre locum, ubi decimum quemque ſinè omni perſonarum acceptione, in peregrinationem ſorte miſſa, extraneas in regiones legarunt aut vendiderunt advenientibus eam ob cauſam diverſis ex regionibus. Abolita autem hac conſuetudine mittendi & vendendi pignora, re ſpatio temporis mutata, peregrinatio abolita non eſt, ſed in religionem mutata meliorem, ut ſcilicet advenientibus diverſis ex regionibus & provinciis ſeptimo anno præfatæ reliquiæ oſtenderentur. Perſeverat religio hæc hodiernum in diem multa cum adventantium allacritate & de-

votione

Digitized by

votione. Ungari ibi ſub ſignis quaſi exercitûs ſolempniùs cæteris gentibus adveniunt, ac muneribus & oblationibus Divam Virginem puerperam honorant, ſua ibidem inter ſe illibata ſervant privilegia; ſiquis inter ipſos forefacit, judicibus & tortoribus ſuis Ungarorum ritu puniendus offertur. Habent & in Aquis urbe deputatum pro ſe locum, quem ipſo anno armis viribúſque tueri ſatagunt, nec civibus eò loci poteſtas aut domum ædificare aut operis quid facere permittitur. A

Gerfridus nepos ſanctorum Epiſcoporum Ludgeri & Hildegrini, beatique viri Ludgeri, dum viveret, diſcipulus, Werthinenſisque monaſterii Rector & fratrum proviſor fidelis, poſt ejusdem beati Ludgeri tranſitum eodem mox anno ab Imperatore Carolo ſecundus Mimigernefordenſis Epiſcopus & Ludgeri ſucceſſor conſtitutus eſt, diverſis ſignis & virtutibus in vita clarus. Is cùm nocte eâdem, quâ ſanctus Pontifex Ludgerus è vita diſceſſit, unà cum fratribus viſitandi ſanctum virum gratiâ feſtinus properâſſet, & paululum aduc itineris remaneret, cum omnibus pariter, qui ſecum erant, vidit ante ſe lucem magnam, tanquam ignem in ſublime conſcendere ac cunctas terræ noctis tenebras effugâſſe, & ſtatim per hoc indicium intelligens ſancti ac venerabilis Patris obitum, quod reliquum erat viæ, cum ſumma velocitate peregit, ipſóque, quo lumen viderat, momento obiiſſe comperit. Tandem poſt plura virtutum opera & ſanctitatis ſuæ ſigna deceſſit anno Chriſti 839 die XII Septembris, regnante Ludwico Imperatore Caroli magni filio, anno Imperii ejus XXIIII ſcilicet & penultimo, ſeditque in Epiſcopatu annis triginta, repoſitúsque eſt in Werthina apud cognatos ſuos, ubi in facie criptæ ad ſiniſtram feliciter requieſcit. 809. Gerfridus 2 Ep. Monaſt B C

Defuncto, ùt prædictum eſt, Widekindo Duce, Wipertus filius ejus Angariæ Weſtphaliæque Ducatum accepit, vir inter multos optimus. Hic adjuvante ſe filio ſuo Walperto fundavit monaſterium Wildershuſen, multisque reliquiis de Roma allatis ditavit, habuitque uxorem Syndaldam Rabodi 812.

A Friſiæ Regis filiam. Sepulti ſunt ambo in Wildershuſen monaſterio à ſe conſtructo.

813. Carolus magnus infirmatur.

Hoc anno Carolus Imperator infirmatus eſt & fatiſcens artubus ad mortem usque debilitatus eſt, cujus ad aures cùm beati Ægidii Abbatis maximæ religionis præconium pervenit, nimis eum videre atque illius colloquio relevari cupiens, miſit ei legatos, mandans & efflagitans, ut ſe viſitare dignaretur. Diſpoſitis itaque fratribus atque in itinere ſumptis neceſſariis ad Regem perrexit, à quo & benignè ſuſceptus eſt. Videns autem Rex verum eſſe, quidquid de eo famâ præconante acceperat, multis petitionibus aggrediens detinuit eum B ſecum per aliquot dies; cùmque frequenter invicem de mundi deſpectu atque virtutum appetitu ſermocinarentur, inter cætera fortè ſalutis colloquia rogavit eum Rex, ut pro ſe dignaretur orare: fecerat namque quoddam turpe facinus, quod nemini unquam nec ipſi ſancto auſus fuerat confiteri. Proximâ autem Dominicâ, dum vir ſanctus miſſam de more celebrans pro jam dicto Rege Dominum in Canone deprecaretur, apparuit ei Angelus Domini ſuper altare ſcedulam ponens, in qua deſcriptum erat ipſius Regis peccatum, Ægidii precibus ei dimiſſum, ſi pœnitens tantùm ab illo deſiſteret. Quam ſcedulam Dei ſervus videns, grates Domino reddidit, & officio peracto, Regi legendam tradidit. Recognoſcens ergo Rex C ſcelus, quod fecerat, ad pedes illius procidit, flagitans, ut apud Deum ſibi ſuis precibus patrocinaretur; quem vir Dei orationibus ſuis commendavit, & ne commiſſum illud ampliùs iteraret, interminando commonuit. Evolutis ergo dierum circulis, vix impetratâ a Rege licentiâ, ad monaſterium ſuum cum maximo honore donariisque rediit. Præceſſerunt autem mortem glorioſi & ſancti Imperatoris ſigna multa: nam ecclipſis ſolis & lunæ ultra ſolitum fuit, apparuit per ſeptem dies macula nigri coloris in ſole, porticus ſpecioſa Aquisgrani cecidit funditus, pons maximus Maguntiæ tribus horis combuſtus eſt. At Carolus cernens mortem ſibi immi-

nere,

nere, omnes theſauros ſuos Prælatis commiſit eccleſiis diſtribuendos, & Ludwicum primogenitum conſtituit Imperatorem, alium Theutonicis, tertium Hiſpaniæ præfecit. A

814. Caroli magni obitus & ſepultura.

Caroli magni Imperii anno decimo glorioſus Imperator, Imperio pacato, ſtatu quoque eccleſiæ ſanctè & religioſè ordinato, quinto kalendas Februarii ætatis ſuæ anno 72 ſpiritum Deo reddidit ac Aquisgrani ſepulturam ſibi elegit, Ludwico filio ſuo, quem Aquitaniæ Ducem dudum ordinaverat, Imperii coronam relinquens; ſupra cujus tumulum exſtructus eſt arcus deauratus. Interfuerunt autem ibi Leo Papa cum Principibus Romanis, ſed & Archiepiſcopi & Epiſcopi multi, B Duces, Comites & Abbates aliique Prælati multi, corpus defuncti veſtibus imperialibus quaſi feſtivè induentes, auream capiti coronam impoſuerunt, deinde ſuper auream cathedram, quaſi judicem viventem ſedere fecerunt ac ſuper genua ejus textum quatuor Evangeliſtarum aureis literis ſcriptum collocârunt, ita quod manus dextra textum, ſiniſtra verò ſceptrum tenebat aureum, cathenulam quoque auream diademati injunxerunt & cathedræ, ſupra quam ſedebat, ne caput defuncti decideret, affixerunt: ſed & ſcutum aureum, quod ei Romani fecerant, ante faciem ejus ſtatuerunt & arcum lapideum, in quo ſepultus erat, pretioſis replentes aromatibus, monumentum ſtrenuè ſigillantes clauſerunt. C

Sanè amoris in hunc locum cauſam hanc afferunt, cujus tamen rei fides non â me quæratur, ſed ut ajunt, apud autores maneat. Itaque Carolum hunc mulierculam quandam perditè amâſſe memorant, cujus blandiciis enervatum neglectâ famâ (cui plurimùm inſervire conſueverat) & poſthabitis regni curis, aliarum rerum omnium & poſtremò ſui ipſius oblitum, diu prorſus nulla in re niſi in illius amplexibus acquieviſſe ſumma cum indignatione ſuorum & dolore. Tandem

dem

Digitized by Google

A dem cùm nichil jam ſpei ſupereſſet, fœminam ipſam malorum cauſam inſperata mors abſtulit, cujus rei ingens primùm in Regia ſed latens gaudium fuit. Deinde dolor tantùm priore gravior, quantùm fœdiori morbo correptum Regis animum videbant: non enim morte mulieris lenitus furor, ſed in ipſum cadaver exangue & obſcœnum translatus eſt, quod balſamo & aromatibus conditum, onuſtum gemmis & velatum purpurâ diebus ac noctibus tam miſerabili quam cupido fovebat amplexu. Itaque cùm certatim ad amantem (ſeu rectiús ad amentem) Regem pro ſummis regni negotiis legationes gentium, præfectique & provinciarum Præſides convenirent, B is in lectulo ſuo miſer, omnibus excluſis & obſeratis foribus, amato corpuſculo cohærebat: amicam ſuam velut crebò ſuſpirantem reſponſurámque compellans, illi curas laborésque ſuos narrabat: illi blandum murmur & nocturna ſuſpiria: illi ſemper amoris comites lacrimas inſtiliabat. Erat eâ tempeſtate in aula Colonienſis eccleſiæ Antiſtes vir ſapiens & ſanctitate clarus, nec non comitatûs & conſilii Regii prima vox, qui Domini ſui ſtatum miſeratus, ubi advertit humanis remediis nichil agi, ad Deum confugit. Huic ſiquidem ex more ſacrificanti de cælo vox facta eſt, ſub extinctæ mulieris lingua furoris Regii cauſam latere. Ingreſſus igitur Regiam clam digito ſcrutans gemmam perexiguo annulo incluſam ſub lingua C reperit, ſicque Regem à furore ſanavit, totúſque in Antiſtitem verſus, illum amare, illum colere, ſinè illo nichil agere nec ab illo ſeparari potuit. Quod advertens vir prudens onus projiciens & ne ad alterius manus veniret, in vicinæ paludis altam voraginem demerſit. Ex qua die nichil ſibi palude gratius, ibi aſſidere illis aquis mirâ cum voluptate, illius odore veluti ſuaviſſimo delectari. Poſtremò illuc Regiam ſuam tranſtulit & in medio paluſtris, jactis limi molibus, immenſo ſumptu palatium templúmque conſtruxit.

Ha-

Digitized by Google

Habuit autem Carolus quatuor uxores viciſſim.

Uxor	Liberi	
Hildegardam Ducis Sweviæ filiam, quæ genuit	Ludwicum, qui patri in imperium ſucceſſit.	A
	Carolum, Lotharium	qui ambo monachi facti ſunt.
	Pipinum, quem pater Italiæ Regem fecit.	
	Helixendam, quæ nupſit Aurelio Comiti Averniæ.	
Hilmeſtrudim Perſiæ Regis filiam, â qua accepit	Theodoricum, Adiltrudim	B
Gerſulam Ducis Saxonum filiam, quæ peperit Carolo	Lotharium, Hugonem, Drugonem	qui omnes facti ſunt monachi.
Vaſtradam Ciciliæ Regis filiam, a qua accepit	Giſlam, Bertradim	ſanctimoniales fœminas.

Itaque defuncto Carolo, pertinaces illi Saxones, qui cum Widekindo fidem recipere recuſarant, hinc inde profugiebant. Eorum quidam ad Normannos Danóſque ſeſe receperunt, graviſſimáſque diſſentiones ſuſcitarunt, qui valida collectione gregati terras fidelium invaſerunt, longé latéque depopulati ac perſequuti ſunt. Quidam verò ultra Albiam remoti, cum Saracenis pacti, vicinas Chriſtianorum terras demoliti ſunt. Porro Normanni & Dani Galliam & Franciam extremè afflixerunt, Coloniam Agripinam, Treverimque ac alias cunctas urbes Reni accolas combuſſerunt, Friſiam quoque & Trajectum & alia loca vicina devaſtarunt ac in ſolitudinem redegerunt. At tandem, miſerante Domino, omnes hæ gentes ad fidem ſe contulerunt; Saxones namque credentes unà cum Francis pacti, Rollonem Normannorum Ducem ad obedientiam fidei compulerunt, & illi ſacro fonte iniciato Giſlam C

A Caroli Regis filiam conjugio ſociarunt, unde & tota Normannia converſa eſt. Hanc calamitatem ſanctus Ludgerus & prævidit & prædixit: cùm enim propoſuiſſet verbum Dei Normannis prædicare, nec Carolus conſentire vellet, hanc viſionem vidit: ſcilicet a borealibus per mare partibus caliginoſas quaſdam teterrimáſque imbres exurgere, quæ magis ac magis paulatim increbreſcebant & ſua tandem mole ingruentes Solem inſequi, ipſúmque a maritimis Friſiæ locis ex intuentium oculis penitus abduci; unde toti Friſiæ ingens caligo horribiléſque tenebræ ingeſtæ ſunt, immaniſque timor habitatores perculit. In quo mœrore dum aliquamdiu perſiſterent, Sol ſe tandem ab Auſtro recuperans vi ſua tenebras invadere ac ſenſim radios, quamvis pallidiores, emittere videbatur; donec ad priſtinum reverſus locum, deterſa caligine, rurſus univerſas nubes penitus trans mare aufugaret. Quam quidem viſionem futurorum prophetiam credidit, & futurum mox poſt ſuam mortem aliis etiam prædixit.

815. Ludovicus pius ſuccedit in Imperio.

Ludwicus ejus nominis primus, cognomento pius, ſecundus poſt Carolum Gallorum (*Romanorum*) Imperator, hoc anno Carolo patre defuncto, imperavit cum Lothario filio annis XXV, qui, Imperio ſuſcepto, multa præclara facinora in Imperii rebelles, ſed & in Deum ac ejus miniſtros complurima beneficia patravit. Demum cum Carolum filium C ſuum, cui calvus poſtea cognomen fuit, natu minimum fratribus cæteris præferret, Lotharius invidiâ ſtimulatus ipſum patrem Ludwicum imperio depoſuit & captum in cuſtodia recluſit. Verùm eodem anno conventione inter eos factâ, ipſe Ludwicus liberatus in imperio reſtituitur. Duxit autem uxorem Armogardam Saxoniæ gentis virginem nobilem ex ſtemate Comitum in Ryngelen, quæ peperit ei Ludwicum, Lotharium & Pipinum. Quâ mortuâ accepit Judith Ratisponenſis & Bavariæ Comitis filiam, quæ peperit Carolum calvum, qui poſt patrem imperium accepit.

Hujus Ludwici temporibus cometa apparuit ſingularis atque

Digitized by Google

que terribilis. Unde Imperator attonitus cum Egmardo Philoſopho, quod mutationem regni mortémque Principis præcederet, diſputavit. Verum Philoſophus nolens ipſum contriſtari ait: *de ſignis cœli nolite expaveſcere* &c. at ille: *non aliud*, inquit, *timere debemus, quàm qui noſter & hujus creator eſt ſideris ſed ejus clementiam laudare, qui noſtram inerciam, cum peccatores ſimus, talibus admonere dignatur iudiciis.* Verè religioſa religioſi Principis verba. Plaga inſuper horribilis ſuper Romam totámque Italiam facta eſt. Nam quidam perfidi Chriſtiani miſerunt clam ad Soldanum Saracenorum, ut citò veniret. Qui veniens cum infinita pene infidelium multitudine Romam capit ac de eccleſia ſancti Petri equorum ſtabulum facit. At Ludwicus cum Gallis & Longobardis cum multa Chriſtiani ſanguinis effuſione totam illam infinitam multitudinem fugavit. A B

Conſenſu Stephani Papæ quarti Ludwicus Imperator conſilium multorum Epiſcoporum Aquisgrani congregavit, ubi ſtatuta eſt regula Canonicorum, cujus quidem conſilii capitula reperi in Padeburnenſi eccleſia in libro, qui propter ſtatuta in eo contenta regula nuncupatur. 816. Regula Canonicorum ſtatuitur.

Hildeboldus XIX Colonienſis Epiſcopus hoc anno pontificare cepit, in cujus electione diſſentio facta eſt. Quâ re cognitâ, Imperator, qui tunc Aquisgrani reſedit, continuò Coloniam petiit & in venatoris ſpecie appenſo cornu venatorio Regio collo, capellam in via miſſam auditurus ingreditur, ſuſtinentibus à foris miniſtris. Oblato itaque ſuo more, celebrante Hildeboldo, aureo nummo, celebrantem tacitus conſideravit ac devotum in ſacrificio advertit. Finitâ missâ, venatorem aggreſſus eſt: non eò loci aurum offerri ſolitum, ſecum jocari dixit, aurúmque recipere venatorem petiit. Inficiari cepit venator creditus, oblatum recipere munus noluit, ſed orationibus ſe ſuis commendavit, *faciam*, inquit, *libens*, devotus ſacerdos, *ſed partem cervini ſi habes corei, quo meum cooperiar breviarium, recepto auro, tribuas precor; faciam,* 817. Hildeboldus 19 Colon. Epiſc. C

A inquit Imperator, *ubi primùm cervam apprehendere datur.* Imperator igitur viri ſimplicitate illectus, compertóque ab aliis ſacerdotibus, quia vir eſſet ſimplex & rectus, vitæ bonæ ac converſationis honeſtæ, quaſi divinitus ſibi oſtenſum Coloniensem deſignavit Antiſtitem. Rexitque eccleſiam annis XXXIII, Hagebaldum ſedis ſuæ ſucceſſorem accipiens.

Hagebaldus 20 Colon. Epiſc.

Eodem anno, mortuo Witperto Angariæ Duce, Bruno filius ejus, ex Scindaalda comitiſſa Friſiæ genitus, ducare cepit in Weſtphalia. Is duxit uxorem Suſannam genere & ſanguine Romanam, ex eorum genere natam, quos Trojanus è Roma Coloniam tranſtulit, à qua excepit Ludolphum filium, B primum utriusque Saxoniæ Ducem. Quidam putant hujus Ludolphi patrem Wipertum binomium fuiſſe, & Wipertum poſt babtiſmum, qui antea Bruno vocabatur, dictum fuiſſe. Alii eos fratres fuiſſe aſſerunt, Brunonémque alii Ludolphi genitorem extitiſſe affirmant. Verùm ùt ex diverſis cronicis conjicio, Wiperti filium Brunonem Ludolphum genuiſſe aſſecurare me debere haud dubito.

818. Concilium provinciale Aquisgrani.

Anno Ludwici quarto Aquis idem Imperator provinciale multorum Prælatorum conſilium advocavit, quorum conſiliorum conſtitutiones habentur 19 diſ. *in memoria*, & 63 diſ. *ſacrorum*, & 16 q. 1 *Quia juxta* & 23 q. ultima *ſecundum*.

C 820 Cœnobium Corbejenſe ichoatur.

Anno imperii Ludwici ſexto idem Imperator inchoavit monaſterium Corbienſe in Saxonia in dioceſi Padeburnenſi ad ſimilitudinem Corbeæ, quæ in Francia eſt, quod miris donis & privilegiis dotavit, pro ut in duobus aureis bullis, quæ ibidem habentur, expreſſum eſt; ad quod etiam monaſterium 15 anno corpus ſancti Viti martyris è Frantia tranſtulit, cum quo totam ſuam gloriam Franci translatam proteſtati ſunt. Quo quidem tempore Imperator Hildenſemenſem eccleſiam Epiſcopalem ſedem fecit & ipſi primum Epiſcopum Guntarium virum ſanctum dedit.

821. In Saxonia tellus in modum aggeris limite unius leucæ intumit, ac ceſpes longitudine pedum quinquaginta, latitudi-

ne

ne quatuordecim, altitudine ſexquipedali ſine manibus de terra apud Thuringos præciſus & ſublatus ac ultra pedes viginti quinque translatus eſt. A

Hys fermè diebus, vel uti nonnulli autumant, Ludwici ſecundi Imperatoris anno XIX Saxones aduc in fide Chriſti novelli maximam abs Slavis ſive Windelinis, qui circa Albim fluvium degunt, perſequutionem paſſi ſunt; fuêre enim in Hamburgio hoc eſt: Hammonis ſive Junonis caſtro duo fortiſſima firmiſſiméque munita caſtella: unum ad Septentrionem, ubi pòſt Divæ Virgini puerperæ eccleſia erecta eſt, ad meridiem alterum ſuper Alſter fluvium. Erant & in regione circumjacenti opida & caſtra quamplurima: Leveburgium, Ratzeburgium, Statinum, Aldeſtafgardenſis quoque provincia admodum populoſa, quorum incolæ, inito fœdere, vicinos ne modò non timuêre, quin ymmò ad libitum expugnare præſumpſerunt. Hys itaque diebus horrendum ſtupendùmque ea in provincia portentum accidit: fuit inter Slavos nobilis quidam ac viribus præpotens tirannus, Hamburgenſis caſtri Princeps Baruch nomine. Is Herinam, tirannide vero ferociorem, ſortitus eſt uxorem. Hæc deridere ſolita erat fideles, qui contra naturam virginem ſine virili admixtione filium peperiſſe credebant, quaſi id ne naturæ modò ſed & Deo impoſſibile videretur. Ut ergo infidelitas paganorum confunderetur, fidésque credentium neophitorum Saxonum confirmaretur, Dominus miraculum operari dignatus eſt: concepit enim à viro ſuo Herena & terminum à natura ſtatutum transgrediens, poſt biennium tumentis alvi pondus ruptu ejiciens, illico extincta eſt, miſerámque tartaris animam reddens, monſtruoſum luci partum edidit, qui mox ortus & loqui & ſaltare, ne incedere dicam, valuit. Habuit autem monſtrum capita duo, quorum unum onagri in altum erectas aures exceperat, manus vitulorum, pedes urſorum ſpeciem & formam portendebant. Vocatus ad ſpectaculum tota cum familia genitor expavit, maximè, quia in omnium præſentia, at-

B

Baruch Principis Hamburgenſis in Saxones Chriſtianos perſecutio.

C

A tonitis omnibus, in hæc verba monſtrum prorupit: *genitrix jam mea mortem obiit ac in dæmonum poteſtatem æternaliter cruciandа venit, animáque ejus tartario inebriata veneno apud inferos ſepulta eſt. Jheſus autem Dei filius humanam ob ſalutem humanatus de intemerata Virgine ſine humani admixtione ſeminis huic mundo apparuit, quam quicunque fidem non receperint, æternâ cum genitrice mea luce privabuntur.* Hys verbis finitis ſimul & vitam reddidit. Hys verbis pene exanimis factus pater, quaſi privatus ſenſibus aliquanto immobilis ſtetit; demum modicum quid virium reſummens non id Dei, ut verè erat, judicio, ymmò magicis artibus ac Chriſtia-
B norum maleficiis aſſcribens in furorem verſus perſequi Chriſtianos viciniores ac variis ipſos trucidare pœnis cepit, ac paganico furore non adultos modò, ſed & in cunis vagientes infantulos, omni miſericordiâ poſthabitâ, occidit & jugulavit, eccleſias fidelium deſtruxit, ſacerdotes occidit aut vinculis in futurum puniendos ligavit, ſacra Domini vaſa ac ſanctuarii ornamenta rapuit, ſuisque utilitatibus appropriavit. Sexaginta inter cæteros digniores eccleſiæ presbiteros ad Jovis caſtra ſecum ducentes, poſt diuturniorem carceris ſquallorem ac diverſa tormenta, excuſſo ignitis ferramentis cerebro, equorúmque caudis alligatos per Slavorum urbes & caſtra tractos martyrio coronaverunt. In qua quidem perſecutione nonnulli
C fidem pænarum ac mortis timore negârunt, plerique fugâ ſalvati, aliis in locis pauperem pro Chriſto vitam ducebant, nonnulli Romam petentes, ſummo Pontifici rem, ùt erat, lamentabili voce retulêre. Miſericordia motus Pontifex ſummus maxime ſuper jam noviter è diaboli faucibus erepto populo, ac dolore cordis tactus intrinſecus, Ludwico per epiſtolas rem geſtam ſignificavit, & ut eccleſiæ fideique propugnator fidelis auxilium impenderet, admonuit, vindictámque in paganos, qui fideles tantâ ſævitia trucidârant, exerceret, præcepit. Indignatus igitur in Slavos Rex vindictam meditari cepit & diverſis ex provinciis immenſo contracto exerci-

Digitized by Google

tu ad ſummum unà & ipſe Pontificem contendit ac Chriſtianæ ſe fidei propugnatorem aſſeruit. Summus autem Pontifex tantam in Imperatore fidei conſtantiam perpendens, gratias imprimis Deo reddidit, Imperatorémque Apoſtolicâ benedictione munivit. In hac igitur nocte Angelus Domini apparuit in ſompnis Pontifici, & ut in cepto perſiſteret, admonuit, ſeque exercitui in ſubſidium datum denunciavit. Continuò igitur unà cum Imperatore Pontifex in Slavos exercitum duxit & aliquando ad Albim fluvium veniens per quindenam eò loci cum exercitu, ut uniretur, feſſique refoſſilarentur, quietus reſedit. Interim Baruch Dux minorem imparémque ſe viribus videns, congregato conſilio, dum, quid ageret, dubius fluctuaret, unus præ cæteris procerum aſtutior reliquis, *Chriſtiana*, inquit, *id fides proprii habet, ut nichil plus ampliatione ſuâ appetat, huic ſolum ſtudet, hujúsce rei gratiâ arma ſumit, vires animúmque probat; gaudent profectò, dum vel unum legibus ſuis addere poſſunt. Id igitur conſilii dandum reor, nec facilè melius excogitatur: ſubdolè ſummum ipſorum Pontificem per legatos accedamus & pace poſtulatâ, fidei ipſorum ſubdere colla promittamus. Nichil officit babtiſma ſuſcipere, undis ablui, amne mergi & prophanum gentis ritum vel ad horam profiteri. Neceſſitas hæc legi noſtræ haud derogat, fictione uti oportet, donec diſſipato jam exercitu, vires colligere ac in hoſtem Deorum ſæviorem exercere vindictam valeamus. Nam ſi exercitum petimus externum, nec tempus ſufficit, hoſtis in præſto eſt. Quod & ſi fit, alienæ ſervituti ſubjicimur, libertatem amittimus; quod ſi minùs, perjurii nota fœdamur. Fraude igitur opus eſt, dum impares viribus ſumus.* Conſentit Dux, conſenſêre omnes, ſinguli conjurabant, ſanum eſſe conſilium ac viri cordati probabant, beatum & quaſi à Diis miſſum, ymmò veluti Apolinis oraculum ſuſcipiebant. Miſſis igitur legatis ac pacis ineundæ causâ expoſitis, infidelium dolo ſummi Pontificis deluſa Chriſtiana pietas eſt: nam ubi legit Pontifex ſummus, ac legatorum oratio-

A tionem audivit unà cum Imperatore, in gaudium converſus totum etiam exhilaravit exercitum. Pax communi conſilio indicitur, & maximo cum tripudio Hammonis caſtrum intratur. Occurrunt paſſim cum virginibus matronæ ſertis redimitæ in tympanis & choris, quaſi ob Chriſtianæ fidei devotionem exercitui applaudentes, ymmò ne in perfidia futura ipſos lux inveniat, unà omnes mox babtiſati ſunt, paganorum ritus deſeritur, ydola ſuis cum phanis deſtruuntur ac eccleſiæ Chriſto circumquaque eriguntur. Imperator jam quaſi de pace ſecurus, parvâ cum Pontifice manu relictâ, cum exercitu ad ſua redit, & ut in ſpiritualibus cætera diſponat, petiit.
B Interim clam nuncii abs perfidis miſſi Stargardenſes, Statinenſes cæterosque, cum quibus quondam fœdus inierant, accerſunt & accepto conſilio, quod in die S. Petri ad vincula, dum Pontifex in nova jam jam erecta eccleſia Hammonis in caſtro inermi coram populo fideli rem Divinam ageret, incolæ in unum cum exterorum armato exercitu ac confœderatorum cohorte in fideles mali nichil ſuſpicantes irruerent, ſicque omnes fideles unà occiderent; factúmque eſt ipſo die innumerabilem pene paganorum multitudinem opidum intrare & quaſi pro babtiſmate ſuſcipiendo ſummum Pontificem petere, ſed continuò in cædem verſi, fideles quosque trucidârunt.
C Innotuit res Pontifici, & fidelium, qui ſecum in Divinis erant, timore perpenſo, *heri*, inquit, *veſperi Domini angelus ad me miſſus eſt, filioli! qui & me & vos ad martyrium vocare dignatus eſt, hæc eſt dies exultationis & lætitiæ, in quo populum ſuum ſalvum facere, ac à peccatis ſuis abluere decrevit omnes, hæc dies, inquam, per angelum ſuum ad cœleſtem patriam totum noſtrum exercitum vocavit, & immarceſſibilem nobis coronam promiſit. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam occidere non poſſunt; certi eſtote, quod nec capillus de capite veſtro peribit.* Dúmque multis ſermonibus, voce lætâ, hilari facie fideles ad conſtantiam & patientiam exhortâſſet, concitò infideles in eccleſiam irruunt, & maximo cum clamo-

re

Digitized by Google

re Pontificem adeunt, & in multis ipſum & exercitum expro- A
brantes & quaſi imbecillitati fidelium inſultantes Chriſti fidem
blaſphemaverunt, ſicque furore ebrii exercitum fidelium in
& extra eccleſiam trucidârunt, & ab horâ tertiâ usque ad ſo-
lis occaſum horrendâ bacchati cæde, ad ſex hominum milia
proſtraverunt, paucis in victoriæ ſignum captis, Stargarden-
ſibus Stanienſibusque dono datis. Hæc inter in aëre vox au-
dita eſt multitudinis angelorum canentium & pſallentium &
ad paſſionem exhortantium, & quod ſcirent, nomina ſua in
cœlo in viventium libro ſcripta eſſe, coronásque perpetuas
ſe accepturos. Hanc multi paganorum vocem audientes fi-
dem receperunt & cum fidelibus martyrio coronati ſunt. B
Tantum ibi ſanguinis Chriſtiani fuſum eſt, ut Hamburgenſis
opidi plateæ alvei in modum fluerent, & usque ad equorum
genua cruor attingeret, haſtæ, clypei, arma ſimiliter cum
cruore in Albim fluvium illaberent. Sic igitur, ùt præmiſ-
ſum eſt, fidelibus impiè crudelitérque occiſis, hy, qui vici-
nis ex regionibus in incolarum auxilium vocati erant, ad ſua
ſeſe recipientes, numeroſam multitudinem capitum abs fide-
lium corporibus detruncatam ſecum tulére ac in murorum,
turrium caſtrorúmque ſummitate locatam in Chriſtianæ fidei
dedecus ſtatuêre, captivósque vinculis & compedibus injectos
fame perire decrevêre, quos tamen per angelum Dominus
paſcere dignatus eſt. Hamburgenſes quoque, haud ſegniores C
reliquis, jam noviter erectas eccleſias a fundamentis deſtruxe-
runt, & quotquot fideles ubi ubi reperire potuerunt, ex-
tinxerunt. Accidit proximâ nativitatis Chriſti nocte in Star-
gardenſi caſtro grande miraculum: nam murorum per circui-
tum, ubi ſanctorum capita in ludibrium fidei poſita erant,
lux viſa eſt clariſſima, cœlico ſplendore ornata, vox quoque
angelica, conſonâ voce dulci melodiâ, publicè audita in hunc
modum: *gloria in excelſis Deo.* Quam vocem usque ad aëra
clangentem ut vigiles audierunt, perterriti Ducem omni cum
familia excitârunt & ad tam ſtupendum miraculum adduxe-

runt. Videns igitur Dux cum ſuis rem tam mirandam & cla-
A ritatem lucis, quæ capita ipſa per caſtrorum circuitum circum-
fulſerat & dulciſonam angelorum vocem, gloriam in excelſis
canentem, quaſi excœcatus & pene in extaſim factus præ ad-
miratione, rem tam ſtupendam non ſinè cauſa factam ra-
tus, quia contra naturam erat, Divinitati adſcripſit, ùt de-
buit, initóque conſilio, carcere clauſos educi jubet, ut vel
ab ipſis diſceret, quid cauſæ ſit, quod tam ſtupendum mira-
culum audiſſet ac vidiſſet, maximè quia ab ipſis captivis jam
dudum audierat, ſanctos & beatos eſſe, qui Hammonis in
B caſtro jam pridem in Chriſtianæ fidei confeſſione periiſſent.
Itaque interrogati jam â vinculis abſoluti fideles, quid nova
ſibi lux, inſolitáque modulatio vocis vellet: *o*, inquiunt, *ex-*
cæcati homines, ignorantiæ tenebris obumbrati, decore virtu-
tum vacui, felices quidem, ſi tantum in ſanctos ſcelus non
commiſiſſetis & cœli Rectorem verùm Deum adoraretis, â quo
ſigna hæc & archana, quæ vidiſtis & audiſtis, ùt præcones
veſtræ ſalutis præmiſſa ſunt, in honorem & gloriam ipſorum,
quos paganicâ ferocitate gladiis veſtris interemiſtis, quorum
etiam capita veſtris in mœnibus Chriſtianæ fidei in dedecus
collocaſtis, ecce quanta claritas, melodia quanta, humanum
utique intellectum excedentia, humanum viſum obumbrantia
C *gloriam ipſorum innovant, vóſque ad cœleſtem illam lucem*
inacceſſibilem & omni ſuavitate refertiſſimam melodiam ſuper-
næ patriæ vocant; felices planè, ſi colla veſtra fidei Chriſtianæ
ſubduntur, ſi jugum Chriſti ſuave, onúſque leve ſuſcipere de-
creveritis. Hæc hiſque ſimilia, ubi infidelium plebs attoni-
ta, ſtridentibus molaribus, rugatâ fronte abs fidelibus audi-
vit, maleficiis magicisque artibus Divina aſſcribentes miracula,
ne inſtar Hamburgenſium, qui ſe per maleficia â Chriſtianis
deceptos putabant, ipſique deciperentur, pari voto fideles
occidere decreverunt. Verùm Ducis juſſu iterum nervis clauſi
ſunt artiùsque compedibus ligati, ut vel ſic probarent, ſi an-
gelico hactenus ſolatio ſuſtentati ipſorum etiam quodam ſub-
ſidio

Digitized by Google

ſidio ſoluti libertati redderentur. *Quod ſi*, inquit Dux, *an-*
gelico auxilio deſtituti, carceralibus pœnis tenti non exierint, A
unum reſtat, maleficiis magicisque artibus nos illuſos eſſe, ſo-
daliúmque ſuorum inſtar, quos morte ſanctificatos prædicant,
ut ipſi gladiis noſtris ſanctificarentur. Fuſâ igitur oratione,
fideles ſuos exaudire dignatus eſt, quippe qui cum ipſis erat
in tribulatione, ut eriperet, & vinctos ſuos non deſpexit;
ſed quia ſignis & portentis ad liberationem fidelium inducere
Ducem volens non prævaluit, pœnas etiam & flagella appo-
ſuit. Verùm uti Pharaonem Ægipti Regem pro liberatione
filiorum Iſraël diverſis plagis admonuit, cujus tamen indura-
tum cor emollire non potuit, ut Iſraël dimitteret, ſic & Du- B
cem monitis & ſignis, ymmò diverſis plagis ad fidelium libe-
rationem inducere cupiens nichil profecit, ymmò cum Pha-
raone eodem obdurato Domini monita, increpationes & fla-
gella deſpexit. Verùm aliquando, ubi plagæ & Divina fla-
gella multiplicata ſunt ſuper eum, vocato tandem procerum
ſuorum conſilio: *creditis*, inquit, *ob Chriſtianorum necem*
jam dudum a nobis perpetratam & ob vinculis ligatorum fidem
hæc in nos noſtróſque mala accidiſſe, quottidiéque accidere?
Planè tanta in nos noſtróſque ſubditos flagella ac plagæ poſt por-
tenta & miranda ſpectacula ſævire, quanta hactenus nunquam
noſtra ætate fuere, etiam parentibus forſan noſtris inviſa, inau-
dita. Conſulent alii, quid volunt, declinent hy ad ſuperſtitio- C
ſam Chriſtianorum ſectam, alii Diis noſtris litare deſiſtant,
meo conſilio hy, qui in vinculis & cathenis hactenus tenti, huc-
uſque miſerabilem vitam agunt, occidi trucidarique malefico-
rum inſtar ac magorum oportet, ut vel ſic velut peſſimis è
medio ablatis, tranquillitas reddenda provinciæ. Quam diu
hy ſuperſtites ſunt, magica arte nobis illudentes, pacem provin-
ciis auferunt. Conſenſêre Duci proceres, faciléque mobile
vulgus Principi conſenſit, decretúmque eſt, ut proximâ luce è
vinculis educti morte plecterentur. In ipſa autem nocte, dum
manè decollandi aut forſan atrotiùs mulctandi duci deberent,

 adpa-

A apparuit eis ângelus Domini, & ſolutis vinculis liberos abire juſſit atque cuſtodes cœcitate percutiens ſolutos â carceribus eduxit, & ut martyrum capita muris & turribus impoſita ſecum ferrent, præcepit. Perfecêre juſſum Angeli jam â compedibus liberi, carcerem exeunt, ac inſciis cuſtodibus, muros & mœnia aſcendentes ſanctorum martyrum capita tollunt, ſicque angelico ducatu Homburgenſe opidum unà cum capitibus fidelium intraverunt. Pergit hujus fama miraculi univerſam per Windaliciorum ſive Slavorum regionem, & quomodo Chriſtianos ab ergaſtulo Deus liberavit & quod vincula ipſorum dirupit & quam lucem quáſque melodias circa ſanctorum martyrum capita caſtrenſes audierunt, fit timor
B tremórque in populo multúmque murmur. Hamburgenſes autem, quia fomitem ſceleris miniſtrârant, ubi cum capitibus ſanctorum martyrum confeſſores Chriſti ad ſe venire perpendebant, & quanta jam dudum miracula & portenda facta erant, noverant, perturbati atque perterriti ſaniori conſilio in Chriſtum credere, ipſúmque ſuper omnia idola adorandum prædicandúmque prædicare incipiunt, & qui hactenus obcœcati fidem Chriſtianam expugnârant, jam jam Sathanæ verſutiis abrenunciantes, humili corde plenâ fide Chriſtum invocare ſtatuerunt, malentes mille mortibus mori in Chriſto
C martyrum exemplo, quàm ampliùs ſuſceptam eccleſiæ fidem deſerere. Poſt aliquot dies Chriſti confeſſores, qui per angelum, ùt dictum eſt, â vinculis abſoluti erant, jam Hamburgenſibus fide ſtabilitis, requirere martyrum corpora ſatagunt, & maximam ipſorum partem è terræ viſceribus exhumatam, vehiculisque impoſitam, Romam usque ac ad alia, unde cum ſummo Pontifice venerant, loca tranſportare cupiebant. Verùm ubi in Ebbekeſtorp villam ventum eſt, continuò grande miraculum ſequutum eſt: fuit enim eò loci monachorum monaſterium, Deo in omni ſanctimonia ſervientium, ubi dum cum vehiculis appropinquârunt, ſanguis è terra erumpens contra rotas circùm proſilivit, ac immobiles

orbes

orbes radiósque rotarum conſtituit, adeò ut mille boum paribus plauſtro applicatis è loco moveri non poſſent. Quâ re perpenſâ, animadverterunt, ſanctos martyres eò loci ſibi requiem conſtituiſſe. Itaque univerſali decreto reliquias ſanctorum martyrum ibidem collocantes cum vehiculis ad locum, unde exierant, reverſi ſunt, requieſcúntque in eodem monaſterio ſanctorum corpora in hunc usque diem in multorum ægrorum ac debilium ſolatium & profectum recondita. A

Menigom ſecundus Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus ipſo anno poſt triginta optimi regiminis ſui annos vitæ æternæ præmia percepturus mortem obiit, in cujus locum Geſuune vir ſanctus ac tali honore dignus ſucceſſit. 834. Menigon II. Goſwinus III. Ep. Oſnabr

Alfridus tertius Mimigardenſis eccleſiæ Præſul, prædictorum ſanctorum Epiſcoporum Ludgeri & Gerfridi cognatus poſt præfati Gerfridi diſceſſum eodem anno abs Imperatore Ludwico Mimigardenſis eccleſiæ Epiſcopus conſtitutus eſt, vir ſingularis devotionis & humilitatis, per quem omnium auctor Deus magna ſanctitatis ſuæ ſigna oſtendit. Hic ſcripſit vitam ſancti Ludgeri Epiſcopi ad monachos cœnobii ſancti Salvatoris & ſancti Ludgeri in Werdina. Hujus temporibus, anno ſcilicet Domini 841 Wilhelmus quidam literatiſſimus pallacii Cancellarius ac Regii Fiſci Magiſter, qui per Judæos depravatus â vera fide defecit & lapſus in judaiſmum, quàm plurimos ſuam ad ſuggeſtionem & prædicationem in errorem poſt ſe traxit, fuitque hac tempeſtate maxima inter Chriſtianos & Judæos de Eukariſtia & ſancta Trinitate altercatio, ipſo Wilhelmo hoc ſollicitante & operante. Unde Alfridus Epiſcopus præfatus Wilhelmi filiæ duodennæ primam dedit Eukariſtiæ oblationem, quâ Deo operante munita â perfidia genitoris, catholica in fide permaneret. Ob quam rem Wilhelmus viro ſancto epiſtolam blaſphemiâ plenam ſcripſit, particulámque panis, quam filiæ ſuæ dediſſet, non plus animam quàm corpus paſcere poſſe, tantum quoque veritatis habere, quod de Trinitatis ſanctæ unitate prædicaret, quantum, quod 839. Alfridus III. Monaſt. Epiſc. B C

A filia ſua ex ipſo benedicti panis edulio ſinè omni alimonia corporali per triennium vivere poſſet. Res mira hæreſis ſuæ penitus deſtructiva ſequuta eſt: puella ipſa absque omni prorſus cibo & potu per triennium vixit, plurimósque hoc miraculo, qui paterni erroris exſtitêre complices, ymmò & Judæos multos ad confeſſionem veræ fidei ac Trinitatis unitatem revocavit & convertit. Wilhelmus autem per triennium in perfidia permanens, ad confeſſionem demum fidei catholicæ converſus, errori judaico renunciavit, & converſus poſt triennium elapſum, dum manu filiam arriperet jam quaſi ſompno deliteſcentem, inter paterni amplexûs blandicias ſpiritum Deo virguncula reddidit. B Ex quo uno miraculo quantus fuerit in miraculis ac virtutibus, quámque Deo dilectus, facillimum eſt perpendere. Sedit autem hic venerabilis Antiſtes in Epiſcopatu annis fermè decem & tandem poſt hujusmodi ſanctitatis ſuæ plurima ſigna & virtutum opera feliciter migravit ad Dominum anno Domini 849 die XXII Aprilis, repoſitus in Werthina apud cognatos, ubi in cripta ad dextram poſt caput Hildegrini Epiſcopi quarti Halverſtadenſis eccleſiæ Præſulis, Ludgeri ex ſorore nepotis collocatus feliciter requieſcit.

840. Ludwicus Imperator, vir naturâ clemens ac mitiſſimus, Ludovicus pius moritur. cùm regni & eccleſiæ jura ſemper tutatus fuiſſet, XXV imperii ſui anno moritur, ac in beati Arnolphi baſilica ſummo cum C apparatu, ùt decuit, ſepelitur, Lotharium filium imperii ſucceſſorem poſt ſe relinquens.

841. Lotharius igitur, prædicti Ludwici filius, tertius Gallorum Imperator, Succedit in Imperio Lotharius. cum Ludwico filio, quem conſortem imperii fecerat, annis quindecim imperavit. Habuit autem Ludwicum, Pipinum & Carolum cognomento calvum fratres; genuit autem ex Egila Angliæ Regis filia Lotharium & Ludwicum filios, quorum primus Germaniæ regnum, alter imperium hæreditavit. Mortuo autem patre Ludwico, ut dictum eſt, pro Aquitaniæ regno, quod eorum frater Pipinus jam de-

Digitized by Google

defunctus reliquerat, omnes decertare ceperunt; Ludwicus enim & Carolus contra Lotharium fratrem pro hujusmodi regno acriter decertârunt, in quo quidem prælio multi utrinque cecidêre, victus tamen quandoque Lotharius Aquisgranum confugit, perſequutus verò â fratribus comitatum totum amiſit, Sergii tandem ſummi Pontificis diligentia compoſiti ſunt. A

Hæc inter diſſidia Dani, tempus congruum ſe inveniſſe rati, Friſones tributarios fecerunt, ſe & navigio per Reni fluenta Coloniam usque venientes urbem obſederunt; inter repatriandum autem Albeæ fluminis ductu Homburg applicuerunt, & capta civitate, eccleſiis deſtructis, provincia depopulata, in Daciam reverſi ſunt. Hys auditis, Lotharius Imperator Anaſcharium Pontificem virum ſanctum cum Epiſcopatu Homburgenſi, conſenſu Sergii Papæ, Bremis tranſtulit, ac in Ludwici ejus civitatis Epiſcopi locum, quem ob faſtum Imperator depoſuerat, ordinavit, & ex tunc Bremenſis eccleſia facta eſt metropolitana, quæ huc usque eccleſiæ Colonienſi ſuffraganea fuerat. B *Epiſcopatus Hamburgenſis unitur Bremenſi.*

Hoc anno Ludolphus filius Wiperti filii Widekindi Saxonum Dux primùm etiam in Orientali Saxonia ducare cepit; 842. nam antea ſolùm in Weſtphalia & Angaria ducavit, fundavitque illico in orientali Saxonia monaſterium ſanctimonialium C fœminarum in Brunteshuſen in ſancti Johannis Babtiſtæ, Stephanique protomartyris honorem. Quo conſtructo unà cum Duciſſa Oda Francigena ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum limina viſitavit, ubi & honorificè ſuſceptus a Nicolao tunc Romano Pontifice ac reliquiis multis dotatus cum confirmatione monaſterii a ſe conſtructi & Apoſtolica benedictione in Saxoniam reverſus eſt, inventóque loco juxta Gande fluvium ſitu planum ſed vepribus ac dumetis occupatum civitatem ibidem, vepribus excìſis & dumetis eradicatis, fundavit, in qua monaſterium ſanctimonialium fœminarum conſtruxit, ubi tres viciſſim filias ſuas Abbatiſſas ordinavit, Hadmo-

A modim ſcilicet, Garburgim & Criſtinam, noménque a flumine pertranſeunte Gandenſem loco dedit. Demum religioſus Dux â Normannis Saxoniam invadentibus occiſus eſt ac in Gandenſi monaſterio ſepultus.

844. Epiſcopi Paderborn. Luthardus Padeburnenſis Epiſcopus XXV annis pontificavit, cui ſucceſſit Biſo annis XXIII, poſt quem Theodericus annis novem, ſexto loco ſucceſſit Vuvanus XIX annis, ſeptimo Dudo annis XXV, virtutes octo beatitudinum docturus populum octavo loco XXVII annis præfuit Folemarus, ſucceſſitque annis XXVIII conſilii ſui excellentiâ collecturus diſperſa Retharius, decimo loco magnorum operum autor &
B patrator ſibi ſuisque Minvercus ſucceſſit utiliter, qui decalogi legalis perfectionem feliciter adeptus eſt, pro ut infrà ſuo loco dicetur.

846. Hoc anno Sergius Papa creatus eſt. Is primùm *os porci* dicebatur, ob difformitatem autem nominis, cùm ſummus Pontifex nichil difforme in ſe aut incompoſitum habere debeat, mutare vocabulum coactus eſt, & inde mutandorum nominum conſuetudo pro Romanis Pontificibus ſumpta eſt. Eodem anno cometes ſtella in ſigno Arietis apparuit & per aliquot dies plurimi inſtar ſtellarum igniculi per cœlum diſcurrere viſi ſunt.

C
849. Lubertus 4 Monaſt. Epiſc. Lubertus poſt Alfridum Mimgofordenſis eccleſiæ præſulatum accepit ac triginta annis pontificavit, de quo ſolùm hoc invenio, quod monaſterium Werdinenſe, quod Ludgerus ſanctus paterna in hæreditate exſtruxerat, abs ſua eccleſia alienavit & excepit, nec multò pôſt & vitam finivit.

854. Gunterus 21 Ep. Col. Gunterus XXI Colonienſium Archiepiſcopus hoc anno pontificavit. Hujus ſororem, Lotharius Lothoringiæ Dux concubinam habuit; dicebatur autem Waldradis, quam demum (repudiatâ legitimâ, procurante Guntero) matrimonio ſibi copulari fecit, Guntero & Theogando Treverenſium Archiepiſcopo hujusmodi illicitum matrimonium confirmantibus. Quod ſcandalum, ubi ad Nicolay ſummi Pontificis noticiam

Digitized by Google

ticiam venit, Lotharium anathemate notavit, Epiſcopóſque ab officio ſuſpendit, ac ad ſui pænitentiam citavit. Acta ſunt hæc anno 865. Theogando itaque jam tertiò beneficio abſolutionis negato, aliquando tamen ab Adriano Pontifice ſub conditione oblatam abſolutionem accepit, ut ſcilicet in monaſterio beati Gregorii ſeſe reciperet, ubi & pro commiſſo facinore pœniteret. Quæ tamen habitatio ob nephas adulterii per viſionem â beato Gregorio ſibi negata fuit. Gunterus autem criminis autor, dum abſolutionis officium nullo obtinere poſſet modo, reverſus â Roma apud Xantem celebrans, ubi ſacris ſe veſtibus exuit, mox eò loci, utinam ab angelis, peremptus eſt. At Lotharius Dux, defuncto Nicolao ſummo Pontifice, coram Adriano ſe excuſaturus Romam adiit, ubi communionem ſacramentalem ab ipſius ſummi Pontificis manu ſuſcepit, mox inter repatriandum in via animam exalavit. A B

Coloniæ celebrato ſynodo, ad dedicationem eccleſiæ â tribus Lotoringiæ metropolitanis Limperto Maguntino, Bertulpho Trevirenſi, Williberto Colonienſi, cùm ab eis major eccleſia in ſancti Petri memoriam conſecranda fuit, præcedenti nocte auditæ ſunt voces malignorum ſpirituum inter ſe querulantium, ſe â diu poſſeſſis ſedibus jam debere expelli. 856.

Igitur poſt quindecim annos ſuſcepti imperii hoc ipſo anno Lotharius renuncians ſæculo, monachus factus eſt, cujus in obitu magnam concertationem inter angelos & dœmones fuiſſe legimus, ſed orantibus monachis dœmones fugati ſunt. Lotharius Imp. fit monachus. C

Ludwicus Lotharii filius, quartus Gallorum Imperator, patre hoc anno defuncto, ſolus imperavit annis XXI; nam Lotharius jam grandævus ſumpto, ùt dictum eſt, monachi habitu, hunc Imperatorem deſignavit, & cum exercitu in Italiam ad percipiendam coronam venire perſuaſit. Hic duxit Caroli Calvi filiam Theobergam uxorem, quæ peperit ei Carolum filium, Gillam quoque filiam futuram Burgundiæ Duciſſam. Factus autem Imperator, cùm iter pro corona faceret, nimiâ elatus felicitate, quocunque iter faciebat, omnia 856. Ludovicus 2dus Imp.

A cædibus & rapinis involvebat. Verùm cùm Romæ appropinquâſſet, cives honoris gratiâ omnes ſibi obviaverunt. Quam ob rem omnem ferocitatem depoſuit & mitior omnibus in rebus eſſe cepit, eo quod ei præter ſententiam urbem ingredi licuiſſet. A Sergio itaque Papa in octava Penthecoſtes coronatus eſt, ac deinceps omnem vitam ſuam Romam eundo & redeundo contrivit; demum, imperio reſignato Carolo calvo, monachum induit & non longè pòſt, mortem obiit.

fit monachus.

Hujus Ludwici temporibus Rugani gentiles per Corbienſis cœnobii monachos ad fidem converſi ſunt Chriſti, ædificaverúntque eccleſiam in honorem ſancti Viti. Verùm aliquanto tempore elapſo, expulſis presbiteris, ad gentilitatem

B reverſi ſunt, habentes tamen ſanctum Vitum non ſanctum modò, verùm etiam pro Deo adorantes, quem linguâ ſuâ *Swante vite*, quod reverendum Deum ſonat, nominabant, duravitque in ipſis hujusmodi idololatria usque ad tempora Hinrici Leonis Ducis Saxonum, qui ipſam idololatriam deſtruxit, ùt infrà patebit.

858. Anilis & probroſa fabula.

Johannes ſeptimus hujus nominis, ex Maguntia, ùt ajunt, ortus, hoc anno Petri ſedem tenuit. Sub habitu virili fœmina latuit, quæ adoleſcens ex Anglia Athenas cum quodam doctiſſimo Amaſio ſuo profecta, ibidem bonarum artium præceptores

C audiendo tantum profecit, ut Romam veniens paucos etiam ſacris in literis haberet pares. Tantam ſibi legendo, diſputando, orando gratiam comparavit, ut, mortuo Leone, omnium conſenſu Pontifex crearetur. Verùm poſtea â familiari compreſſa & in papatu, dum ex Vaticano ad Lateranenſem baſilicam aliquando ad letanias profecta, inter Coliſeum & ſanctum Clementem præter ſpem peperit, & eò loci mortua cum fœtu ſine ullo honore ſepulta eſt, ad cujus deteſtandam ſpurcitiem & nominis continuandam memoriam in hodiernum usque diem Pontifices ſummi cum omni clero & populo inter letanias hunc locum partûs medio in itinere poſitum abhominantur, ac eo omiſſo ad diverticula vicóſque declinantes &

ſic,

Digitized by Google

ſic, loco deteſtabili poſtergato, reintrantes iter perficiunt, quod cœperunt. Et ad evitandos ſimiles errores ſtatutum eſt, ne quis de cætero in beati Petri ſedem collocaretur, niſi per perforatam ſedem priùs futuri Pontificis genitalia ab ultimo Diacono Cardinale attrectarentur. A

Hollandia Comitatus efficitur: Theodericus enim de Regali Francorum proſapia ortus, primus Hollandiæ, Selandiæ & Friſiæ comes fuit; quos Comitatus ab Imperatore Carolo calvo feudi nomine accepit. Hic vir Deo devotus cœnobium in Egmundia conſtruxit ac copioſiſſimè ditavit, anno autem Domini 912 vitam finivit, Theodericum filium ex Bena uxore hæredem relinquens & patriæ & nominis. 863.

Tribus continuè diebus & noctibus ſanguis de cœlo cecidit, locuſtæ inſuper lapide duriores ſegetes devaſtabant. Sequuta eſt fames maxima, quâ multi etiam homines defecerunt; jumenta quoque peſte mortua ſunt, & re mirâ! canes morticina comedentes ita ab omnium aſpectibus elapſi ſunt, ut an viverent, an mortui eſſent, neſciretur; nusquam enim ampliùs comparuêre. B 864.

Willibertus XXII Colonienſis Epiſcopus ſedit annis XX. Is, ut jam ſuprà dictum eſt, cum Treverenſi & Maguntinenſi Archiepiſcopis ipſe tertius, ſancti Petri eccleſiam Coloniæ conſecravit. In cujus electione ne clerus modò ſed & cives pari conſenſu convenêre, quod tamen perrarum eſſe ſolet. 870. Willibertus 22 Ep. Col. C

Eodem anno Bertholdus quintus, mortuo Luberto, Mimigardenſem eccleſiam regendam accepit, vir ſanctus ac Deo devotus, cujus temporibus inaudita linguarum pœna fuit, in qua ne homines modò ſed & jumenta communiter periêre. Unde ad exhortationem Bertoldi præfati ſancti viri proceſſiones publicæ inſtitutæ ſunt, ymmò Ninivitarum pœnitentiam & homines & jumenta ſimul acceperunt, & re mirâ! continuò placatus Dominus plagam abſtulit. Cujus exemplo cæteræ quoque provinciæ pari pœnitentiâ Dominum placantes â ſæviſſima plaga linguarum liberati ſunt. Bertholdus 5. Monaſt. Epiſc.

A Fuit & hys temporibus apud Maguntiam quædam mulier, ſancta reputata, pſeudopropheriſſa. Hæc extremum diem judicii, Dominique ſecundum adventum auſa eſt determinare ac in brevi futurum vaticinari; cùm tamen ſcriptura dicat: *non eſt veſtrûm noſce tempora quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* Quo vaticinio populo nimiùm credulo maximum terrorem incuſſit. Verùm ab Archiepiſcopo ejusdem urbis acrius increpata ac deſiſtere ab hujusmodi mendatio juſſa, ad ſuggeſtionem cujusdam presbiteri quæſtûs cauſâ ſe hoc feciſſe publicè confeſſa eſt, ſicque timor, qui forſan ſalubris fuiſſet, citiùs evanuit. Quot autem annis idem venerabilis Bertoldus

B pontificavit, aut quo anno obiit, nondum inveni. Reliquit autem poſt ſe Wilhelmum, qui ſextus ejusdem eccleſiæ Epiſcopus præfuit. Is primùm fuit plebanus in Kattenhuſen, apud quem dum Imperator cervum ſequens ac devians venatoris ſub ſpecie hoſpitaretur, ac benignè ſuſceptus fuiſſet, clam ſanctam ſacerdotis converſationem conſideravit; receſſurus autem manè, ut quid ab ipſo peteret, quæſivit, hoc inquit: *modo, dum cervum ceperis, corrigiam tribuas hoſpiti.* Haud longè pòſt, Bertoldo præfato mortuo, promiſſi ſui memor Imperator hoſpitem ſuum ad ſe accerſiri fecit, & quod ipſe fuit, quem dudum hoſpitio accepit, indicat, cervinámque, quam petierat, corrigiam ſibi daturum dixit ac per ma-

Wilhelmus 6tus Monaſt. Epiſc.

C num arripiens Mimigardenſis eccleſiæ ſedem ipſi contulit ac annulo ſuo inveſtivit. Perterritus re inopinatâ, renitenti Imperator cum horribili verborum monitione exhortatus eſt, quâ beatus Petrus Clementem, dum præſulatum recipere recuſaret, admonuit. Symon enim Petrus mortem ſibi imminere præſentiens, in conventu Fratrum poſitus, apprehenſâ Clementis manu, Fratribus dixit: *hunc Clementem Fratres Epiſcopum vobis ordino, qui mihi ab initio usque ad finem comes fuit in omnibus;* cúmque Clemens ad pedes ejus corruens, declinare cathedræ honorem cepiſſet, â Petro audivit: *tu parvum periculum timens, fugis cathedram? certus eſto,*

quod

quod amplius peccas; quod populum Dei vides in afflictionibus poſitum, cùm poſſis juvare, ſubterfugis, tui tantummodo conſiderationem habens & non quod in commune expedit, provides. Hys verbis & animatus Wilhelmus Imperatori paruit, Epiſcopique officium accepit. Dum autem propter ſimplicitatem ſuam, diſcordiam cum Fratribus haberet, quam Imperator quidem ne ſedare poſſe viſus eſt, datis Epiſcopo Imperialibus literis ad ſummum Pontificem miſit, per quem idem Pontifex ſummus precioſiſſimas reliquias (quas priùs Papa Zacharias Pipino Regi Caroli genitori, dum ipſum ab obſidione Longobardorum liberavit, dederat) Imperatori miſit. Acceptâ tandem repatriandi licentiâ, cum benedictione Pontificis ſummi ire perrexit. Ut autem ad Alpes venit, opere diaboli altiſſima de rupe jumentum cum ſanctorum reliquiis aliisque clenodiis, Imperatori â Papa miſſis, quaſi in abiſſum inacceſſibilem præcipiti caſu cecidit, nec ſpes aliqua recuperandi perdita relinquitur, dum via nulla ad vallis profundiſſimæ baratrum invenitur. Unde vir ſanctus, quod humanâ induſtriâ repetere non potuit, Domino, ùt debuit, humillimè commendavit; factúmque eſt, dum montis ad pedem ſeſe hoſpicio veſperi recepiſſet, ecce jumentum onuſtum ac illæſum ante Dei viri hoſpicium ſtetit, & quaſi Dominum ſuum ſequens, introitum concupivit. Dum autem Wormatiam inter redeundum intrat, noctúque itineris labore fatigatus quieti ſe dediſſet, orta tempeſtas eſt, fulguréque urbs ipſa incenſa; at ubi ad viri Dei hoſpicium incendium venit, oppoſitis ſacris reliquiis, edaces incendii flammas inſtar nebulæ divertit, ſicque ab incendio reliquam civitatis partem liberavit. Quæ ubi omnia & ſingula Aquis Imperatori retuliſſet, communi gratiarum actione relatâ, partem ſanctarum reliquiarum ſibi reſervans, partem Epiſcopo dedit. Cùm autem paulo pòſt ſancti Clementis, cum quo ad ſumendum Præſulatum adjuratus fuiſſet, recordaretur; illico juxta eccleſiam ſuam ſancto Clementi capellam conſtruxit, in qua ipſe & aliqui ſui ſucceſſo-

A ceſſores in ejus exemplum poſtmodum ſepulturam elegerunt.

Richardus 7. Monaſt. Epiſc. Wilhelmo autem defuncto, Richardus quidam, vir ſanctus de Regum Hiberniæ ſemine progenitus, ejusdem eccleſiæ ſedem ſeptimus accepit, cujus meritis Dominus multa bona populo contulit, multáque mala imminentia abſtulit. Temporibus tamen ſuis natio quædam dicta de Meynhovele civitatem Mimigardenſem cepit ac deſpoliavit & ipſa ex eccleſia equorum ſuorum ſtabulum exorbitanti malitiâ factum eſt; nec tamen defuit Divinum judicium, licèt mitiùs proceſſit: acephalus enim alter alteri viſus eſt. Quo miraculo viſo; ſacrilegi fugam arripiunt, vas tamen argenteum, in quo reliquiæ, quas ſanctus Wilhelmus de Roma tulerat, erant, B abſtulerunt. Aliud inſuper ejus tempore malum accidit: ſubitò enim maxima aquarum abundantia ſuper civitatem irruit, maximámque domorum partem vis diluvii ſubvertit, vadáque multa per tempora hinc inde in civitate hac ex inundatione permanſère. Unde in facti hujus memoriam conſtituit quosdam, qui brumali tempore in ſuo ſuorúmque ſucceſſorum tranſitu glaciem disrumperent, qui ab officio vulgariter **Iſſlegere** hoc eſt percuſſores glaciei dici deberent.

874. C Anno XIX imperii Ludwici ſecundi, Ludwicus, Imperatoris Ludwici filius, dum contra orientales Slavos victoriam obtinuiſſet ac per partes Saxoniæ reverteretur, Ludgardam filiam Ludolphi Ducis Saxonum ſibi deſponſavit, ac in Francia orientali in caſtro Aſchaphenburg nuptias celebravit. Iſte Ludolphus Saxoniæ Dux ex genere Widekyndi deſcendit, pro ut dictum eſt. Hic filium habuit Brunonem, quem Normanni Saxoniam invadentes in bello duodecim cum Comitibus ac populi multitudine ſuperatum occiderunt. Habuit autem & alium filium Ottonem, primi Ottonis Imperatoris avum, Henrici Regis patrem, qui & auceps dictus eſt.

Eodem anno Gozbertus, qui Cobbonis gratiâ ex Sueonum Epiſcopo Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopatum acceperat, mortem

tem obiit nono Epiſcopatûs ſui anno. In cujus locum Filbertus ſubſtitutus eſt, qui & ipſe decem annis Oſnaburgenſi eccleſiæ præfuit. Gotzbertus 4. & Filbertus 5. Ep. Oſnabr.

Flandriæ Comitatus quondam ſub Franciæ Regibus fuit; regebatur autem â Regis foreſtariis. Factum eſt autem foreſtarum quendam, Andracum nomine, Flandriam regere. Is filium Balduinum habuit, qui Judith Caroli calvi filiam rapuit & eam ſibi uxorem accepit. Quâ re Carolus juſtè motus per omnium provinciarum Epiſcopos raptorem excommunicari fecit. Tandem â principibus reconſiliatus Carolus matrimonium confirmavit. In cujus dotem generi ſuo Balduino Flandriæ comitatum in perpetuum poſſidendum dedit & appropriavit; neque enim tantæ opulentiæ ac nominis eo tempore erat, ſicut nunc cernitur. A 878.

Carolus ejus nominis ſecundus, cognomento calvus, Ludwici prædicti gener, quintus Gallorum Imperator, hoc anno imperare cepit, ac annis ſex imperavit. Habuit autem uxorem Adeldrudim, Boſſonis cujusdam viri nobilis ſororem, quæ peperit ei Ludwicum filium, Theobergam quoque & Judith filias, quarum prima Ludwico Franciæ Regi, altera Balduino Flandriæ Comiti nupſit, Boſſonem autem Imperator Burgundiæ Ducem fecit. Hunc Carolum cùm Johannes Papa in principio ſui Pontificatûs Auguſtum appellâſſet, indignati filii Ludwici cum multo exercitu in Italiam contra ipſum Carolum deſcenderunt, ut eundem patruum ſuum imperio ſimul & vitâ privarent. Quibus auditis, Carolus mox Veronam cum exercitu properans Tridentinos ſaltus nepotibus occludere decrevit, ſed apud Mantuam languore correptus ex venenata potione, quam Sedechias, hebræus medicus ſuus, dederat, mortuus eſt. Hic Carolus, cùm eſſet vir Chriſtianiſſimus atque devotiſſimus, multa monaſteria & eccleſias celeberrimas hinc inde condidit & rem Divinam admodum auxit. B 879. Carolus calvus Imp. C

Normanni Franciam & Germaniam horridâ cæde vaſtârunt, civitates & caſtella deſtruentes, venerúntque usque ad 882.

Re-

A Renum; Franci autem inito cum Normannis bello tanta cæde debachati ſunt, ut ſupra quinque bellatorum milia cecidiſſe repertum ſit; nec his contenti calumpniis Normanni Danorum auxilio fulti, proximo anno reparato exercitu, initóque cum Francis bello, hinc inde plus quám novem milia occiſi ſunt, inter quos & Maguntiæ civitatis Antiſtes unà cum Arnoldo Comite ceciderunt. Qua victoriâ, Rollo, ipſorum Normannorum Dux ad veræ Chriſtianæ fidei cognitionem venit. Compulſus cæterùm eſt Carolus Godfrido ac Syfrido Normanniæ ac Daniæ Regibus XII milia marcarum dare, Godfridúmque Ducem Friſiæ facere; cui etiam idem Carolus confœderatus fidelem uxorem dedit, cujus inſtantia Rex quoque B fidelis factus eſt, ſicque Francia grandi jactura ſuperata, etiam tributaria ad tempus facta eſt. Verùm Saxones tanto in diſcrimine cum Weſtphalis animati & Germanis auxilio facti, hoſtes in fugam verſos è finibus ſuis expulerunt.

888. Carolus cognomento calvus diem clauſit extremum, cujus in locum Carolus groſſus, Carolomanni frater, electus eſt, qui tamen ad conſecrationis munus non pervenit.

890. Otto Ludolphi filius, Saxonum Dux, cujus frater Bruno a Normannis occiſus eſt, poſt patrem ducavit, accepitque Lucaradam Arnoldi Imperatoris filiam, ex qua genuit Hinricum, futurum Germaniæ Regem, cognomento aucipitem, C filiámque Alheidam ſanctimonialem fœminam.

Carolus groſſus Imp. Carolus ejus nominis tertius, cognomento groſſus, ſextus Gallorum Imperator, poſt Carolum calvum imperavit annis XXII. Hic Galliæ & Germaniæ Rex primùm exiſtens, a Johanne Pontifice in urbe Romana, ut liberius vivere poſſet, imperii coronâ donatus Auguſtus appellatus eſt. Hic duxit uxorem Alburgim, Maurorum ſive Granatæ Regis filiam, deditque Carolomanno fratri, Hildagundam Portugaliæ Regis ex ſorore uxoris ſuæ filiam. Is Carolus vidit in viſione patres ſuos in tormentis ob diverſa bella patrata conſiſtere. Unde territus, imperio fratris ſui filio Arnoldo reſignato, monachum

induit

induit & heremiticam vitam agens pœnas, quas viderat, vitare curavit. Tandem, ùt quidam autumant, veneno vitam finivit. Hic Carolus ante modicum tempus mortis ſuæ zelatus eſt uxorem ſuam, quaſi plus juſto familiariter ageret cum Verſalenſi Epiſcopo, proteſtatùſque eſt, ſe eam nunquam cognoviſſe; illa verò ſe virginem eſſe gloriata eſt, ac recepto repudio monaſterium intravit.

fit monachus. A

894. Ordinis Cluniacenſium primum monaſterium hoc anno fundatum eſt; Guilhelmus enim cognomento pius Aquitaniæ Dux & Alvarniæ Comes, fide & converſatione, moribus & religione atque doctrinâ inſignis cum virili prole careret, Cluniacenſium monaſterium Burgundiæ in paterno fundo magnificentiſſimis inchoavit operibus & Bernonem Ginginiaci cœnobii Abbatem, patriâ Burgundum, virum ſanctum, genere clarum, ſcientia literarum doctiſſimum eidem loco Abbatem præfecit, maximis proventibus ei deſignatis, unde adunandi poſſent vivere monachi.

Monaſterium Cluniacenſe fundatur. B

Arnolphus ſeptimus Gallorum Imperator hoc anno poſt Carolum tertium Auguſtus declaratus imperavit annis XII. Hic quippe Caroli prædicti nepos & Germaniæ Rex fuit, quem Formoſus Pontifex à perſequentibus injuriatus in Italiam in ſui tutelam vocavit. Et primo quidem ingreſſu, Bergamo civitate capta, Ambroſium ejus comitem ſuſpendio necavit, indéque Romam petens Formoſum Pontificem in priſtinam dignitatem reſtituit; a quo dein coronatus in Franciam rediit. Duxit autem Lucardam Bavariæ Ducis filiam uxorem, a qua accepit Ludwicum imperii hæredem & Conradum Lothoringiæ Ducem, filiam quoque Lucardam Ottonis Saxoniæ Ducis conthoralem, Hinrici primi Romanorum Regis matrem.

Arnolphus Imperator. C

Hic in multis ſæpe bellis triumphans, dum nimio ſucceſſu elatus ita ſe voluptatibus emerſiſſet, ut non multùm a ſuo cognomento diſtaret, etiam eccleſiæ contumax & rebellis eſſe cepit. Quam ob rem juſto Dei judicio longa infirmitate correptus, nullo medicorum ſuffragio unquam defendi potuit,

obiit ex morbo pediculari.

A quin pediculari morbo conſumeretur. Conſuevit enim idem Imperator in omnibus pene ferculis allia porrúmque comedere, quo edulio tandem pediculario morbo correptus interiit, ſimilem cum maximo Romanorum Dictatore Silla mortem ſortitus, qui Marium, qui Ingurtam, qui Mitridatem, qui Romam ipſam domuit. Is enim putidis pediculis conſumptus ſingulare ſpectaculum videntibus præbuit. Mirum erat videre, tantum virum, tot victoriis clarum Imperatorem, modò Dictaturæ poteſtate depoſita, inter pediculorum acies morientem, quemadmodum ſolet enecatus ſerpens inter formicarum ſobolem numeroſam ſpectari a pueris. Græci hunc morbum phtiriaſin dicunt, nos pedicularem nuncupamus.

899. B Hoc anno Saxonia attenuata fermè defecit: tanta enim fames fuiſſe legitur, ut homines humanis etiam corporibus veſcerentur, cujus ſimile vix legimus.

896. Rumoldus 8vus Monaſt. Epiſc. Circa hæc tempora Rumoldus, octavus Mimigefordenſis eccleſiœ Antiſtes claruit; ejus enim tempore fames prædicta facta eſt, viſâque eſt cometes miræ magnitudinis per longa tempora. Hic fuit in conſilio generali Triburicenſi in terra Francorum, quod celebratum eſt ſub Arnulpho Rege. In quo conſilio quàm plurima bona pro fide catholica & ſtatu clericali fuerunt ſtatuta. Poſt hujus Rumoldi mortem Hildeboldus ejus ſedem nonus regendam accepit, qui in maxima mortalitate, quæ ſuo tempore regionem ac provinciam vaſtavit, vitam cum multis de ovibus ſuis finivit.

Hildeboldus 9. Monaſt. Epiſc. C

905. Ungari qui & Huni, gens Sitica, quæ ſuperioribus diebus magno numero è finibus egreſſi fuerant, ut ad conſanguineos Ungaros, Pannonias incolentes, pervenirent, cùm eoſdem propriis expuliſſent ſedibus & ibidem diu dominati fuiſſent, tempeſtate hac, hoſtili manu Italiam, Galliam, Germaniam ita invadunt, ut ferro & flamma omnia, quoquo proficiſcerentur, abſumerent, nulli ætati aut ſexui parcentes. Bavaros etiam demoliti ſunt & Thuringos, quos & bello contriverunt. Qua victoria animati Francos Suavóſque pervagantes,

Digitized by Google

A

gantes, multo effuſo ſanguine, ipſóque cruore potato ſceleribusque innumerabilibus patratis ſævierunt. Hi aliquando carnibus humanis veſci ſoliti fuerunt, verùm Franci & Bavari Ludwici Imperatoris auxilio animati, contracto exercitu, in hoſtem veniunt, inferioréſque facti licèt, multos tamen ex Ungaris occidunt. Unde afflicti ad ſedes ſuas ſeſe recipientes redire retardarunt.

Arnolphus Imperator pediculario ac immedicabili morbo conſumptus apud Otting in Bavaria diem clauſit extremum, cujus ſepulchrum monſtratur in cœnobio ſancti Haveramni (*Emmerammi*) in Ratiſpona civitate Ludwicum filium pro ſe Imperatorem relinquens.

B

908. Ludovicus 3tius Imp. cum quo Caroli magni linea extinguitur.

Ludwicus ejus nominis tertius, Arnulphi prædicti filius, hoc anno a Francis & Germanis patri Imperator eſt ſubrogatus, habuitque Ludgardam Ludolphi Saxonum Ducis filiam, Ottonis ſororem, & quia nullum filium poſt ſe reliquit, Caroli magni lineam finivit. Imperavit autem annis ſex, licèt ad imperii coronam minimè venire potuerit, confuſo exiſtente Imperio. Dolebant enim Romani & univerſi Itali, quod ad Germanos transferretur Imperium, & propterea Romani Pontifices transalpinos Imperatores usque ad Ottonem primum deinceps Imperii corona inſignire noluerunt. Fuerunt enim hæc tempora Pontificum ambitione & ſæva eorum tyrannide infeliciſſima; poſtpoſito enim timore Dei, Pontifices in invicem inimicicias & tyrannidem exercuêre, Imperatores autem ignaviæ dediti, ab induſtria & Imperii nominis dignitate defecerant. C Tandem hic Ludwicus a Berengario Forojuliano Duce (qui quia a Longobardorum Regibus originem duxit, armis regnum repetebat) maxima ſuorum clade victus, captus & oculis privatus eſt. Et ſic Imperium, quod annis centum & decem Caroli magni progenies poſſederat, demum ad Longobardos translatum eſt, & quidem juſtè: Franci enim *non juvabant* eccleſias, quas patres eorum exſtruxerunt, ſed *diſſipabant*, nec Romanis præbebant auxilium contra Longo-

A bardos, qui multùm infeſtabant eos, ideo de eorum conſen-
ſu excluſi ſunt ab imperio, & Itali in Italia & Almani in Al-
mania ceperunt imperare usque ad Ottonem, qui utrobique
regnavit; Franci autem cogebantur manere in terminis ſuis,
experientes omnium rerum eſſe periodum, quod congrua
providáque diſpenſatione Creatoris factum credimus, ut quia
homines vani caducis rebus mundi inhærere deſiderant, ipſa
ſaltem viciſſitudine ſui terreantur, ut a creatura ad Creatorem
cognoſcendum per tranſitoriæ vitæ miſeriam mittantur. Et ut
de aliis taceam, regnum Romanorum ex tot alterationibus ex
nobiliſſimo noviſſimum penè factum eſt, ut jam vix magni
B ſtet nominis umbra; ab urbe quippe ad Græcos, à Græcis
ad Francos, à Francis ad Longobardos, à Longobardis ad
Theutonicos derivatum non ſolùm antiquitate ſenuit, ſed
etiam ipſâ mobilitate ſuî veluti levi glareâ hàc illac aquis cir-
cumjectâ ſordes multiplices varióſque defectus contraxit.
Oſtenditur igitur in ipſo capite mundi & mundi miſeria ipſiúſ-
que occaſus toti corpori minatur interitum; & ne modo Fran-
ci in Imperii ablatione periodum ſenſêre, verùm haud longè
pòſt ipſum etiam regnum à Caroli magni genere ad Hugo-
nem magnum cognomento Caputium, Pariſienſem Comitem,
Majorem domûs Franciæ defecit; qui tamen Francorum re-
C gnum non eâ amplitudine obtinuit, quâ cæteri Reges poſſe-
dêre: tunc enim omnis transalpina Galia cum magna Germa-
niæ parte finibus claudebatur, ſed translato in Saxones Impe-
rio, non modò Germania & Helvetia ac magna Belgicæ pro-
vinciæ pars, quin ymmò & Burgundia, quod Arelatenſe
regnum dicitur, in Imperium ceſſit. Fuêre autem Franco-
rum Regum nomina à Carolo usque ad Hugonem præfatum
hæc:

Pipinus - -	17	Ludwicus balbus -	2
Carolus magnus -	47	Ludwicus & Carolus -	5
Ludwicus - -	25	Carolus ſecundus -	5
Carolus calvus -	34	Arnulphus -	1

Odo

Digitized by Google

Odo Pariſienſis -	11	Carolus quintus - -	25
Carolus ſimplex -	26	Lotharius - -	32
Rodolphus - -	2		

A

Ludwicus ultimus Francorum Rex ex Caroli magni genere natus poſt patrem Lotharium regnare cepit & uno tantùm anno regnavit. Hic namque, ùt Francorum teſtantur hiſtoriæ, quandam fœminam Blantiam nomine duxit uxorem, ex qua nullos accipere filios potuit, quam quidem cùm nichilominus unicè diligeret, ipſa ne (ùt erat mulier cordata) poſt mortem mariti ſine regno remaneret, Hugonem ſtrenuum militem ſuum, quem Majorem domûs Regiæ ſibi Rex præælegerat, ad ſe ſecretò vocavit & jure jurando ipſum aſtrinxit, B quod ipſius ſecreta mandata perpetuò obſervaret. At ille, ut erat vir fideliſſimus, quidquid juſſiſſet, ſe obſervaturum juramento compromiſit. Quo facto Rex gravi morbo corripitur & teſtamento condito uxori omne regnum condonavit, mandátque, ut poſt mortem ipſius Hugoni prædicto ſe matrimonio copularet. Quod & tandem factum eſt: nam, Rege defuncto, è veſtigio Regina Hugonem maritum ſuſcepit. Hugo itaque hoc modo Francorum Rex effectus, & regnum, quod penes Pipini Carolique genus annis multis manſerat, in Hugonem transfunditur, duravitque apud genus ſuum ab anno Domini 972 usque in noſtram ætatem, annum ſcilicet Domini 1495 annis 506 ſub Regibus viginti tribus. Tunc C enim Carolo ultimo ſiné liberis mortuo, genus magni Hugonis defecit, quando â primo Hugone usque in hunc Carolum ultimum fluxerunt anni, ut dictum eſt, quingenti ſex, translatúmque eſt ad Ludwicum Aurelianenſium Ducem. Hic imprimis Carolum Ducem habuit patrem, quam Carolus Rex ob rebellionis notam ſecuri percuſſit, & quanquam hic filius Regi ipſi ſororius eſſet, tamen poſt patris mortem in carcere *diu ſub* cuſtodia ſervari præcepit, & re mira! fortunam, quam *hactenus* adverſam habuit, non multò pòſt amicam & blan-

Hugo Francorum Rex.

dam invenit, ita ut ex captivo Duce poſt multas clades maximum hunc Chriſtianorum elevavit in in Regem. Quo autem jure ſeu quo prætextu id permaximum munus hic Ludwicus aſſequi meruerit, uxoris videlicet ſucceſſione aut aliâ ſanguinis propinquitate, fateor me neſcire.

FINIS LIBRI II.



BER-

Digitized by Google

BERNARDI WITTII LIESBORNENSIS

HISTORIA

ANTIQUÆ OCCIDENTALIS SAXONIÆ SEU NUNC WESTPHALIÆ.

LIBER III.

Berengarius ejus nominis primus Forijulianorum Dux Româ oriundus ex Longobardorum Regum ſtirpe progenitus & in bellicis artibus prudentiſſimus, Ludwico Imperatore ſuperato, ùt dictum eſt, primus ſibi in Italia Imperium vendicavit, imperavitque annis quatuor. Romani etenim & cæteri Itali nullum ab Imperatore, diſſidiis regni Franciæ implicato, auxilium adverſus rebelles Longobardos affuturum intelligentes, Berengarium hunc Imperatorem creârunt, nec tamen adeo in illa creatione fuerunt concordes, quin Guidonem Spolitanum Ducem alii Regem Italiæ declarârint. In Italia verò creati Principes novi inter ſe diſſidentes, aliquot commiſſis præliis, con-

De Berengariis Roman. Imperatoribus.

Google

A concurrerunt, primisque in congreſſibus Guido Berengarium
incommodis affecit. At Berengarius vir magnanimus brevi
ſuperior evaſit, ac Guidonem intra Ducatûs ſui terminos con-
cluſit. Magna tunc erat inter Italos, Germanos & Francos
de poſſeſſione Imperii concertatio; unde & graviſſima bella
orta ſunt, nec extincta ſinè multorum interitu, omniûmque
provinciarum calamitate. Annitebantur tamen Romani &
Itali Imperii nomen in provincia retinere; ferunt igitur Be-
rengarium â Landone Pontifice fuiſſe coronatum. Imperavit
autem annis quatuor, nec aliqua mentio fit de eo usque ad
Ottonem â Vincentio in ſpeculo. Poſt hunc regnavit in Italia
B Berengarius II. annis, ùt dicunt, octo; & pòſt Berengarius
tertius ſimiliter annis octo ſub Hinrico Germanorum Impe-
ratore. Veruntamen, quid tempore Berengarii Imperatoris
Italiæ aut Lotharii Hugonis Arelatenſis, qui poſt Berenga-
rium imperavit annis decem, in Italia Regis nomen vel auto-
ritas fecerit, & an tres vel quatuor Berengarii extiterint, ut
ignoretur, facit ſcriptorum ariditas; ideo cùm obſcurè de Be-
rengariis mentio fiat, ſtatui & ego cum cæteris hiſtoriogra-
phis fimbriis in his meas non dilatare, maxime, cùm aliqui
eorum dicant primum Berengarium quatuor & ſecundum XII
annis imperium tenuiſſe, tempora Lotharii & tertii Berenga-
C rii ad XIII annos protrahentes, ut quidam ipſorum Impera-
tores latinos cum Regibus & tirannis interjectis per annos
duos de triginta tantummodo in Italia fuiſſe velint. Quan-
quam igitur pauci dictorum Imperatorum Regum & tiranno-
rum tempora diſtinguere poſſint, id certum habemus, â Be-
rengarii primi initio ad Ottonis primi ex Germanis legittimi
Imperatoris coronationem â Johanne XII Pontifice Romano fa-
ctam annos ad quinquaginta interceſſiſſe, & ipſum Ottonem
Berengarium in Lombardia primò regnare permiſſum, poſtea
in exilium egiſſe.

915. Hoc anno Ungari Saxoniam invadunt, utriusque ſexûs
homines captivos abducunt, quos in finibus eorum verſùs Tra-
tiam

tiam proſpicientibus collocârunt. Unde usque in hodiernum diem illis in locis habitantes Theutonum linguâ utuntur, & ab Ungaris tranſſilvani Saxones dicuntur propter ſilvam, quæ ipſos ab Ungaris ſecernit. Eſt autem Tranſſilvania regio trans Danubium ſita, quam olim Dani, tres nunc gentes incolunt: Saxones, Siculi & Valachi Saxones è Saxonia originem habent, viri fortes ac bello exercitati, â ſeptem civitatibus, quas inhabitant, Sibſenburgenſes patrio ſermone appellati. Hos Turcarum circiter tria milia expugnare conati ſunt noſtro penè ævo, prædámque magnam abegerunt porcorum atque hominum, quos inſequuti Sibinienſes ad internetionem usque deleverunt, victoréſque, prædâ recuperatâ, domum rediêre. Siculi, qui ea in regione cum Saxonibus habitant, Ungarorum vetuſtiſſimi creduntur, primi omnium, qui ex Ungaria veteri in hanc provinciam venerunt. Eam ob cauſam, quamvis agros ſuis colant manibus ac ruri viventes, greges pecorum paſcant, nobiles tamen appellantur, & concurrentes invicem, alter alterum generoſum Dominum ſalutant, nec tributa appendunt, niſi quo anno Rex Ungariæ coronatur; tunc enim quot ſunt patresfamilias, tot boves Regi tradunt, quorum numerus ſupra LX milia eſſe ferunt. Valchi autem tertium incolarum genus Italicum eſt. Verum de Tranſilvanis hactenus. Igitur Ungari ita, ùt dictum eſt, Saxoniam invadentes inter cætera illata dampna Hervordenſis quoque eccleſia unà cum civitate igne conſumpta fuiſſe legitur; ipſam cæterùm eccleſiam in Hertesfelde in dioceſi Mimigofordenſi, ubi ſanctæ Idæ corpus requieſcit, ſpoliatam quidem liber vitæ ſanctæ Idæ indicat; verùm latrones altiora ſcandentes, dum focos nonnullos in laquearibus conſtruxerunt, ut ipſam rogo devaſtarent, non potuerunt: nam virtute Dei carbo ſopitus nulla flammarum incrementa haurire valuit, excepto quod raras quasque tabulas incidendo peredit, per quas ſinè mora ſemiuſta ligna in inferiora projecit. Hoc opere caſſati pervicaci conatu nolatum aggreſſi ſunt, campanas ſaltem depo-

A

Tranſilvani deſcribuntur.

B

C

A ſituri, ſed ad has invacuum concurrerunt, quia eas nullis argumentis enodare potuerunt. Tandem victæ pertinatiæ & virium elumbes effecti, aliquid ibi eſſe Divalis numinis ſuſpicati ſunt, ex mox ſolius fugæ cupidi pedibus talaria nectunt. Quæ autem vi diripuêre, poſt illorum ventilationem in caſtris reperta ſunt, ac ſuo loco incolis honorificè reſtituta. Locus item eſt non longè ab urbe Lippenſi ſitus **Burgvechteler** dictus, hoc eſt caſtrum bellatorum, ubi quondam Carolum magnum caſtrum in tuitionem Saxonum converſorum contra Widekyndum conſtruxiſſe jam in ſuperioribus prædiximus. Quod quidem caſtrum eâ tempeſtate abs Ungaris deſtructum ac ſolo æquatum ferunt, remanſerunt veſtigia usque in præſens. Sed & locus vallo altiſſimo circumdatus non longè ab eo loco cernitur, in quo ſeſe inter expugnandum exercitus collocaverat, argumentum patulò oſtendens, quantâ difficultate caſtrum expugnaverint. Vocatur autem locus ab incolis **Hünenburg**, hoc eſt caſtra Hunorum usque in præſentem diem.

Caſtrum deſtructum prope Lipſtadium.

B

914. Hoc anno Ludwicus Imperator mortem obiit nullo hærede relicto; electus eſt ergo Otto Saxo, ſed Senectam ſuam objiciens regni gubernacula accipere renuit. Unde unanimi conſenſu electus eſt Conradus Lotoringiæ Dux, Conradi jam dudum abs Alberto Marchione occiſi filius, qui & ſeptem annis regnavit.

C

Conradus I ex Germanis Imp.

Conradus Alamannus, Ludwico mortuo, imperavit in Galliis annis ſeptem, ſed nec ipſe inter Imperatores connumeratur; cùm non ad Imperii coronam pervenerit, nec in Italia imperavit. Fuit autem idem Conradus ex Arnoldi Imperatoris filio Conrado Lothoringiæ Duce nepos. Hic non habuit uxorem nec filios, fuit autem de genere Caroli magni, ab ipſo regnum in Germanos venit, optiméque regnâſſet, ſi ſupervixiſſet. Sed in hoc minùs cautè egit, quia vicinos in ſui inimiciciam provocavit. Fundavit autem quinto regni ſui anno monaſterium in Hertesburg in honore ſancti Valeriani

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopi Treverenſis, qui demum moriens coram regni ſui Principibus Hinricum Ottonis Saxoniæ Ducis filium deſignavit Regem pro ſe eligendum, cui & vivens regni coronam miſit. A

Otto Saxoniæ Dux, quartus à Widekyndo, hoc anno diem clauſit extremum & apud patrem ſuum Ludolphum in Gardeſem ſepultus eſt, Hinrico filio Ducatum relinquens. 916.

Hoc anno, qui fuit Conradi Imperatoris ſextus annus, idem Rex ſollicitavit Batonem Maguntinum Epiſcopum (cujus dolo olim Adalbertus Babenburgenſis Marchio perierat) etiam contra Hinricum Saxonum Ducem propter potentiam ipſius ſibi ſuſpectam; ad quod perficiendum cùm jam torquem auream Epiſcopus fabricâſſet, quæ collo Ducis ſecum convivantis injiceretur, dolo prodito, fruſtratus eſt, & poſt triduum, ùt quidam dicunt, morbo & languore, vel ùt alii volunt, fulminis ictu interiit. Complices etiam conſilii â Duce patriâ eliminati ſunt. Albertus enim Babenburgenſis Marchio & Ottonis Saxoniæ Ducis ex filia nepos Conradum Lothoringiæ Ducem Ludwici Imperatoris filium interfecit. Ob quam cauſam indignationem Imperatoris incurrit; fugiens itaque Babenburgenſem arcem occupavit & aliquamdiu Regis obſidionem pertulit. Difficilis expugnatio loci videbatur. Unde ad dolos reverſum eſt: Boto itaque Maguntinus ſubdolè tradere Albertum Cæſari volens compoſitionem inter ipſum & Cæſarem â ſe factam ſimulavit, promittens ſe pacem facere vel in arcem reducere velle incolumem, jurisjurandi religione acceptâ, Albertus Epiſcopo credidit, quem & ſequutus eſt. Vix arcem egreſſi erant, & Boto: *vereor*, inquit, *ne diu apud Imperatorem morari oporteat, utilius fortè erit priùs ſumpſiſſe cibum.* Laudavit Albertus verba Præſulis, & in caſtellum rediens Epiſcopo prandium dedit. Quo ſumpto ad Imperatorem perrexit, ubi mox captus & capitali ſententiâ dampnatus, cùm Epiſcopi fidem implorâſſet, audivit ab Epiſcopo, ſe fidei ſatisfeciſſe, quia ſemel reduxiſſet incolumem, cùm ad prandium introivit, bis reducere non promiſiſſe; ſicque truncatus

917. B

Dolus Epiſcopi Moguntini.

C

A catus eſt Albertus gladio. Prædia autem, quæ Albertus habuit, poſtea eccleſiæ Bambergenſi ceſſerunt. Niſus eſt autem perfidus Epiſcopus pari pene modo & in Hinricum Saxonum Ducem manum mittere, qui tunc in Merſzburg erat, ſed, dolo prodito, in vanum laboravit. Miſit igitur Rex exercitum in Hinricum, ubi tantâ cæde Saxones debacchati ſunt in eos, qui miſſi erant, ut â mimis declamaretur, ubinam eſſet tantus infernus ille, qui tantam cæſorum multitudinem capere poſſet; Conradus enim Cæſar fratris ſui Everhardi Ducis Botonisque Epiſcopi auxilio fretus contra Hinricum Saxoniæ, Burchardum Swavorum Duces, Lothoringiæque Comitem pugnaturus in campum venit, inferiórque factus,
B vix hoſtium manus evaſit. Occiſi ſunt eo prælio Everhardus Regis frater & Boto Epiſcopus ſceleſtus, quem tamen alii fulmine percuſſum & â dœmonibus raptum ferunt, ac in puteum ignis Siciliæ in montibus præcipitatum, dicente voce in aëre: *ſic peccata lues ſicque ruendo rues.* Haud longè pòſt Bavariæ Dux Arnoldus, quem Conradus patriâ pulſum cum uxore & liberis in Ungaros fugaverat, cum Ungarorum multitudine rediens Franconiam, Alſatiam, & quæ Regis erant, provincias flammâ & ferro vaſtavit, illatáſque ſibi injurias dampnúmque incommodâ talione recompenſavit; ſicque Conradus vicinos, quos demoliri ſtatuit, hoſtes & regni ſui deva-
C ſtatores invenit.

918. Filim.rus 6. & Dudo 7. Epiſc. Oſnabr.

Filimarus quintus (*ſextus*) Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus poſt 34 Pontificatûs ſui annos ſpiritum Deo reddidit, in cujus locum Dudo ſucceſſit, qui duodecim annis ſedi ſuæ præfuit.

Eodem anno Comes Ratisponenſis de Ryngelen, moto exercitu, Bohemos bello ſuperatos contrivit, ac Saxones ab ipſorum infeſtatione crebriori liberavit: nam ſemel contriti â Saxonibus, per multos annos in Saxones bella movere formidabant.

Hoc

Digitized by Google

Hoc anno mortuo Conrado Imperatore, convocatio Principum Frislariæ facta eſt, ubi Thuringi, Franci, Saxones deſignaverunt Hinricum Saxoniæ Ducem, futurum Imperatorem, quem Maguntinus Epiſcopus conſecravit; nunquam tamen idem Hinricus jam Imperator factus coronam capiti ſuo imponi ex humilitate conſenſit. A

Hinricus igitur cognomento *humilis*, Ottonis Saxonum Ducis filius hoc anno in Germania imperavit annis XVIII. Hunc Conradus Alamannus, qui poſt Ludwicum in Gallia imperavit, moriturus coram regni Principibus Regem poſt ſe deſignavit. Qui tamen ſicuti nec Conradus ejus Prædeceſſor inter Imperatores non computatur, eò quod in Italia non imperaverit, nec per Pontificem ſummum coronatus fuerit. B Hic & *auceps* dictus eſt: nam dum pro eo mitteretur pro Imperio acceptando, cum filiis ſuis, extenſis retibus, huic officio operam dedit, habuitque uxorem matronam nobilem ſanctimonialem fœminam, à qua Tanquardum filium ſuſcepit, quam, quia matrimonium ſtare non potuit, relinquere compulſus eſt ac monaſterio reddere. Duxit itaque aliam filiam Comitis in Ryngelen, ut quidam volunt, vel Theoderici Oldenburgenſis Comitis natam, ùt alii autumant, Metildam nomine, â qua accepit Ottonem primum Imperatorem, Hinricum Bavariæ Ducem & Brunonem Colonienſem C Epiſcopum, filiáſque quatuor Metildam, Barburgam, Rexam & Hadewigam. Hujus igitur uxor Metildis illuſtriſſima matrona, miræ ſuavitatis & gratiæ ac manſuetudinis mulier fuit, Sancta Mechtildis omniúmque aliarum virtutum ſplendore illuſtrata, filia, ut dictum eſt, Comitis Theodorici de Oldenburg, qui Comites fuerunt de ſtirpe Ducis Widekyndi, de qua muliere nonnulli celeberrimi ſcriptores mira ſcripſere præconia, quæ ſuâ virtute Saxonum familiam plurimum exaltavit. Fuit autem ſupra modum humilis & miſericors. Hæc poſt obitum viri diu in viduitate permanſit, & monaſteria & hoſpitalia plurima fundavit. Fuit in adverſis patientiſſima, in orationibus ita

A pervigil, ut totum pſalterium ante matutinas exorare ſolita fuerit. Tandem ſpiritu prophetiæ mortem prædicens migravit ad Chriſtum, ſanctam ſobolem relinquens in totius eccleſiæ conſolationem.

Hic Hinricus primus ex Saxonibus Romanorum Rex fuit: nam omnes ante ipſum ab illo tempore, quo fidei jugo ſe ſubdidêre, Duces fuerunt; Widekyndus enim, qui primus colla Chriſti jugo ſubjecit, Theoderici Ducis Angariæ & Weſtphaliæ filius fuit, qui ex Bella Danorum Regis filia Wipertum genuit, cui Scindaciliram Friſiæ Comitis filiam deſponſavit, quæ viro ſuo Brunonem Suſannæ Comitis **van den roden vanen**, hoc eſt, rubri vexilli filiæ maritum procreavit.

B Qui Bruno Ludolpho filio ſuo Odam Francigenam uxorem dedit, Brunonis ac Ottonis filiorum matrem futuram. Quorum primus Brunſwicenſem civitatem ædificare cœpit, ſuóque nomine appellavit; Otto autem Cæſaris Arnoldi filiam uxorem duxit, ex qua hunc Hinricum primum Romanorum Regem procreavit, virum utique integerrimum, tanto faſtigio digniſſimum.

Author Brunſwicenſis civitatis.

Habuit tamen fortunarum ſuarum æmulum Arnoldum Bavariæ Ducem, qui multorum Principum, Ungarorum maximè, auxilio fretus imperare ſperabat. Unde Hinricus Ducatum Bavariæ ingrediens Ratiſponam obſedit. Conven-

C tione itaque factâ inter Principes, data eſt Bavaro poteſtas ſuo in Ducatu Epiſcopos infeudare, Imperiique faſtum relinquere; ſicque compoſiti ſunt. Is idem Hinricus Domini lanceam abs Rodolpho Burgundionum Duce prece pretióque comparavit ac Imperatoribus ſe ſequentibus reliquit, quæ ex Brunſwicenſi civitate Nurenbergium translata cuſtoditur, pro qua Hinricus Cæſar opida, caſtra, longóſque terræ tractus in Alemania Duci Rodolpho Burgundo aſſignavit.

Hoc anno, qui fuit Hinrici Imperatoris tertius, Ungaris Franciam, Alſatiam, Alamanniam, Saxoniam, Weſtphaliam depopulantibus, Hinricus Rex juxta urbem Eresburg occurrit,

Digitized by Google

rit, initóque certamine, votum emiſit, ſi victoria ſibi contingeret, ſe hæreſin Symoniacam pro poſſe è regno ſuo eradicaturum, inæſtimabili hoſtes cæde usque ad internetionem pene delevit, ac de regno ſuo penitus eliminavit. A

Eodem ferè tempore Giſebertus Lothoringiæ Dux multa cum Saxonibus & Weſtphalis bella exercuit, factúmque eſt unâ dierum, quidam Capitaneus Regis Hinrici vir fortis & animoſus bellicæ artis peritus parvâ cum cohorte prædandi gratiâ ultra Renum venit, ubi inventum non parvum porcorum gregem ſub ilice paſcua legentem, & quia vi non potuit abigere, arte tenptavit: ſucculis enim acceptis, grunnitum movit ac inter clamandum fugere cœpit. Quem, ùt aſſolet hoc genus animalium, impetu perſequitur omnis grex porcorum, ſicque prædam abegit ad caſtrum. Fit palam Lothoringis hoc facinus patratum, hoſtem inſequuntur, caſtrum vallant, cum caſtro & hoſtem capere ſatagunt. At vir induſtrius apum alvearia hujus rei gratiâ intra mœnia collocaverat, ut arte prævaleret, ſi viribus inferior fieret. Appropinquante itaque Lotoringo cominus alvearia in ora obſidentium projecit, unde tam ipſi quám eorum equi vexati apum aculeis â propoſito inviti, vi ſuperiores licèt, arte tamen illuſi inferiores facti deſilierunt; nec multò pòſt Hinricus Imperator validâ militum manu contra Gisbertum Ducem agens bello vicit, ac ſibi Lothoringiam ſubegit; ſicque Colonienſis civitas â Francorum jugo erepta Romano imperio ac Saxoniæ Principibus obſecundavit.

Stratagema Capitanei Weſtphali. B

C

Cæterum Ungari, contracto exercitu, Auguſtam civitatem expugnare tenptârunt; ſanctus autem Udalricus illius civitatis tunc Epiſcopus, civibus ſuis adunatis, bellum contra infideles agere diſpoſuit. Aliquando igitur exiens civitatem & bellum movens inferior factus multos ex ſuis civibus amiſit, compulſique ſunt cives paganorum impetum multo auro redimere. Iratus enim erat Deus populo, nec ſanctum virum pro ſuis civibus orantem audire voluit.

Un-

A 927. Ungari hoc anno iterum in Saxones prælia movent, Hinrico pro tunc ultra Albeam Werlis reſidente cum exercitu, nec reſiſtere valente; cepit tamen unum de primis hoſtium, quem quia auro libertati reddere noluit, ut liber fieret, pacem inter Hinricum & Ungaros novem annis duraturam procuravit. Quibus elapſis, Ungarus pro tributo ad Hinricum legatos miſit. Eo tempore Rex contra Slavos prælia geſſit, ut ſcilicet ipſos ad Chriſti fidem accipiendam compelleret; erat autem eâ tempeſtate hiemps admodum dura, fixitque ante Brandenburg caſtrum tentoria, quod aliquando expugnatum tota cum provincia ſibi ſubjugavit. Illò itaque conſtitutus B Rex Ungariæ Regis legatos pro tributo poſtulando miſſos audivit, initóque conſilio cum regni Principibus, tali in articulo quid factu opus eſſet, edicere jubet. Quibus dum ſanius viſum fuit, tributum ſolvere quàm periculo ſe ſubjicere, inficiari Imperator conſilium cepit, ſéque etiam usque ad mortem reſiſtendum totis viribus ſpopondit. Animoſitate Imperatoris illecti Principes & ſe & ſua pro regni tuitione ponere velle concluſère. Miſit ergo per legatos Ungaro, abſciſſis auribus, caniculum, mandans, Regi ſuo dicerent, ſi quid aliud tributi cuperet, per ſe veniens, dare ultro nolentibus, ſi poſſet, vi aufferret, ſeque ejus adventum præſtolari, vim C vi repellere velle. Contemptui ſe haberi videns Ungarus, animo commotus, gravi exercitu contracto, centum ſcilicet armatorum milium per Bavaros & Francos in Saxoniam movit, diviſóque exercitu ex æquo quinquaginta milia in obſidione Ratisponæ civitatis reliquit; reliquam medietatem per Saxones ducens in Albeæ fluminis ora caſtra metavit, ac præ multitudine bellatorum quaſi jam ſecurus, intrepidus conſedit. Interim Imperator duodecim milia bellatorum adunaverat, qui multitudine barbarorum territi coire timuerunt, relictóque Imperatore, cum quatuor tantum milibus diſcrimini dederunt. Verùm Hinricus totam in Deo ſpem ponens, paucos, qui ſibi adhæſère milites in bellum hortari cepit: *Oſtendemus*,

Digitized by Google

demus, inquit, *hodie, mi milites dilectiſſimi! animos viréſque hoſtibus, pugnemus pro uxoribus parvulíſque noſtris, ut ſciant & hy, qui à nobis receſſerunt fratres noſtri & commilitones, quoniam Domini eſt prælium & victoria de cœlo venit; nec terreamini multitudine adverſariorum: cum illis enim brachium carnis eſt, nobiſcum autem Deus, Chriſtiani enim ſumus. Et quinam ſunt, qui contra nos veniunt? nonne pagani, idololatræ, blaſphemi, ſceleſti? ſi moriendum nobis eſt, in manibus inimicorum Chriſti occubuiſſe juvabit. Magna enim nobis merces manet in cœlis, ſi cædimur; ſi occidimur, nichilominus triumphamus. Nulla nobis via ſalutis ſecluſa eſt: ego, quem Imperatorem delegiſtis, præſto ſum, nec animum probare viri dextrámque recuſo, tantùm eſtote viri fortes, de cœlo vobis victoria manet.* Talia præſtabat memorans Rex inclitus, atque cohortem in aciem parat. Nocte igitur proximâ optatum de cœlo adjutorium acceſſit. Porro pluvia imprimis abundans deſcendit, poſt quam manè denſa oritur nebula admodum atra. Animoſior igitur Hinricus factus, in Deo ſpem ponens, irruit in hoſtem atque ſuorum usque ad laſſitudinem Ungarum ſtravit. Dant dorſa ferientibus, laceras capitibus imponunt galleates, nil niſi fugam aut mortem jam jam in proximo imminentem præſtolantes. Cæduntur per prona Ungari, & viginti milibus occiſis, nongentis captis, qui fugâ ſalvari poterant, Ratisponam obſidentes ſocios inquirunt. Vidêre, qui ab Imperatore heſternâ die defecerant, & ſeſe increpantes reditum parant; at hy, qui in obſidione Ratisponæ erant, triſti accepto nuncio, dum & ipſi fugam capiunt, ubique perſequuti, trucidati & occiſi ſunt; nec ultrà Ungari, Hinrico vivente, Germaniam vel Saxoniam ingredi appoſuerunt. Verùm victoriâ hac à Deo Hinrico datâ, ab omnibus regni Principibus acclamatum eſt, Hinricum imperio dignum ſemper Auguſtum, patriæ patrem; Saxonicúmque nomen omni laude dignum ubique divulgatum acceſſit ad laudem Principis, qui Lothoringiam Imperio ſubjugavit,

A B C

A Normannos Danóſque, qui à fide defecerant, ad Chriſti jugum reſumendum vi compulit.

Hujuſmodi igitur victoriâ habitâ, præcepit Imperator civitates novas erigere, antiquas muris cingere, turribus & propugnaculis munire, nonum quemque è rure civem fieri, nec extra opida mechanica officia exerceri; ſolum in opidis officia publica ſed & mercimonia ipſa fieri ordinavit, inſuper ſingulis in opidis torneamenta & haſtiludia certis diebus exercerentur, ut exercitati in armis expeditiores ad pugnam contra Slavos Ungaróſque redderentur. Hinc armigeri, quos militares ſive curiales dicimus, orti ſunt. Nam quicuncque in armis fortiores validioreſque reperti ſunt, aliis quoque prælati ſunt & pro qualitate virtutis præmio honoris exaltati & B quaſi nobiliores eminentioréſque habiti. Quibus & pro lege ſanxit, ut primogenitus prima arma hæreditaret ac patris loco in pugnam procederet; ordinavítque ex hinc Duces, Marchiones, Comites, Barones, militéſque creavit. Inter quos Brandenburgenſem Marchionem fecit, qui huc usque Slavorum Dominus dicebatur. Titulum hujus victoriæ in palatio Mertzeburg, quæ & Martinopolis, pingi fecit.

928. Vimo Bremenſium Archiepiſcopus, eccleſiâ ſuâ reſignatâ in manus Adeldagi viri ſancti, ipſe Gothiæ regnum, fidem C Chriſti prædicaturus intravit, quod poſt ſanctum Anſcharium nemo facere præſumebat ob populi feritatem. Demum octavo anno prædicationis ſuæ laboris mercedem recepturus mortem obîit & in Birca regali civitate ejusdem regni ſepulturam accepit.

931. Spirenæus Bohemiæ Dux vir juſtitiâ & regione illuſtris Hinrici Germanorum Regis ſuaſu primus Chriſti fidem devotiſſimè recepit. Quo facto, mox unà cum fide operibus & copiis auctus, etiam Rex appellatus eſt. Hujus filius Wenſelaus à bonitate paterna nequaquam recedens, à Boeſlao regni cupiditate interimitur, cujus necem ut Otto Hinrici filius tunc Germanorum Rex intellexit, eam inultam pati noluit, parci-

S. Wenceslaus Bohemiæ Rex.

dæ

Digitized by Google

dæ bellum indicens multis cladibus afflixit. Quo tandem ſuperato, provinciam ſuam in poteſtatem redegit, duravítque bellum annis quatuordecim; in quo etiam duodecim Bohemiæ Principes diverſo Marte ſuperati & occiſi ſunt. Prædictus autem Wenſelaus tantæ humilitatis & devotionis fuiſſe dicitur, ut clam cum uno familiari ſibi ſervo ſilvam noctu intraret & faſcem lignorum humeris ſuis imponens ante pauperum domos poneret, ſpicáſque noctu ſuis ex agris colligens panem ex ſemine excuſſo pro ſacrificio altaris propriis manibus faciens per Eccleſias diſtribuit. A

Duodo Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus ſextus duodecimo Pontificii ſui annno ſpiritum Deo reddidit, cui Drogo vir venerabilis ſucceſſit annis quadraginta minùs uno. Duodo 7. & Drogo 8 Ep. Oſnabr. B

Eodem tempore in Saxonia in monte Ramensberg argenti fodina reperta eſt à quodam venatore, qui Ramme dicebatur, à quo & mons nomen accepit, cujus uxor Goſa eo loci manantí flumini Goſe nomen dedit. Ad hujus montis pedem Hinricus Imperator Goslariam civitatem imperialem perdivitem exſtruxit, in qua & aulam ſibi imperialem erexit, pro ut hodie videtur, retinétque antiquum Cæſaris nomen & Cæſaris burgum dicitur. Conſtruxit inſuper & monaſteria in Delmeckburg & Moninckhuſen, uxor verò ejus Metildis conſtruxit monaſteria in Narthuſen & Pollenen, ſed & in Angaria caſtro, unde Imperator cathedralem ſedem tranſtulerat, canonicos ſtatuit ac eccleſiam in honorem Dei Genitricis ſanctíque Dioniſii fundavít, regalitérque dotavit; qui tamen poſtmodum in Hervordiam ad ſanctum Johannem tranſlati ſunt. Si juſta cauſa tranſlationis fuit, ipſi viderint. Goslaria exſtruitur. C

Hinricus Imperator Slavos, qui Utrani dicebantur, bello contrivit & ad tributum reddendum compulit. In quo etiam anno viro cuidam pro juſticia tuenda manus abſciſſa eſt, verùm elapſo anno eâdem die, qua mutilatus eſt, nocte dormienti manus abſciſſa reddita eſt. 934.

Lothario ſecundo Hugonis filio (qui duobus annis in Italia

lia imperavit, & Hinrico Imperatori propter amicicias, quas
935. A cum Romanis habuit, Romam ingredi volenti pro viribus obſtitit) è medio per mortem ſublato, Berengarióque tertio Imperium uſurpante, Albertóque filio ejus Italiæ regnum adminiſtrante, Alheidis præfati Lotharii uxor in Garda Veronenſis agri opido a Berengario carceri mancipatur, eo quod mulier celebris & famoſa Imperatori, regnum vectigalibus onerare volenti, pro viribus reſiſteret. Quod ſeminarium cruentam in meſſem poſt pauca maturavit: videntes enim regni proceres hominis ſuperbiam atque induſtriam, & quod omnia contra jus pháſque ſibi vendicaret, unà cum Agapito
B Romanorum Pontifice Ottonem Hinrici Imperatoris filium, Germanorum tunc Regem, in Italiam vocavit. Qui Forumjulii cum quadraginta armatorum milibus ingreſſus, Berengarium cum filio ſuo regno perturbavit, ac poſt triennii tempus unum in Conſtantinopolim, alterum in Auſtriam exilio relegavit, Alheidim verò Lotharii relictam è carcere eductam uxorem duxit, cum qua Apiam & Mediolanum civitates accepit, nataléque Domini Papiæ celebravit, ſicque rebus compoſitis, verno tempore in Germaniam diſceſſit, Conradum Ducem ad perſequendum Berengarium ibidem relinquens. Cujus tamen conſilio Berengarius in Saxoniam ad Regem venit, gratiam ejus tam Ducis quàm Ludolphi Regis filii im-
C petraturus auxilio; ſed cùm per triduum Regis conſpectui non admitteretur, interceſſione tandem præfati Ducis & Regiæ prolis obtinuit, quod ei in urbe Retiæ Auguſta dies præfigatur; ibi ex regni viſceribus multis in unum adunatis, Berengarius humiliter veniens cum filio ſuo Alberto Regi ſe dedidit, ab eóque regnum Italiæ, exceptis Marchia Veronenſium & Aquilejenſium, accepit; ſed reverſus in Italiam, multa ſicuti antea Principibus terræ mala faciens, in ſe odia omnium excitavit.

Ottone igitur ex Italia in Germaniam reverſo, Mediolanenſes ipſum flocci pendentes ejus monetam, quam ea in provincia

Digitized by Google

vincia ſignari fecerat, accipere reſpuerunt, ac ab ejus fidelitate defecerunt. Quâ re cognitâ, impiger Mediolanum revertitur ac nummis corio ex antiquo factis inter ſe commertia ſinè alterius monetæ ſuffragio agere compulit, ac ab alienis hujúsce materiæ monetam rebus pro ſuis vendendis accipere coëgit, ut qui ex ſuperbiæ faſtu aurum Regis imagine ſignatum reſpuerant, ex miniſtrorum etiam calciamentis monetam recipientes, humiliati ſua venderent; dignè ſatis, ut, in qua peccaverunt, & punirentur. A

Itaque Agapito ſummo Pontifice, qui Ottonem ad debellandum Berengarium vocavit, jam defuncto, ac Johanne duodecimo ſuffecto, ſceleſto utique viro, cujus cùm ſcelera intollerabilia viſa fuiſſent, permoti Cardinales Ottonem litteris obſecrant, ut ſe populúmque Romanum è Johannis manibus liberare dignaretur, aliter de fide Chriſtiana actum eſſe. Et dum Otto expectaretur, re cognitâ, Johannes irâ percitus duos Cardinales cepit, & huic naſum, illi manum abſcidit. Veniens igitur Romam Otto â Pontifice humaniſſimè ſuſcipitur atque, ùt quidam ajunt, coronatur, compoſitoque urbis ſtatu, conſilio Italorum Epiſcoporum habito, vita Pontificis peſſima judicata eſt. Quam rem ut cognovit, fugâ lapſus in montibus latuit. Depoſito itaque Johanne, Leonem Romanum, Lateranenſis eccleſiæ Diaconum, ſummum Pontificem conſtituunt; Otto autem Spoletum ſe tranſtulit. Quo abeuntes Johannis conſanguinei, pulſo Leone, Johannem revocant; Leo autem ad Ottonem Spoletum fugit. Quem dum reducturus arma pararet, nunciatum eſt Johannem in adulterio deprehenſum ac â viro adulteræ confoſſum interiiſſe. Nec propterea Romanorum ſedata eſt ſeditio, ymmò in ejus locum Benedictum quendam ſubrogant & ab Imperatore confirmari contendunt. Quod cùm ille recuſaret, nichilominus in beati Petri ſedem pertinaciter locaverunt. Eâ de re indignatus Otto ferro, flammâ, prædâ omnia vaſtando, quæ circa urbem erant, compulit, dejecto Benedicto, Leonem ſuſci- B C

Depoſito per Imperatorem & concilium Epiſcoporum Italorum Joanne PP. XII, Leo conſtituitur &c, ac electio Romani Pontificis ad Imperatorem devolvitur.

A pere, adegítque ſacramento nil earum rerum mutaturos, quas ipſe Imperator in re Pontifica conſtituiſſet. Compoſitis itaque hoc modo rebus, Otto in Germaniam rediit, Benedictúmque ſecum ducens, qui non multò pòſt dolore animi apud Haysburgam civitatem, ubi relegatus fuerat, vitam finivit. Leo igitur, inito Pontificatu, ut Romanorum malitiam reprimeret, qui ſuos paſſim intrudebant, Ottone univerſaliter Auguſto declarato, omnem eligendi Pontificis autoritatem à Clero populóque Romano abſtulit &, Gratiano referente, in ipſum Ottonem tranſtulit, & ne modò Imperiales titulos, verùm etiam omnes donationes, per Juſtinianum Carolúmque Imperatores eccleſiæ Romanæ factas, Ottoni ſuisque ſucceſſo-B ribus conceſſit, ut ſcilicet Italiam ab invaſoribus defenderet.

Ipſo anno Hinricus Imperator, dum iter Romam verſùs arripuit, infirmari cepit & Mynslevæ mortuus ac Quedelenburg ſepultus eſt in monaſterio â ſe dudum fundato. Is Hinricus in initio ſui imperii pro Belgica Gallia cum Carolo Francorum Rege controverſiam habuit. Nam dum Hinricus cis Renum regnaret, & de Belgica cum Carolo diſceptaret, ex voluntate amborum ad hujus litis ſcrupulum decidendum, dietâ in opido Bunnæ conſtitutâ, Belgica Hinrico ceſſit ac Carolo Celtica tamen & Aquitania párſque Lugdunenſis, Burgundiâ Regem per ſe habente, permanſit; & ſic regnum, C quod Francorum dicitur, ex paterna hæreditate Belgicam Galliam cum pallatio Aquis & majori parte Franciæ perdidit.

Itaque poſt multa virtutum opera dum Hinricus ad optinendum Imperium Romam tenderet, mortuus eſt XVII regni ſui anno. In cujus locum Otto filius ejus Cæſar ordinatus eſt, quem Aquis in Caroli ſede Pontifex conſecravit. Habuit autem felicitatis ſuæ æmulum fratrem Tanquardum, qui Everhardi Franconiæ Ducis auxilio in Ottonem arma ſumens, Imperio ipſum privare diſpoſuit. Conductis inſuper Ungaris, bellum cum fratre iniit; inferior autem factus, multis occiſis, Everhardo fugato, Tanquardus quoque occiſus eſt; ex capti-

Digitized by Google

captivis autem multi decollati ſunt, multi inſuper ſuſpendio A
finiti.

Beatiſſimi Servatii Tungurenſium Epiſcopi corpus, quod
Carolo magno monarchiam regni gubernante poſt Sarraceno-
rum phalangas, quæ Francorum terminos pervaſerant, diſ-
ſipatas ac multa cæde & ſanguine fidelium tandem ipſo die
beati Servatii ſuperatas, per Willigiſum Præſulem, ea de cau-
ſa Trajectum abs Rege miſſum, de tellure levatum eſt, circa
hæc tempora per Hinricum translatum legimus, pro ut liber
vitæ ſancti Servatii pleniùs indicat. Itaque Lothario Franco-
rum Regi, feſtivitatem natalis Dominici Coloniæ agenti, Hin-
ricus Saxonum Dux non impari militum gloria occurrit, ſu-
ſpicantibúsque dolum utroque exercitu, ultro ſe humiliavit B
Dux (nepos quippe Regis fuit) gladiúmque illi trabeato ſo-
lempniter a tergo portavit. Celebrata celebritate, datisque
invicem muneribus, usque fluvium Oſnam abeuntem Re-
gem comitatus, Regium deportavit gladium, filiúsque
ejus Otto clipeum. Quorum Rex delinitus obſequio, de-
dit eis, quicquid Oſnæ Rhenóque interjacet, in beneficio,
gaudebántque Francigenæ, quod ſubdidiſſent ſe nobiliſſi-
mis ex Romanorum parte. Hinricus Dux ſacramento ſibi
milites Trajecto confœderans (namque locus hys tunc
dandi juris omnibus erat) ipſam, quam acceperat a Rege
provinciam, Regis ex nomine denominavit Lothariam. C
Perempto autem a Francigenis Lothario, audivit Hinricus,
veheménsque eis factus inimicus, violenter Lothariam tranſtu-
lit in ſortem Romanam. Perpendens porro ad vota ſuccede-
re ſibi res ex beati Servatii patrocinio, cui ſe commendabat
ſedulò, ſtolam ejus & baculum tranſtulit in Saxoniam, atque
ibi ſupra fluvium Bodan monaſterium, fœminarúmque ſancti-
monialium regulam apparatu magno in ipſius memoriam ſta-
tuit; procedentibus anteriùs anteriúsque proſperis, Rex fa-
ctus eſt, temporèque ſuo feliciter defunctus, in præfata eſt
baſilica honorificè ſepultus. Ottone verò filio ipſius Rege ele-
cto,

A ᴄto, ſurrexit virtute patria quaſi leo de cubili ſuo, Romam venit, repugnantem ſubegit, ordinari ſe Imperatorem exegit, decúsque nominis tanti a Francigenis in Theutonicos primus magnanimiter transvexit. Mater proinde ipſius Auguſti conſiderans ex beati Servatii veneratione ſéque ſobolémque ſuam, arcem juris æqualium & columen humanum, quo cuncta premuntur, exceſſiſſe, Auguſtum indefeſſa ſollicitavit prece, ut cauſa cultus Dei nominis ampliandi ad viſitandam in Saxonia conſtructam ſibi baſilicam deferrentur venerabiles ejusdem Sancti reliquiæ, oravit, impetravit, neque enim phas erat ei ab Auguſto quicquam negari. Adductas autem tantæ venerationis reliquias pius Regum Jheſus Rex mille ſignorum B honorificavit virtutibus, perſonabátque laus altiſſona jugiter in nubibus: gloria tibi Deus, dicentibus obinde præ nimia lætitia Saxonibus: Dominum in devotionis præſidia timendum neſcimus & Servatium dimittimus. Infinita deſperatio & calamitas accrevit Trajectenſibus, augebátque indies per triennium tempus. Tum tempore ſtatuto accolis terræ ad feſtivitatem commeantibus ſed nimis licentiam ſecuritati epulis laxantibus, cùm per diem ſolempnem luſibus & poculis fatigati, nocte ſequenti Quidelenburgenſes decubarent graviſſimo ſopore ſepulti, clam exploratores Trajectigenarum C delecti eccleſiam oblata oportunitate ingreſſi arcam ſacri cineris de altari corripiunt, funes campanarum abſcindunt, valvas claudunt, abſcedunt, evadunt. Orto diluculo Saxones evigilant, dampnóque ſuo comperto, fruſtra demum, quod fugientes occupent, ordinant. Ultra igitur fidem & vota Saxonum pignore ſacratiſſimo ad ſedem priſtinam cooperatione Divina relato, conclamantibus obviam omnibus: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, tanta ſanitatum largitas provenit, ut mutus loqueretur, hidropicus in ſalutem ſiccaretur, dœmoniacus mundaretur, ſurdus audiret, cœcus viſum reciperet, reverberarétque vox aſtra: venit Deus in caſtra. Septimo Idus Junii ingrediente illo Trajectenſe templum, lumina-

Digitized by Google

minaria parietum & coronarum, in manibus quoque aſtantium candelæ divinitus mirâ levitate ſuccenduntur. Aſcenſo pulpito, qui ſcilicet venerant, quanta feciſſet illis Deus in via protegens eos inſequentibus ab hoſtibus, per nubis cameram favorabiliter enarrabant: *nonne Dux fuiſti Domine in via populo, quem elegiſti & portâſti Sanctum tuum in fortitudine tua ad babitaculum ſanctum tuum? aſcenderunt Saxones & irati ſunt, dolores obtinuerunt habitatores Bodæ. Tunc conturbati Principes aulici, conſiliarios Auguſtæ obtinuit tremor, obriguerunt omnes ſanctimonialium illarum affines & amici, facti ſunt imbelles quaſi lapis, donec pertranſirent nuncii tui Domine, donec pertranſirent legati tui, quos ad revectionem ſacram direxiſti.* Eâdem tempeſtate Giſbertus Dux Lothoringiæ præfati Imperatoris Ottonis gener Trajectum â Socero Imperatore petiit & accepit, locíque inhabitationem diligens, Servatianæ ſpacium memoriæ, Regúmque palatium cingere muro inſtituit; at beatus in una noctium Servatius apparens illi, cur fundamentum aliud poſuerit, præterquam quod â ſe poſitum fuiſſet, inquiſivit. Quem agnoſcens Dux, ex imagine ipſius per aurum expreſsâ in Servatio, reſpondit: *aliud poſitum eſſe Domine, neque novi neque vidi.* Cui Sanctus: *quod dextera,* inquit, *Altiſſimi fundavit, niſi peccatis eradicantibus dirui non poterit, ſed ſtabile ac ſolidum permanebit in æternum.* Hys blandè dictis, juſſit deſiſtere ceptis, nimirum ut comprobaret Dominus, ſe ipſum eſſe murum loci illius ad ſimilitudinem urbis, cujus lux Dominus & cujus lucerna eſt agnus. Uxor autem ejusdem Ducis ſericum quoddam permirandæ pretioſitatis de ſancti ærario, cum curioſa theſauros templi contemplaretur, clam tulit, muliebríque levitate veſtem ad ſui corporis modum inde ſibi fieri juſſit; quâ inſolenter induta, ejusdem Patris Servatii in feſtivitate oculos vulgi occupatura, manè proceſſit ad baſilicam præcipuæ conſpicuitatis laſcivum enitens jubar, dum aurea redimicula gemmáſque perlucidas rutilans verberaret aurora, inter miſſarum por-

A ro agenda in ſuggeſtu ſuo diſſolutè ſopor irrepſit, & ſubitò inſolitùm exclamans: *parce parce Domine Servaci, parce ancillæ tuæ Pater, ò Pater inclite!* dixit. Tertiò in talia irrupit coram multitudine univerſa. Ingenti excitato ſtrepitu, accurrens de throno ſuo Dux rogitat ſuper hoc eventu. At illa: *ut veni Domine*, inquit, *infelix, ut ſedi, ut ſævus me ſoporavit ſopor, vidi Dominum Servatium aureo in throno reſidentem ante altare ſanctum circáque conventum virorum venerabilium.*

Author reliquit hìc ſpatium ultra folium integrum, utique
B *ex intentione addendi plura. Deinde pergit:*

937. Otto I. Imper. Otto Hinrici præfati filius, patri nobilis hæres in regno ſuccedens in palatio Aquis à Maguntino Archiepiſcopo Hildiberto coronatur. Hic anno regni ſui primo incepit archiepiſcopatum Magdeburgenſem in regali monaſterio Ordinis ſancti Benedicti ejus loci ſedem ipſam collocans. Quam quidem civitatem ad inſtinctum uxoris ſuæ condiderat; hanc quidam Partenopolim, id eſt, Virginis civitatem nominabant, moti fortè nomine cujusdam civitatis Partenopolis dictæ, quam Lucius Lucullus anno ab urbe condita 681 in Ponti provincia evertiſſe legitur, vel quia Julius Cæſar, ſuperatâ Saxoniâ,

Initium Archiepiſcopatûs Magdeburgenſis.

C Veneris ibi ſimulacrum ſtatuens ipſam Græco nomine Partinopolim, id eſt, virginis civitatem appellavit. Nomen tamen iſtud, quantùm ad uſum, deſuevit; in decreto tamen 96 diſ. VII quidem Magdeburgenſis eccleſia Partinopolitana dicitur. In qua quidem civitate dum Otto præfatus anno imperii ſui primo Epiſcopalem ſedem ſtatuere decreviſſet, nec tamen à Bernardo Halverſtadenſi Epiſcopo, in cujus dioceſi locus præfatus erat, conſenſum habere potuiſſet, usque ad mortem ejus ſuſtinuit. Quo defuncto, Hildenwardus Regius Capellanus Epiſcopus Halverſtadenſis factus, confirmatione ſuſceptâ, Regis precibus acquievit. Unde ſedis Apoſtolicæ autoritate ſuffultus Adalbertum quendam Treverenſem, profeſſione monachum, eò loci Epiſcopum promovit, ſex ei ſuf-

fraga-

Digitized by Google

fraganeos ſubjiciendo, ſcilicet Merſeburgenſem, Miſenenſem, Ciſenſem, & Halverſtadenſem. Quos quatuor idem Archiepiſcopus anno regni Ottonis XXXIIII, Imperii verò ejus anno IX, duo reliqui, qui hys additi fuerunt, ſcilicet Brandenburgenſis & Poſnanenſis jam antea conſecrationis munus acceperant. Ea tamen ſedes Pontificalis à Carolo magno inſtituta fuit primò in Styde ſuper dominio Comitum de Swalenberg, qui nunc de Lippia appellantur, deinde translata ad Valersleve, poſtea ad Vreſe, tandem per Ottonem primum Imperatorem ad Magdeburgum translata & ejus auſpicio in primatum totius Alemanniæ ſublimata. A

Hoc anno Sol per aliquot dies veluti ſanguinem emanans apparuit. Quam horrendam viſionem repentinæ plurimorum hominum mortes ſubſequutæ ſunt. 918. B

Otto Imperator Franckfordiæ conſtitutus curiam magnatorum tenuit, ubi Hinricus, Imperatoris frater, è vinculis abſolutus, ad gratiam receptus eſt, ac maternis precibus in Bavariæ Ducem ordinatus. Conſpiravit enim in fratrem Imperatorem uná cum Everhardo Franconiæ & Gisberto Lotoringiæ Ducibus, ſpe imperii potiundi. Ob quam rem captus & nervo clauſus eſt, demum maternis precibus ad gratiam receptus eſt. 942.

C

Anno decimo regni Ottonis, idem conſtruxit monaſterium monialium, vel ùt ipſæ dicunt, collegium canonicarum ſæcularium in loco, ubi nunc civitas Geſeke conſtructa eſt in dioceſi Colonienſi Weſtphaliæ Ducatu, ubi quondam caſtrum fuiſſe dicitur, quod nonnulli Comitum de Anholt fuiſſe volunt, cujus etiam Comitis filiam primam eo loci Abbatiſſam conſtitutam proteſtantur. 946. Monaſterium in Geſeke fundatur.

Bruno Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus, Ottonis primi germanus, hac tempeſtate ob vitæ ſanctitatem maximo in pretio habitus eſt, qui præter doctrinam maximam & ſanctitatem monaſterium celeberrimum apud Coloniam ſub titulo ſancti Panthaleonis martyris fundavit atque maximis expenſis perfecit. Bruno Archiepiſc. Coloniæ exſtruit monaſterium ad S. Pantaleonem.

A fecit. Mirum videbatur, tantum Principem, Imperatoris
fratrem tantum onus tam parvo emolumento recipere voluiſ-
ſe; nondum enim in temporalibus Colonienſis eccleſia, ùt
modò, dilatata fuit. Hic vir venerabilis eccleſiæ ſuæ ſuíſque
ſucceſſoribus ducatûs dignitatem hoc modo obtinuit: Otto
enim, dum ſtatum eccleſiæ lapſum reparare ac reſtaurare in-
tenderet, Romanorúmque audatiam repreſſurus cum exerci-
tu illò iret, Brunoni imperii moderamen & tutelam commi-
ſit ac Imperialem ipſi in ſingulis poteſtatem tradidit, donec
reverteretur. Gisbertus igitur Lothoringiæ Dux, Imperato-
ris abſentiâ cognitâ, in Brunonem arma tulit, provinciám-
B que vaſtare cepit. Movit igitur in Gisbertum exercitum Bru-
no, ac Duce capto, Lothoringiæ Ducatum ſibi ſubjugavit.
Reverſo igitur Ottone, in conventione Principum concluſum
eſt, Lothoringiæ Ducatum Colonienſi Eccleſiæ cedere, ipſiùſ-
que eccleſiæ Pontificem Ducem eſſe, ac in neceſſitate exerci-
tum in prælium congregare. Eodem quoque tempore factum
eſt, Brunonem reipublicæ gratiâ defendendi juxta acceptam
commiſſionem Pariſienſem intrare civitatem, ibíque aliquam
moram trahere. Unâ igitur dierum miſſam dicturus, dum
ad altare accedere voluit, prohibitus eſt, altero ſubmiſſo, qui
pro eo celebraret. Juſtâ itaque indignatione commotum diſ-
C ſimulavit animum, majoréſque natu civitatis invitavit, ac-
ceptam calumpniam propoſiturus. Hæc inter clerus, ne
pro cibo præparando ligna quis Principi venderet, cavit, ut
quaſi ſe illuſos ab Epiſcopo credentes, majores natu ipſi hoſpiti
diſſentirent. Quam rem ut Præſul cognovit, per miniſtros
nuces, lignea quæque vaſcula comparari fecit, quibus in fo-
cum projectis copioſum ſatis ignem pro cibo coquendo con-
ſtruxit. Sumpto cibo & calumpniâ illatâ ſibi expoſitâ, *hoc
eodem*, inquit, *die, ſi vita comes, me reverſurum univerſitas
veſtra ſciat, & ſine preſſura aut cujusvis prohibitione in altari,
à quo prohibitus ſum, miſſam celebraturum.* Elapſo igitur
anno valida manu rediit, vi urbem cepit, pontem a funda-
mentis

Digitized by Google

mentis deſtruxit, domorum cacumina, turrium ac murorum mœnia depoſuit, ac Coloniam portari juſſit, multos inſuper Pariſiorum militum ſuorum enſe ſtravit, in alios quoque dira judicia exercuit, prædámque abundantem militibus diviſit, ſicque publicè, ùt prædixerat, ſolempniter miſſam celebravit. A

Hic Bruno pontem lapideum, arcubus ornatum â Colonienſi civitate per Renum verſus Tuitiam tendentem (quem Carolus magnus contra Saxones agens conſtruxerat) penitus deſtruxit, ac caſtrum Tuitienſe cum ipſa civitate demolitus eſt propter homicidia & propter rapinas, quæ noctu in eodem ponte fiebant. Dum enim ex circumjacentibus locis populus ad emendum vendendúmque per diem in civitate delituiſſet, adveſperaſcentéque domum peteret, ſœpiùs in ponte, ſuis ablatis, jugulatus ac aquis immerſus eſt; quod quia, ut ſœpe fit, ex caſtro præfato fiebat, ideo cum ponte & caſtrum & opidum ſubvertit, ſpeluncam latronum diutiùs ſe non paſſurum eò loci conſiſtere. Quæ tamen civitas cum caſtro poſtea reſtaurata fuit, Heribertus autem Epiſcopus ex caſtro monaſterium feciſſe legitur circa annum Domini 1000 aut ampliùs. Verùm ex lapidibus deſtructi pontis & caſtri Bruno ampliſſimum Coloniæ monaſterium ſub titulo ſancti Panthaleonis conſtruxit, in cujus monaſterii choro marmoreum pavimentum poſuit, quod deſtructâ Pariſeorum urbe ex regni palatio ſecum vehi fecit ac illò locavit.

Ex lapidibus pontis Rhenani â ſe deſtructi B C

Editta Imperatrix, Angliæ Regis filia ſanctitate conſpicua mortua eſt ac Magdeburgi ſepulta etiam miraculis claret. Sed & Imperatoris mater Metilda, mulier ſancta & religioſa finem vitæ dedit, ac in Quelenburg cum viro ſuo Hinrico ſepulta quieſcit. 943.

Hoc anno propoſuit Imperator Magdeburg, ut dictum eſt, cathedralem eccleſiam fundare, ſed Bernardi Hälverſtadenſis eccleſiæ Epiſcopi, ad cujus dioceſin locus pertinebat, mandato prohibitus, indignatus Epiſcopum Quedelenburg captum carceri mancipavit. Igitur in cœna Domini clam Ponti- 955.

A tificalibus ſuis indutus Epiſcopus colloquium Ottonis petiit; at Imperator ſperans, Epiſcopi conſenſum ſe allaturum, ad carcerem properavit. Verùm, ubi valvas aperuit, Pontificalibus indutum Bernardum, ac in limine carceris ſtantem, Imperatorem cum ſuis in hoc opere collegis ex parte Dei omnipotentis excommunicantem audivit, quaſi inſanientem primùm Epiſcopum irriſit; verùm ad ſe rediens timere excommunicationem cepit ac à vinculis abſolutum Epiſcopum ſedi ſuæ reſtituit.

Eodem anno Ungarorum gens ſœviſſima cum mira multitudine erupit & totam terræ molem locuſtarum more operiens, ad lacum usque contra urbem Auguſtenſem pervenit, B quibus glorioſus Rex fide magis quàm armis tutatus occurrit, tantáque virtute prædictos barbaros ſtravit, ut ex hinc gens omnium immaniſſima non ſolùm regnum invadere non auderet, ſed & ſummâ deſperatione correpta, vallibus & ſudibus in locis paluſtribus contra noſtros munire cogitaret. Cecidit eo in prælio Dux illuſtris Wormatienſis ſed & gener Regis Conradus. Barbari verò, quod etiam incredibile dictu videtur, usque ad internetionem, ſeptem tantùm reſiduis, omnes deleti dicuntur.

Eâ tempeſtate Godfridus Datiæ Rex, qui jam dudum ad C paganiſmum reverſus erat, in Imperatorem bella movit. Otto igitur collecto exercitu Datiam ingreſſus eſt, igne & ferro cuncta devaſtans. Incepit autem primùm in Sleswick ignem apponere, nec deſtitit, donec Datia demolita ad mare, quod Norwegiam à Datia ſeparat, exercitus caſtra poneret. In cujus rei argumentum locus caſtrorum hunc usque in diem **Ottenſunt** dicitur. Inde rediens Sleswick Gerhardum Regem reperit & prælio victum ad fidem revocavit, qui ibidem babtiſatus eſt cum Gunulda Regina filióque parvulo Swen nomine, in Ottonis vocabulum (quem cùm à ſacro fonte levavit) Imperatoris juſſu mutato, deſtructiſque ipſorum idolis, tributarios eos fecit ac tres Epiſcopatus in Datia fundavit.

Iisdem

Digitized by Google

Iiſdem temporibus, hoc eſt, anno tertio decimò regni Ottonis Poppo ſacerdos fidelis ſeſe Danis ac ipſorum idolis oppoſuit. Quæ res dum ad aures Regis venit, argumentum veritatis ignito ferro ſuper fide Chriſti popoſcit. Poppo igitur in fide nichil hæſitans candens ferrum, quoad libuit, in manu coram Rege tenuit, quo argumento Rex fidem recepit, ac Poponem Epiſcopum conſtituit. Fundavit igitur Imperator duos Epiſcopatus in Sleswick & Ripen, quos Anſcharius Bremenſis Epiſcopus inceperat ac morte præventus imperfectos reliquerat, ſed & in Oldenburgio & Mechelinburgio fundatis eccleſiis Epiſcopos conſtituit, quatuórque hos Epiſcopatus Bremenſi ſubjecit. Dania convertitur. A

Igitur Otto primus Germanorum Imperator hoc anno, ubi in Germania decem & octo annis regnavit, Imperator & Auguſtus à Leone ſummo Pontifice declaratus imperavit annis duodecim, vir certè Chriſtianiſſimus & eccleſiæ Romanæ amator atque acerrimus defenſator, prout etiam in ſuperioribus oſtenſum eſt. Habuit autem uxorem Edittam Angliæ Regis filiam, quæ peperit ei Ludolphum Saxoniæ Ducem & Wilhelmum Maguntinenſis eccleſiæ Præſulem. Edittâ autem defunctâ ac Magdeburg ſepultâ, ſecundas nuptias cum Alheyde Ducis Burgundiæ filia, Bavariæ Principis relictâ iniit, a qua accepit filiam Metildam, futuram in Quedelenburg Abbatiſſam, Ottonem quoque filium, paterni imperii hæredem. Otto autem præfatus, Hinrici filius, ſuſcepta imperii dignitate, ſingulis annis ex Germania in Italiam veniebat, tandem admodum ſenex Ottonem filium Imperii conſortem fecit; ut quod per ſe facere nequiret, per filium adimpleretur. Quo facto in Germaniam profectus, ibique confectus ſenio Viennæ moritur, cujus corpus Magdeburg delatum in templo ſancti Mauritii, quod ipſe ſumptuoſiſſimè exſtruxerat, ſepelitur anno Domini 975; Imperatrix autem, mortuo viro, Quidelenburg ad filiam ſuam Abbatiſſam ſe recepit, quæ ſenio confecta moriens Aquis ſepulta eſt. B 962. C Otto I. moritur, ſuccedit Otto Imp. 2.

A Ipſo anno, qui fuit regni Ottonis decimus nonus, ſancti Patrocli corpus per Brunonem Imperatoris fratrem Archiepiſcopum Colonienſem ex Trecaſſino in Suſatum Angariæ Ducatûs civitatem magnificentiſſimè hoc modo translatum eſt: Bruno reverendiſſimus Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus, Auguſti frater, in Lugdunenſem Galliam miſſus eſt, ubi diverſæ voluntates civium, diſtractæque fuerunt ſententiæ, adeò ut armis diſſiderent & caſtris, ubi duarum ejus ſororum filii ſummâ rerum potiebantur, qui propinqui inter ſe fœdere ſanguinis, diſcordes animis, ludibrium avaris ſuis militibus erant; ſed glorioſus Archiepiſcopus pacis nuncius, ſequeſter factus, quid omnibus utile eſſet, quid ſingulis expediret, edocuit; & reconſiliatis invicem civibus, bonitate in ſuos uſus, juſticiâ in omnes pacem integerrimam reformavit. Hys ita geſtis, cùm jam redire diſponeret, multis precibus obtinuit abs Ansgiſo Tricaſſinæ eccleſiæ venerabili Epiſcopo (quem & paulo ante expulſum inter alia inſignia legationis ſuæ cum ingenti plauſu populi reſtituit propriæ ſedi) ut donaret ſibi ſecum pariter aſportandum corpus beati Patrocli martyris. Epiſcopus autem, qui plurima debuit, hac, ut ita dicam, occaſione oppreſſus, coactus inſuper infinitis precibus, poſtulanti tandem paruit, ne videretur ingratus, maximè quia exigentis animus huic muneri tantùm intentus, alia penitus recuſabat. Religionis enim amore captus, ſicut exteriùs habuit per virtutem, quâ ſuperborum inſolentiam nequitiámque retunderet, ſic per pietatem interiùs decorem domûs Domini diligenter adminiſtrare curabat; cúmque ſe hoc gratum munus ab Epiſcopo conſenſu Cleri totius ac populi promeruiſſe gauderet, ipſe nequid infectum relinqueret, aduc in pluribus occupatus, miſit accepturum reliquias virum omni laude dignum Everhardum Leodienſem Epiſcopum & cum eo clericos ac monachos religioſos, inter quos fidelis populi multitudo, non minima cauſa laudabilis ſpectaculi, confluebat. Cúmque ad locum deſtinatum veniſſent, videntes ibi pavimentum

Tranſlatio S. Patrocli ad eccleſiam Suſateuſem.

B

C

mentum marmoreum ſtratum, nullum verò cognoſcentes certum theſauri reconditi ſignum, alii quidem adoraverunt, alii autem dubitaverunt. Tunc admonente Epiſcopó et exhortante eos, qui convenerant, præmiſsâ tandem ſolempniter oratione, opus, propter quod venerunt, agreſſi ſunt cum fiducia. Confeſtim autem ut aperuerunt ſarculo terram, mirabile dictu! repleti ſunt omnes odore vehementiſſimo, quo nichil unquam ſuavius ſentiebant, et quo quis magis proximus fuit ſepulcro, eò magis ſe odoris dulcedine affectum eſſe teſtatus eſt. Unde factum eſt, ut omnes tunc religioſi foſſores eſſe cuperent, quatenus Divinæ fragrantiæ vim mirificam abundantiùs caperent. Cum autem ad corpus ſanctum ventum eſt, tunc mirum in modum ita afflati ſunt omnes, ut ſibi ipſis eo, quem ſenſerant, pleni omnimodis eſſe viderentur et tamen aduc veluti ſitibundi haurire ampliùs niterentur. Elevata ſunt igitur à ſarcoſago lapideo ſancti martyris reliquiæ, indéque proſpero curſu cum frequentia exultantis populi Coloniam translatæ ſunt. Verùm ſollicitudo tanti pontificis nichil negligendum ducens ratum duxit, ut locum quendam Saxoniæ Soſatium nomine rebus ſæculi opulentum, populo plenum, longè latéque circumpoſitis Saxonum gentibus nichilominus provinciarum populis notiſſimum ſed religionis aduc pene ignarum ſancti hys Patrocli pignoribus decorare, et quodammodo ad ſacramenta futuræ ſalutis iniciari debuiſſet, fiducialiter agens in illo, et credens, quod aromatiſans fumus ille, qui in manifeſtatione ſancti ejus corporis inviſibiliter aſperſus et ſenſibiliter cognitus eſt, per famam meritorum ejus multis fieret profuturus. A B C

Hinricus Ottonis primi frater Bavariæ Dux aduc adoleſcens tenuit urbem Eresburg, Tanquardus autem quidam, auxiliante ſe Everhardo Francorum Duce, Hinricum in ipſa urbe obſedit, et captâ urbe Hinricum cuſtodiæ mancipavit, continuóque in Regem arma vertit. Verùm Rex congregato exercitu ad urbem acceſſit et dato introitu, Tanquardum in beati Pe-

A tri baſilicam fugientem, perſequutum ac per feneſtram lanceâ occiſum, fratrem Hinricum liberavit, licet ſœpe Regi frater rebellis fuerit et crebriùs ſuperatus gratiam acceperit; immemor tamen accepti jam beneficii ad Lothoringiæ Ducatum ſe transſtulit, ubi conſtitutus iterum Regi rebellionem cepit. Provocatus hac viſſitudine Rex, collecto iterum exercitu, Renum tranſire diſpoſuit, at ubi ad Tremonienſem civitatem venit, quæ Hinrico favit, armis ipſam cepit, Capitaneùmque urbis, ut fratrem Hinricum, quantùm poſſet, ad ſuî concordiam reduceret, accepto ſuper hoc etiam juramento aſtrinxit. Cum autem Rex Reno appropinquâſſet, priusquam exercitus transvadâſſet, Gisbertus Lothoringiæ Dux, B Regis gener, uná cum Hinrico forti manu Ottonis exercitum invadit. Qui quidem primum fugam arte ſimulans, ad poſitas Regis inſidias, ſequentes ſe hoſtes trahit. Erumpentes igitur, qui Ottonis partis erant, ab inſidiis, adverſariis multis occiſis, reliquos in fugam convertunt.

Irruptio & ſtrages Hungarorum.

Anno Ottonis viceſimo Ungari per antiquam viam in Germaniam veniunt, Auguſtam civitatem vallant & obſidione artant. Quæ res ut Imperatori innotuit, qui tunc in Saxonia erat, Principes regni in futuram pugnam vocavit. Venêre autem Bohemiæ Dux, Saxonum item Dux ſed et Suani, Franci et Bavari. Suſtinuit autem Imperator hoſtem, donec in interiora regni veniret, ut vel ſic glorioſus triumpharet. Cruento demum prælio commiſſo, tanta in noſtros Ungari C cæde debacchati ſunt, ut jam terga vertere tenptarent, quod ubi Imperator animadvertit, Conſtantini haſtam, quam Hinricus pater ejus abs Rodolpho Burgundiorum Duce prece ac pretio extorſerat, in hoſtem vibrans et opere et voce ſocios in bellum animavit. Ad primum igitur Imperatoris impetum fugit hoſtis ac perſequutus eſt atque ad internetionem pene deletus Reges, Duces, Principes et quinque nobiles ipſorum capti ſunt et apud Ratisponam ſuſpendio conſumati, dignam ſibi mortem acceperunt. Fuit hoc bellum graviſſimum, quale

Digitized by Google

le apud germanos vix legimus. Sicque Otto Ungaros domuit et à finibus ſuis excluſit. A

Volumarus XXVI Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus, 967. Brunone defuncto hoc anno, eccleſiæ præfatæ præfuit annis Volumarus quatuor. Hys temporibus Ungari Slavorum virtute (qui 26 Archiep. Colon. Adriani Pontificis temporibus anno ſcilicet Domini 963 Saracenos è Gargano monte ejecerant) accenſi atque permoti et ipſi ſtatim Saracenorum reliquias ita attriverunt, ut Ottoni, magni Ottonis filio, eò cum exercitu à patre miſſo haud difficile fuerit reliquias bellorum abſolvere, Græcos quoque, qui cum Mauris fœdera inîerant, graviſſimis præliis è Calabria & Apulia ejecerit. B

Hac tempeſtate apud Soltavium in loco dicto **Stubekes-horne** degebat quidam dictus Bilikardus de Stubekeshorne, Origo Ducum Luneburgenſium. mediocris fortunæ inter ſuos, manſus ſeptem poſſidens, in quibus pro annuis penſionibus cultores ex pauperioribus locavit. Is duos filios habuit: Wichmannum et Hermannum: Hermannus autem ſecundò natus apud Imperatores inter armigeros ſerviebat, adoleſcens obſequioſus ac induſtrius, quem nullus non amabat. Hujus virtuoſam converſationem Imperator advertens, filii ſui directorem ac magiſtrum inſtituit. Haud longè pòſt Judicem in Magdeburgio ordinavit, ſicque officia ſibi injuncta exercuit, ut à benevolis diligeretur, timeretur à diſculis, injuſtis Judex juſtus formidabilis, juſtis C autem amabilis eſſet. Ubi autem Imperator in Italiam vocatus ire diſpoſuit, ipſi Hermanno Saxoniæ Ducatum ſuî nomine moderandum, donec rediret, commiſit. Quod et ipſum tantâ diligentiâ perfecit, ut poſt luſtrum Imperator rediens rem bene actam fateretur. Audiens itaque, quod Gero Burgravius Magdeburgenſis vitâ diſceſſiſſet, ejusque comitatus Imperatori cederet, conſilio habito, præfatum Hermannum loco Geronis Ducem Luneburgenſem fecit, illámque provinciæ partem, quæ Albeæ fluminis oræ contigua eſt, ipſi aſſignavit. Duxitque Hildegardam filiam Comitis

A de Weſterburgio uxorem, à qua filios duos et filiam unam accepit. Primogenitus ejus Lotharius ſinè hærede mortuus eſt, Berno autem ſecundò natus poſt patrem ducavit, ac Metildi filiæ Arnoldi Comitis Flandriæ nupſit:

Luneburgum in civitatem erigitur.

Igitur Hermannus Dux Luneburgenſis et Saxonum, ita ut præmiſſum eſt, factus caſtrum in Luneburgio a Carolo magno demolitum reædificavit et ex villa civitatem conſtruxit, fundavitque ibidem monaſterium in honorem ſancti Michaëlis, in quo Lodericum ſancti Pantaleonis apud Coloniam monachum Abbatem inſtituit. Demum anno Dni 981 vitam finivit ſepultus in Lunenburgenſi monaſterio, quod ipſe, ùt B dictum eſt, fundavit.

969. Drogo 8. Epiſc Oſnabrug.

Drogo ſeptimus Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus carnis debitum hoc anno ſolvit, in cujus locum ordinatus eſt Ludolphus, qui decem annis ſedem ipſam ſtrenuè gubernavit.

972. Gero 27. Archiep. Colon. quem Succeſſor Varinus vivum ſepelivit

Gero viceſimus ſeptimus Colonienſis Archiepiſcopus ſedit annis ſeptem. Hic valido capitis dolore ſolitus erat vexari adeò, ut per diem et noctem ſinè vitæ veſtigiis quaſi exanimis jaceret. Qua re cognita Varinus ejus Capellanus ſpe pontificandi poſt ipſum Geronem hac infirmitate laborantem a Fratribus, qui hanc in pontifice infirmitatem ignorabant, viventem ſepeliri procuravit, et, ut deſideravit, in locum ejus electus eſt. Hic Gero fuit de genere Burgmaniorum Magdeburgenſium; fuit enim quondam Magdeburgum Burgraviatus, cujus aula eò loci ſita erat, ubi capella ſancti Cyriaci, quæ nunc ſancti Stephani dicitur, conſtructa eſt. C Quidam igitur Gero Burgmanus Sigifridum habuit filium, qui quia ſinè liberis obiit, pater Romam profectus arma in altari S. Petri obtulit, cui Dominus Apoſtolicus brachium ſancti Ciriaci dono dedit. Unde rediens monaſterium Gerodde fundavit, et omnia ſua Deo ſanctiſque ejus contulit, relictámque filii primam ibidem Abbatiſſam ordinavit. Hujus Geronis ex ſorore nepos Gero præfatus Colonienſis Archiepiscopus fuit.

Otto

Digitized by Google

Otto ſecundus, qui vivente adhuc patre ab Adriano Pontifice coronatus fuerat, etiam poſt mortem patris Germanorum pater conſtituitur, vir quidem per omnia patri ſimillimus Romanæque eccleſiæ defenſor acerrimus. Hic primam expeditionem fecit contra Danos & Slavos, quos apud Sleiswigium vicit, triginta milibus, ſeptingentis quinquaginta quatuor occiſis. In quo itinere prima exclamatio irriſionis facta eſt contra clerum in Saxonia, cùm usque ad illa tempora habiti ſunt in reverentia. Secundam item expeditionem fecit contra Hinricum Ducem Bavariæ patruelem ſuum, quem in Bohemiam usque fugavit. Tertiam quoque expeditionem contra Lotharium Franciæ Regem habuit, qui Aquisgrani præſumpſit Imperium invadere, quem usque Pariſios proſequutus eſt, ferro & flammâ cuncta devaſtans. Unde Lotharius, maximis datis muneribus, ad ſubjectionem Imperii vi compulſus eſt. Habuit & expeditionem contra Turcos & Sarracenos, qui ex Perſia & Africa erumpentes Romanum invaſerunt Imperium, cum quibus navale bellum agens tantâ in infideles cæde debacchatus eſt, ut propter occiſorum, occiſique ſanguinis profluvium marini fluctus in ruborem verterentur. In quo tamen bello Imperator ſagittâ toxicatâ vulneratus dum mederi non potuit, vi veneni poſt medium fermè annum extinctus eſt. Sed & Longobardos tributarios fecit, quos in ducentis auri talentis adunatim condempnavit. Ex quo auro crux aurea fabricata in majori Padeburnenſi eccleſia condita eſt tali cum inſcriptione: *auri ſexcentas crux hæc habet aurea libras.* Unde idem Imperator ob feritatem in incredulos & rebelles *pallida mors Sarracenorum* ſive *ſanguinarius* cognominatus eſt. Habuit autem uxorem Theophaniam Nicephori Græcorum Imperatoris Germanam, quem jam regno pulſum ingenti virtute reſtituit imperio. Genuit autem ex Thophania uxore ſua Imperatrice Ottonem filium, qui poſt eum imperavit, filias quoque tres:

A 975. Ottonis II. Imp. acta & obitus.

B

C

Aurea crux Paderbornæ.

A Sophiam, quæ facta eſt Abbatiſſa in Gardeshem, Alhedim, quæ fuit Abbatiſſa in Quedelenburg, Jutildam, quam Hinricus Bohemus ex Ratisponenſi monaſterio raptam in Bohemiam transvexit ac in uxorem duxit. Sequutus autem raptorem Otto pater multos de Bohemorum militibus in via occidit. Raptor autem cum Imperatoris filia fugiens in Bohemiam venit. Congregato igitur exercitu, ex Bohemia repetere filiam volens, puellæ precibus prælium retractum eſt.

979. Waldo quidam homo peſtilens Geronem quendam Comitem Aldeslevenſem falſè apud Imperatorem diffamavit, qua ex re inimiciciæ inter Ottonem Geronémque exortæ ſunt. Unâ
B igitur dierum, dum apud Magdeburgium ſibi occurrerunt, inito bello, pugna gravis orta eſt, ceciditque inter cæteros Gero Comes, nec ſatis fuit Imperatori occidiſſe innocentem falsô accuſatum, quin, abſciſſo capite, in mortuum quoque cadaver ſæviret. Adala autem Comitis filia, quæ Frederico de Schaken nupſerat, capite patris ab Imperatore obtento, Comitatum Aldeslevenſem cum omnibus, quæ habuit, Magdeburgenſi eccleſiæ obtulit.

980. Varinus 28 Archiep. Colon. Varinus, de quo jam ſuprà mentio habita eſt, viceſimus octavus Colonienſium Archiepiſcopus ſedit annis novem ſub Ottone ſecundo. Hic prædeceſſorem ſuum, ut præmiſſum
C eſt, vivum ſepulturæ tradidit, qui tamen poſtea pœnitentiâ ductus conſilio Romani Pontificis pro pœnitentia accepit, aut novum monaſterium conſtrueret, aut vetus dilapſum reformaret. Reformavit igitur monaſterium ſancti Martini Coloniæ vetuſtate dilapſum ac magnificè dotavit, ubi & poſtmodum monachus factus ac demum mortuus ſepultus eſt. Hic Varinus malum, quod à ſe doluit factum, ne aliis accideret, cavit in futurum: dedit enim mandatum, ne quis Colonienſis eccleſiæ Præſul niſi poſt trium quatuórve dierum mortem proximè ſequentium ſepulturæ traderetur. Quod ipſum in
Evergerius 29 Archiep. Colon. præſens uſque obſervatur. Habuit autem Evergerium ſucceſſorem.

Otto

Digitized by Google

A Otto Imperator Imperii ſui anno ſeptimo Italiam ingrediens cum conjuge, priùs Dalmatiâ vaſtatâ, Romam petiit, ibidémque majoris copiis in unum coactis, apud Baſentellum cum Conſtantino & Alexio Imperatoribus Græcis, qui Calabriam & eam Italiæ partem, quæ ad Siciliam vergit, occupârunt; conflixit. Cum quibus univerſo pene exercitu amiſſo ad internetionem usque ſuperatus, turpi fugâ in ſcapham conſcendit, & â piratis, quis eſſet, ignorantibus captus ac in Siciliam perductus eſt, ibique cognitus pecuniâ promissâ liberatus eſt. Dum enim adhuc in mari eſſet & græcè nautis inter ſe loquentibus, quia hic Imperator eſt, neſcientes quod Imperator intellexit, ipſe promissâ pecuniâ, quam in Sicilia haberet, illò ſe duci petiit. B Ubi autem terræ applicuerunt, Imperator militem quendam armatum cum ſuis ibidem reperiens, Ceſum nomine, ipſum in ſuî auxilium invocavit. Qui unà in Græcos irruentes, quadraginta occiſis, reliquos in fugam verterunt, ſicque ſumpto de piratis ſupplicio, Imperatorem cum honorato comitatu Romam unà perduxerunt, eóque loci cùm Otto hic in Romanos, qui primi ex prælio fugerant, ulciſci non auderet, in Beneventanos paris culpæ reos converſus urbem cepit & incendit, translato ſancti Bartholomæi corpore & in inſula Romæ collocato. C

982. Cometes ſtella apparuit futuræ calamitatis indicium. Nam ſtatim poſtea fame peſte circumquaque laboratum eſt; in quibusdam quoque locis terræ motus fuit.

983. Hinricus Bavariæ Dux, Imperatoris conſanguineus, quia Imperatori patruo ſuo repugnavit, captus & in exilium ad tempus miſſus eſt. Eodem anno Imperator contra Danos Slavósque apud Sleiswichium cum Saxonibus ſuis prælium commiſit, ubi, ùt ſuprà dictum eſt, XXX milibus ſeptingentis quinquaginta quatuor ex hoſtibus occiſis, triumphator in Saxoniam rediit, ac Hinricum Ducem carcere ſolutum liberum dimiſit.

985. Alaramus Ducis Saxoniæ filius primus Montisferrati Marchio

A chio fuit. Eſt autem hæc Italiæ ymmò Lombardiæ regio civitatibus pluribus, vicis & caſtellis admodum inſignis. Hæc ab Ottone ſecundo Alaramo ipſius genero conceſſa fuit. Nam dum pater ejus Saxoniæ Dux Chriſtianiſſimus & morum & principatus dignitate excellens unà cum conjuge ſua prole carerent, divum ſanctúmque Jacobum, ſi ejus precibus a Deo mas ſibi concederetur, viſitaturum peregrinus ſpopondit; nec Apoſtoli aures ad juſtorum petitionem defuêre, gravidáque facta muliere, votum ſolvere tenptavit, diſpoſitiſque provinciæ rebus, cum conjuge ire perrexit. Italiam autem intrantes eò loci, ubi nempe Alexandria eſt, Alaramum viro ſuo
B peperit, filiúmque cum nutrice ac procerum ſuorum parte in Italia relinquens, ſanctas Apoſtoli Jacobi reliquias viſitavit. Verùm dum inter redeundum ambo, & Dux & conjux ſua, deficiunt, orbus factus parvulus unà cum parentibus Saxoniæ Ducatum amiſit. Educatus tamen procerum ac pœdagogorum exemplis & monitis in omnibus virtutibus egregius evaſit. Otto igitur puerum nondum pubeſcentem ob miras ejus in omni genere virtutes a pædagogis ſibi oblatum Aleſiæ filiæ ſuæ inſtitutorem & magiſtrum dedit. Erat enim tunc Aleſia infantula, quæ ubi pubertatis annos attigiſſet, capta magiſtri ſui amore, ut furtim ſe uxorem duceret, lacrymis & preci-
C bus rogavit. Permotus tandem adoleſcens juvenculæ rogatu, mutatis veſtibus, Aleſiam clam abduxit atque uxorem accepit, in Alpibus verò maritimi agri Albigenenſis confugientes, tamdiu ibidem in deſpecto habitu delituerunt, donec tres genuêre filios. Poſtremò ab Epiſcopo Albigenſi cognitus, ejus interceſſione ac meritis beatiſſimi Jacobi Apoſtoli in primam gratiam ipſa Aleſia cum viro ſuo Alaramo recepta eſt. Quibus Otto tunc Auguſtus factus optimam regionem poſſidendam conceſſit, cui Montisferrati nomen impoſuit, ac paulo pòſt, cognita hominis virtute atque præſtantia, eidem totius Italiæ regimen commendavit. Adepto itaque hujuſmodi regno, adhuc Ottone vivente, Aleramo ſeptem fuerunt liberi. Quo de-

Digitized by Google

defuncto, Otto Guilhelmum primogenitum loco patris conſtituit, reliquis ſex nepotibus Ducatus ſub nomine Marchionatûs tradidit. A

Benno, Dux Saxoniæ & Lunenburgenſis, Hermanni filius, Belani Ducis Statinenſis filiam accepit uxorem, quæ genuit ei tres filios, Deithmarum, qui in infantia obiit, Brunonem Epiſcopum Oldenburgenſem & Bernardum Ducem Saxoniæ & Lunenburgenſem.

Ipſo anno Dodo Mimigerdevordenſem Eccleſiam decimus rexit, qui ipſe maximis laboribus Fratres de veteri eccleſia ſuæ civitatis ad aliam tranſtulit cum ipſorum libris & ornamentis. Is ipſe vir reverendus, cognitis multis miraculis ab ipſa beatiſſima Ida, quondam Weſtphaliæ Duciſſa, perpetrari eò loci, quo corpus ejus humi ſarcofago clauſum in Hertfeldenſi parochiæ ſuæ eccleſia requievit, congratulans bonis, quæ vel ejus temporibus aut in loco ſuæ ſollertiæ ſubjecto eveniſſe aut evenire noverat, opifici omnium Deo immenſas referens gratias, ejusdem ſanctæ Idæ oſſa, fusâ imprimis oratione, Pontificalibus indumentis indutus, cum ſolemni totius Cleri & populi comitatu de tumulo levatum in eccleſia publicè collocavit; & quamvis de Sanctæ Dei meritis nullo modo hæſitaret, ſolitâ tamen prudentiâ uſus nil per ſe inconſultè aut inordinatè agere voluit. Unde omnes ſimul aſtantes monuit, totius bonitatis originem generaliter inclamare Deum, ut ſuæ voluntatis affectum in hujus facti inchoatione monſtrare dignaretur. Hac ſupplicatione præmisſâ, pari omnium conſenſu & voto operculum marmoris amovere præcepit, móxque ſuaviſſima fragantia de monumento eructans odoriferâ aſtantes jocunditate reſperſit, ut liquidò omnis ſentiret ob innoteſcenda beatæ Idæ merita illam cœlitus eſſe deſtinatam. Quo facto Dudo Epiſcopus ſacras exuvias deoſculans, cum honore de ſarcofago ſublevavit & ſcrinio illarum receptui apto diligenter repoſuit, monachis interim & clericis letaniam inſtanter canentibus; deinde præcedentibus crucibus, cereis atque thuribulis cum

986. Dodo 10. mus Monaſt. Epiſc.

B

reliquiæ B. Idæ elevantur.

C

A dulci modulantium cantilena benignus Pontifex ſanctum geſtatorium adjumento ſive ſocio Werdinenſis cœnobii monacho ſeniore portandum ſuſcepit ac in eccleſia honorificè ſuper altare collocavit, ibique aliqua de beatæ Idæ ſanctimonia populo ſuccinctè recitavit, ac mox ipſo *Te Deum laudamus* elevante, plebeæ laudis ſuccentu omnia concrepabant. Hysque geſtis idem venerabilis Antiſtes auſtralem ejusdem eccleſiæ ſtructuram in honorem ſanctæ Dei genitricis Mariæ ac ſub beatæ Idæ nomine conſecravit, ac demum cum Epiſcopali benedictione munitum ad propria populum ire permiſit. Facta ſunt hæc anno Domini 986 kalendarum Decembrium die, feriâ quartâ
B indictione octavâ, imperante Ottone ſecundo, regnante ſuper omnia Chriſto in ſæcula ſæculorum.

987. Otto II. moritur & ſepelitur Romæ.

Translato â Benevento eâ tempeſtate, qua Imperator reverſus ob fugam è prælio in Græcos habito, beati Bartholomæi Apoſtoli corpore, & in inſula Romæ collocato, hoc anno & ipſe ibidem carne ſolutus eſt, atque in veſtibulo beati Petri, quem Paradiſum vocant, in ſepulcro porphiretico, quod aduc introeuntibus ad ſiniſtram apparet, honorificentiſſimè ſepultus eſt. Veruntamen ante mortem ſuam ſubſtantiam quadrifariàm diviſit: primam partem eccleſiæ, pauperibus ac egenis ſecundam, tertiam ſorori matris ſuæ liberisque ejus,
C quartam militibus, qui, ſuis relictis, in exteras ipſum regiones ſequuti erant, partitus eſt, ſicque publicè, multis coram ſtantibus, ſummo Pontifici devotè confeſſus, ac, beneficio abſolutionis accepto, vitâ functus eſt, relicto Ottone tertio filio ſucceſſore & Aledisâ Alarami Montisferrati Marchionis uxore filia.

Otto III. Imp.

Otto tertius, ſecundi Ottonis filius, tertius Germanorum Imperator hoc anno, imperavit annis XVIII. Hic puer imperare exorſus eſt, habuitque tutores Colonienſem & Maguntinenſem Epiſcopos. Puer autem Rex factus in proximo natali Domini, ipsâ ſanctâ die unctione Johannis Ravennatis Archiepiſcopi Aquisgrani conſecratus eſt. Hic â parentibus virtuti-

tutibus omnibus & eccleſiæ Romanæ defenſione non degenerans, multa bella cum gloria confecit, propter quæ mirabilia (*miraculum*) mundi cognominari meruit; maxima tamen diſſentio & difficultas in ejus ordinatione fuit: nam alii Hinricum Bavariæ Ducem, primi Ottonis ex fratre nepotem, expoſcebant, qui etiam eam ob cauſam cum exercitu Aquisgrani venit; at dum Creſcentium Humentanum, virum conſularem, ad reſumendum Imperium in Italos cernerent, omnes in hunc Ottonem conſenſêre. Quarum quidem ſententiam Gregorius quintus, qui tunc ſummus Pontifex erat, approbavit; erat enim natione Saxo, patre Ottone, Bruno antea vocatus, Cæſariſque Ottonis conſanguineus de Melverode originem ducens. Quam ob rem agitatus Romanorum, maximè autem Creſcentii faſtidiis, primùm in Ethuream, hinc in Germaniam ad Ottonem confugit, interim Creſcentio alterum introducente. Verum ubi Ottonis adventum percepit, urbem ac Adriani molam quàm diligentiſſimè obfirmari fecit. Obſeſſa igitur ab Ottone Adriani mola & tandem capta eſt, & Creſcentium multis confoſſum vulneribus interfecit. Unde, ùt quidam volunt, captum capite truncavit ac per plateas urbis tractum ante domûs ſuæ fores per pedes ſuſpendit, Johannem autem adulterinum Pontificem, primùm effoſſis oculis, linguâ præciſâ, Pontificatu ſimul & vitâ privavit, Gregoriúmque reſtituit. Unde & Gregorius, ut Imperii dignitas apud Germanos ſuos perpetuò permaneret, ſynodo congregatâ, ſanxionem tulit de Imperatore eligendo, quæ usque in hodiernum diem obſervatur, videlicet ut in futurum non per ſanguinis ſucceſſionem Imperii dignitas duceretur, ſed per ſolos Germanos proceres unà cum quibusdam Pannoniæ & Ungariæ Principibus Imperator deligeretur, qui Cæſar & Romanorum Auguſtus appellaretur, ſi ipſum Romanus Pontifex confirmaſſet. Sicque Otto, ordinatis rebus Imperii, ducens ſecum multos de Romanorum nobilibus, in Saxoniam reverſus ac Brandeburgenſe

A

Gregorius V. natione Saxo.

B

C

Libera eligendi Imperatorem facultas Germanis conceditur ſub confirmatione Pontificis.

A dominium abs Slavis, qui ipſum invaſerant, commiſſo prælio liberavit, tributarióſque ipſos Imperio fecit.

995. Hoc anno peſtilentia in provincia ſævit tanta ſævitia, ut ne modò domus ſed & villæ integræ ab hominibus vacuæ relictæ ſint. Slavi autem audientes, quod Deus cum Saxonibus pugnat, & ipſi Saxones invadunt, ſed Imperator, contracto exercitu, expeditionem in Slavos fecit &, multis ſpoliis ablatis, Magdeburg rediit.

996. Dodo 9. & Guntarius 10. Epiſc. Oſnabr. Dodo octavus Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus carnis debitum hoc anno ſolvit, in cujus ſedem Guntarius electus & poſitus eſt, qui quarto Pontificatûs ſui anno mortis debitum reddens ſedi ſuæ etiam valedixit.

B Suederus Mimigardevordenſis eccleſiæ Epiſcopus hoc an-

997. Suederus 11. Monaſt. Epiſc. no pontificare cepit. Sedit autem in Epiſcopatu annis ſedecim. Hic erat genere Saxonicus, in Hildenſem & Magdeburg a puero educatus ac ab Ottone tertio præfatæ ſedi ſublimatus; quam cùm Divino munere fultus regeret cum omni diligentia, diverſarum quoque virtutum pollebat excellentia, ùt infrà dicetur.

999. S. Heribertus 30. Colon. Archiep. Herebertus XXX Colonienſium Archiepiſcopus ſedit annis viginti & uno. In ejus electione diſſentio inter clerum & cives orta eſt: clerus enim Wenſelinum quendam elegit, quem cives renuerunt accipere; electus autem Wenſelinus non con-

C ſenſit, verùm ſi ſinguli ſibi vocem darent, Epiſcopum ſe eligere velle, qui Deo dilectus, Pontificali infula dignus, Imperatoríque acceptus eſſet, ſpopondit. Qua poteſtate ſibi collata, Heribertum tunc abſentem quaſi præſentem pronunciavit, omnibus conſentientibus & fauſta acclamantibus. Quæ res ut ad aures Imperatoris venit, qui tunc apud Beneventum Italiæ urbem erat, exhilaratus, ab aliis factum dixit, quod ipſe facere diſpoſuerat. Qui ibidem in die ſancti Barnabæ confirmatus, illico Romam pro palio accipiendo iter arripuit. Quo accepto, lineo veſtitus, nudis pedibus inter Alpium nives Galliæque pruinas, præcedente ſe cum pallio miniſtro,

tan-

Digitized by Google

tandem in nativitatis Domini vigilia ad ſedem ſuam humiliter rediit. Hic vir ſanctus Collegium ad Apoſtolos juxta urbis muros ædificare cepit, quod ſucceſſor ejus Peregrinus imperfectum conſumavit. Hic idem monaſterium in Tuitia fundavit, optiméque dotavit, ubi & ſepulturæ ſuæ locum adhuc vivens elegit. A

Collegium] ad SS. Apoſtolos Coloniæ inchoatur, & Monaſterium Tuitienſe fundatur.

Eodem anno in nocte ſancti Stephani prothomartyris facula ardens in Oriente viſa eſt, ſtetitque immobilis unius horæ ſpatio, totum ipſum emiſperium Solis inſtar illuminans, ita ut putâſſes, claram diem erupiſſe; faméſque ac omnium victualium inopia ſequuta eſt, ac in jumentis mortalitas maxima.

Hoc anno Imperator, reſtituto jam Gregorio Papâ ſedi ſuæ, Johanne adulterino Pontifice Creſcentióque occiſis, tempore Quadrageſimali multis cum Cardinalibus ac Prælatis nobilibúsque viris per Saxoniam Gneſenſem Poloniæ civitatem, ubi corpus ſancti Adalberti Pragenſis quondam Epiſcopi, multis miraculis clarum requieſcit, petiit ſancti Viri reliquias viſitaturus. Fuit is Adalbertus natione Bohemus, qui Divino interpellente ſpiritu ex Bohemia in Pannoniam deſcendens, Stephanum Ungariæ Regem cum univerſo fermè populo ad babtiſmi gratiam perduxit, atque omnes illius provinciæ Epiſcopos ad bene de Deo déque hominibus promerendum verbo & exemplo inſtruxit. Exindéque profectus in Prutina, dum Chriſti fidem quàm diligentiſſimè prædicaret, martyrio coronatur, ac incomparabilibus miraculis clarus ubique prædicatur. Hujus ſancti viri gratiâ Imperator, dum, ùt præmiſſum eſt, Poloniam tenderet, per noſtros fines iter fecit, nec unquam aliquis Imperatorum tantâ ſolemnitate Saxonum fines pertranſiit. Cui occurrens Bolislaus Poloniæ Dux honorificè illum ſuſcepit atque ad deſtinatum usque locum perduxit. At Imperator devotus, ubi primùm civitatem intuitus eſt, equo exiliens pedibus ad viri ſancti ſepulcrum pervenit, & fusâ oratione, Archiepiſcopalem ibi ſedem conſtituit, coadunatáque ibidem ſynodo, ſeptem Epiſcopia diſpoſuit, & Gaudentium B C

S. Adalbertus Hungarorum Apoſtolus.

Cujus reliquias piè veneratus Otto 3tius ſeptem in Polonia Epiſcopatus erigit.

A tium monachum, fratrem beati Adalberti eò loci Archiepiſco-
pum conſtituit; Bolislaus autem Dux brachium ſancti Adal-
berti Imperatori dedit, ac multis muneribus honeſtatum di-
miſit. Inde Italiam pertranſiens Romam intravit, ubi & natale
Domini celebravit.

1000. Imperante Ottone tertio, regni ejus anno XVII, imperii
antem ejus IV, indictione XIII, pontificante in Padeburnenſi
eccleſia Rethario, anno præſulatûs ejus XIX, civitas ipſa Pa-
deburnenſis incendio vaſtata eſt, & nobile principale eccleſiæ
ejus monaſterium præcipui operis & decoris à Carolo magno
fundatum, & à Baduardo ejusdem eccleſiæ Epiſcopo conſu-
B matum, cum libris, privilegiis plenariis aliisque eccleſiæ or-
namentis conflagratum & flammis conſumatum eſt. Unde
Retharius Epiſcopus, legatis miſſis, ſummo Pontifici & Roma-
norum Imperatori jacturam ſuæ eccleſiæ intimavit, ſinguláque
ſuæ eccleſiæ privilegia innovari obtavit. Quod & factum eſt
Libera electio Epiſcopi Paderb. ſub dat akalend. Januarii anno milleſimo, anno ſecundo Silve-
ſtri Papæ, Ottonis Imperatoris anno XVIII. Idémque Retha-
rius Epiſcopus anno Pontificatûs ſui tertio liberæ electionis pri-
vilegium à Sede Apoſtolica obtinuit. Quod quidem ante
ipſum habuerunt, licèt non tamen ob Imperatoris reverentiam
uſi ſunt usque poſt mortem ejus.

C 1004. Seneſcente jam Imperatore, utilitati eccleſiæ proſpicere
volens, Germaníſque ſuis in futurum providere, convocato
Statuitur, ne Imperialis dignitas impoſterum ſit hæreditaria ſed electiva. Principum conſilio, hanc orationem in Proceres fecit: *Hacte-
nus*, inquit, *glorioſi Principes! quaſi hæreditario jure per ali-
quot temporis ſpatia & apud Francos & Saxones à parentibus
in filios Imperii Majeſtas venit. Quæ res apud Francos dede-
coris jacturæque Imperii nonnihil (ob veſaniam Regum, qui
nonniſi ſub Majori domûs imperare noverant) attulerit licèt,
hactenus tamen honoris & gloriæ apud Saxones fuit; poterit ta-
men forſan rerum viciſſitudine in futurum etiam dedecoris &
jacturæ eſſe exordium. At nos, qui nonniſi adoptivos filios ju-
ſto quidem Dei judicio accepimus, cupientes, ut debemus, omni-*

Digitized by Google

um ſalutem providere & pacem regionibus adminiſtrare, ne poſt carnis noſtræ ſolutionem non longè (ſenio terga dante juventâ) futuram pax turbetur Eccleſiæ, Imperiíque Majeſtas jacturam patiatur, ſummopere curavimus providere, nempe dum ſinguli Principes, honorem ſuum neceſſitati communi præponentes, Imperii ſceptra cupiunt, bella, ſeditiones, conſpirationes litêsque moventes, perturbatâ pace, regnum ac Imperium in præceps ire compellunt. Unde ſi noſtrum vobis videtur non inſanum aut delirantis ſenis eſſe conſilium, impoſterum non, ùt hactenus, in filios à parentibus cedat quaſi jure hæreditario Imperium, verùm per certorum Principum electionem in unum ex Germanis Proceribus ad tanti oneris ſuſtentationem magìs idoneum proveniat. Et (me judice) quanto is potentiæ minor, tanto pacis poteſt eſſe obſervantior, &, ut videre mihi videor, hunc eligendum puto, qui ſub regno conſtitutus vel regni negociis officiíſve inſtructus regni moderamina ſciat. Et dum, qui hujusmodi Principes eſſent, interrogaretur, Franconiæ, Bavariæ, Saxoniæque Duces regni optimos moderatores eſſe poſſe reſpondit. Conſentientibus itaque Imperatori Principibus, Electores ſacroſancti Palacii ordinati ſunt: A B

Imprimis enim Maguntinenſis Archiepiſcopus, principalis Imperii per Germaniam Cancellarius. Poſt hunc Colonienſis, principalis regni per Italiam & Lombardiam Cancellarius. Demum Trevirenſis regni item Cancellarius per Galliam. Et hy tres ex ſpiritualibus; ex ſæcularibus autem Principes: Brandenburgenſis Marchio poſt electionem Imperatoris Camerarius; Palatinus Comes Dapifer, Saxoniæ Dux Mareſchallus, qui & enſem ante Imperatorem defert, Dux Bohemiæ Pincerna, qui poſtea tamen circa annum Domini 1200 in Regem exaltatus eſt, huncque ſex Electoribus præfatis additum ferunt ad tollendum Electorum diſcordias, ſiquæ oriuntur inter Principes, dum eligunt. Hy ſeptem primi & principales Electores Imperii ſunt, & uti eligere, ſic & deponere, legitimâ hàbitâ cauſâ, habent. Cæterum non hys contenti totum C

Ordinatur Septemviratus Germaniæ.

in

A in unum corpus Imperium colligentes, principales regni omnium ſtatuum adunantes ordinaverunt, cujus corporis caput & monarcha Imperator eſt, poſt quem Reges quatuor, qui & ipſi coronantur & inunguntur & ſunt:

Matricula Germaniæ Procerum.

Rex { Franciæ, Angliæ, Siciliæ, Scotiæ }

Tres Cancellarii.

Maguntinenſis
Colonienſis
B Trevirenſis

Quatuor principales Electores.

Bohemiæ Rex
Palatinus Comes
Dux Saxoniæ
Marchio Brandenburgenſis.

Quatuor Duces principales.

Saxoniæ
Bavariæ
Sweviæ
C Lothoringiæ.

Quatuor Marchiones.

Miſenenſis
Brandenburgenſis
Moraviæ
Paduæ.

Quatuor Lantgravii.

Thuringiæ
Haſſiæ
Lechtenburgis
Alſatiæ

Quatuor Burggravii.

Magdeburgenſis
Norenburgenſis
Reneck
Stromburgenſis.

Quatuor Comites.

Clivenſis
Schwartzenburgenſis
Ziley
Sophoie

Quatuor ſemper-Vriggen.

Limburgenſis
Thuſis
Weſterburgenſis
Aldenwoldenſis

Quatuor milites.

Andeloe
Meldingen
Struell
Frowenberg

Quatuor civitates.

Auguſta
Aquis
Maguntia
Lubeca.

Quatuor villæ.

Bamberga
Ulma
Hagenowe
Sletſtat

Qua-

Digitized by Google

Quatuor Coloni.

Colonia	Conſtantia
Ratiſpona	Saltzeburgium.

Et hys ſimul in unum collectis unum corpus Imperii ſuis cum officiis efficitur. Eſt præterea advertendum, paucos admodum ante hujus corporis Imperii inſtitutionem Principes fuiſſe; nec puto, invenies, demptis Bavariæ, Saxoniæ, Lothoringiæ, Sweviæ & Thuringiæ Ducibus. Verùm ubi in Germanos Imperium venit, jam Imperatores familiaribus ac miniſtris ſuis de diverſis officiis providebant. Ex quibus officiis & proviſionibus Potentatus varii originem ſumpſerunt; dum ſcilicet proceres ditati aut Imperatorum munificentiâ honorabiliores facti, alii hanc, alii aliam dignitatem ſunt conſequuti, ymmò â minori ad majorem gradum exaltati, pro ut & in præſentiarum videmus, ſumma ad faſtigia aſcenderunt. Sic ex Comitibus Burggravios, ex Burggraviis Lantgravios, ex hys quoque Marchiones atque Duces; ymmò ex Ducibus Reges creatos videmus.

A

Moderna Magnatum multiplicitas unde ſit

B

Pacatâ itaque Italiâ, dum Otto Imperator in Germaniam ire decreviſſet, Creſcentii Patricii relicta, quam concubinæ loco Imperator acceperat, poſt ipſum cyrathecarum par, venena in ſe continentium, miſit; quibus indutus intoxicatus eſt, & haud longè pòſt veneni vi extinctus ac in Germaniam reportatus Aquisgrani ſepulturæ traditus eſt, nullum poſt ſe hæredem filium relinquens. Cujus rei cauſam inſerere debeo: nam Maria Arragoniæ Regis filia uxor ei erat mulier impudica ſatis & lubrica. Hæc ſollicitavit quendam de nobilibus, qui apud Imperatorem militabat, ad concubitum; at ille alter Joſeph negabat adulterium, taléque in Deum & Imperatorem Dominum ſuum ſcelus committere ſe non poſſe proteſtatus eſt; & cum ſæpe mulier moleſta eſſet, ipſéque ſtuprum abnegaret, contemptui ſe habitam mulier videns Imperatorem adiit, militémque quaſi ſe opprimere volentem accuſavit. Verbis conjugis credulus Imperator irâ vehementiſſimè per-

Obitus Ottonis 3tii Imper. ſine hærede & quare.

C

Alter Joſeph.

A motus, ſinè cauſæ examinatione innocentem capite plecti præcepit. Perfectâ cæde innoxii dum pro ſanguine lac emanavit indicium innocentiæ, perterritus Imperator miraculo, rem ut erat ſuſpicatus, uxorem adduci juſſit. Quâ diſtrictiùs examinatâ, dum ſcelus fatetur, ſinè ulla miſericordia morti adjudicata eſt ac flammis injecta. Erat enim Imperator juſtitiæ tenax ſupra omnes, qui ante ipſum erant, Imperatores, ſinè omni perſonarum exceptione in ſceleſtos & criminoſos ſæviens, ſicque uxore amiſsâ, ultra nubere contempſit; unde & ſine liberis manſit.

Sanè, Ottone, ùt præmiſſum eſt, mortuo & Aquisgrani, ùt dignitatem Imperialem decebat, honorabiliter ſepulto, con-
B gregatis jam in unum Electoribus, facta eſt contentio inter Principes; alii enim Hermannum Swevorum Ducem, alii Hinricum Bavarum elegerunt. Demum, convenientibus in unum Principibus, Hinricus electus eſt.

Formam autem & modum deligendi Regem novum per ſeptem Principes Electores Romani Imperii, & eorum conductum & vocationem, quomodo adeſſe teneantur Franckfordiæ in urbe circa Moganum & quæ peragenda ſunt ac quo ordine, aurea bulla clariſſimè edocet, quam Carolus quartus Romanorum Imperator in ſolempni dieta Nurenbergæ anno 1356 edidit. Electus deinde Cæſar & Romanorum Rex appel-
C latus, tunc demum nuper Auguſtus & Imperator habetur, ſi eum Romanus Pontifex confirmat. Noſtri enim Imperatores, cùm eliguntur, ante conſecrationem coronationémque Romanorum Reges appellantur, quaſi pluris exiſtimandum Imperatorum quám Regum nomen. At verò priſci Romani poſt expulſum Tarquinium ſuperbum ob odium Regum nomen Regium funditus ſuſtulerunt, Senatus-conſulto ſtatuentes, nequem deinceps in urbe Regem eſſe liceret, cùm Imperatores permulti tot annis, re bene & feliciter adverſus hoſtes geſtâ, honoris cauſa appellarentur; tres enim gradus dignitatum majorum apud Romanos, de quorum Principe loquimur,

Digitized by Google

Theodoricus Dux Angariæ & Weſtphaliæ.

Hic Widekyndus induſtrius ac fortis bellator, plus cæteris Carolo magno infe. ſtus, tandem fidelis & ſanctus evaſit.

Widekindus Dux, Gella uxor, Regina Daciæ.

Gella uxor Wydekyndi Ducis, Regis Daciæ filia ſepulta eſt in Bethleem apud Oſnabrugis opidum, ubi & vir ejus babtiſatus fuit.

Hic Wipertus, adjuvante ſe filio ſuo Valberto, fundavit Wildeshuſen, multiſque reliquiis de Roma allatis ditavit, ubi & ambo poſt mortem ſepulti ſunt.

Wipertus ab albo equo nomen ſortitus.

Syndacilda uxor Wiperti Comitiſſa Friſiæ, filia Rabodi, qui à diabolo illuſus, in babtiſmate pedem retraxiſſe legitur.

Bruno.

Hic Bruno habuit Suſannam de rubeo vexillo ex Romanis, quos Trojanus Imperator Coloniam à Senatu tranſtulit, ortam.

Quidam volunt Brunonem & Ludolphum fratres fuiſſe.

Ludolphus cujus uxor fuit Oda ex Francia.

Iſte Ludolphus conſtruxit monaſterium monialium in Gruteshuſen in honorem S. Johannis Bapt. & S. Stephani, profectúſque cum uxore Romam à Nicolao Papa reverenter ſuſceptus eſt, confirmatóque monaſterio, reliquiis quoque dotatus eſt. Hic primum etiam in Orientali Saxonia ducavit, demum à Normannis Saxoniam invadentibus occiſus eſt, ac in Gardeſen cum uxore ſepultus.

Tanquardus ejus uxor Luckegundis Arnoldi Imperatoris filia.

Luckardis. Hæc Regi Franciæ Ludwico nupſit.

Iſti duo ...

Hic Ludolphus Garden... ris Arragoniæ Regis filia

Chriſtiana Abbatiſſa. ... tiſſa in Gerdeſen.

Hæ tres Ludolphi filiæ fuerunt ſanctimoniales in Gardenſem ac ... batiſſa in Quedelenb.

Jutta nupſit Duci Bohemiæ.

Bruno Epiſcopus Auguſtæ.

Giſla nupſit Ungariæ Regi Stephano.

Hinricus Dux Bavariæ.

Bruno Marchio Giſla Slava relicta Ducis Suev.

Hildewigis Burgravio Magdeburg.

S. Hinricus Imperator.

Ludolphus Marchio Saxoniæ & Brunſw. Hilda Comitiſſa Flandriæ.

Bruno.

Engelbertus Garburgis Comitiſſa in Lanſeberg.

Hic Bruno, dum cum fratre ad Imperatorem perrexit, in via Thuringorum enſe occubuit.

Metildis Lombardiæ Regis uxor.

Gertrudis quæ nupſit Henrico Comiti in Northem.

Engelbertus à cicariis ab Imperatore ad hoc miſſis occiſus eſt

Interfecto itaque Engelberto ceſſit Marchionatus Gertrudi ſorori ſuæ, quam perſequens Hinricus Imperator patriâ pulſam vi hæreditavit; filia tamen Gertrudis poſtea nupſit Lothario Supplenburgenſi Comiti, cum quo & Saxoniæ Ducatum accepit, qui & in Imperatorem electus eſt.

Digitized by Google

Digitized by Google

mur, fuere: Rex, Dictator, Imperator. Ex hys ſuprema omnium poteſtas Rex fuit, poſt Regem verò ſecundum dignitatis tenuit locum Dictatura, poſt Dictaturam Imperium tertio gradu conſequitur. Julius autem Cæſar cùm ſœpiùs poſt partam victoriam eſſet Imperator ab exercitu appellatus, non Imperatorum aut Regum ſed Dictatoris nomen uſurpavit. Tantum odium Regis nomen in urbe contraxerat. Cùm autem cuperet Regis nomen & vereretur populi indignationem, molitus expeditionem in Parthos atque aſſerens in libris Sibillinis contineri, nonniſi a Rege Parthos ſuperari, poſſe ſe Regem dici procuravit. Quod maturandæ mortis ſuæ cauſam præbuit conjuratis. Eſt autem Imperium armorum exercituúmque ad tutandam augendámque rempublicam commiſſa auctoritas. Verùm quem mos ille abolevit omnino, nec ſolùm ex uſu ſed & ex memoria Germanorum abîit, hunc recentiorem per plures fermè annos ſervatum antiquum arbitremur. Sequamur a noſtris majoribus religioſè conſtituta & ad nos usque traducta, quæ conſenſus Chriſti fidelium approbavit.

S. Henricus I. aliàs II. Imp.

Hinricus primus, quartus Germanorum Imperator, Ottone tertio ſine prolibus mortuo, patre Heſilone, natione Noricus ejusdémque gentis Dux, non per ſucceſſionem ſed ab Electoribus præfatis electus eſt Norembergæ. Habuit autem uxorem Kunegundam Palatini Comitis filiam, â qua nullam ſobolem ſuſcepit, quia ambo in virginitate permanſerunt, fuítque idem Hinricus vir ſanctus ac timens Deum, qui nichil unquam in vita prætermiſit, quod ad honorem Dei pertinere dinoſceret. Inungitur autem in Regem â Willigiſo Maguntinenſi Archiepiſcopo; fuit autem in bellis fortunatiſſimus: potentiores enim regni ſui principio rebellantes oppreſſit: habuit enim ſucceſſionum ſuarum æmulos imprimis Eckenhardum Marchionem Miſſenenſem, qui ſpe regni adipiſcendi Duſenburg verſùs, quo Principes convenire velle exiſtimabat, ſe recepit; unde & â Barwardo Hildeſemenſi Epiſcopo quaſi Rex honorificè ſuſceptus eſt. Dein Padeburnam veniens, negantibus introitum civibus, ad tempus ante urbis portas ſuſtinuit, donec Rotharij Epiſcopi juſſu intromiſſus ac Pontificali cœnæ ſodalis factus eſt. Intellecto autem inter cœnandum, quod Epiſcopo propoſitum de regno adipiſcendo diſplicuit, & quod Principum conventus in Dusburgio non fieret, reverſus in Saxoniam ab inimicis comprehenſus, noctu occiſus eſt, & qui honorem ſibi aſſumere quæſivit, vitam amiſit. Cæterùm Alſatiæ Dux Hermannus Hinrico, ne Rex fieret, conabatur obſiſtere. Properanti igitur Hinrico jam electo pro coronatione verſùs Maguntiam Dux præfatus tranſitum per Reni fluvium cum exercitu prohibere ſatagebat. Veruntamen poſt multas diſcordias compoſiti & reconſiliati ſunt. Coronato itaque Hinrico, tranſito Reno per Orientalem Frantiam iter faciens Merſeburg venit, ubi venientes ad eum utriúsque Saxoniæ Epiſcopi ac regni Proceres ùt Regem devotè ſuſceperunt. Deinde in Weſtphaliam iter faciens ad Corbejenſe monaſterium venit, ubi occurrit ei venerabilis Kunnegundis uxor ſua, ùt putabatur, re autem verâ caſtitatis æmulatione

ſoror.

Digitized by Google

ſoror. Inde ambo ſe Padeburnis receperunt, ubi & ipſa Regina à Willigiſo Maguntino Regiam coronam, Sophia quoque Regis ſoror Abbatiſſa conſecrationis munus in die beati Laurentii martyris cum ingenti omnium tripudio unà ſuſceperunt. Verùm fidelis inventus eſt, qui dixit: *extrema gaudii luctus occupabit*: Bavari enim fruges vicinorum dum pro paſtu equorum violenter rapuerunt prohibiti, facta eſt diſſentio inter partes utrasque. Prævalentibus autem Weſtphalis, ad Regalem crucem Bavari fugere compulſi ſunt, ubi & Cancellarii Regis frater lanceâ percuſſus occubuit. Collectis igitur Bavaris, bellum iniunt. Verùm Bernardus Dux ſuorum validâ manu ſe medium poſuit, ambáſque partes compeſcuit. Hoc facto, Rex commotus culpabiles dignâ caſtigatione punivit, & ad placandum Epiſcopum Rotharium Bokenforde ei in poſſeſſionem dedit, quam donationem aliqui factam dicunt anno ſequenti, quando ſcilicet Epiſcopus Regem in nova Corbeja viſitavit non in placationem perpetrati ſceleris ſed in ſubventionem Eccleſiæ ſuæ propter incendium, quod præteritis annis perpeſſa fuerat. Pòſt Rex inde proficiſcens Duſeburg venit, ubi à Colonienſi, Leodienſi & Camaricenſi Epiſcopis honorificè ſuſceptus ac in Aquisgranum in ſede Regia prædeceſſorum ſuorum more in die Nativitatis beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ glorioſè eſt collocatus.

A

B

C

Porro Imperator factus, duas continuè cathedrales eccleſias Bambergæ & Argentinæ fundavit, Bambergenſem quidem in honore ſancti Stephani, Gregorii, Petri & Benedicti. Imperatrix autem fundavit monaſterium monachorum eò loci juxta urbis muros, & inter ædificandum quottidie in vaſculo ad hoc deputato ſtipendium laborantibus poſuit, à quo unicuique mercedem laboris ſui quottidie accipere licitum erat; nec potuit quiſpiam ultra ſibi debitum ſumere, furari ibi nemo prævaluit, compulítque Imperatrix dœmonem marmoreas columpnas pro eccleſiæ fundamento in ſummitatem montis transferre, pro ut eſt hodie videre.

Fundantur Epiſcopatus Bamberg. & Argentiæ.

S. Cunegundis mirè extruit monaſterium.

A Miracula in vita S. Suederi Ep. Monaſt. Eodem tempore Swederus XI Mimigardefordenſis eccleſiæ Epiſcopus, de quo jam ſuprà dictum eſt, in ſede ſua pontificavit. Hic primo erat frater in veteri eccleſia, doluitque ſuper translatione ipſorum, per Dodonem prædeceſſorem ſuum factâ. Hic idem vir ſanctus in Præſulatu ſuo fratrum ſuorum inſtinctu ad Imperatorem citatus eſt, qui inter eundum par turturum videns, ſecum in Dei nomine ad Imperatorem volare juſſit. Ubi autem in campum Wangionum ad Imperatorem cum accuſatoribus venit, turtures item in Dei nomine ad ſe ex aëre venire præcepit, quos Imperatori ac conjugi ſuæ pro munere offerens: *ſicuti*, inquit, *hæ aviculæ abs-* B *que felle ſunt, ita ego immunis ab omni michi hys ab accuſatoribus impoſito crimine.* Unde & Imperator & conjux ſua ſibi aſſurrexerunt & veniam petierunt, accuſatores verò confuſi receſſerunt. Cæterùm camerarius ipſius ſancti viri pileum quendam furto ſubtractum celare volens, ſœpe â pio patre interrogatus, dum nichil fatetur, cultellum ſupra menſam poſitum & benedictum ſumere coactus, quaſi ignitum celeriter projiciens, reum coram omnibus ſe eſſe profitetur. Inſuper quidam maligno ſpiritu arreptus, vi magna eſt captus & in præſentia viri Dei ductus; quem ſolvi protinus jubens, bacu- C lum ſe ſolum irrumpentem viriliter amovit, & facto ſanctæ crucis ſigno, Divinâ poteſtate hoſtem exire compulit. Tantus vir hæc non ſuis meritis ſed Divinæ virtuti aſcribens vixit in Chriſto dies vitæ ſibi conceſſos, miniſtrans illi fidelis ſervus omni ſtudio. Sedit autem in Epiſcopatu XVI annis magnâ infirmitate, quæ omnigenam virtutem perficit, & Theodericus, cognomen habens: *bonus*, pro eo eſt ſubrogatus.

1004. Wotilolphus 11. & Titmarus 12. Epiſc. Oſnabr. Wotilolphus decimus Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus eodem anno diem clauſit extremum, cui Titmarus vir bonus & juſtus ſucceſſit, qui inter cætera bene geſta eccleſiam ſancti Johannis fundavit, quam & ipſe dedicavit; pontificavit autem annis fermè viginti.

1005. Eo anno kalend. Novembris Retherius Padeburnenſis eccleſiæ

cleſiæ Epiſcopus ad Regem tunc in Corbeja conſtitutum venit, Regii ſolacii opem ſuppliciter depoſcens. Rege autem in promptu non habente, quod daret, Minvercus Capellanus ejus prædium in Bokenvorde in Comitatu Ludolphi Comitis Regi contulit, quod ipſe Rex Epiſcopo ſuæque eccleſiæ in perpetuum proprium donavit eâ ratione, ut prædictus Epiſcopus ad vitam haberet, póſtque mortem ejus ad ſtipendia Fratrum Paderburnenſis eccleſiæ pertineret. A

Bokenför de incorporatur eccleſiæ Paderb.

Ipſo anno ſtella, quam Cometam dicimus, horribilis apparuit, quæ videbatur huc illúcque flammas ſpargere, quam tanta fames mortalitáſque ſequuta eſt, ut ſepelientium tædio vivi adhuc ſpiritum trahentes cum mortuis ſepelirentur. 1006. B

Anno Hinrici quarto, utriúſque ſtatûs Principes ad conſilium in Novimagio vocati ac congregati ſunt, ubi Imperator cum contectali ſua præſens affuit, ubi & Popo Treverenſis, Eckenbaldus Maguntinenſis, Dagon Magdeburgenſis, Berwardus Hildenſemenſis Epiſcopi, Popóque Fuldenſis Abbas cum multis aliis utriusque ſtatûs viris venerabilibus advenerant. In quo conſilio inter cætera concluſum fuit in celebratione miſſarum corpus Dominicum ad ſiniſtram, calicem ad dextram ab altaris miniſtro locandum. 1007.

Concilium provinciale Noviomagi

Ipſo quoque anno Imperator Baldewinum Flandriæ Comitem ſibi adverſarium, Gandenſem quoque civitatem populoſam ſub obedientiam Imperii reduxit ac ſibi ſubjugavit. C

Boleslaus Poloniæ Rex, ingenti contracto exercitu, Saxones invaſit, flammâ & ferro cuncta devaſtans Magdeburg usque venit, ſanctúmque Mauritium ejus dioceſis patronum ac tutorem irriſit, multiſque captivis ſecum ductis, in Poloniam abundanti cum præda reverſus eſt; at ubi Barbarorum inſultus Imperatori innotuit, vocato Stephano Ungariæ Rege ſororio, in Boleslaum exercitum traxit, initóque bello, alterâ Bartholomæi Apoſtoli Imperator ac Ungariæ Rex ſuperiores facti Boleslaum ad fidem reduxerunt.

Sanguis de cœlo hoc anno in quorundam hominum veſti- 1008.

A menta cecidit ipsâ Dominicâ Palmarum die; ſed & biduo ante ſanctæ Walburgis diem horrida Solis ecclipſis viſa eſt: ſubitò enim meridie radiorum claritatem ſubtrahens terris, in ſanguinem verſus eſt, duravitque hujusmodi prodigium, tertium usque in diem; tunc enim primam ſuam claritatem reinduit, ſequutáque eſt peſtilentia ſæviſſima, ſolito profuſior, quâ tota pene provincia devaſtata eſt.

Eodem anno Bernardus Luneburgenſium ac Saxoniæ Dux, Bennone patre mortuo, Bertrandi Norwegiæ Regis filiam uxorem duxit, â qua duos filios accepit Adolphum & Hermannum. Verùm quia Hermannus ſinè liberis obîit, Adolphus

B post patrem Bernardum ducavit. Is ex Giſla Datiæ Regis filia

Linea Ducum Luneburgenſium & Saxoniæ extinguitur.

Magnum & Ottonem filios accepit; ſed quia Magnus ſolùm filias genuit, Ottoni Saxoniæ Ducatus ceſſit, qui genuit ex Amigarde Swevorum Ducis filia Cononem & Conradum liberos, qui ambo occiſione gladii mortui ſunt, ſicque finita eſt linea Ducum Lunenburgenſium & Saxoniæ. Quem ducatum, tradente Hinrico quinto, Lotharius Dux, qui poſtea etiam Imperator factus eſt, accepit, pro ut infrà dicetur.

1009. Rotharius 10. Paderborn. Epiſc moritur, ſuccedit Meinwercus.

Rotharius decimus Padeburnis eccleſiæ Epiſcopus carnis debitum ſolvit. Is, dum vixit, inter alios quamplures, qui ſcientiâ præditi, moribus adornati ſecundas partes regni ſtrenuiſſimè adminiſtrabant, enituit, noménque Epiſcopi officio tenuit atque moribus implevit. Is volens eccleſiam ſuam Apoſtolicæ tuitionis præſidio artiùs communire, privilegium Apoſtolicæ confirmationis ſuper bona & jura eccleſiæ ſuæ â Johan-

C ne Papa XVIII anno incarnationis 990 petîit & obtinuit. Electionem quoque Epiſcoporum inter ejusdem & ab ejusdem eccleſiæ filiis faciendam, quam eis diverſi Reges diverſis temporibus liberaliter & legaliter conceſſerunt, idem Papa confirmavit, ut ſi unquam in ovile ovium aliunde quàm per oſtium intraret, excommunicationi ſubjaceret. Demum, ùt præmisſum eſt, poſt multa bona eccleſiæ ſuæ exhibita, privilegia renovata, ac circa eccleſiæ ſuæ combuſtæ reſtaurationem apud

Regem

Digitized by Google

Regem regníque Principes magnâ ſollicitudine, jactis jam fundamentis, non tamen eo in loco, in quo prior eccleſia fuerat concremata, XXVIII Epiſcopatûs ſui anno obîit, & Miniwercum Henrico Imperatori ſanguine junctum, Regiâ ſtirpe progenitum, Ottonis tertii quondam Regium Capellanum ſucceſſorem reliquit, qui â Rege per cyrothecæ traditionem in Goslaria civitate, ubi tunc Rex morabatur, Epiſcopatum accipiens, â Wilgiſo Maguntino, ejúsque ſuffraganeis ibidem præſentibus Dominicâ ſecundâ Quadrageſimæ munúsque conſecrationis accepit, & Padeburnis veniens quàm honorificè receptus eſt. Et quantò Regi familiariùs extitit, tantò eccleſiæ ſuæ apud Regem & Principes plùs profecit; tertio enim, poſtquam civitatem ingreſſus eſt, die muros principalis eccleſiæ ſuæ negligenter erectos ad ſolum usque dejici fecit & ipſius eccleſiæ ædificium de novo ſingulari munificentiâ perfecit. Cujus tanti operis moles in hunc hodiernum diem ſtuporem intuentibus, decor autem admirationem incuttit, & ſicuti ſeptennio Salomon ſtupendum illud templum Jeroſolomis perfecit, ſic & totidem annis hanc glorioſam baſilicam Præſul reverendus conſummavit.

A

B

Eccleſia Cathedr. moderna extruitur Paderbornæ.

Luna in ſanguinem verſa eſt atque terræ motus magni fuêre, inſuper & facula ardens inſtar turris cum magno fragore de cœlo cecidit. Quibus præſagiis præmiſſis, confeſtim in toto fermè terrarum orbe valida fames ſequuta eſt, tantáque in quibusdam locis peſte laboratum eſt, ut plures mortui quàm ſuperſtites haberentur. Quam quidem calamitatem in Lothoringia Galliarum provincia fons ſaluberrimæ aquæ in ſanguinem fuerit verſus, futuram indicans Chriſtianorum ſtragem.

1012.

C

Jeruſalem civitas ſancta hoc anno â Saracenis, direpto Domini ſepulchro, turpiſſimè capta eſt atque vaſtata. Qui Saraceni etiam templum montis Syon & Bethleem Dominicæ nativitatis locum capientes & violantes ſpurcitiæ Mahumeticæ dedicârunt, cúmque ita per triginta & quatuor annos infecta

Saraceni occupant Jeroſolymam.

 ſtetiſſet,

A ſtetiſſet, â Conſtantinopolitano Imperatore, Leone Pontifice Romano procurante & adjuvante, denuo obtenta eſt, & ſanctiſſimum Deo ſepulchrum ſuâ impensâ ipſe Orientalis Imperator inſtaurare fecit.

Monſtra.

Eâ tempeſtate mulier quædam apud Saxones geminos peperit. Horum ora ùt anſerum roſtra, brachia verò ut volucrum alæ pennata erant. Qui ambo mox tertiâ nativitatis die ſibi alterutrum arriſère. Verùm Judex loci, ut videntibus terrorem aufferret, ambas interfici juſſit.

Sacrilegus â muribus devoratus.

Raptor inſuper quidam, qui ſancti Clementis eccleſiam ſpoliaverat, â muribus devoratus eſt; quocuncque enim ſe B tranſtulit, mures ipſum ſequuti ſunt etiam usque ad maris undas & ad abdita quævis loca, nec requiem invenit miſer, donec conſumptis â muribus totaliter carnibus ejus, ipſa quoque oſſa corroſa ipſa animalia relinquerent.

Hungari convertuntur.

Gens quoque Ungarorum, quæ usque ad illud tempus idolorum cultui dedita erat, per Gillam Hinrici Imperatoris ſororem, quæ Regi Ungariæ nupta erat, ad fidem converſa eſt; adjuvante enim ſe Alberto Pragenſi Epiſcopo, ſuo ſpirituali patre ſanctiſſimo, primò Regem virum ſuum ad hoc induxit, ut ſe & totam ſuam gentem ab Hinrico Imperatore humiliter peteret, deinde non ſolùm Regem ſed & omnes regni C ſui populos convertit & Chriſti fidei mirabiliter ſubjugavit. Erat enim hæc Regina, ùt ejus præclara teſtatur hiſtoria, pietate, innocentiâ, benignitate, religione atque hoſpitalitate adeò inſignis & Chriſtiana, ut in toto orbe ei non inveniretur conſimilis, atque poſt mortem crebris claruerit miraculis. Ejus ſanctiſſimum corpus in Albenſi civitate condigno ſervatur honore.

Theodoricus 12. Epiſc. Monaſt. 1013.

Theodericus bonus Mimigardefordenſis Epiſcopus hoc anno pontificavit. Hic inter cætera ab Hinrico Imperatore interceſſione Kunnegundis Imperatricis obtinuit Abbatiam in Leisbornenſi monaſterio ſanctimonialium fœminarum ad ordinandum ibi cultum Divinum, poſtulato etiam ſuper hoc eccleſiæ

ſuæ

Digitized by Google

ſuæ Imperiali privilegio tali ſub forma: *Hinricus Divinâ favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, ubi eccleſiarum venerabilium loca â noſtris Prædeceſſoribus nobiliter adaucta, ut in ſuo vigore perſiſtant, noſtrâ auctoritate ſanximus, ab omnipotenti Deo, quem in Sanctis ſuis honoramus, æternæ retributionis præmium recipere fideliter & veraciter ſperamus. Quo circa ſanctæ Dei eccleſiæ omniúmque fidelium noſtrorum, præſentium videlicet & futurorum univerſitati, volumus, pareat, qualiter Theodericus Mimigerneſordenſis eccleſiæ venerabilis Epiſcopus noſtræ Celſitudinis adiit clementiam petens, ut ſuæ eccleſiæ per noſtri præcepti paginam concederemus & confirmaremus unam Abbatiam Liesborn nominatam, quam antea præfata Mimigerneſordenſis eccleſia videbatur habere, etſi ſine ſceptro, ſitam in pago Dreni ac in Comitatu Herimanni Comitis. Cujus petitionibus, ùt juſtum eſt, annuentes, interventu etiam ac petitione Kunegundæ Imperatricis Auguſtæ, noſtræque contectalis dilectiſſimæ, aliorúmque fidelium noſtrorum, qui inibi præſentes fuerunt, Everhardi Bavenburgenſis, Mynverci Padeburnenſis, Adalberti Trajectenſis Epiſcoporum, Ducíſque Godefridi per hanc noſtri præcepti paginam prælibatæ ſedi Epiſcopali ſibíque, ſuíſque ſucceſſoribus in perpetuum confirmamus & corroboramus, ut in præſcripto loco Lisborn dicto noſtra Imperiali auctoritate de hinc liberam habeat facultatem ſervicium Dei ordinandi penes Divinum amorem timorémque. Præter hæc etiam de advocatis in prædicto loco Epiſcopis liceat agere & ordinare ſecundùm eorum voluntatem advocatiam in ipſorum militia, juxta quod illis meliùs viſum fuerit ad utilitatem eccleſiæ prætitulatæ.* Hæc fuerunt acta Goslariæ, ubi tunc cum Imperatrice & aliis Principibus idem Hinricus ſeſe receperat.

Abbatia Liesbornenſis accedit diœceſi Monaſt. A

B

C

Eodem anno Fuldenſis monaſterii monachi, poſthabitâ religione, ſæculi ſe actibus adeò miſcuêre, ut omnibus ludibrio habiti ſint, & quia ad religionem ab Imperatore reduci non poterant precibus, Imperator poſſeſſiones ipſorum diripere tenpta-

A tenptavit, ut vel ſic ipſos ad viam reduceret. Steterat autem ipſorum monaſterium ducentis ſeptuaginta annis.

Iis temporibus Imperator in obſidione caſtri captus eſt, compedibúsque ſolutis, clam per murum ſe præcipitans, læſo femore ampliùs claudicavit, quo ſiniſtro eventu Hinricus claudus femore inpoſterum accepit nomen.

Temporibus invictiſſimi Caroli magni, qui nullâ interpoſitâ mora in Saxones idololatras copias movit, cum quibus ad plures annos bella geſſerat, vicit & fidem Chriſti ſuſcipere coëgit, regente tunc Saxones Widekyndo, poſt quem quartus Illuſtriſſimus Dux Saxoniæ Ludolphus regimen provinciæ
B ſuſcepit, cujus filius major natu Bruno Balteo in mari contra Danos pugnans obîit, Otto autem filius alter in Ducatu ſucceſſit. Hic habuit filium, qui Hinricus humilis dicebatur, & filiam Babam matrem Alberti Comitis Babenbergenſis, de cujus nomine idem mons Babenberg dictus eſt, quem ob necem fratris ſui Conradi Ludwicus Imperator decollaverat, pro ut ſuprà dictum eſt anno ſcilicet Domini 917, & Ludwico ſine pignoribus mortuo, Conradus occiſi Conradi filius in regno inſtituitur. Quo item ſinè hærede mortuo, Primates Hinricum humilem coronaverunt, Is duxerat Me-
C thildam ſanctæ converſationis fœminam, ex qua genuit Ottonem magnum & Hinricum Ducem Bavariæ. Otto magnus genuit Ottonem ruffum, qui Otto II. dictus, qui ab incarnatione Domini 995 obîit, ſepultus Ratisponæ in cœnobio ſancti Hemeramni cum tali epigrammate:

Hinricus Romani Regis pater & defenſio legis
Bavariæ cultus pius eſt hic Heinricus ſepultus.

Fuerunt ei nati duo filii & filia unica. Primus Hinricus Babenburgenſis, poſtea Imperator, ſecundus Bruno Epiſcopus Auguſtanus, filia autem Giſila, quæ nupta Stephano Regi Ungariæ regnum ad fidem Chriſti convertit; divus autem Hinricus Imperator uxorem ut ſororem diligens nunquam cognovit, & cum prolem ſe non habiturum ſciret, terrena

Digitized by Google

rena in cœleſtia commutans Epiſcopatum in Bamberga conſtituit. A

Eſt autem Bamberga præclara civitas Franconiæ, quam Radiantia fluvius, vernaculâ linguâ **Rednitz** dictus, alluit, in bonó ac feraci ſolo ſita. Is fluvius non longè â Noremberga Pegniceo amne exoneratur, præbétque Babenbergenſibus oblectamentum varium ac utilitatem ob navigia plurimùm accomoda. Supra civitatem in edito monte arx eſt arte & naturâ munita, quæ â Baba Comitiſſa, ùt dictum eſt, Babenberga vocata eſt. Quam civitatem, Alberto Comite gladio obtruncato, Otto tertius ſuis cum prædiis & poſſeſſionibus Divo Hinrico tradidit, ùt in privilegio ejus ſcribitur: *Noverint omnes Chriſti fideles, qualiter Nos ob interventum dilectisſimæ genitricis noſtræ Adelheidæ caro nepoti noſtro Bavariorum Duci Hinrico quoddam juris noſtri prædium, civitatem videlicet noſtram, Babenberg nominatam, cum omnibus ad banc reſpicientibus* &c. *noſtra Imperiali potentia in perpetuæ uſum proprietatis conceſſimus firmitérque donavimus.* Eam urbem deinde Hinricus ſanctus plurimùm exornavit, eccleſiam & aulam Epiſcopalem celeberrimam in ea fundavit, ubi & cum contectali ſua poſt mortem ſepultus eſt, ubíque Berengarius, qui regnum Italiæ uſurpavit, conditus jacet; nam ab Ottone primo captus ac in Germaniam ductus, illuc exulans obiit. Hujus urbis laudem ac deſcriptionem Godfridus Viterbienſis elegans hiſtoriacus hys ſequentibus edidit:

Bamberga civitatis encomium.

B

C

Bavaricus fluvius vulgò Radiantia dictus
Norica rura fovens, variéque vagando relictus
  Montis pavonis Urbis amœna colit
Nomine vulgato mons Babenberga vocatur
Flumine craſſatur, vicinaque terra rigatur
  Pónsque ſuperſtratus cingit utrumque latus
Urbs laudanda nimis montis ſubcreſcit ab imis
Undique ſublimis fit turribus inſita primis
  Montis ab urbe tamen culmina Clerus habet

A Agmine murorum ſeries præcincta domorum
Excluſis laicis munitio fit dominorum
Eccleſiæ formam montis caput auget & ornat
Mons pavones habet montes ſibi collaterales
Tres quaſi conſimiles urbis quoque principales
Ipſe nitens medius præeminet absque pari.
Pulcrior illorum loca maxima dat monachorum
Templáque multorum reliqui dant Canonicorum
Quarta pars fluvio præbet utrumque forum
In crucis ergo modum præbet ſibi pavo colonum
B Stat medius Petrus, Stephanus quoque dexter habetur
Vertice ſtat Jacob, lævâ Michaël retinetur
Fértque ſecus fluvium Virgo Maria decus.
Cæſaris Hinrici ſancti, cognomine claudi
Hæc & majora multa fuêre bona.
Cujus & oſſa bona ſunt ad miracula prona
Hoc opus hæc dona ſua contulit alma corona
Me vocat hiſtoria pavo, beate vale.

Sunt qui Babenbergam pavonis montem dictam putant, nos â Baba ejus loci Comitiſſa montem Babenberg nuncupatum aſſerimus.

C Carolus magnus optimè de Romana eccleſia meritus ac ſolemni decreto â ſummo Pontifice Imperator declaratus Ludwicum filium Aquitaniæ Regem & Imperii ſucceſſorem reliquit. Ludwicus autem tres inter cæteros filios habuit: Carolum Galliæ Regem, Ludwicum Regem Franciæ, tertium Sigifridum Rheni Comitem Palatinum. Is ex uxore ſua Mathilde tres filios ac filiam unicam genuit: Theodericus primus Epiſcopatum Metenſem rexit, alter Adelbertus Canonicus Metenſis, tertius Palatinus Rheni Hinricus nomine provinciam Bavariæ ſibi adjunxit, cui filia â Deo data fuit omni probitate & ſanctimonia ornata. Filia hæc nobilis Kunnegundis, Divo Hinrico Imperatori matrimonio conjuncta, cum eo in omni caſtitate usque ad obitum vitam cælibem peregit. Verùm, in-

ſtigante

gitized by Google

ſtigante diabolo, eam de milite ſuſpectam habuit, ideo ſuper candentes vomeres XV paſſibus nudis pedibus eam incedere fecit, qua aſcendente ait: *Sicut me, o Deus! ab Hinrico & omnibus aliis intactam noviſti, ita me adjuva*. Cui vox audita eſt dicens: *Virgo Maria te Virginem liberavit;* totámque candentem maſſam illæſa percurrit. Hanc ob rem cum Imperator morti appropinquaret, multitudo ingens dæmonum magno ſtrepitu ante cellulam hæremitæ ſancti tranſiens ibat. Heremita aperiens feneſtram, ultimum de ſocietate interrogans, quis eſſet, is reſpondit: legio dæmonum ſumus, qui ad mortem Cæſaris properamus, ſi in eo quid reperiemus. Iſte admirans monuit diabolum, ut rediret, qui revertens ait: *nichil profecimus, bona enim & mala ejus in ſtatera appoſita fuerunt, at aduſtus ille Laurentius ollam auream immenſi ponderis attulit, & dum ſuperaſſe videbamur, illa ad bona projecta pondus exceſſit, ideo iratus aurem unam ollæ fregi.* Appellavit autem diabolus calicem ollam, quam Imperator eccleſiæ Mersburgenſi in honorem Divi Laurentii fieri fecerat, cui ob magnitudinem duæ aures inerant, qui adhuc populo quot annis oſtenditur, repertúmque eſt, Imperatorem Hinricum tunc ad Dominum migrâſſe, & unam aurem calicis fuiſſe fractam 3. Idus Julii.

A — Innocentia S. Cunegundis probatur.

B

Horrendum & ab omnibus ſæculis inauditum hoc anno apud Saxoniam in monaſterio ſancti Magni martyris in villa Colbecke, ubi ſanctus Magnus martirium conſumavit, accidit miraculum: erant decem & octo: viri quindecim, fœminæ tres, qui eadem in villa in ſanctiſſima Nativitatis Dominicæ nocte expletis matutinis cum miſſarum ſolempniis intereſſe deberent, ſuadente diabolo choros in cimiterio duxerunt, presbiter verò nomine Rothbertus jam primam miſſam inchoaverat, ſed ita chorizantium cantilenâ impediebatur, ut idipſum inter ſacra verba perſonaret. Commotus hac importunitate adiit monens, ut quieſcentes â tali opere eccleſiam intrarent. Spretus ergo hac illis imprecatus eſt voce: *utinam potentia*

C

Pœna tripudiantium in Colbecke.

A *Dei & meritis ſancti Magni martyris ſic inquieti annum cantando ducant!* illi verba ſacerdotis irridentes perſtitêre cantantes. Erat autem una mulierum trium filia presbiteri, quam juſſu patris frater ipſius mulieris vocatus Johannes brachio apprehenſam conabatur â choro retrahere, ſed mox brachium â corpore abſtraxit, attamen nec una ſanguinis gutta manavit, quódque eſt dictu mirabile, ſinè brachio cum aliis cantando & terendo pedibus ſecundùm imprecationem presbiteri annum peregit. Sex jam menſibus evolutis usque ad genua terræ immerſi ſunt; poſt annum, redeunte eadem ſanctiſſima nativitatis die, usque ad latera dimerſi in circuitu choros duxerunt, túncque per ſanctum virum Dominum Herpertum Co-
B lonienſem Epiſcopum, Chriſto volente, liberati ſunt: idem enim ad illos Nativitatis Dominicæ nocte veniens & orationem ſuper illos complens, a ligatura, qua invicem manu tenebantur, ſolvit & ante altare ſancti Magni martyris reconſiliavit. Sic demum graviſſimus ſopor omnes invaſit, ut ante altare dormientes tribus continuis diebus & noctibus dormierunt. Unus ergo ex illis Johannes nomine cum ſupradicta presbiteri filia, cum duabus aliis fœminis ante ipſum altare proſtrati terræ ſtatim ſpiritum emiſerunt. Poſt excitationem verò aliorum ad propria reverſi, cibum acceperunt, & in ſignum re-
C cordationis patrati ſceleris ac aliorum exemplum, validum omnium membrorum tremorem, quoad vixerunt, retinuerunt.

1014. Hinricus Cæſar & Auguſtus creatus, aliquamdiu in Gallia occupatus, ſuum in Italia diſtulit adventum; compoſitis tamen aliquando ibi rebus, Romam venit, & in eccleſia ſancti Petri a Benedicto ſummo Pontifice in Imperatorem Romanorum conſecratus eſt anno Domini 1014 Dominica die, quæ fuit 6 kalend. Martiarum dies. Quo quidem tempore Minvereus Epiſcopus Padeburnenſis ibidem cum Imperatore conſtitutus privilegium Sedis Apoſtolicæ ſuper omnibus bonis datis & dandis eccleſiæ ſuæ confirmationem & privilegiorum quorumcuncque ſummorum Pontificum atque Imperatorum eccle-

ſiæ

ſiæ ſuæ ac ſuorum ſucceſſorum obtinuit; inſuper a ſummo Pontifice multas pretioſas Sanctorum martyrum reliquias dono accepit. A

Itaque Hinricus, acceptâ coronâ, dum in Apuliam iter ageret, ut eam regionem a Græcorum jugo liberaret, Caſſinum montem adiit, ubi meritis beati Benedicti Abbatis a calculo miraculosè liberatus eſt; apparuit enim ei in ſompno idem Pater ſanctus & aperto latere corporis calculum evulſum in manu Regis poſuit, quem Rex evigilans manè ſua in manu inventum cunctis coràm oſtendit & quantas miſerationes per ſervum ſuum ſanctum Benedictum Dominus ei contuliſſet, enarrat. Ab eo tempore & deinceps Rex quadam ſpeciali devotione & veneratione ſancto Benedicto & omnibus monaſticæ religionis cultoribus ſtuduit deſervire & in amplificandis & protegendis rebus eccleſiaſticis benignus & devotus pater exiſtere. Qui aliquando rediens in Germaniam, dum Cluniacenſe monaſterium viſitaret, ob beati patris Benedicti honorem idipſum multis donariis ditavit & honeſtavit.

S. Benedictus Patronus contra calculum.

B

Mynvercus verò ejus loci Abbatem petiit, tredecim ſibi Fratres concedi, eſſe ſibi animo in Padeburnenſi civitate in beati Benedicti honorem monaſterium conſtruere velle. Votis Epiſcopi obſecundans Abbas, datis Fratribus cum panis pondere, potúsque menſura, addita & inſtitutionis ſuæ regula, aſſumptis ſimul, ex quibus Divina peragerent, ſacris codicibus, abire unà cum Pontifice permiſit. Quibus idem Præſul in occidentali ipſius urbis parte capellam in honorem ſancti Benedicti fundavit, & poſtea monaſterium ibidem magnificentiſſimè complevit, capellæque decimam in Nortborchem in dotem aſſignavit, Fratribúsque prædia multa ibidem contulit.

S. Meinwercus fundat Paderbornæ monaſterium in Abdinghoff.

C

Eodem anno in Flandria nubes aquoſa, quæ per triduum fixa pendere viſa eſt, de cœlo impetuoſo caſu in terram cecidit, infinitámque hominum multitudinem eò loci ſubmerſit, ſed & multa ſigna in ſole, luna & ſtellis hoc anno erant, peſtiſque grandis ſequuta eſt.

A 1015. Meinwercus obtinet pro eccleſia ſua Erwite cum appertinentiis.

Mynvercus Padeburnenſis eccleſiæ Epiſcopus 17 kalend. Octobris majorem civitatis ſuæ eccleſiam magnificè conſumatam conſecravit. Sperans autem idem Præſul ſe ab Imperatore Erwitte cum pertinentiis ſuis obtenturum, ad dedicationem præfatæ ſuæ eccleſiæ ipſum invitavit, ſed expeditione, quam Imperator in Poloniam fecit, impeditus venire non potuit. Unde aliquando oportunitate habita, dum Imperator natale Domini ſecum celebraret, interventu Kunegundæ Imperatricis Erwitte ab Imperatore eccleſiæ ſuæ, ùt deſideraverat, obtinuit.

Viſitatio Monaſterii Corbejenſis B

Eodem tempore dum idem Epiſcopus Corbienſe dioceſis ſuæ monaſterium, correctionis quorundam defectuum cauſa, viſitare diſponeret, nec a Vallone Abbâte admitteretur, ab Imperatore depoſitionem ejusdem Abbatis procuravit. Unde quidam ejus loci monachus, Boſo nomine, Epiſcopum in Corbeja celebrare volentem prohibuit ac præparamenta altaris abjecit. Ob quam rem Epiſcopus Boſonem ad omnipotentis Dei judicium operis ſui in ſe patrati rationem redditurum citavit. Factum eſt autem, diſcedente ab humanis Epiſcopo, eadem hora & monachum Boſonem inter raſoris manus ſubitanea morte deficere & ſine dubio ſacrilegii ſui in virum ſancti commiſſi dignas pœnas ſolvere.

C Viſionis Herfordienſis origo.

Cæterùm apud Hervordiam civitatem Imperialem idem venerabilis Antiſtes eccleſiam beatæ Mariæ Virginis ad Crucem, audito miraculo, fundavit: Ludwicus quippe Imperator Caroli magni filius & Imperii hæres ibidem ſanctimonialium fœminarum monaſterium conſtruxerat, quod ab Ungaris deſtructum & deſolatum usque ad Minverci tempora inter ruinas durabat; in cujus ædificationem dum ſanctimoniales reſtaurationi operam darent, beata Virgo cuidam mendico 19 menſis Julii apparuit ac ſe defenſatricem illius loci futuram, ſi ſaltem, priſtinâ vitâ mutatâ, ſpirituali inſtarent exercitio, ſpopondit. In cujus ſignum ipſa eodem in loco ſupra crucem, quam idem mendicus de baculo ſuo ibidem fecerat, in columbæ ſpecie ſeſe locavit ac futuris etiam temporibus ibidem ſe apparere

dixit.

Digitized by Google

dixit. Publicatâ igitur viſione, ad Epiſcopum Mynvercum mendicus mittitur & ferro candenti examinatus, aquâ, igne & aliis argumentis plurimis probatus, verax eſt inventus, revolutóque anno, ut prædixerat, columba ibidem viſa eſt. Cujus miraculi dies anniverſarius, dies viſionis dicitur, ac circumquaque per regionem longè latéque ſatis vulgatus eſt. Habetur ibidem annuale celebérque paſſagium, multúsque populi concurſus. A

Idem Mynvercus Comitatum in Warburg ab Imperatore eccleſiæ ſuæ obtinuit. Comes enim ejuſdem loci Dedico, quia filios legittimos non habuit, ſæpe rogatus ab Epiſcopo, Comitatum ſuum eccleſiæ vendere non acquievit. Hunc filio, quem ex pellice genuerat, relicturus quaſi ſucceſſori & hæredi, aliis tamen prædiis eandem Padeburnenſem eccleſiam ultro promoturus. Mortuo igitur Comite, Epiſcopus abs Henrico Imperatore Comitatum petiit & obtinuit. Bernardus verò quidam Dediconis propinquus ſuper Comitatu Epiſcopum ac ipſius eccleſiam judicio ſæculari inquietavit; quem tandem Epiſcopus magnis datis muneribus, additis etiam in teſtimonium XXX equabus contentavit. In præſentia quippe Imperatoris, Aribonis Maguntini Archiepiſcopi, aliorùmque Epiſcoporum & nobilium, omni querelâ poſtpoſitâ, plenariâ placatus reconſiliatione ceſſavit, & LXXXIII libras ab Epiſcopo accepit, in Gardenſem XX uncias auri, XLVI libras argenti, unum palium pro quatuor libris, & ut dictum eſt, XXX equas, aſtantibus Wiſelmo Epiſcopo Argentinenſi, Raywardo, qui Advocatus fuit, Udone, Sigifrido, Ludolpho, Berellino de Swenam Comitibus, Conone filio Ducis Ottonis ac multis aliis. Verùm poſt Henrici Imperatoris mortem Conradus ejus ſucceſſor comitatum prædictum eccleſiæ abſtulit ac Maguntino Epiſcopo dono dedit. Veruntamen poſt ejuſdem Maguntinenſis eccleſiæ Archiepiſcopi mortem Mynvercus præfatum ſibi ablatum Comitatum eccleſiæ ſuæ Padeburnenſi iterum recuperavit, quem in hunc usque diem præfata eccleſia quieta tenet. B C

Comitatum Warburgenſem eccleſiæ Paderburnenſi acquirit Meinwercus.

Ber-

A Perſecutio in Chriſtianos â Duce Lunenburgenſi.

Bernardus Lunenburgenſis Dux unà cum Slavorum Principe, Theodericóque Marchione Muſcowienſi in Imperatorem arma ſumpſit, ac Chriſti fidem eccleſiamque ſanctam impugnare cepit, fide'es, ubi ubi invenire potuit, trucidavit, presbyteros ac eccleſiæ Prælatos excoriavit, per tempora & cerebrum clavos infixit, innumerabilem pene martyrum numerum apud Slavos hæc perſequutio fecit. Hos quoque, qui ultra Albeam Imperatorum hactenus labore fidem ſuſceperant, vi & armis â fide retrahentes, ad ſimulacra præfati perſequutores revocabant. Verum Wimari Bremenſis, Bawardi Hildeſemenſis Epiſcoporum diligentiâ Bernardus Lunenburgenſis Dux â perverſitate ſua revocatus, ſuî in cognitionem reductus

B eſt. Unde pace eccleſiæ datâ, humili ſatisfactione offenſum Imperatoris animum placavit, multáque poſtea in infideles cum Imperatore bella commiſit.

1016. Hoc anno Miſico Poloniæ Rex in fideles exercitum movit, cui occurrens Imperator, Polonis ſuperatis, ipſum Regem ad fidem convertit, cui etiam poſtmodum fideli Saxones conceſſit, quorum auxilio Ruthenos ſive Muſcovienſes ad fidem Chriſti convertit.

Excommunicatio in Bernardum Saxoniæ Ducem

Eodem anno Gero Magdeburgenſis Epiſcopus certas ob cauſas Bernardum Saxoniæ Ducem excommunicationis ſententiâ notavit, & juris ordine ſervato, tamdiu contra ipſum proceſſit, ut canes quoque ipſius ex manibus panem accipere re-

C nuerent. Verùm Imperatoris labore aliquando pacificati, Dux Epiſcopo quinquaginta puri argenti talenta appendere compulſus eſt.

Synodus in Liesgo.

Factus eſt quoque illo ipſo anno celebris Principum conventus in loco, qui dicitur Liesgo præſente Imperatore Henrico cum Archiepiſcopis Eckenbaldo Maguntinenſi, Popone Treverenſi, Gerone Magdeburgenſi, Unvaro Bremenſi, Eppone Brandenburgenſi, Theoderico Metenſi, Hinrico Wirtzenburgenſi, Theoderico Mimigardefordenſi, Hinrico Parmenſi, Theoderico Myndenſi, Thimone Merſenburgenſi, Hin-

Digitized by Google

Hinrico Halverſtadenſi, Mynverco Padeburnenſi Epiſcopis; A
Laicis etiam Bernardo Duce, Sigifrido atque Ericone Comitibus cum aliis quoque multis nobilibus, ad honorem & dignitatem Imperii plura neceſſaria diſponentibus.

Peregrinus XXXI Colonienſium Epiſcopus ſedit annis quindecim. Is tali modo ad Pontificatum veniſſe legitur: Imperator enim Henricus Dominicâ Quinquageſimæ venatum recreandi gratiâ pergens, ſolus ad aream ſilvæ pervenit, comitibus huc illúcque diſperſis, ubi habebat eccleſiam presbiter quidam agreſtis, difformis corpore quaſi portentum naturæ. Miſſam rogat Imperator militis ſub nomine. Inter celebrandum verò, dum ſecum Imperator cogitaret, cur Deus, â quo formoſa cuncta procedunt, tam difformem hominem Sacramenta ſua conficere ſineret, ac ſublimis illa majeſtas tam deſpecti homuntionis miniſterio gauderet. Ventum eſt ad verbum illud *Tractus: Scitote quoniam Dominus ipſe fecit nos & non ipſi nos.* In quibus verbis dum diſcordaret puer presbiteri, ſacerdos concitatiori voce reſpondit quaſi Imperatori cogitanti: *ipſe fecit nos & non ipſi nos.* Quo dicto repercuſſus Imperator propheticum virum æſtimans, invitum Epiſcopum fecit. Qui Epiſcopus factus ſtatim collegium ad Apoſtolos â prædeceſſore ſuo inchoatum perfecit, magnificéque ditavit. Hujus hoc unum inter cætera factum ponere debeo, poſteríſque relinquere. Erat in monaſterio ſanctimonialium ejusdem urbis monialis quædam virgo, quæ ſpecie ac dulci ad omnes inter confabulandum ſermone amatores adoleſcentes inducebat & incendebat, quorum unus dives & generoſus eam abduxit & loco juſtæ conjugis habuit. Mandat Præſul, mulier ſuo monaſterio reſtituatur, & reſtituitur. Verùm, abſente Epiſcopo, repetitur. Fit res nota Pontifici, raptor excommunicatur & omnis ipſi fidelium participatio interdicitur, & ad prædium ſui ruris ire compellitur. Veniente jam Epiſcopo ad extrema, rogatus raptori abſolutionis beneficium impendere, non acquievit. Demum multorum precibus laceſſitus ſub conditio-

Margin notes: 1017. Mira promotio Peregrini ad Epiſcopatum Colonienſem. — B — C

A ditione in abſolutionem conſenſit, *ſi miſer*, inquit, *ille maledictam mulierem ultro raptam deſeruerit, monaſterióque reſtituerit, ſit abſolutus; ſin autem ſua in malicia perſtiterit, hac eadem horâ, qua ego decedam proximè poſt annum elapſum ante tribunal æterni judicis rationem redditurus aſſiſtat. Videbitis autem me, quando ſignum ad ſextam inſonuerit, ſpiritum exſufflare.* Quæ omnia ſic evenêre: nam, elapſo anno, raptor eâdem horâ ac die cum amica ſua pellice fulminis ictu percuſſus, exanimatus eſt juxta verbum viri Dei.

Ipſo item anno Eckenbaldo venerabili viro Maguntinæ ſedis Archiepiſcopo Epiſcopatûs ſui anno IX mortuo, Aribo Re-B gius Capellanus ſucceſſit, qui inſpirante Dei gratiâ inter alia ſuæ devotionis & dilectionis erga Deum indicia ſuper montem, qui dicitur Haſungum in honore ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum & in commemoratione beati Hemeradi monaſterium conſtruxit. Siquidem idem venerabilis presbiter Hemeradis jam dudum in ipſo monte, in quo beneplacitum fuit Altiſſimo habitare, ad Chriſtum migravit III. kalend. Julii.

3. Meinwercus acquirit eccleſiæ ſuæ Paderbornenſi Comitatum in Lindesheuſen.

Hoc item anno Mynwercus Epiſcopus Padeburnenſis, obtento inprimis Comitatu in Warburg, ùt dictum eſt, Comitatum quoque in Lyndeshuſen interventu Benedicti Papæ & Kunegundis quoque Imperatricis Auguſtæ obtinuit, quem Ludolphus Comes, dum vixit, tenuit eâ ratione, ut nec Epiſcopus nec aliquis ſucceſſorum ſuorum illam poteſtatem ha-C beret alicui ſuo militi vel extraneo eundem Comitatum in beneficium dandi, ſed miniſterialis ipſius eccleſiæ, qui pro tempore fuerit, præſit prædicto Comitatui, ac de ejus utilitatibus provideat ad reſtaurationem conſtructionis ipſius eccleſiæ; ut inde muri reparentur & ſarta tecta domûs, & quidquid oportunum fuerit ad corporalem formam eccleſiæ præfatæ, inde adminiſtraretur.

1019. Hinricus Imperator exercitum in Bernardum Saxoniæ Ducem duxit, & in caſtro Schalckesberg ipſum obſedit. Verùm Principibus inter ſe loquentibus, ſoluta obſidione, pacem dedit.

Hyems

Digitized by Google

Hyems diutiſſima multos vi algoris extinxit. Cæterùm menſe Auguſto a tertia ad ſextam usque horam circulus diſcolor, iridis inſtar, ſolem circuire viſus eſt, fuitque quatuor diviſionibus crucis in modum æqualis coloris lineis geometricè diſtinctus. Et hy, qui ex tunc in peſte mortui ſunt, poſt mortem ſerpentibus in interioribus repleti inventi ſunt, ita ut ſepulturæ timore ſerpentium ſinè difficultate tradi non potuerint. A 1020. Mirum in ſole prodigium.

Bernardus Lunenburgenſis & Saxoniæ Dux Metildam ſororem ſuam, Flandriæ Ducis, dum vixit, uxorem, Slavorum Principi conjugem dedit, ut vel ſic Slavos contra Hinricum Imperatorem auxilio haberet. Fuit autem Slavorum Principi nomen **Meſteſwyn**, ubi autem Hinricus & Bernardus compoſiti ſunt, conſilio Principum ſororem quaſi â cane, infideli ſcilicet, revocavit. Princeps ergo Slavorum hac injuriâ indignatus, ùt canem ſe in fideles latraturum reſpondit. Itaque congregato exercitu in Saxones arma movit, Homborg, Oldenburg, Mecklenburg, Chriſtianis ubique occiſis, devaſtavit, cædémque maximam exercuit. Bruno igitur Homburgenſis Epiſcopus ad Bernardum fugiens rem, ùt erat, expoſuit; qui concitò legatos Imperatori ſuper hac re mittens ipſius quoque auxilium poſtulavit. Congregato itaque exercitu, Meſteſwein unà cum ſex milibus occidit, cæteróſque ad fidem reduxit & tributarios fecit. B Perſecutio in Chriſtianos à Principe Slavorum. C

Fuit hic annus XIX Hinrici Imperatoris, in quo idem Imperator natale Domini Coloniæ celebrans, Heribertum Epiſcopum â ſe injurioſè tractatum humili ſatisfactione placavit, cui reconſiliatus Archiepiſcopus præfatus ſe propediem moriturum prædixit; & non multò pòſt juxta verbum ſuum mortuus virtutibùs & ſignis clareſcere cepit. 1021.

Eodem anno Theodericus Mimigardefordenſis eccleſiæ Epiſcopus mortem obiit, ſed & Theodericus Myndenſis Præſul vitam finivit, in cujus locum Albarcus ejuſdem eccleſiæ Præpoſitus electus eſt. Verùm morte præventus ad conſecrationis

A Berwardus & Gothardus Epiſcopi Hildesienſ. Sigifridus 13. Epiſc. Monaſt.

tionis munus non pervenit. Sigibertus verò ejus loco Epiſcopatum obtinuit. Inſuper Berwardus Hildenſemenſis eccleſiæ Epiſcopus vir ſanctus vitâ functus eſt. Ejus locum Godehardus Altahenſis priùs Abbas accepit. In Theoderici autem Mimigardenſis Epiſcopi locum Sigefridus tertius decimus electus eſt. Hic fuit nobilis quidem genere, virtutibus autem nobilior, Tidmari Mertzeburgenſis Epiſcopi germanus, ex Corbejenſi inprimis monacho Abbas, ſancti Johannis prope Magburgium, deinde per Hinricum Imperatorem in Mimigarfordenſis eccleſiæ Epiſcopatum translatus eſt, qui in ipſa ſua eccleſia decem annis pontificavit.

B 1023. Meinherus 13. Epiſc. Oſnabr.

Tithmarus Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus XI viceſimo Pontificatûs ſui anno finem vitæ faciens Præſulatûs ſui ſedem Meinhero reliquit, qui duodecimus ejus eccleſiæ præfuit annis fermè quatuor.

1025. S. Henrici Imperatoris obitus.

Multis præclaris operibus magnificè patratis, ſanctiſſimus Imperator Hinricus magno de ſe apud omnes deſiderio relicto, conſumatis glorioſiſſimè hujus vitæ laboribus, cœleſti bravio donandus Grouna decubuit; ibi & carne ſolutus migravit ad Dominum anno vitæ ſuæ LII regni XXII, Imperii decimo, qui & poſt mortem plurimis claruit miraculis. Obîit autem pridie Idus Julii, quo die ejus ſolempnitas celebratur, ſepultus eſt autem in Bambergenſi eccleſia cathedrali â ſe conſtructa. Ejus autem uxor, virgo permanens, poſt mortem & ipſa in eodem ſepulcro cum viro ſuo ſepulta fuit, ubi & ambo miraculis claruerunt clarêntque. Ad ſepulcrum autem ejus hoc epitaphium legitur:

C

Hinrick Auguſtus virtutis germine juſtus,
Hic ſervat cujus viſcera putris humus
Splendor erat legum, ſpeculum, lux, gemmáque Regum
Ad cœlos abîit, non moriens obîit
Idibus in ternis vexantem pondere carnis
Julius æthereo ſumpſerat Imperio.

Abba-

Digitized by Google

Abbatiſſa pia, quod reddat ſancta Maria,
Hildegarda ſibi juſſerat hæc fieri.

Poſt mortem igitur Imperatoris ſoli Saxones in quodam caſtello, quod Werla dicitur, convenerunt & de Regis electione quàm de aliarum rerum neceſſaria diſpoſitione tractare ceperunt. Principibus igitur in electione Regis diſſidentibus, octo ebdomadibus ſolium Regni vacavit, & ſic Conradus unus ex Regni primoribus, ſed regni antea per rebellionem adverſarius, favente ſibi Arione Maguntinenſi & Bernardo Bavenburgenſi Epiſcopis, anno ſub urbe condita 1705, octuageſimo quinto loco ab Auguſto, VI Idus Septembris illud obtinuit. Conventus Principum in urbe Werlenſi.

FINIS LIBRI III.



BERNARDI WITTII LIESBORNENSIS

HISTORIA

ANTIQUÆ OCCIDENTALIS SAXONIÆ SEU NUNC WESTPHALIÆ.

LIBER IV.

Conradus primus eligitur Imperator.

Conradus primus, natione Swevus, quintus Germanorum Imperator poſt multam contentionem conſilio prædeceſſoris ſui, cujus tamen, dum adhuc vixit, gratiâ carebat, legitimè Imperator eſt creatus ac Maguntiæ coronatus. Imperavit autem, interregno ſupputato, annis XXX, vir in re militari admodum præſtans. Hic apud Hinricum miliciæ Dux fuit, cum quo etiam multa bella ſtrenuè fecit. Habuit autem uxorem relictam Brunonis Marchionis Saxoniæ, Ludolphi matrem, Slavam genere Giſlam nomine, de antiquo & glorioſo Carolorum ſanguine oriundam, ſicut quidam hys verſibus atteſtatur: *Quando poſt decimam numeratur linea quarta, De Carolo magno proceſſit Giſula prudens.*

Digitized by Google

dens. Hic ſtatim poſt coronationem in Hillibrandum Mediolanenſem Ducem exercitum duxit, eo quod urbem ſuam & multas Longobardiæ civitates ab Imperio diſcedere procurâſſet. Unde primùm Mediolanum obſedit & ſuburbia omnia ſuccendit, eo ſcilicet animo, ut urbem quoque rebellem concremaret. Verùm hortatu Archiepiſcopi Colonienſis obſidionem ſolvit. Vidit enim Præſul præfatus inter miſſarum ſolempnia beatum Ambroſium & urbis & incolarum eſſe tutorem. Quo tandem mortis genere Conradus hic obierit, non invenio; In Trajecto tamen inferiori mortuum lego ac Spiræ ſepultum. A

Miſico Polonorum Princeps, deſerta Chriſti fide, ad paganiſmum reverſus eſt, contractóque exercitu Transalbanam regionem, centum & ultrà pagis igne ſuccenſis, devaſtavit, nongenta milia ſexaginta quinque hominum occidit, multáque nephanda in ſanctimoniales fœminas exercuit. Prohibitus autem ultrà in Saxones progredi, tandem timore Imperatoris & Saxonum, dimiſſo exercitu, ad Conradum Goslariæ venit, & factâ pace, fidem, quam deſeruerat, recepit ac tributum patris ſui inſtar ſolvit. Tanta enim infidelitas in Polonis Slavísque erat, ut cum Duce moriente fides quoque moreretur, & cum fluctuante in fide novo Principe, infidelitas quoque ſuſcitaretur.

Perſecutio in Chriſtianos à Polonorum Principe. B

Conradus, Hinrico adhuc infantulo Rege deſignato, Italiam ingreditur, ſanctúmque Paſca Vercellis celebravit; ingreſſus quoque urbem in die Paſcalis ſolempnitatis inter duos Civitonem Anglorum, & Reginæ Giſlæ avunculum Rodolphum Burgundiæ Reges honorificè procedens, â ſummo Pontifice Johanne coronatus ab omni populo Romano Imperatoris & Auguſti nomen ſortitur; in ipſa verò Paſcali ebdomada inter milites & cives tumultu orto, gravis pugna committitur, cæſíſque multis, fugientibus Romanis Imperator victoriâ potitur. Poſt hæc, factâ cum civibus pace, ab urbe regreditur ac per Pirineum in Franciam regred ens, Erneſtum privignum ſuum Suevorum Ducem rebellare nitentem, terrâ 1027. C

mari-

A

marique pulſum in ſilvis latitare coëgit, ubi poſtmodum à fidelibus Regis occiſus eſt, ejúsque Ducatum Hermannus frater accepit.

1030. S. Meinwercus acquirit eccleſiæ ſuæ Paderb. caſtrum in Padberg cum prædiis.

Conrado Imperatore de Ungaria revertenti Mynvercus Padeburnenſis Epiſcopus, qui itineris ſui comes individuus, laboris bellíque ſocius continuus fuerat, eccleſiæ ſuæ præfatæ caſtrum Pabthburg cum decem manſis circumjacentibus ab ipſo Imperatore accepit. Sequenti anno Minvercus præfatus præſentibus Menfrido Magdeburgenſi, Godehardo Hildeſemenſi, Siberto Myndenſi & Sigifrido Mimigardefordenſi Epiſcopis eccleſiam monaſterii ſanctorum Petri & Pauli in Abdinckhoff, quam tunc conſumaverat, conſecravit 2 menſis Novembris, hoc eſt alterâ Sanctorum die, multáque prædia de hæreditate paterna tam in dioceſi Trajectenſi, quám in aliis provinciis, diviſione cum ſorore ſua factâ, Fratribus inibi Deo ſervientibus liberaliter contulit, in perpetuum pleno jure poſſidenda.

1031.

B

Eodem anno tanta fuit ſiccitas, ut omnes pene torrentes fontésque exſiccarentur, Rhenúmque ubique transvadari, aquis deficientibus, ſine periculo potuit. Unde & fructus terræ præ ſiccitate nimia & nutrientis aquæ penuriâ defecerunt, tantáque fames in orbe ſequuta eſt, ut multi præ fame deficerent.

C

1032. Omnes Epiſcopos Monaſt. à S. Ludgero usque ad Hermannum incluſ. n. 14, Ordinis S. Benedicti fuiſſe contendit author.

Hermannus XIIII Mimigardefordenſis eccleſiæ Epiſcopus, mortuo Sifrido, ſuffectus eſt. Hic conſecravit monaſterium beatæ Mariæ Virginis transaquas, ubi & ejus merita deliteſcunt in pulvere. Sunt, qui dicunt à Ludgero prothopræſule ejus loci usque ad Hinrici tertii Imperatoris tempora, ſcilicet usque ad Hermannum hunc quartum decimum ejus eccleſiæ Pontificem jam præfatum & ejusdem Ludgeri Succeſſorem, omnes Epiſcopos Mimigardefordenſis eccleſiæ, ex beati Benedicti religione fuiſſe aſſumptos. Nec ego idipſum ambigo verum eſſe, ymmò conſtantiſſimè affirmo, donec me veterum ſcriptorum prohibeat credere autoritas. Hic itaque præfatus Hermannus

A

mannus ædiculæ beatæ Virginis trans amnem conſtitutæ monaſterium ſanctimonialium fœminarum adjecit, adjuvante ſe plurimùm religioſiſſimo Imperatore Hinrico, quod & ipſum, ùt præmiſſum eſt, conſecravit. Decuit profectò, ut eccleſia perpetuæ Virgini dicata â ſanctis etiam virginibus conſervaretur. Igitur Hermanno præfato mortuo, eccleſiæ ſuæ præſulatum Ropertus accepit, cui ſucceſſit Fredericus frater Marchionis Miſinenſium. Hic pertranſiens civitatem peregrinus & cleri civiúmque honeſtatem videns gradum ad tempus ibidem figere ſtatuit. Cui propter probitatem, quam cum ingenuitate habuit, præbendam Canonici dederunt, qua ipſum magis allicerent. Mortuo igitur Roperto unanimiter ìpſum ab Imperatore petierunt ſuæ eccleſiæ Paſtorem. Factus igitur Præſul multa Fratribus & eccleſiæ ſuæ bona fecit: Germeſtede Comitatum in Magdeburgenſi dioceſi ex paterna hæreditate eccleſiæ ſuæ in perpetuum poſſidendum dedit. Unde & apud incolas ipſum dominium ſancti Pauli vocatur. Caput autem Comitatûs Germeſtede eſt, non ignota apud Saxones civitas. In cujus argumentum in hunc usque diem Abbatiſſæ ejus loci conſecratio ad Epiſcopum Mimigardefordenſem pertinet, ſicuti & aliæ collationes beneficiorum & feudalia bona ibidem, licet temporis ſucceſſu per diverſorum Epiſcoporum Procuratores ibidem conſtitutos, ùt fit, neglecti & diſſipati ſint. Hic item emit certi auri pondo caſtrum in Hatem dictum, ac demum poſt multa bona eccleſiæ ſuæ collata mortem obîit, Rodolphúmque ſucceſſorem reliquit.

Rupertus 15. & Fridericus 16 Epiſc. Monaſt.

Donat eccleſiæ ſuæ comitatum Germeſtede.

B

Item collationes beneficiorum, bona feudalia, & caſtrum in Hatem.

C

Rudolphus 17 Epiſc. Monaſt.

Sanctorum Petri & Pauli die ſol ecclipſin paſſus eſt, ſequutáque eſt multorum Epiſcoporum mors, ſed & Kunnegundis Imperatrix carne ſoluta cœlos aſcendit, quæ ſtatim ob glorioſa merita canoniſata eſt. 1033.

Obitus S. Cunegundis.

Eâ tempeſtate Rodolphus Burgundiæ Rex moriens Hinrico filio Regis, nepoti ſuo regnum cum diademate aliisque inſignibus ſub teſtamento reliquit. Cùm enim plurimis annis regnâſſet & multas ſuorum ſeditiones compeſcuiſſet, nec quietem in 1034.

A regno ſuo nanciſci potuiſſet, Conradi Cæſaris fidei confiſus, ſe & regnum ſuum eidem ſubdidit, & ut Hinrico nepoti ſuo cederet, teſtamento ordinavit. Quod planè regnum cùm ipſe Imperator ſuo ſub dominio acceptâſſet, illud in provinciam redegit, & deinceps Burgundia non regnum ſed Imperialis provincia appellata eſt, ac Ducatûs titulum accepit, cujus Duces cæterorum Chriſtianorum Duces facilè præcellunt.

1036. Goſmarus 14 & Albericus 15 Ep. Oſnabr.

Goſmarus XIII Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus morte ſublatus eſt, conſummatis jam fermè Pontificatûs ſui annis novem, cui Albricus XIV ſucceſſit.

Hermannus 32 Archiep. Colon.

Hermannus II. nobilis cognominatus XXXII Colonienſis Archiepiſcopus ſedit annis XX ſub Conrado Imperatore & filio ejus Hinrico. Hic eccleſiam ſancti Severini præ ſenio dilapſam reformavit, in qua & ſepulturam ſibi moriens elegit.

B

S. Meinwercus poſt inſtitutionem duodecim Canonicorum extra muros Paderbornæ moritur. Rotho 12. Epiſc. Paderb.

Eodem anno Minvercus Epiſcopus præfatus eccleſiam ſanctorum Petri & Andreæ extra muros civitatis Padeburnenſis, duodecim ibidem Canonicis inſtitutis, octavâ kalend. Julii præſentibus Maguntino, Colonienſi & Herbipolenſi Epiſcopis conſecravit, & pôſt in Vigilia Penthecoſtes, peractis jam XXVII Præſulatûs ſui annis ſpiritum Deo reddidit, Rothonémque Abbatem Hertzfeldenſem ſucceſſorem reliquit. Sanctus autem Godehardus Hildenſemenſis Epiſcopus unum de Præſulibus provinciæ obîſſe in ſpiritu intelligens, parato prandio, ſe non manſurum ante nuncii adventum & miſſæ celebrationem dixit. Et ecce! nuncius Minverci obitum denunciaturus concitò advenit; celebratâ ergo pro requie Epiſcopi miſſâ, ad cibum ſumendum acceſſit, acceptáque ſibi appoſitâ ſimulâ, *o beate*, inquit, *Minverce te tua lata ſimula à communi morte non liberavit, & ego*, inquit, *quamdiu ſuperſtes fuero, de albo pane non guſtabo.* Quod etiam quoque, quoad vixit, vir ſanctus ſollicitè ſervavit. Minvercus enim Epiſcopus in quottidiana diſtributione album panem, quem ſimulam dicimus, Canonicis nondum ſolitum, de banno eccleſiarum

C

dan-

dandum ordinavit. Sepultus eſt autem in choro monaſterii A
ſanctorum Petri & Pauli, quod ipſe conſtruxit.

Hoc anno, qui fuit XV Conradi Imperatoris, III Idus A- 1039.
prilis viſa eſt in cœlo inter Auſtralem & Orientalem plagam
ignea trabs miræ magnitudinis, quæ currens ſuper Solem jam
ad occaſum vergentem viſa eſt in terram cadere, cujus etiam
veſtigia ſolo fixa diu videri poterant.

Reverſo ab Italia Imperatore, ſanctúmque Penthecoſten in 1040.
inferiori Trajecto Friſiæ urbe celebrante, in ipſa ſolempnitate Obitus
infirmatus XVII regni, Imperii verò XIV anno diem ultimum Conradi
clauſit, ſepultiſque ibidem inteſtinis, ejus reliquum corpus Imperat.
in Spirenſem urbem deportatum eſt, ibique in eccleſia ſanctæ B
Mariæ humatum, in cujus locum Hinricus electus eſt, atque
à Clemente, qui ex Bambergenſi Epiſcopo ſummus Pontifex
factus fuerat, coronatus. Dictus autem fuit ante Papatum Epiſcopus
idem Clemens Swederus; hic puerulus, carpentarii filius, Bambergenſis fit
dum ex haſtulis quaſi literas, neſcius in terra collocaret, à ſu- Papa.
perveniente presbytero lectum eſt: *Dominabor à mari usque
ad mare.* Unde vir ſanctus primùm Bamburgenſis Epiſcopus,
pòſt ſummi Pontificis ad apicem aſcendit.

Hinricus ſecundus Conradi Imperatoris filius ſive, ùt aliis Hinricus 2.
placet, gener, ſextus Romanorum Imperator imperavit an- aliis 3 fit
nis XVII; duxit autem uxorem Gunigildam Daciæ Re- Imperator.
gis filiam, quâ ſine hærede defunctâ, accepit Agnetem mino- C
ris Armeniæ Regis filiam, quæ peperit viro ſuo Hinricum &
Giſlam liberos. Hinricus autem Imperator factus, ſtatim
maximo comparato exercitu, contra Bohemorum Regem Ol-
dericum dubio Marte diu pugnavit, ſed altero anno certami-
ne repetito ac Olderico ſuperato ac comprehenſo, tributarium
fecit, incolumem tamen poſtea dimiſit. De hujus Hinrici or-
tu Divináque promotione hiſtoriam admirabilem quidam hi-
ſtoriarum ſcriptores reliquerunt, quam ſi veram credimus,
dicere poſſumus: *mirabilis Deus in operibus ſuis.* Pacem
enim, quam ſub capitis plectendi pœna inviolatam ſervari

A edixerat Imperator, dum nobilis quidam Ludolphus Comes violâſſet, timore Imperatoris clam cum conjuge proximum in nemus fugiens pauperis tugurii incolatum amittendæ vitæ detrimento prætulit. Ubi dum aliquando venationi inſudans Imperator ſolus declinaret, factum eſt hoſpitis uxorem filium parere, vocémque deſuper labi, natum infantem Imperatoris generum futurum. Quam ob rem natum jam jam puerulum per famulorum manus occidi juſſit, córque infantis in patrati ſceleris argumentum ſibi afferri. Verùm miſericordiâ moti in puerulum, viventem infantem inter frutecta ponentes, leporis jam capti cruento inguine Dominum ſum illuſerunt. Inventum ergo aliquando inter frutecta púerulum vagientem, B neſciens quia hoſpitis ſui erat (hunc enim occiſum argumento didicerat) tolli juſſit ac in filium adoptavit. Qui adoleſcens dum animoſiùs ageret, ſuſpectus haberi cepit Imperatori, quaſi is eſſet, de quo ſibi revelatum erat, cepit de ejus morte cogitare, miſitque ipſum cum epiſtolis ad Imperatricem, ut illa ipſum occidi continuò procuraret. Quas epiſtolas dum presbiter, apud quem hoſpitabatur, noctu animoſiùs aperiens ac legens mutâſſet, abraſo ſcilicet: *illo die morietur*, inſcripſit: *filia mea tradetur*, revelatio effectum ſortita eſt ſummâ cum admiratione Imperatoris. Veruntamen poſtea audiens, quod Comitis Ludolphi filius fuit, æquanimiùs rem ſuſtinuit, & C Hinricum generum ſuum jam agnovit. Hujus tamen hiſtoriæ veritas non â me ſed ab autoribus quæratur. Duxit autem, ùt dictum eſt, idem Hinricus Guniheldam Datiæ Regis filiam, dein Agnetem Petri minoris Armeniæ Regis filiam, quæ peperit ei Giſlam ſanctimonialem fœminam futuram & Hinricum filium, ùt creditur, Imperii hæredem. In ſecundis autem nuptiis prohibitum eſt, quidquam veſtimenti aut cibi fiſtulatoribus & hiſtrionibus dari.

Hys fermè temporibus Brunſwicenſium Princeps Egbertus ex Saxonia, exercitu collecto, Pragam Bohemiæ urbem Regiam, Regis ejus gentis ſedem, bello cepit.

Sciſma

Digitized by Google

Sciſma maximum in eccleſia fuit, multis pro Pontificatu contendentibus. Unde Imperator ad componendam pacem cum comitatu Romam venit, ubi ſynodo congregato, Benedictum nonum, Silveſtrum tertium, Gregorium ſextum Pontificatu abdicare coëgit & Fridegerum Bambergenſem Epiſcopum, qui Clemens ſecundus dictus eſt, Pontificem creavit, à quo etiam mox Imperii coronam accepit, acceptóque à Romanis juramento, ne ſe deinceps de electione ſummi Pontificis ſine Imperatoris juſſu intromitterent, in Germaniam reverſus eſt, ac pòſt Bambergenſem eccleſiam, annuente Pontifice Clemente, cathedralem eccleſiam fecit, promittens ipſam eccleſiam centum argenti marcas cum fallerato equo daturam Pontifici. Quod quidem donum Leo nonus ab Imperatore accipiens, ipſi Bambergenſi eccleſiæ tale tributum remiſit.

A

1041.

Schiſma inter 3 Pontifices tollitur Romæ.

B

Eâ tempeſtate Hinricus Imperator Martzeburg Principes Regni convocavit, ubi & Egbertus cum fratre Brunone Brunſwicenſium Principes vocati ſunt. Inter eundum autem inciderunt in Thuringiæ Marchionis exercitum, qui pro tunc rapinas in Saxonia exercebat. Certatum eſt Brunóque occiſus, at Egbertus victor Ottonem ac Wilhelmum Thuringorum Marchiones captos in Saxoniam vinctos duxit, ac demum durè exactionatos tributarios Imperatori fecit.

1049.

C

Hoc item anno Leo Papa IX natione Alamannus Petri ſedem tenuit; mortuo enim Damaſo prædeceſſore ſuo, Romani usque ad Saxoniam ad Imperatorem miſère, Pontificem ſibi dari rogantes. Quibus Cæſar ſtatim Banonem Epiſcopum Tullenſem virum doctiſſimum & optimum miſit. Qui cùm Romam per Veſuntium civitatem in Pontificali habitu peteret, quidam Cluniacenſis Abbas & Hildebrandus monachus eidem fortè obviaverunt, & cum veluti apoſtatam reprehendentes dixerunt, ut ornamenta Papalia omnino deponeret, videlicet ab Imperatore poteſtatem non habente data. Quorum juſſa humiliter exequens in peregrino habitu ab iisdem inductus pervenit. Qui cùm in Cardinalium clerique conſpectum du-

Romani petunt ab Imperatore ſummum Pontificem, qui tamen poſtea à clero eligitur.

A ctus incautum ſe accuſavit, eo quod Imperatori in hoc paruerit, rogavitque, ne Petri ſedem diutiùs vacare ſinerent. Clerus autem, Hildebrando monacho ſuadente, ipſum Brunonem in Pontificem elegit, Leonémque vocavit, qui hoc modo Pontifex factus Hildebrandum monachum illico Cardinalem Diaconum fecit.

1053. Translatio S. Dionyſii. Oſſa Divi Dionſii Athenienſium Epiſcopi Galliarum Apoſtoli Ratisponæ ad ſanctum Emeranum translata ſunt, pro ut Leo IX Pontifex maximus, Bruno antea vocatus, Tullenſium Epiſcopus, procurantibus Gallorum legatis, Imperatore Hinrico ſecundo præſente declaravit, cùm beatum Wulffgan-
B gum in Divos tranſtuliſſet.

Benno 16. Epiſc. Oſnabr. Eodem anno Albericus Oſnaburgenſis Epiſcopus Goſmari ſucceſſor ſpiritum Deo reddidit; pontificavit autem annis fermè XVI, cui ſucceſſit Benno primus.

1056. Eodem anno, qui fuit Hinrici Imperatoris XVII, Victor Papa natione Alamannus ex Bavariæ regione oriundus ad Imperatorem Goslariæ venit, â quo quidem benignè, ùt decuit, receptus eſt; verum poſt unius menſis ſpatium Imperator, relicto poſt ſe Hinrico filio ſucceſſore, mortuus eſt; cujus relicta Agnes Duci Bavariæ nupſit. Dum enim Slavi, qui Lu-
C ſitani vocantur, in Saxones irrumpunt, multóque Chriſtia-
Henricus 3. Imp. moritur in Bortfelde & ſepelitur Goslariæ & Spiræ. norum ſanguine effuſo, numeroſam populi turmam Albei fluminis undis ſubmergunt, Hinricus Imperator venandi gratiâ ſaltum, qui Hartz dicitur, intravit ac inter eundum infirmatus in villa Boetfelde in terra Brunſwicenſi carne ſolutus eſt. Pars corporis ejus Goslariæ in eccleſia ſancti Mathiæ, quam ipſe fundavit, condita eſt, pars quoque Spiræ humi tradita quieſcit.

S. Anno 33 Archiep. Colon. Anno ſecundus XXXIII Colonienſium Archiepiſcopus ſub Hinrico præfato filióque ejus Hinrico Imperatoribus ſedit annis XX. Hic ex Præpoſito Goslarienſi Colonienſis Epiſcopus factus eſt: in Præpoſitura enim adhuc conſtitutus conſilio & auxilio Hinrico Imperatori contra Ungaros prælianti multùm profuit.

Digitized by Google

profuit. Erat enim vir ne conſiliis modò ſed & armis præpotens, viribus fortis, animo infractus bellicáque diſciplinâ eruditus. Unde in recompenſam exhibiti ſervicii Imperator de Colonienſi Epiſcopatu ſibi providit. Is, mortuo Hinrico promotore ſuo, Hinricum defuncti filium quinquennem jam Regem factum, ſub tutela materna degentem vi â matre abſtulit, ac Coloniæ in ſuam cuſtodiam ac tutelam accepit. Fundavit autem quinque monaſteria, duo Canonicorum intra civitatis mœnia Mariæ ſcilicet & Gereonis, extra civitatem tria: in monte ſancti Hinrici Comitis Palatini unum, hoc eſt in monte Syburg in honorem ſancti Michaëlis, alterum in Graeſchop, tertium in Saëlfeld prope Slaviam. A

Hujus Annonis tempore grande diſſidium natum eſt inter Wendelsum Magdeburgenſem Annonis fratrem, Bucconem quoque Halverſtadenſem ex una & Imperatorem & Saxones partibus ex altera, in quo Anno (ùt decuit ſanguinis jure) fratri adhæſit, deſerto Rege, adjutoriúmque impendit. Quæ res invidiæ inter Imperatorem Annonémque fomitem miniſtravit, & ùt dicitur, *ſolent infauſta duplicata accidere;* nam eo tempore & inter cives Colonienſes & Epiſcopum inteſtinum bellum ortum eſt: in ebdomada enim ſanctæ Paſcæ, ubi poſt miſſarum ſolempnia ac dedicationem eccleſiæ ſancti Georgii unà cum Mimigardefordenſi Epiſcopo Anno cibum ſumpſiſſet ac per Rheni fluvium iter acturus cum præfato Præſule pro navi diſponenda miniſtros miſiſſet, facta eſt inter cives & Epiſcopi miniſtros propter navim diſſenſio, civibus navem negantibus, miniſtris Epiſcopi vi aufferre conantibus. Fuſo itaque hinc inde ſanguine, vis prælii in Epiſcopi ſervos venit, ymmò in Antiſtitem hujusce rei ignarum, cujus aulam confractis valvis ingredientes, ablatis ſingulis, ædificia aulæ deſtruentes ignibus conſumunt. Fugâ lapſus Præſul Petri eccleſiam clam petiit, móxque illò furor vulgi perſequentis venit. Anno etiam ſibi mortem imminere, ſi invenitur, animadvertens, iram rebellantium declinans, per occultum

B Rebellio Colonienſium contra S. Annonem.

C

A cultum exitum emiſſus extra civitatem cum Mimigardefordenſi Epiſcopo Nuſſiam properâvit. Ingreſſi autem Petri eccleſiam perſequutores, ſcrutari quædam loca ceperunt, unum ſolum Epiſcopum ad victimam quærentes, inventóque uno de Epiſcopi miniſtris, qui ſe retro altare in angulo abſconderat, ſuſpicati hunc Epiſcopum eſſe, elevatâ voce unà impetum facientes ipſo in loco occiderunt. Ob quod ſcelus omnis provincia indignata in hoſtes animavit Epiſcopum, ſe ſuáque pro Præſulis ſui defenſione poſituros ſinguli aſſeverabant. Vallatur civitas, pugnatur fortiter, & ubi ſe inferiores incolæ vident, petitâ veniâ, pœnitentiam & ſatisfactionem promittunt. Ingrediens igitur urbem cum ſuis Epiſcopus omnes &
B ſingulos hujus facti conſcios excommunicationis ſententiâ notavit, multisque, pœnitentia injunctâ, in ſe commiſſum facinus clementer indulſit, acceptóque juramento ſe nunquam aliquid contra Epiſcopum ſuum acturos, pacem præſtitit.

Hæc inter milites, Domini ſui injuſtam repulſam vindicare cupientes, per civitatem diſperſi (neſcio Epiſcopo) per domos & plateas magnam civium ſtragem fecerunt, ac occiſorum ſpoliis ablatis ultionem, maximè in hujúsce ſceleris reos perpetrârunt, alios occidendo, alios capiendo, alios flagellando, alios excœcando, nonnullos etiam raſis capillis fatuo-
C rum inſtar ſubſannando. Iis patratis, Epiſcopus ad Siburg montem monachorum venit, in cujus adventu monachi exeuntes obviam, cum omni clero ibi adunato altâ voce cantaverunt: *advenisti deſiderabilis &c.*, ubi dum reſideret, mulier quædam cum adverſario judicio contendens â judicibus iniquâ ſententiâ condempnata fuit. Quæ cùm coram Pontifice rem, ùt erat, retulit &, quomodo Scabini juſtitiam ipſi negarent, propoſuit, juſſit Præſul concitò, ut omnes hujus rei judices eò loci ad ſe ſuis cum codicibus venirent. Qui venientes propoſitâ causâ ac ſuper injuſtitia convicti omnes oculis privati ſunt. Unus inter illos, qui ob ſpecialem Pontificis familiaritatem unum oculum obtinuit, cæteris ducatum in civitatem Colo-

Juſtitia S. Annonis.

Colonienſem præſtitit, præcepítque ſupra valvas ſingularum domorum, in quibus hujusmodi judices excœcati habitabant, lapideum caput ſine oculis (in hujus rei monimentum omnibus judicibus relinquendum) figeretur. Quod & factum eſt, ùt & in præſens tempus eſt in antiquis quibusdam ſtructuris videre. Demum dimiſſâ injuriâ, quam ſuſtinuerat, civibus in gratiam receptis, ab excommunicationis ſententia abſolvit, & eccleſiæ participationi reſtituit. A

Hinricus tertius prædicti Hinrici filius, ſeptimus Germanorum Imperator, adoleſcens licèt, patri ſucceſſit in Regnum, in bono levis, in malo pertinax, qui Imperio factus elatior Deum immortalem ſprevit, ac religionem contempnere cepit & a patriis moribus omnino factus averſus, cornua contra eccleſiam ſumpſit. Accepit autem uxorem Mediolanenſis Ducis filiam, a qua Conradum filium ſuſcepit, qui puer moriens Hertesberg ſepultus eſt, ſed & Bertha Imperatrix mortua eſt, igitur iniit ſecundas nuptias cum Ruthenorum Regis filia Agnete, a qua ſuſcepit Hinricum regni & Imperii ſucceſſorem, & licet Agnes Imperatrix mulier ſancta fuerit, ipſe tamen non, ut Imperatorem decuit, in eam exercuit. Cognito autem poſtmodum ſuo errore apud Mantuam urbem, veniam ſupplex poſtulavit & obtinuit. Veruntamen Alexandro defuncto, Gregorius eundem admonuit, ne deinceps Eccleſiaſtica beneficia per Symoniam alicui committeret. Cujus ſanis admonitionibus non modò non obtemperavit, verùm etiam Agnetem Imperatricem bene admonentem abs adminiſtratione prorſus depulit, quæ Romam veniens, animi dolore confecta brevì ſupervixit. Notatus igitur a Gregorio anathemate Hinricus adminiſtratione dignitatéque privatus eſt. Quæ res ubi Imperatori innotuit, novitate rei perculſus, eò vehementiùs indignatione commotus, quòd nunquam ante hæc tempora hujusmodi ſententia in Principem Romanorum promulgatum cognoverat, ea propter pluribus ex Italia, Gallia, Germania coadunatis Epiſcopis curiam magnam apud Brixionatam Ba-

1057. Acta Henrici 3tii aliàs 4ti Imper. B

C

A variæ civitatem in ipſo Pirinæo (*Alpibus*) haud procul a valle Tridentina ſitam celebravit, ubi omnibus advenientibus injurias a Romana ſibi eccleſia irrogatas conqueritur, quod videlicet ipſo inconſulto, qui tanquam Rex & Patritius primus in electione ſui urbis Epiſcopi eſſe deberet, Romani ſibi Pontificem præfeciſſent. Hac quærimoniâ omnium animi ne ſæcularium modò ſed & Epiſcoporum, clericorum conſilio inſtigati, quibus recenter connubia ab eodem Epiſcopo inhibita fuerant, inflammati voluntati Principis accedebant, acclamantibus ſingulis, Pontificis ſummi electionem caſſandam. Verùm aliquando ad cor rediens veniam literis poſtulavit & acce-
B pit. Condicto ergo in loco Imperator cum copiis ſuis properans, Imperiali depoſito ornamento, nudis pedibus ſuper glaciem per triduum veniam precari non deſtitit. Demum venia accepta a Pontifice, abſolutionis beneficio accepto, pace jure jurando firmata, Papiam verſùs iter arripuit; ubi paulo pòſt pacis abrumpens fœdera, rebus novis ſtudere cœpit, & quorundam Epiſcoporum ſeditionibus concitatus Gregorium Pontificem denuo deponere ſtuduit. Quibus fatuitatibus Alemanniæ Principes indignati, ſtatim, poſthabito Hinrico, Rodolphum Saxoniæ Regem ipſius Hinrici Ducem, virum uti-
C que modeſtiſſimum, Imperatorem creant, qui coactus humiliter Imperii gubernacula ſuſcepit. Quam ob rem indignatus Hinricus multa mala perpetravit & Gilbertum quendam Ravennatum pſeudomonachum & nigromanticum contra Gregorium Pontificem creat, eúmque Clementem appellat. Rodolphus autem apud Saxoniam exercitu adunato, in Hinricum duxit, & ipſum maximo prælio ſuperavit. Quâ clade adeò perterritus fuit, ut per XVII dies vix inveniri potuerit. Verùm is ipſe Hinricus, adjuncto ſibi ejuſdem nominis filio, pòſt in Italiam cum Clemente ſciſmatico venit, & prophanatâ Petri baſilicâ, porticóque demolito, Gregorium in Adriana mole obſedit. At Pontifex obſidionem fieri non ſuſtinens, auxilio Regis Apuliæ liberatus eſt. Ad ejus in Romam adventum Hinri-

Digitized by Google

Hinricus cum Clemente adulterino in Germaniam fugit, ubi ſiniſtro Marte cum Saxonibus & Rodolpho commiſcens quatuor militum milia uno prælio amiſit. Quibus incommodis acceptis, eccleſiam Dei perturbare deſtitit; verùm demum malorum ſuorum pœnas luit: nam filius ejus junior multis eum probris præliisque afficiens apud Leodium urbem prælio ſuperavit & profligavit. Quâ injuriâ & dampno contractus lugubrem cum mœrore vitam exegit, ac demum cum dedecore multo vitam exalavit Leodii, Spiræ ſepultus in eccleſia Dei Genitricis Mariæ, quam ipſe miro & artificioſo conſtruxit opere, ùt hodie cernitur, juxta patrem avùmque Imperatores. A

Idem Imperator quia injuſtum à Saxonibus & Thuringis tributum exegit, contra ipſum conſpiraverunt & pluribus in Saxonia caſtellis atque caſtris, quæ Imperatoris erant, ſubverſis ac demolitis, contra ipſum bella moverunt, ſed tandem in Nagelſtede, querentibus Principibus in unum, pacem fecerunt; quam dum Imperator violaret, Saxonésque invaderet, primo quidem bello victor evaſit, ſed adunatis Saxonibus ac in Imperatorem bella moventibus, ter quatérque ſuperiores facti Regem bello vincunt. Hujus tamen diſſentionis aliam cauſam fuiſſe reperio: Saxonum enim gens inquietiſſima more ſuo Principi rebellans, caſtrum quoddam Hertesbergh dictum, ob ejuſdem gentis oppugnationem ab Imperatore in ingreſſu provinciæ in loco munitiſſimo fundatum, fundirus delevit. Occaſio tamen hujus rebellionis non tantùm ex prædictæ gentis inſtabilitate ſed ex Principis laſcivia ortum ſumpſerat. Dum enim in juvenili aduc ætate poſitus, toto regno ſilente, dominium ſuum humiliter portante, præfatam terram ingreſſus fuiſſet, juveniliter dixiſſe fertur, ſe mirari, nullum per totum Imperii ambitum inveniri, in quo vires ſuas experiri poſſet, ídque non virtuti ſed ignaviæ deputabat. Quod dictum non ſecundùm naturam generis ſui percuſſo aëre mox tranſiit, ſed tam efficaciter in mentibus plurium radices figens germinavit, ut tota in brevi provincia illa adverſùs ipſum B C

A. commota & in unum corpus coadunata innumeris populis & gentibus lætifera pocula miniſtraret. Igitur Saxonibus â capite ſuo diffidentibus, ex omnibus regni viſceribus Princeps ad debellandum eos fortem & magnum militem cogens, inſtauránſque exercitum, prædictam provinciam ingreditur. Fuerunt in comitatu ejus quatuor magni Duces, ſinguli cum legionibus ſingulis, Zuondebaldus Dux Bohemorum, Guelfo Dux Noricorum, Rodolphus Dux Suevorum, Godefridus Dux Lothoringiæ, aliique Principes, Comites, Nobiléſque innumerabiles. Ita juxta fluvium Vaſtruot dictum publico bello commiſſo, cruentâ potiùs Rex victoriâ rediit. Non
B. multo pòſt tempore Guelfo & Rodolfus Duces, quâ occaſione dubium, Principi rebellantes Saxonibus junguntur; Godefridus autem orientalem expeditionem ingrediens Jheroſolimis ducatum populo Dei tenuit.

1060. In quibuſdam locis ſerpentes ac id genus animalium venenatorum miro ſpectaculo in invicem belligerare ac certare viſa ſunt, mirantibus cunctis quid res portentoſa portenderet.

1066. *Erfordiæ civitatis origo & conſtitutio* Erfordia civitas Thuringiæ, provinciæ caput, muro circumdata ac turribus munita eſt. Hanc quondam Erphesfort appellatam ferunt â molitore quodam Herp dicto, qui eò loci, ubi nunc baſilica ſancti Andreæ frequentatur, in villa Schildevorde in Bruleto quoque prope fluvium Gera, qui nunc civi-
C. tatem illabitur & mediam fermè præterfluit, ſua diverticula habebat, apud ejus quoque molendinum tranſitus olim extitit; at cùm temporibus Clodovæi Regis Francorum Erfordia ortum habuit, â molitore prædicto atque tranſitu Erffurt denominata fuit. Habet autem montem excelſum, qui nunc ſancti Petri vocatur. Cum â temporibus Theoderici Imperatoris ſub Archadio & Honorio inclinatio Imperii originem habuit, Franci Romanorum Præſides â Rheno Italiam verſus abjecerunt, & ſe Regi proprio ſubjecerunt. Quibus intellectis Thuringi ab altera parte Rheni Orientem verſus ex conſilio Regis Francorum Merwigum ejus cognatum in Regem elegerunt.

Is

Digitized by Google

Is arcem conſtruxit in eo monte & caſtrum prope Erpfordiam, ubi nunc eccleſia ſancti Dionifii extat, quod vulgares Merwisburgium nominant. Poſt ejus obitum Haſſinus in Thuringia regnum ſuſcepit, regnante poſtea apud Francos Dagoberto inclito Rege. Is poſt caſtrum in monte deſolatum monaſterium celeberrimum ſancto Petro dicatum Ordinis Divi Benedicti conſtruxit. Inde mons ſancti Petri appellatus fuit. A
Eccleſiam quoque ſancti Gangolphi dotavit. Bonifacius poſtea Epiſcopus Maguntinus ſub Pipino Francorum Rege cùm Thuringiam ad fidem convertiſſet, Eccleſiam glorioſæ ſempérque Virginis Mariæ ædificavit ac ibidem Epiſcopatum ordinavit, qui illico Moguntinæ ſedi ceſſit. Hæc civitas populoſa, B
pratis & paſcuis fœcunda, fontibus & aquis irrigua, hoc anno muro primùm circumdata eſt, ac turribus & propugnaculis munita, & civium ædibus ac monaſteriorum ac eccleſiarum ornamentis mirificè crevit, Thuringorúmque ſedes celeberrima fuit, eo quod totius regionis fermè media ſit & bladis aliiſque neceſſariis copioſiſſima habeatur. Et cum hæc regio ac urbs â ſolvendis tributis libera fuerit, eam ob rem multas calamitates â finitimis Principibus paſſa fuit, præcipuè hujus Hinrici tertii Imperatoris temporibus.

Is enim Hinricus Imperator cùm â ſeveriſſimo ſuo præceptore Archiepiſcopo Colonienſi liber evaſiſſet, in omnia genera flagitiorum, ruptis temperantiæ frœnis, præcipitem ſe dedit, montes omnes colliculóſque Saxoniæ & Thuringiæ caſtellis munitiſſimis exſtruxit, præſidiúmque impoſuit; quibus cùm victui neceſſaria minùs ſufficerent, permiſit, ut ex proximis villis & agris hoſtili more prædas agerent, & ad ipſa caſtella munienda circumquaque manentes cogerent. Verùm ne manifeſta tyrannide notaretur, ſi contra innocentes atque in regnum proprium graſſaretur, ut impietatem ſuam quâdam religionis ſpecie palliaret, Archiepiſcopum Maguntinum modis omnibus inſtigavit, ut decimationes Thuringiæ, ſicuti pluries antè inſtituerat, exigeret, pollicens ſe & in exi- C

Ulteriora acta Henrici 4ti Imperat.

A gendo ſummâ ope affuturum, & dicto obtemperare nolentes Regiâ majeſtate coacturum, ea tamen partitione, ut decimarum partem ſibi, quæ & Regiæ magnificentiæ & tanto ſuo labore digna forent, tribueret. Ita Epiſcopus, vaniſſimâ ſpe animatus, in Erfordia ſynodum indixit VI Idus Marcii. Statuto die aderat Rex, Archiepiſcopus & Hermannus Babenbergenſis Epiſcopus & alii, qui ad diſcutiendam cauſam fuerant evocati. Thuringorum ſpes & fiducia potiſſimùm in Abbate Fuldenſi & Herveldenſi nitebatur; cùm hy eccleſias decimales plurimas & prædia in Thuringia haberent, qui publicâ diſcutione interpellati pro decimarum redditione primò per
B dictum Archiepiſcopum rogabant, ut antiquitus tradita monaſteriis legittima, inconvulſa ſinerent manere, quæ & Sedes Apoſtolica & veteribus & recentibus ſcriptis crebrò confirmâſſet, & prædeceſſores ſui Archiepiſcopi nunquam infringere tentâſſent. Id atroci reſponſo Archiepiſcopus repulit; prædeceſſores ſuos rudibus in fide auditoribus lac potum dediſſe non eſcam, quod nunc reſecare vellet, & perfectis ſolidum cibum miniſtrare. Tandem Thuringi, improbatâ ſynodo, Sedem Apoſtolicam appellârunt, ſed Rex capitali ſententiâ prohibuit. Poſtea exortum fuit bellum Saxonicum, ùt
C jam in proximo dictum eſt, nulláque deinceps exactio facta eſt decimarum, gaudentibus Thuringis, quod occaſionem inveniſſent, ut traditas ſibi â patribus leges manu militari tuerentur, & dolente Rege, quod, cùm decimis immoderatiùs inhiaret, pene regnum cum vita amiſiſſet.

Hic ſpatium unius paginæ author relinquit.

Gigantis cadaver inventum cum lumine perpetuo.

Hys præterea diebus maximæ molis gigantis corpus incorruptum è terræ viſceribus ſublatum eſt, cujus altitudo muros urbis vincebat, corpus vulneratum habens, cujus hiatus quatuor pedum erat, lampadem ardentem inextinguibilem flatu vel quovis liquore ſuperfuſo ad caput habens; quam tamen quidam curioſior clericus, ubi ſtilo ſubtus perforavit, ab aëre per foramen intrante extincta eſt. Hujus epitaphium fuit:

Fi-

Digitized by Google

Filius Evandri Pallas, quem lancea Turni militis occidit, more ſolito jacet hic. Ipſum autem corpus, dum ad urbis muros erigeretur, ymbre & pluviâ irrigatum viam univerſæ carnis ingreſſum eſt. A

Padeburna civitas combuſta eſt cum majori eccleſia. In monaſterio autem monachorum Schotus quidam monachus Paternus nomine, multo tempore incluſus, hoc incendium ſœpe prædixerat, propter propoſitum recluſionis & perſeverantiæ exire nolens, ſe comburi paſſus eſt. 1068. Incendium Paderbornæ.

Non multò pòſt cometes longos & flavos crines per mare ducens apparuit. De qua quidam monachus Malsbernæ Olmericus nomine: *veniſti*, inquit, *veniſti multis martiribus lugende; dudum eſt, quod te vidi, ſed modo multo terribiliorem te intueor patriæ hujus excidium minitantem.* Is erat literis bene imbutus, ævo maturus, qui in prima juventa immanem audatiam tenptare conatus eſt: nam manibus & pedibus, neſcio quâ arte, pennas innexuit, ut Dædali more volaret, fabulam pro vero amplexus, collectáque in ſummo turris aurâ, ſpatium ſtadii unius vel plus volavit, ſed ventis & turbinis violentiâ ſimul & temerarii facti conſcientiâ tremulus cecidit, poſt hoc perpetuo debilis, crura effractus. Ipſe verò ferebat, cauſam ſuæ fuiſſe ruinæ, quod caudam ſuam in poſteriori parte oblitus fuerit aptare. B Homo volare tentans C

Brucus paulo muſcis corpore procerior per provinciam in modum exercitûs volavit trium miliarium in longum, duorum in latum, terræ ſpatium occupans, denſóque agmine paulatim incedens cuncta terræ arborúmque virentia vaſtavit. In quo etiam anno Bertha Imperatrix carne ſoluta eſt. In ejus locum Agnes Rutenorum Lituitarúmque Regis filia Coloniæ ſucceſſit. 1070.

Conſilium Germaniæ Principum Wormatiæ in Penthecoſtes feſto celebratum eſt, ubi, ſuggerente Rege, Principes contra Papam conſpiraverunt, & Epiſcopi univerſi præter Saxoniæ Præſules Gregorium Papam abdicarunt. Unde eodem 1076. Imperium contra Gregorium VII.

A dem conſilio prænominato Pontifici ſcriptum conviciis & detractionibus plenum dirigere præſumpſerunt, inter cætera dicentes: *ſicut hactenus dicere ſolebas, quod nullus noſtrûm esſet Epiſcopus, ita ſcias, quod nullius noſtrûm deinceps eris Apoſtolicus.* Unde Henricus militem colligens, Gregorium Roma expulit, qui ad tutiora montana Tuſciæ ſeſe recepit, deinde Apuliam ingrediens in municipia Nortmannorum venit, ibique diem mortis expectavit.

Benno 2dus XVII Oſnabr. Ep. Alberico Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopo è vivis ſublato, Bennonéque, qui & Beringerus, poſt multos labores ac pericula, quæ pertulit per repetitionem decimarum a Godeſcalco Comite ejúsque filio Ottone hoc anno XI kalend. Octob. item defuncto. B Benno IIdus ejus nominis XVI in ordine Pontificum IV. Non. Februarii ſequentis anni in feſto Ipopanti in locum ipſius ordinatus eſt. Hic venerabilis Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus caſtrum in Iburgh propter imminentia bella ædificare diſpoſuit, a Prædeceſſore inchoata aliquanto tempore murorum parte, ubi & cœnobium in beati Clementis honore conſtruxit, monaſticæ inibi religionis rudimenta felici molitus exordio, pro ut infrà ſuo loco diffuſius dicetur.

C 1076. Rodolphus eligitur Imperator. Rodolphus Suevus abs Saxoniæ Principibus contra Hinricum electus eſt Imperator ac diadema a Romana eccleſia accepiſſe dicitur cum hujusmodi ſcripto: *Roma dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho.* Gregorius enim adverſùs Imperatorem Principes concitavit, omnibus, ut alium crearent, latenter & manifeſtè ſcribebat. Igitur hunc Rodolphum ſibi præfecerunt Regem. Unde Goslariæ in conventu Principum tanta cædes facta eſt, ut eccleſia ſanguine repleta per valvas rubri cruoris fluenta emitteret. Mortui ſunt autem ipſo in loco inter multos nobiles Bucro Halverſtadienſis Epiſcopus, Comes quoque Palatinus, qui & in medio eccleſiæ ſepultus eſt, auditúmque eſt diabolum humana voce Principibus inſultare, quod diem hunc bellicoſum ipſe feciſſet. Eccleſia autem ipſa poſtmodum ab Hermanno Colonienſi Epiſcopo reconſiliata eſt.

Hilde-

Digitized by Google

Hildefonſus XXXIV Colonienſium Archiepiſcopus ex Capellano Hinrici Imperatoris Pontifex factus ſedit annis XV, ad ſanctum Petrum Coloniæ ſepultus, cui ſucceſſit Begewinus primùm majoris eccleſiæ Decanus, pòſt Epiſcopus factus & ſedit annis decem. A 1077. Ildephonſus 34. & Begewinus 35. Archiep. Colon.

Eodem tempore Hinricus Imperator contra Saxones arma ſumens, Magdeburgenſem ſe Epiſcopatum deſtructurum comminatus eſt. Cui Saxones cum Rodolpho a ſe electo Rege occurrentes in Oeſtrowe miſcuerunt, ubi Wernerus Magdeburgenſis Epiſcopus cecidit, ſed & multi ex utraque parte occiſi ſunt, Rodolphus autem Hartwigum in Werneri locum poſuit & Magdeburgenſi eccleſiæ præfecit. Bellum durum incerto victore amborum maximo dampno commiſſum. B

Per idem fermè tempus Benno venerabilis eccleſiæ Oſnaburgenſis Epiſcopus monaſterium ſancti Clementis Ordinis Divi Patris Benedicti in Iburgh monte fundare exorſus eſt. Cum enim, bellis penè ſopitis, Præſuli pax acceſſiſſet, pacis diuttinæ prolixitas inſolentiam peperit, quæ non ſolùm potentes & nobiles quietem rumpere & ſeditionibus diſſidere perſuaſit, ſed & vulgus ignobile & ruſticanam conditionem in majores armavit & novarum rerum ſuo more cupidam fecit. Cùm igitur anno quodam temporum proventus regionem iſtam cùm cæteris rebus tum etiam glandium ubertate repleſſet, & jam mons iſte ex antiquiſſimo ſitu ſingulis fuiſſet circumſtantibus denſitate ſilvarum, circummanentes ruſtici, quos ibi conmarchiones appellant, porcos ſuos illuc immittere, glandéſque ſaccis aſportare & rem Epiſcopi communi uſui mancipare ceperunt. Sed cùm villicus, qui ibi ſorte horreo præſidebat, machinationi eorum obſiſteret, & rem commiſſam etiam armis defendere vellet, illi non acquieſcentes, magnis eum affectum injuriis Oſnabrugge fugere compulerunt; cúmque id milites, quorum tunc ibi cum Epiſcopo copia erat, ſuo more, feſtinato impetu, vindicare paráſſent, prudens Epiſcopus ſuis ſe armis hanc injuriam ulciſci velle reſpondit,

Benno Epiſc. Oſnabrug. dirempta lite cum ruſticis, ædificat caſtrum & monaſterium in monte Iburg. C

A acceptáque ſtolâ, continuò eos in eccleſia ùt rerum eccleſiaſticarum invaſores banno ligavit, ſe excommunicaturum illos minatus, niſì infra præſcriptum terminum ſynodali juri ſatisfacere vellent; Ruſticos autem juſtitiam ſuam juramento defendere velle profeſſos communi regionis hujus conſuetudine devicit, dicens, ſe potiùs rem tanto tempore ſine contradictione poſſeſſam juramento advocati ſui retinere debere, quàm illos præſumptione perjurii violenter poſſeſſiones abſtrahere alienas. Itaque ſuper hac re die conſtitutâ advocatum ſuum nomine Meginbaldum, qui aduc in extrema ſenectute apud Diſnam eſt advocatus, homo probus & nobilis, ſecum ad-
B duxit, qui illico equo aſcenſo, ſecúmque quibusdam loci hujus peritis aſſumptis, maximâ populi multitudine cum Epiſcopo congregatâ præſente, ipſe præcedens montem circuit, totúmque ſpatium, quod hoc ambitu deſignaverat, ipſe propriâ jurans manu Epiſcopo præſenti ſuíſque ſucceſſoribus ſempiternam poſſeſſionem firmavit, & quod vulgò ibidem Snūden appellatur, eo quod ſeorſim privato alicujus uſui ſeparatum, â communi hominum utilitate ſecernit & æternaliter vocari & eſſe conſtituit. Epiſcopus autem montis amœnitate veterúmque murorum ex fundamentis firmitate perſpectâ, &
C quod aduc nomen priſtinum celebriter ab antiquitate ſervâſſet, ſuccisſis ſilvis & arbuſtis erutis habitabilem fecit, parvóque tugurio præ feſtinatione extento, ſœpiùs in hoc manere diſpoſuit, ubi & ſecretiùs, ad quæ vellet, vacare poſſet & quandoque etiam turbam declinaret infeſtam. Igitur huic Bennoni locus iſte omnium oportunitate complacuit, acceptáque occaſione, cum jam undique videret bella conſurgere, huc ſe omnimodâ cordis & corporis intentione contulit, â prædeceſſore ſuo aliquanta inchoata parte murorum, omnis generis ædificandi commodiſſimè reperta materia, caſtrum ac beati Clementis in honore monaſterium monachorum erexit.

1080. Rodolphus electus Rex, collecta Saxonum multitudine contra Hinricum Imperatorem, bellum iniit, in quo Saxones

fugati

fugati ſunt, Menfridus Burgravius Magdeburgenſis occiſus, ſed & Rodolphus, amiſſa haſta, terga dedit. Haud longè pòſt inter præfatos Reges novum exortum eſt bellum, ubi iterum Rodolphus, amiſſa manu, ſuccubuit, ac Mertzeburg ductus inter medendum obiit. Hinricus aùtem Goslariæ ſeſe recepit, gaudens quod Saxoniæ Regem occidit, ipſóſque ſibi ſubjugavit; fertúrque de Imperatore quod, pacatis jam paulìſper ſeditionum motibus, ad eccleſiam Mertzeburgenſem veniſſet, ibique præfatum Regem ſolempniter humatum vidiſſet, cuidam dicenti, cur eum, qui Rex non fuit, veluti Regali honore ſepultum jacere permitteret, dixerit: *utinam omnes inimici mei tam ſolempniter jacerent.* A Rodolphus Imper. moritur.

Anno ſequenti Hinricus Imperator legatos ad Saxoniæ Principes miſit, ut filium ſuum Hinricum Regem eligerent, promiſitque ſe juraturum, nunquam ſe Saxoniam ultrà intraturum. Cui reſponderunt, *nunquam ſe vidiſſe malam vaccam vitulum bonum procreâſſe.* Unde Hermannum Lothoringiæ Ducem in Rodolphi locum delegerunt, quem & Maguntinenſis Epiſcopus conſecravit, qui tamen anno Domini 1086 occiſus occubuit. B 1081.

Hoc ipſo anno expeditio Hermanni præfati novi Regis ante Quadrageſimam contra Weſtphalos facta eſt, qui omnem regionem incendiis & prædâ vaſtavit & Epiſcopum Oſnaburgenſem Bennonem ſupra Iburg caſtrum obſidere niſus eſt, niſi inſtantiâ Erberti Marchionis & Udonis Epiſcopi Hildenſemenſis ob antiquam amicitiam Bennonis reverſus eſſet ac revocatus. C

Eâ tempeſtate Benno præfatus Oſnaburgenſis Epiſcopus multis diebus cum Hinrico Rege degens, ne inani otio torperet, omnium, quorum potuit, auxilium efflagitavit, ut decimationes eccleſiæ ſuæ, quæ per multorum annorum curricula ſub anteceſſoribus ſuis injuſtè ablatæ fuerant, reſtituerentur. Rex verò Hinricus ad hoc ei conſentiens Regia autoritate reddidit, cyrographúmque reſtitutionis conſcriptum, annulo 1083.

Deçimæ ecclesiæ Oſnabrug. vindicantur. ſuo ſignatum contradidit, quod actenus ſervatur in eccleſia Oſnaburgenſi. Ipſe verò Benno Epiſcopus prudenti ſe oculo undique circumſpiciens etiam autoritatem Papæ Gregorii ſuper hoc expetiit, quique illi literas ſuo ſigillo ſignatas cum benedictione Apoſtolica dedit.

A

1084. Popo 13 & Henricus 14. Epiſc. Paderb. Poppo Padeburnenſis eccleſiæ Epiſcopus carne ſolutus eſt. Unde Hermannus de Lutzenburg a Swevis & Saxonibus jam dudum Goslariæ in Regem electus & ibidem, ùt dictum eſt, a Maguntino Epiſcopo ordinatus Hinricum Comitis de Asloe filium in locum ejus, eccleſia conſentiente, ſubſtituit. Verum Hinricus Imperator hujusmodi electionem vilipendens, Hinricum filium Comitis de Werlo in Popponis locum Padeburnenſem Epiſcopum conſtituit. Qua diſſentione eccleſiæ præfatæ non modicum detrimenti ſubſequutum eſt. Dum enim uterque Epiſcopatum nititur obtinere, neceſſe fuit eccleſiæ bona periclitari. Verum Hinricus Comitis de Werle filius eccleſiam obtinuit & XLIV annis rexit. Quam ob rem Maguntinus Archiepiſcopus indignatus, officio Apoſtolicæ Sedis legati fungens, eundem Hinricum per aliquot tempus ab officio ſuſpendit.

B

1085. Convenêre cum Saxonibus Thuringi Frislariæ ſuper Imperatore tractantes, apertúmque eſt in conſilio, Udonem Hildenſemenſem Epiſcopum cum fratre ſuo Alslevenſi Comite Hinrici Imperatoris partis eſſe, ubi & idem Comes cæſus eſt, Udo autem ad Hinricum fugit, qui ipſum valida manu in ſedem ſuam recollocavit. Hic Hinricus exercitum Magdeburg direxit, ad cujus adventum Magdeburgenſis & Halverſtadenſis eccleſiarum Epiſcopi cum Hermanno novo Rege perterriti, in Datiam ſeſe receperunt. Unde Hinricus Hartwigum Hertzfeldenſem Abbatem Magdeburgenſi eccleſiæ præfecit Epiſcopum. Haud longa mora Epiſcopi præfati unà cum Hermanno ſuo Rege ingenti populi multitudine ſtipati ex Datia reverſi ſunt, Hinricùmque cum Hartwigo ex Saxonia expulerunt.

C

Ipſo

Ipſo anno Urbano ſecundo Romæ Pontificante magnum intra Galliæ fines in Salvernia ſcilicet civitate, quæ clarus mons appellatur, conſilium celebratum eſt, cui idem Papa Urbanus cum Epiſcopis & Cardinalibus præfuit. Fuit autem illud conſilium valde celeberrimum conventu Gallorum & Germanorum tam Epiſcoporum quàm Principum. Ordinatis ergo in eo rebus Eccleſiaſticis, generalem ad omnes Urbanus Pontifex orationem publicè pro terræ ſanctæ recuperatione fecit, factáque eſt innumeroſa penè utriusque ſtatus & conditionis ad tam ſanctum opus perficiendum multitudo. Inter quos Erpo Mimigardefordenſis eccleſiæ Epiſcopus cum Leodienſium Præſule fratre ſuo ac Godefrido Duce, cæteríſque Principibus multis mare translegavit. Quibus eò loci bella gerentibus ſanctus Turpinus Epiſcopus cum Carolo, qui in vita pro fide Catholica laborioſiſſimus fuerat, viſibiliter apparuit, ſéque Turpinum Epiſcopum eſſe dixit, quos etiam in propoſito confirmavit, ſecundúmque exitum rei promiſit. Qui Erpo tandem mortuus, apud ſanctum Mauritium ductus cum nepote ſuo ac Frederico prædeceſſore honorificè eſt ſepultus; in cujus locum Theodericus de Winſenberge electus eſt, qui per cives & Fratres poſtea fuit expulſus, ſed per Saxoniæ Ducem Lotharium manu forti reſtitutus, pro ut infrà ſuo loco patebit.

A — Expeditio in terram ſanctam. — B — Erpo 18. & Theodoricus 2. 19. Ep. Monaſt.

Benno venerabilis Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus obîit ſexto kalend. Auguſti, ſepultúsque eſt in monaſterio Iburgenſi, quod ipſe fundaverat, ante altare ſanctæ Crucis. Hic vir venerabilis, defuncto item Bennone, qui & Beringerus, prædeceſſore ſuo, Goslariæ â Rege ſubſtitutus eſt. Nam cùm Rex de morte Bennonis primi non modicè contriſtatus fuit, eo tamen ſe putabat hunc, quem de mortuo acceperat, conſolari poſſe mœrorem, ſi in locum ejus ſubrogaret parem ejus nominis & virtute Bennonem. Adunatis igitur in Goslaria, qui ad Epiſcopum conſtituendum adeſſe deberent, eorúmque ſuper Bennone perquiſitâ ſententiâ, omnes unanimiter, tot

C — 1088. Electio, conſecratio & vita Bennonis 2di Epiſc. Oſnabr.

A ejus auditis virtutibus, voce & manibus conſenſu & animis ſibi illum præeſſe Epiſcopum devotiſſimè acclamando laudabant. Verùm ille ùt ſapiens, propriæ infirmitatis conſcius, oblatum honorem ea cepit excuſatione renuere, quod mundialibus ſemper negotiis occupatus minùs ſe ſtudiis exercuisſet internis, indignum eſſe vociferans, eum in Epiſcopum eligi, qui ſæculi actibus magis quàm eccleſiæ Dei præeſſe jam tanto tempore didiciſſet. Sed cùm Rex, alacritate populi perſpectâ, â ſua ſententia flecti non poſſet, in Divina clementia omnino confiſus, humiliter annuit & fieri Epiſcopus, ſpe veteris gratiæ adhortante, conſenſit. Sorte autem hic actus contigit in beati Clementis Romani Pontificis ac martyris egregii B die ſolempni, cui ſe eâ die intentiſſimis precibus & omnimodâ devotione commiſit, ſpecialémque ſibi illum patronum præ cæteris Sanctis in omne vitæ ſuæ reliquum tempus elegit, atque humillimum famulum ſemper ſe illius fore vovit clementiæ, tali conditione ſuæ devotionis præmiſſa confirmans, ut ſi hujus Sancti ſuffragantibus meritis Dei gratia eâ die ſibi dignaretur adeſſe clementiùs, in eo commemorationis honore in Epiſcopatu degens altare conſtruere & conſecrare deberet, id ab eo ſolùm intimè flagitans & expoſcens, ut ſi eum Dominus ad provectum populi ſui ſuæque ſalutem animæ & non ad dampnationem eorum eccleſiæ ſuæ præeſſe diſponeret, ejus in eo fieret voluntas. Si autem aliquando periculum loco vel C ſibi propriis exigentibus meritis ex ſua promotione imminere deberet, Divina pietas per merita martiris ſui occaſionem ab eo dignaretur aufferre, per quam ſibi vel aliis via panderetur poſſe perire. Quid plura? ſtatim eâ die â Regia majeſtate deſignatus in Præſulem, & per legatos idoneos protinus miſſus ad locum Oſnaburgenſem, maximâ profectò & Cleri & populi eſt ibidem alacritate ſuſceptus. Modicum verò ibi temporis ordinandis rebus indulgens, Diviníque natalis devotiſſimè celebratione peractâ, conſecrandus Coloniam digno eſt comitatu profectus. Verum ibi quoque â piæ memoriæ Annone

Ar-

Archiepiſcopo, pro ut villicationis ſuæ tempore optimè meruerat, dignâ ſuſceptione honoratus, anno Dominicæ incarnationis MLXIX kalend. Februarii ab eodem Archiepiſcopo Oſnaburgenſi eccleſiæ omni devotione ordinatur Epiſcopus, dignis etiam in id cooperantibus Friderico videlicet venerabili viro Monaſterienſi Epiſcopo & Eylberto æquè ad opus Dei viro probato Myndenſi Epiſcopo debitæ benedictionis impendente officium & probatæ electionis aſſenſum. Celebrato igitur ibidem, quæ inſtabat, beatæ Dei Genitricis Purificatione maximo gaudio plenáque lætitiâ, ad propriam ſedem eſt reverſus, ubi magnâ ſollertiâ triennio ante Saxonicum bellum loci commiſſi cuncta curavit, verbíque Dei ſemina populo ſpargens, moribus ſubditorum excolendis inſudans, Dominici agri zizania ab inimico ſeminata exſtirpans, univerſa ſuæ diſpenſationis officia diſtrictionis & indulgentiæ moderatione adminiſtrans, prorſus ſe ſibi & omnibus utilem & profectò non minùs honorabilem præbuit. Demum XVIII Pontificatûs ſui anno VI kalend. Auguſti, ùt dictum eſt, carne ſolutus eſt, ac in Iburgenſi cœnobio ante altare ſanctæ Crucis conditus eſt, ubi & in hodiernum usque diem ejusdem venerabilis Epiſcopi quædam Pontificalia ſervantur, ſcilicet ſandalia, calcei, pecten eburneum, berillus ſive criſtallus & digitus annularis ex ſepulcro ſumptus, ornatus annulo aureo cum lapide pretioſo; habet autem ſaxum corpori ejus ſuprapoſitum epitaphium:

Quis ſim, lecturi: quod ſum, quandoque futuri,
Dicite: Præſul habe: Benno perhennè vale.
Quem mea ſpes ſtruxit, locus hic mea funera luxit,
Te Juli novies ter peragente dies.

Succeſſit autem Bennoni huic Marquardus Abbas Corbienſis, qui pontificavit in præfata eccleſia annis fermè viginti, hoc eſt usque ad annum 1107. Marquardus 18. Ep. Oſnabr.

Viſus eſt ignis in aëre ingens faculæ inſtar ab Oriente in Occidentem volare, peſtis tunc graſſantis portentum. In quo qui- 1094.

A quidem anno monachus quidam Petrus nomine, oſtenſis ſummi Pontificis mandatis, publicè ubique locorum in eccleſiis denunciari fecit, omnes Judæos ex provinciis fidelium expellendos, qui Chriſti fidem ſuſcipere detrectarent, congregavítque populum grandem, quem & Lothoringiæ Dux, Robertus quoque Flandriæ Comes, aliíque Principes, Epiſcopi, Prælati atque nobiles quique ſequuti ſunt; & ubicuncque loci cum ſuis venit, promiſcui ſexus è plebe, ſed & clerici, religioſíque, eccleſiis ſuis ac monaſteriis relictis, monachum præfatum ſequebantur: uxores maritis, viri uxoribus Petrum præferebant. Habebat autem inſigne: anſerem peplo impl-B ctum, quem Spiritum ſanctum fingebant. Hanc perfidiam aliquanto tempore Deus inultam paſſus eſt progredi; verùm tandem crudeli animadverſione ſæviſſiméque punivit. In ipſa tamen ſua profectione Maguntiæ ſupra mille Judæos interfici procuravit.

Monachi ſeductio & perſecutio in Judæos.

1095. Hoc anno Hinricus Imperator, datâ ſecuritate, clam quendam de ſuis militibus, ut ad Imperatricem accederet, ſollicitavit. Cúmque miles ad concubitum ipſam ſollicitaret, atque repulſam pateretur, demum ad hoc eam adduxit, ut diceret, ſe ſuper hujuſmodi re Imperatoris viri ſui conſilium poſtulaturam, qui ſi annueret, vel tunc ſe conſentire poſſe, aliàs promiſſam conjugi fidem ſe infringere nolle; non enim credidit maritum hujus rei conſcium eſſe. Retulit miles, quæ ab Imperatrice acceperat, Cæſari; unde quaſi exitum ſimulans, C clam ſe, miſſis militibus, domi abſcondit. Nocturnis igitur ingruentibus tenebris, habitu militari fores Imperatricis pulſavit, exploraturus, ſi admittere ſollicitantem militem vellet. At illa militem ſuſpicata famulis, qui cum ipſa erant, quos & eâ cauſâ ſecum detinuit, præcepit, ut pulſantem fores militem, cæſum ac contumeliis affectum repellerent. Ubi autem creditus miles cæditur, non ſe militem ſed Imperatorem inclamavit, &, ut parcerent, petiit. Accurrens igitur Imperatrix, ut virum cognovit, & rem, ut erat, ſuſpicata ipſum

Aſtutia Imperatricis, cujus caſtitatem probare intendebat Henricus 4tus Imper.

durius

duriùs increpans: *hòc ne, eſt*, inquit, *opus Imperatoris, qui talequid facinoris in aliis corrigere tenetur, per ſe perfici non deteſtatur?* Unde confuſus cum verecundia diſceſſit. A

Viſa eſt ſtella ùt facula ardens in Occidente. In ipſa eadem nocte Imperatori in ſompnio viſum eſt, quaſi ſpacioſo in pomerio multis arboribus conſito deliteſceret, viditque altiſſimas arbores ſubitò cadere ac caſu ſuo vicinam ſecum ad caſum trahere, indicium futurum eventûs, â filio ſcilicet ſe ab Imperio pulſatum. 1099. Somnium Imperatoris.

Orta eſt ſeditio inter Fredericum Epiſcopum Colonienſem & Weſtphaliæ Comitem Fredericum de Arnsburg, in qua diſſenſione Epiſcopus præfatum Arnsburg caſtrum aliquamdiu obſeſſum in deditionem accepit. Comes autem Colonienſem dioceſim flammâ, ferro & rapinis demoliri cepit. Ob quam rem proſcriptus â Rege Comes indignatus contra Colonienſes bella movens ac triumphans, multis occiſis, plurimos captivos abduxit; fuerunt enim hujusmodi Comites dioceſi Colonienſi multùm moleſti. 1101. Bellum inter Epiſcopum Colon. & Comitem Arnsbergenſem. B

Eodem anno Maguntinenſis Archiepiſcopus, dictu mirum, â muribus devoratus eſt, adeò ut vix ejus oſſa corroſa reperiri potuerint.

Eodem item anno, mortuo Hartwigo Magdeburgenſi Archiepiſcopo, Hinricus de Asloe Padeburnenſis Epiſcopus poſtulatus eſt. Verùm Imperator Regiam poteſtatem in hoc contemptam eſſe aſſeverans Hinrico præfato conſenſum in hujusmodi poſtulatione negavit. Hartwigus hic Udo fuiſſe dicitur, de quo terribilis admodum hiſtoria legitur: Is quippe Udo Magdeburgenſis ſtudii ſcholaris fuit tam inertis ingenii, ut nichil omnino proficere potuerit etiam magiſtri verberibus tortus virgíſque plagatus. Unâ igitur dierum acriùs cæſus ſancti Mauritii majorem ac cathedralem eccleſiam ingreſſus, Reginæ cœli clementiam proſtratus humo imploravit & præ triſtitia dormire cepit, cui protinus Mater miſericordiæ apparens dixit: *audivi orationem tuam & vidi afflictionem tuam,* Vita & mors aut fabula Udonis Archiep. Magdeburg. C

A *& ecce non modo ſcientiæ munus confero, ſed &, Archiepiſcopo bujus eccleſiæ mortuo, banc tibi eccleſiam regendam committo, quam ſi bene rexeris, grande præmium conſequeris, ſin autem, in corpore & anima ſimul morieris.* Diſparuit Virgo, juvenis evigilat & ſuo more ſcholas intrat ac omnes diſputando concludit, nullus ipſum in ſcientia & eloquentia prævaluit, ita ut cum admiratione dicerent: *unde buic tanta ſcientia? nam eſt hic Udo, qui beri ob iners ingenium cædebatur ut beſtia, quomodo nunc probatur Philoſophus? hæc mutatio dextræ excelſi.* Effluxit biennium & Archiepiſcopus moritur, Udóque â cunctis eligitur, qui confirmatus pallióque donatus aliquanto tempore honeſtiùs vixit; ſed, quia *bonores*
B *mutant mores*, temporis proceſſu cepit viſionem ſibi factam oblviſci & voluptati ſe carnis, propriæ ſalutis immemor, donare, eccleſiæ quoque facultates dilapidare & ne ſœculares modò fœminas, ſed etiam velatas violare, & ut paucis abſolvam, ad omnium flagitiorum genera habenas laxare adeò, ut ejus vita omnibus odioſa & deteſtanda eſſet, dúmque ſic diutiùs obſorduit, unâ noctium, dum in monaſterio monialium, quod eâ tempeſtate *Oeſterbolt* nunc autem *vallis liliorum* dicitur, de nigro Ordine Abbatiſſam ſecum in lecto haberet, audivit vocem in hæc verba terribiliter intonantem: *Fac finem*
C *ludo, quem luſiſti ſatìs Udo.* Hæc audiens & cachinnans fictitium ſuſpicabatur, nec ad hujusmodi admonentis vocem compungitur. Facta eſt hæc vox duabus continuò noctibus ſeſe ſequentibus. Nocte tertiâ, dum cum præfata Abbatiſſa in opere libidinoſo ſeſe exercuit, vox præfata cum ingenti fragore etiam tertiò intonuit. Territus itaque pauliſper ingemuit, ſed non reſipuit, nec ad pœnitentiæ lavacrum properavit. Elapſis igitur menſibus tribus, Fredericus ejusdem Eccleſiæ Canonicus, vir admodum venerabilis & religioſus quadam nocte in ſancti Mauritii choro pro eccleſiæ Metropolitanæ ſalute devotiùs oraturus cùm ſe clam concluſiſſet, ecce! intempeſtâ nocte validus ventus irruens etiam eccleſiæ luminaria

proti-

Digitized by Google

protinus extinxit. Correptus timore is, qui vidit, pavimen- A
to tremens adhæſit, illico duo juvenes cum ſingulis cereis ba-
ſilicam intrantes, ad altaris usque cornua procedentes, totam
eccleſiam illuminabant. Poſt hos duo alteri intrantes tapeti-
bus pavimentum unus ſtravit, alter cathedras duas ante alta-
re decenter ornatas collocavit. Dein ingredi viſus eſt pugil
formoſus armatus gladio evaginato, qui ſtans in medio eccle-
ſiæ altâ voce clamavit: omnes Sancti, quorum reliquiæ in
hac eccleſia continentur, ſurgite & venite ad judicium Dei.
Et ecce! continuò apparuit maxima ac præfulgida utriusque
ſexûs multitudo, diverſo habitu inſignita, qui omnes chorum
intraverunt. Continuò Regio diademate inſignitus, ſplendi- B
dior Sole quidam cum duodecim religioſis ingreſſus primam
ſedium occupavit, Regina quoque cœlorum ſuo cum comita-
tu ingreſſa ſecundam ſedem filii juſſu accepit. Venit demum
ſanctus Mauritius ſua cum legione, & procidens ante faciem
Domini: *æquiſſime*, inquit, *Judex & Conditor ſæculorum!
da judicium.* Quibus ille: *ſcio quid quæritis ſcilicet Udonem
Epiſcopum*, & continuò ex aſtantibus quidam abeuntes, mi-
ſerrimum Udonem â latere Abbatiſſæ ablatum judici portave-
runt, quem ſanctus Mauritius ſeveriùs intuens, poſtulato ju-
dicio: *ecce!* inquit, *iſte Udo non Epiſcopus ſed lupus, non pa-* C
*ſtor ſed raptor, necator & devorator gregis tui, cui Mater tua
Domina noſtra ſcientiam donavit & hanc eccleſiam commiſit,
qui ſæpiùs admonitus corrigere ſe noluit, qui eccleſiam tuam
profanavit, ſponſas tuas turpiter violavit.* At judex aſtantes
intuitus: *quid vobis*, inquit, *videtur de illo?* & pugil ſupra-
dictus: *reus*, inquit, *eſt mortis*, ſicque data ſententia, ut ca-
pite truncaretur, dum cervicem extendere jubetur, quidam
aſtantium: *ſuſtine*, inquit, *paululum, ut reliquiæ ab eo auf-
ferantur*, & aſtans quidam cum calice collum ejus validè per-
cuſſit, & ad quamlibet percuſſuram oſtia polluta per os Epi-
ſcopi exiens in calicem cecidit, quas omnes diligentiſſimè ſuſci-
piens lavit ac ſuper altare poſuit. Poſt hæc Udonem præfa-

A tus pugil valido ictu decollavit, ſicque tota iſta congregatio diſparuit. Canonicus, qui hæc vidit, cum tremore è pavimento ſurgens, accenſis lampadibus, ſingula perſpexit, truncúmque ſuo in ſanguine volutatum reperit. Obſeratis eccleſiæ januis, ad ſolis ortum potiores urbis laicos cum clero convocavit, & quæ viderat, coram oſtendit. Capellanus ejus, qui eo die pro negotio miſſus, redire ad Dominum ſtatuit, famulis ſe præcedentibus, ſompno oppreſſus juxta viam ſub arbore umbroſa ſeſe reclinavit, & ecce! ingens globus ſpirituum immundorum cum timpanis & tubis, cum gladiis & fuſtibus eò properant & Principi ſuo ſolium conſtituentes, B Udonem adducunt. Cui Sathan aſſurgens, verbis eum pacificis ſalutavit in dolo. Qui cùm nichil reſpondit: *fatigatus eſt*, inquit, *amicus noſter itinere*, *oportet refocilletur*, cui crudeles miniſtri ſerpentes & bufones in os violenter impreſſerunt, ſulphureúmque pòſt potum infuderunt, deinde in puteum ignem ex ſe ſpirantem projectus ac poſt paululum quaſi ferrum ſcintillans extractus Principi tenebrarum præſentatus eſt, qui *nonne*, inquit, *balneum ſuave habuiſti Præſul?* Tunc ſe dampnatum videns ne dæmones modò ſed & ipſum Deum benedictum, omnémque creaturam maledixit. Unde hæc C audiens univerſa adverſariorum conventio, *verè*, inquiunt, *dignus eſt iſte manere nobiſcum, quaſi peroptimè officio noſtro inſtructus; mittatur igitur ad principalem ſcolam noſtram, ut videat, audiat, ſentiat ac diſcat ampliùs, nec inde exeat uſque in ſæcula ſæculorum,* ſicque cum impetu in tartarum ductus eſt. Princeps autem tenebrarum, extenſo in Capellanum digito, *videte*, ait, *ne effugiat hic clericus, qui ùt ſocius criminis ſit & comes itineris.* Quem ut dæmones rapere conati ſunt, mox evigilavit, & equus dæmonum fugâ territus miſerum hinc inde traxit, donec oſſa ipſa lacertorum ſuâ â junctura diſſolverentur. Tandem aliquando Magdeburg veniens, cognitâ Domini ſui morte, viſionem viſioni, terrorem terrori, judicium judicio cumulavit. Cives autem Udonis corpus

procul

Digitized by Google

procul ab urbe in paludem jactaverunt, quod beſtiæ infernales cum plauſibus & canticis protinus exceperunt, huc illúcque trahentes, morſibus quoque dil ·rantes, ruricolas variis terroribus affecerunt. Tandem, inito conſilio, cadaver è palude extrahentes combuſſerunt, cinerémque in Albeam projecerunt. Mira res! piſces gurgitem ſuum relinquentes mare intraverunt, donec letaniis jejuniíſque placatus Dominus, poſt decennium vix tandem redierunt. Hujus horrendi prodigii memoria jugiter præ oculis ſuper pavimentum marmoreum candidum & politum in decollatione Udonis cruor eſt, qui tam indelebiliter ſaxo adhæret, ut de eſſentia marmoris eſſe videatur. Super locum illum, ubi decollatio facta eſt, ſemper tapetia jacent, & ſuper electos Epiſcopos *Te Deum laudamus* canitur, & juxta morem ibidem collocantur ad orationem proſternendo, ut videntes ſibi caveant, ne fortè pereant ſicut ille. A Domino verò factum eſt iſtud ad terrorem Epiſcoporum illius eccleſiæ & omnium inutilium Prælatorum, ut audientes contremiſcant læſæ majeſtatis judicium terribile & ultionem ſeveriſſimam. A B

Eodem anno Erpo Comes Padburgenſis præpotens viribus & opibus dives, conſentiente & annuente Domino Hinrico tum Padeburnenſis eccleſiæ Epiſcopo, ſed & ejuſdem Comitis germano conſenſum per omnia præbente, inſpirante ſibi gratiâ Divinâ, ſuper reverenda oſſa beati Landolini confeſſoris, quæ ſanctæ memoriæ Rathbradus Epiſcopus Padeburnenſis Cameracenſi ex dioceſi in loco dicto Boka tranſtulerat, monaſterium in honore Dei Genitricis conſtruere propoſuit, ſollicitante ipſum Dominâ Beatrice ſua conjuge, ad quam ipſum prædium Boka in Lippiæ fluminis ora ſitum hæreditariâ ſucceſſione pertinebat. Conſilio igitur Gunberti tunc Padeburnenſis monaſterii Abbatis ibidem ſub beatiſſimi Patris Benedicti regula militaturos monachos inſtituere ordinavit. Verùm ubi jam quinque penè annos incepto inſiſteret operi, oratorii fundamentis jactatis, aliquibúſque diſpoſitis officinis, probatæ

Erpo Comes Padbergenſis monaſterium fundat in Flichtorp. C

Digitized by Google

A inſupe: converſationis viro Lenfrido interiora ordinante, Alberto quoque ex laico converſo monacho exteriora ordinante, quos cum aliis quibusd , n Fratribus novellæ plantationi inſtituendæ Gunbertus præfatus Abbas Padeburnenſis de monaſterio ſuo illò miſerat, ecce! antiquus ille omnium bonorum æmulus adverſarios huic bene incepto operi, ne perficeretur, excitavit. Sanè Comites de Nitha, qui jure conſanguinitatis ipſum præfatum prædium Boka Dominæ Beatrici legitimam ſucceſſionem aſſcribebant, aſſerentes ſe veros hæredes poſt Dominæ Beatricis mortem illius ſe loci, minis & terroribus, ne opus perficeretur, impedierunt. Unde, inito cum Epi- B ſcopo conſilio, Erpo Comes Fratres inde tranſtulit ac in Flethorp villam ſuam ducens, novam ſtructuram inchoans, monaſterium conſumavit, & quia liberos non habebat, prædia, manſus, poſſeſſiones, redditus & proventus complures Fratribus ibidem Deo ſervientibus, in perpetuum poſſidendos tradidit, ipsámque eccleſiam abunde ſatìs dotavit, confirmantibus hæc omnia ac privilegiis roborantibus Frederico Colonienſi Metropolitano & Hinrico Padeburnenſis eccleſiæ Epiſcopis. Hanc verò ſedis mutationem non tam illorum, quos diximus, importunitas quàm illius loci, unde translati ſunt, ſterilitas ſuaſit; dum translationis locus fœcundior aliquantu- C lum, & propter adjacentes poſſeſſiones videbatur competentior. Et ut præfatus Comes ardentiùs incepto inſtaret operi, propenſiùsque ex ſuis Deo offerret, liberorum imprimis ipſum ſolatio privavit, dein torpentem etiam ſuo flagello incitavit: ſiquidem opidani in Harhuſen quodam tempore offenſam ejus (incertum utrum juſtè injuſtéve) incurrerunt, quos cùm adunatâ manu hoſtiliter aggrederetur, incensúmque rogo opidum intraret, ut ipſum totaliter deſtrueret, quidam ex opidanis eccleſiam ſancti Magni glorioſi martyris intrantes imaginem crucifixi Domini rapuerunt, ac furenti obviam Comiti proceſſerunt, ſi fortè intuitu crucis territus, furor ejus aliquanto mitigaretur. At Comes furore ebrius in portitores furi-

Idem devaſtat oppidum Harhauſen non ſinè ultione Divinâ.

furibundus irruit, & temerariam in crucem manum mittens id, quod pro corona capiti crucifixi impoſitum erat, mucronis ictu cædens, partem ejus in terram dejecit, & continuò ſinè mora ultio Divina ſequuta eſt: nam digiti palmæ, quibus ferrum ad contumeliam ſacrarum reliquiarum ſtrinxerat, incurvi in volam & inflexibiles ejusdem manûs officium abſtulerunt. Unde punitionem æterni Judicis ibi adeſſe, iramque ejus perſcrutatus eſt. Non itaque ſe ipſum deſperans ſciens, quia flagellat Deus omnem filium, quem recipit, fiduciam de Deo ſumens, manifeſtâ correptione correctus, deinceps melioribus intentus ſtudiis, præfatæ eccleſiæ ſancti Magni in Harhuſen in reconſiliationem manſum unum in Upſprunge contulit, monaſterio verò à ſe conſtructo omnia ſua, ymmò ſe ipſum, ſed & miniſteriales ſuos cum beneficiis & poſſeſſionibus, ſervos omnes ad hoc ſibi conſentientes beatiſſimæ Mariæ Virgini Dei Genitrici tradidit. Quæ omnia literis ſuper hujusmodi dato confectis roboravit, & Abbati ſuisque ſucceſſoribus aſſignavit. Anno demum XII, ex quo præfatum cœnobium inchoavit, hoc eſt Chriſti Domini 1113 diem clauſit extremum, ſepultúsque eſt infra parietes præfatæ Flethorpenſis cœnobii eccleſiæ, cujus tunc aliqua pars ſanctuarii erecta fuerat, ubi Remuneratoris ſui adventum in pulvere expectat. A B Ejus ſepultura. C

Eodem anno Wido XVII Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus Coloniæ mortuus, reportatúsque Oſnaburgis, ubi & ſepultus eſt. Cui Johannes XVIII ſucceſſit annis fermè octo. Wido 19. & Joannes 20. Epiſc. Oſnabr. 1102.

Hermannus tertius XXXVI Colonienſium Epiſcopus ſedit annis decem, menſibus quinque. Hic cognominatus eſt dives, verùm divitias ſuas in Dei honorem diſpenſavit. Hic dedit eccleſiæ ſuæ capſam auream gemmatam, in qua ſcilicet ſancti Severini Epiſcopi corpus conditum eſt, habens in hujus donationis memoriam hos verſus inſcriptos: Hermannus 36. Archiepiſc. Colon. donat capſam auream pro corpore S. Severini.

Præſul præſentis Hermannus tertius urbis
Res patronorum cupiens augere ſuorum
Oſſa Severini capſæ priùs indita vili

Splen-

A Splendidiore domo gemmis incluſit & auro
Quem pro peccatis juvet hujus gratia Patris
Compenſans votum ſimul hoc laudabile donum.

Juxta Solem circuli ignei meridie viſi, Lunæ quoque duæ, in Oriente una, in Occidente verò altera apparuit.

1103. Hinricus Imperator Natale Domini Maguntiæ celebrans, ibidem Hinrico filio ſuo poſt ſe Regem deſignato, ſepulcrum Domini ſe viſurum publicè denuncians, multos ex diverſis partibus Regni ad idem accendit.

1105. Rebellio Henrici 5ti contra Patrem. Natale Domini iterum hoc anno Maguntiæ celebrante, Hinricus filius ejus rebellionem contra Patrem in Noricis partibus conſilio Theobaldi Marchionis & Berengarii Comitis ſub ſpecie religionis, eò quod pater ejus â Romanis Pontificibus excommunicatus eſſet, molitur, aſcitis ſuis, Saxoniam, B terram & gentem contra Regem facilè animandam ingreditur. Ubi ſuſceptus honorificè, Paſcha Domini Quedelenburg celebravit ac univerſos gentis illius Primates ad voluntatem ſuam inclinavit. Unde ex tunc Saxones ipſum Henricum, præſtitâ fidelitate ac juramento, poſt Patrem Regem declarant, eâ tamen conditione, ut eccleſiæ Dei, ſicut decet, provideat, juſtúmque omnibus judicium faciat. Quo tempore Maguntinus Archiepiſcopus Ruthardus Fredericum Halverſtadenſem, Udonem Hildenſemenſem, Hinricum Padeburnenſem Epiſcopos, qui contra canonicam electionem per Hinricum ſedes ſuas obtinuerunt, ab officio ſuſpendit, ſed & omnes, qui ab hys Epiſcopis ordinati fuerunt, ab officio quoque ſuſpenſi ſunt, eorundémque Epiſcoporum criſma prophanum judicatum eſt. Hæc facta ſunt in Quedelenburg Hinrico Rege præſente. Verùm non longè pòſt convocatio Principum in Narthuſen facta eſt, ubi præſente eodem Hinrico, noviter electo Rege, per Maguntinenſem & Conſtantienſem Epiſcopos, ſedis Apoſtolicæ legatos, decretum eſt, ordinatos ab hujusmodi Epiſcopis Ordinum exequutioni per manuum impoſitionem reſtitui, quod per Conſtantienſem Goslariæ, per Magunti-

Epiſcopi per Hinricum 4tum conſtituti ſuſpenduntur. C

guntinenſem in Hilgenſtad factum eſt. Verùm reſtitutio Epiſcoporum judicio Sedis Apoſtolicæ reſervata eſt, in quo etiam die Hinricus de Asloe dudum à Padeburnenſi eccleſia ejectus presbyter ordinatus Magdeburgenſi eccleſiæ, à qua per Hinrici Regis conatus repulſus erat, iterum præfectus eſt Archiepiſcopus. A

Per tres ſeptimanas magna in cœlo ſtella viſa eſt ad Occidentem in modum ſolaris lampadis, & plurimam cœli partem versùs Orientem illuſtrabat, duravítque abs Quadrageſimæ ſacræ initio usque ad Dominicam Palmarum diem. 1106.

Henricus 4tus ob turpe facinus exauctoratur.

Ipſo item anno grandem in gloriam ſuam Imperator maculam poſuit: miles quidam de Schartfelde apud Imperatorem miliciam exercuit, habuítque legittimam uxorem admodum formoſam, in cujus ſpecie captus Imperator, quomodo ejus concubitu frueretur, ſecum cogitavit. Miſit igitur præfatum militem pro quo, neſcio, expediendo negotio, ut, marito abſente, eò propenſiùs propoſitum ſuum conſequi poſſet. Emiſſo itaque milite, ipſe quaſi pro venatione exiens in Schartfelde pernoctavit, renitentémque militis ſui uxorem oppreſſit. Unde viro reverſo, quæ circa ſe acta ſint, cum mœrore marito indicavit. Commotus miles, quod verbo non audebat, triſtiori vultu Imperatori ſignificavit. Ut autem perſenſit Imperator, rem militi innotuiſſe, ſtuduit, ut interficeretur. Verùm ubi adulterium innotuit, per Electores Imperii depoſitus eſt, ac à filio profligatus debitas ſcelerum pœnas luit. B C

Hinricus quartus, Hinrici tertii filius imperavit annis XX. Hic per denos annos ante Patris ſui mortem jam futurus Imperator declaratus fuit. Mortuo igitur patre, Goslariam veniens, nocte quâdam quieſcienti, enſis ejus & clipeus fulmine conſumpti ſunt, quod multis mali futuri ſignum viſum eſt. Itaque jam Rex habitus immemor beneficii recepti, adverſus patrem rebellionem movit, & ſub obtentu meliorandæ reipublicæ ac reſtaurandæ eccleſiæ in genitorem ſurrexit, ſumptâ occaſione excommunicationis, qua abs Romana eccleſia pater 1107.

Triſte factum & obitus Henrici 4ti Imper.

A notatus fuerat. Unde facilè Saxonum Principes, patri ſuo ſemper infeſtos ſuæ voluntati conjunxit. Multi præterea Imperii Principes, relicto patre, filio adhæsêre. A cunctis igitur relictus â filio capitur & carceri mancipatur, dolóque circumventus Regalia filio reſignare compellitur. Quo facto dimiſſus & omnium ſuffragio deſtitutus per Alemanniam vagus & profugus diſcurrens â Colonienſibus cum ſolempni pompa recipitur. Inde Leodium ad conventum Principum comitatus, dum ſe invitum Regalia reſignâſſe aſſeruit, â filio miſſo exercitu perſequitur, ſed â Brunone Comite capti omnes, qui

B miſſi erant: qui in genitorem ſurrexit, inglorium fecerunt. Non longè poſt pater obîit ac Leodii ſepultus eſt, qui tamen ſummi Pontificis mandato, quia excommunicatus erat, â cimiterio ejicitur. Unde propter ſciſma inter Papam & Imperatorem multi Epiſcopi anathematiſati & ab officio ſuſpenſi ſunt, ſimul & Aquilegenſis Leodienſis Camaricenſis, quia Henricum eccleſiaſticæ ſepulturæ tradiderunt. Duxit autem præfatus Hinricus Hinrici filius uxorem Metildam Angliæ Regis filiam. Verùm nullam ab ea ſobolem accepit, qui in patrem peccavit.

C Mortuo Conone & Conrado Saxoniæ Ducibus ſinè liberis, Ducatus ad Hinricum Imperatorem devolvitur, qui contulit ipſum Lothario Everhardi Supplenburgenſis ac Arnsburgenſis Comitis filio; hæc enim linea Ducum ſub Ottone primo incepit & ſub Hinrico præſente finem accepit:

Prima primorum Ducum Luneburgenſium genealogia.

Herman-

Digitized by Google

Hæc Hildegardis fuit uxor primi Hermanni, filia Comitis in Weſterburg.

Hermannus Dux primus Hildegardis uxor ejus.

Hic Hermannus ex pædagogo Ottonis ſecundi Saxoniæ & Luneburgenſium ab Ottone primo Dux creatus eſt.

Hæc nupſit Arnoldo Comiti Flandriæ.

Metildis filia.

Berno Dux ſecundus Bela uxor ejus.

Lotharius filius.

Hic ſinè liberis obîit.

Hæc Bela fuit filia Ducis Stetinenſis.

Bruno Epiſcopus Oldenburgenſis.

Deythmarus qui in pueritia obîit.

Hic Bernardus ſepultus eſt in monaſterio Lunenburgenſi ante altare ſanctæ Crucis.

Bernardus Dux tertius Bertradis uxor.

Hæc Bertradis fuit filia Regis Norwegiæ.

Hæc Giſla fuit filia Magni Daciæ Regis. Is Magnus, mortuo Adolphi avo Norwegiæ Rege, hæreditario jure ipſius etiam regnum ſuſcepit, ſicque Adolpho Giſlam filiam uxorem dedit.

Adolphus Dux quartus. Giſla uxor ejus.

Hermannus. Hic ſine hærede obîit.

Hermannus hic ſinè liberis obîit Ducatum tamen Saxoniæ uſque ad finem vitæ tenuit, Adolpho fratre interim in Slavia ducante.

Hæc Sophia fuit Ladiſlai Ungariæ Regis filia.

Magnus Dux quintus Sophia uxor ejus.

Otto Armegundis Conradi Suevorum Ducis filia.

Elica peperit Albertum Marchionem Brandenborgenſem, & Elicam filiam Oeſtburgenſis Comitis uxorem.

Elica, quæ nupſit Comiti in Soltwedel Ottoni.

Wulfildis Hinrici nigri Ducis Bavariæ uxor.

Cono, qui am bonè gladii ſi mortui.

Conradus. occiſione liberis ſunt.

Wulfildis Hinrici nigri Bavariæ Ducis uxor peperit viro ſuo mares duos: Welpium & Hinricum, filias quatuor: Sophiam Bertoldi Ducis Thuringorum uxorem, Wulfildam, quæ nupſit Rodolpho Comiti Bregenſi, Metildam Theobaldi Marchionis & Juttam Frederici Swevorum Ducis uxores. Hic ergo finitur linea Ducum Luneburgenſium, quæ originem duxit ex Hermanno primo, ab Ottone primo Imperatore, creato. Unde Hinricus Imperator ad ſe devolutum Ducatum Saxoniæ Lothario contulit, qui Rixæ filiæ Gertrudis, Brunſwicenſis Ducis relictæ, nupſit, cum qua & Brunſwicenſem Principatum, eámque, quæ circa Weſeræ amnis oram ſita eſt, provinciam accepit. Peperit autem Rixa Lothario Lotharium filium, qui in juventa mortuus eſt, Gertrudim quoque filiam, quam Hinrico Bavariæ Duci tradidit, cum qua idem Hinricus Saxoniæ Ducatum accepit

Genealogia Ducum Brunſwicenſium ex Henrico Bavaro

Hinricus Bavarus Gertrudis uxor ejus.

Hic accepit Ducatum Saxoniæ cum uxore ſua Lotharii Imperatoris filia.

Hæc Metildis fuit filia Regis Angliæ.

Hæc Agnes in Stadis monaſterio, quod ipſa fundaverat, ſepulta eſt.

Hinricus Agnes Conradi Palatini Comitis filia. — Hinricus leo Metildis uxor ejus. — Rixa quæ nupſit Conradi Imperatoris filio. | Metilda uxor Principis Slavorum. | Lotharius in juventa obiit. | Otto aliquando Romanorum Rex futurus.

Gertrudis quæ nupſit Ludovico Bavaro. | Elika tradita eſt Erico Comiti Badenſi uxor. | Wilhelmus Helena uxor ejus.

Hæc Helena fuit Voldemari Daciæ Regis filia.

Hic Wilhelmus primum Ducis Brunſwicenſis nomen obtinuit. Hactenus enim Domini de Brunſwich & Duces Lunenburgenſes dicebantur.

Alheydis Hinrici Haſſiæ Lantgravii uxor. | Agnes accepit Wenſelaum Ducem. | Ulricus in juventa obiit. | Otto Epiſcopus Hildenſemenſis. — Otto Metildis uxor Brandenburgenſis Marchionis filia. — Conradus Epiſcopus Verdenſis. | Metildis uxor Comitis in Anholt. | Helena quæ duxit Comitem in Anhalt. | Eliſabeth Wilhelmi Hollandiæ Comitis uxor.

Otto Ordinis Templariorum. | Lotharium | Conradum. Hi duo fuerunt Ordinis S. Johannis. — Albertus Eliſabeth ſterilis, Aloxina à qua accepit | Johannes Agnes Holtſatiæ Duciſſa | Helena uxor Oldenburgenſis Comitis. | Metildis Slaviæ Principi. | Eliſabeth Conrado Comiti. | Agnes Gerwino Comiti in Hamersleve.

Wilhelmus ſinè hærede obiit. | Metildem quæ nupſit Erico Daciæ Regi.

Hinricus Dux in Grubenhagen. | Albertus Wilhelmo ſucceſſit

Otto Dux Lunenburgenſis Metilda Palatini Comitis filia. | Ludwicus Bremenſis Epiſcopus. | Johannes Epiſcopus Mynſdenſis.

Wilhelmus. | Otto.

Hi tres fratres Wilhelmus, Hinricus & Albertus, mortuo patre, Brunſwicenſium Ducatum partiti ſunt, ita ut Brunſw'cenſis Ducatus Wilhelmo cederet, Alberto Ducatus in Göttingen, Hinrico primogenito Ducatus in Emcke ceſſit, à quo Hinrico Duces in Grupenhagen originem duxerunt.

Digitized by Google

Hi duo fratres, Wilhelmus ſcilicet & Otto Ducatum in Lunenborg, quoad vixerunt, rexerunt, ſed poſt eorum mortem iterum acceſſit ad Brunſwicenſes Duces, eò quod filios poſt ſe non reliquêre. Otto enim ex Margaretha Mechelinæ Ducis filia unicum filium accepit, qui in juventute ſubmerſus eſt. Wilhelmus autem duas filias habuit: Agnetem Saxonum Ducis uxorem, & Metildam, quæ Brunſwicenſi Duci nupſit, cum qua & Ducatum Lunenburgenſem accepit, ſed tantum annis tribus ducavit. A

Hinricus igitur poſt Patris mortem Rex declaratus, illico transalpinavit & Romam veniens â Paſcali Papa honorificè receptus eſt, & datis obſidibus ab utrisque, inter quos unus Weſtphaliæ Comitis de Arnsburg filius fuit, in eccleſia ſancti Petri conveniunt, tumultúque facto in Papam & Regem, Romani arma capientes, ad Albam civitatem ire compellunt. Verùm aliquando reconſiliati in urbem ſolempni pompâ per Papæ adminiſtrationem Romani coronam Imperii dari conſenſerunt. B

Reverſo autem in Germaniam Imperatore, maxima inter Principes Regni Imperatorémque diſcordia orta eſt. Unde Imperator caſtra dirimit, civitates & opida expugnat, Epiſcopatum Colonienſem devaſtat, Güleke deſtruit, Weſtphaliam invadit, Suſatienſes ejus impetum magnâ pecuniarum ſummâ redimunt, dein Brunſwick occupat, Halverſtat devaſtat, Horneburg dirimit, prædâque ablatâ, flammæ cuncta, quæ offendit, tradit. Hæc inter, Principes Regni non minora dampna inferentes Imperatori, Tremoniam, Andernacum aliáque præſidia dirimunt, ac aliquando bellum in campo **Welpeeholt** cum eo committentes, ſuperato Imperatore, triumphatores evadunt. Quo etiam die Principes, qui Saxonibus in adjutorium venerunt, Slavos paganos juxta vicum **Kotten** ſuperant, ſed & Principes Rhenum tranſeuntes in Alſatia Regis amicos infeſtant. Itaque Imperator poſt multa facinora in Italia & Germania fortiter patrata nuptias Ma-

Bellum Principes inter & Imperatorem. C

A Humiliatio Lotharii Saxonum Ducis. guntiæ cum Methilda Angliæ Regis filia celebravit, ubi Saxoniæ Dux Lotharius, qui illi à tempore, quo ſortitus fuerat Imperium, rebellis extiterat, tunicâ lineâ indutus, diſcalceatus atque diſtinctus ad pedes Imperatoris venit veniam flagitans; tantus enim illius terror cunctos invaſerat, ut nullus ei reſiſtere auderet. Fuit enim armis ſtrenuiſſimus, totúmque Imperium in breui ita ſubjecit ſuæ ditioni, ut & omnes in Romano orbe poſiti ſubjectionis jugum humiliter portarent, & vicini dominationem ejus ſuſpectam habentes metu obrigeſcerent. Moritur Henricus 5tus Imp. Ultrajecti, humatur Spiræ. Mortuus eſt tandem ſinè liberis, quia in Patrem deliquit, cùm regnâſſet annis quindecim, apud Trajectum inferius Friſiæ urbem in Pentecoſte, ubi curiam celebrans morbo correptus, rebus humanis exceptus eſt, ſepultíſque ibidem inteſtinis, per ripam Rheni ad ſuperiora deportatus in civitate Spira patribus ſuis appoſitus eſt; ac Imperatrix Hinrici Anglorum Regis filia regalia in poteſtate ſua habebat, quam Albertus Maguntiæ eccleſiæ Epiſcopus ad ſe vocavit, factíſque promiſſionibus ad ſibi tradenda regalia induxit, convocatíſque Principibus, Lotharium Ducem Saxoniæ in Regem eligendum perſuaſit.

B

1141. Hoc anno in feſto Paſcæ cœlum apertum eſt, ac lux Sole clarior palàm cunctis emicuit, duravítque unius horæ ſpatio. In quo ſplendore crux quaſi fulgur fabrefacta auro apparuit, mirabile videntibus ſpectaculum præbens.

C

1112. Fridericus 37. Archiep. Colon. Confirmatio & inveſtitura Epiſcoporum à ſummo Pontifice contra morem priſtinum ſublata. Fredericus primus triceſimus ſeptimus Colonienſium Archiepiſcopus ordinatus eſt. Is plùs Imperatoris favore quàm canonicâ electione Præſul factus eſt. Eo aduc tempore Imperatores Pontifices confirmavêre, nec ſinè Imperii conſenſu inveſtiebantur; ab ipſo enim & annulum & baculum accipiebant. Sed res utinam in melius mutata fuiſſet! in tantum enim Imperialis Majeſtas ſubdita eſt Pontificali dignitati, ut qui aliis quondam inveſtituram præbebant, confirmari ac inveſtiri Pontificum etiam pedibus exoptant. Sedit autem idem Fredericus annis XXX ſub Hinrico quarto & quinto, ac etiam Lotha-

Digitized by Google

Lothario Imperatoribus, quem Lotharium idem Fredericus cum Imperatrice Coloniæ conſecravit. A

Eodem anno, mortuo jam Johanne Epiſcopo Oſnaburgenſi, Godeſchalcus ex Comite Deypholdenſi ac Myndenſi Præpoſito eò loci Epiſcopus conſtitutus eſt. Pontificavit autem ferè annis ſeptem, tandem mortuus ac in Iburgenſi cœnobio ſepulturæ traditus eſt. Godſchalcus 21. Ep. Oſnabr.

In ipſo anno, alterâ Scholaſticæ Virginis duo unâ die bella Saxones cum Rege commiſerunt, unum in **Rotten**, alterum in **Wulpesholte**, ut præmiſſum eſt, tantúmque ibi ſanguinis fuſum fuit, ut terra ſitiens bibere non prævaleret, quin aperta ſarculis, locus cruori daretur. In ejus victoriæ memoriam Saxones capellam eò loci conſtruxerunt, columpnáque erectâ, quaſi armato viro impoſito cum enſe & clipeo, clavâ quoque præferratâ adornaverunt, quem ſuâ linguâ vulgus **Jodute** nominabat. Credidit plebs ſtulta, ſcilicet ſui **Jodute** adjutorio ſe Imperatorem viciſſe. Manent hunc in diem hujus erroris reliquiæ; nam dum hoſtem in provinciam irruentem percipiunt, ſuâ linguâ **Wapen Jodute**, hoc eſt, Deum ipſum quondam ſuum armatum in auxilium vocant. Fundatus eſt autem eò loci modò conventus Fratrum Prædicatorum & dicitur *Wedderſtaden*. 1115. Monumentum partæ à Saxonibus victoriæ contra Imperat. B

Eodem tempore Slavi, relictâ fide, ad idololatriam reverſi ſunt, erexerúntque ſibi Deum, quem reliquerant, nomine **Flyns**, ſteterque ſimulacrum ſuper lapidem ſpecie pallidâ mortui hominis inſtar, longo ſuper nudum corpus coopertum pallio, dextra faculam ardentem tenens, ſtantem quoque leonem in ſiniſtra ſcapula bajulans, qui eos ſuo rugitu poſt mortem ſuſcitaret. Hoc idolum Lotharius Saxonum Dux, adjuncto ſibi Adalgoto Magdeburgenſi Epiſcopo, denuo deſtruxit. Idolum apud Slavos. C

Ea tempeſtate Capenburgenſe Monaſterium ex caſtro ejus loci Comitis fundatum eſt. Eſt enim in provincia Weſtphaliæ opidum Capenberg dictum, a ſitûs qualitate ſic nuncupatum, mons Syon, id eſt, ſpeculationis, quod **capen** propriè lin- 1116. Monaſteria in Cappenberg, Varlar & Elaſtatt fundantur.

lingua Saxonum ſonat. De hujus antiquis poſſeſſoribus, qui
A de magni Caroli ac Widekindi Regis progenie per Vinclam,
quæ Xantis quieſcit (quam, ùt ajunt, ſororis ſuæ filiam Ca-
rolus tanquam pacis obſidem Widekindi filio dedit uxorem)
deſcendiſſe traduntur, quorum usque ad Hinrici quarti Ro-
manorum Regis excellens claruit magnanimitas. Unum hic
Hermannum Comitem unà cum devotiſſima ejus conjuge
Gerberga de Huneburg Dei cultorem præcipuum pro gratiæ
Chriſti commendatione præterire ſilentio non debemus. Itaque
temporibus glorioſi Hinrici, qui hujus nominis quartus (*quin-*
tus) Romanum adminiſtravit Imperium, fuit in Weſtphalia
B provincia electus ac dilectus Dei Godefridus Comes, qui no-
biliſſimis ac Regiæ ſtirpis ortus parentibus in timore Domini
Comitatûs agebat officium. Pater ejus Godfridus, mater ejus
Beatrix dicebatur, avum Hermannum Comitem habebat, ele-
moſinarium præcipuum, miſericordiæ operibus intentum, a
tumultu militaris inſolentiæ quietiſſimum, miraculis etiam in
vita clarum. Is dum tres filios hæredes ex conjuge accepiſſet,
duos fraude necari contingit, tertio reſervato Comite. Eklte-
ricus enim quidem potens & nobilis, cùm eisdem filiis Domi-
nis ſuis fidele juraſſet hominium, cepit denuo illis vel minus
opinantibus clandeſtinis machinationibus adverſari, quærens
C quibus eos dolis extingueret, quorum dominio integram fide-
litatem firmaverat & beneficiis obligatus debebat. Diſpoſitis
tandem inſidiarum latibulis, eos velut ipſius cauſæ in Lünenſi
palatio ſuffragaturos humiliter ymmò fraudulenter vocavit;
ſed nutu Divino tertius, qui & junior erat, pridie pedem ſau-
ciatus proficiſci nullatenus aſſenſus eſt. Quid multa? veniunt
ad fraudis opertum & ex medio nemoris, quod hactenus a
cæde ipſa trahit vocabulum Grevenloe, exſilientibus hinc in-
de militibus, bini cum duobus fideliſſimis interempti ſunt. Pro
quo ſcelere non longè pòſt homicida perfidus capite truncatus
& ſurſum verſis pedibus ignominioſè ſuſpenſus eſt. Solus
Gotfridus, hoc enim nomen erat ſuperſtitis, domi, ùt dixi-
mus,

Digitized by Google

mus, reſidens evaſit. Hujus igitur Godfridi filius, Hermanni tanti, ùt prædiximus, viri nepos Godfridus ab ipſis adoleſcentiæ primordiis cepit Deo devotus exiſtere, & ſcintillante in ſe flammâ inſpirationis Divinæ, omni ſæculari dignitati, universæque ſuæ facultati ſatagebat renunciare. Igitur dum habitaret in caſtro, quod Capenburg dicitur, loco nimirum ſpectabili, ſitúque ipſo admodum ſalubri & delectabili, eundem locum, viſionibus fideliſſimis præhabitis, Divino mancipandum ſervitio ſecum ſtatuit. Presbiter enim quidam Wicmannus nomine in viſu nocte aſpexit quaſi columpnam auream in Capenburg exurgere, atque ipſa cœli veſtigia penetrare. Quo viſu Divinæ laudationis claritudinem illíc exercendam prudenter intellexit, & aſtantibus, quod futurum erat, veriſſimè longè antè prænunciavit. Unus præterea ex amicis feliciſſimi Comitis, Egebertus nomine, cùm eſſet in itinere proficiſcens ad Comitem: noctu vidit, Capenburg urbem fore nive candidiorem, quæ usque ad alta nubium ſublimiter conſcendens, ipſius cæli cacumen vertice pulſare videbatur. Gerbergis inſuper patrui illius filia, Monaſterienſis cœnobii Abbatiſſa multâ religione venerabilis, cùm beatum virum unicè diligeret, & tam pro ipſo quàm pro ſubditis frequentium orationum indefeſſo excubaret pervigilio, quodam tempore ſompno parumper arrepta vidit ſibi aſſiſtere juvenem vultu ſidereo prænitentem & verba hæc ſœpiùs in auribus ejus reiterantem: *locus Capenburgenſis habitationis quàm idoneus foret Conventui ſpiritualis congregationis.* Quod illa jocundiſſimè audiens (jam enim diu id ipſum conceperat) beatò viro retuliſſet, ille prudenter atque humiliter in hunc modum reſpondit: *Neptis dilectiſſima, potens eſt Dominus Deus hoc pro ſuo velle ordinare; nam ego illud per me nequaquam ſufficio adimplere*, pro ut & factum eſt. In ipſo enim fermè tempore apparuit in Weſtphalia eximium quoddam jubar eccleſiæ, memorabilis Chriſti præco Nortbertus, vir gratiæ admirabilis, dulcis eloquio, ſummæ continentiæ informator ac

A

B

C

Digitized by Google

A propagator religionis canonicæ, ſervorum Chriſti aggregator, cœnobiorum non paucorum fundator, tam habitu quam voce ſtrenuus. Cujus cùm circumquaque flagraret opinio, vir Domini Godfridus cum germano ſuo Ottone ſitienter præconem ſalutis adiit, verbum exhortationis devotè accepit, actúmque eſt, Deo miſerante, ut etiam præfatus Otto ſenſim ſœculum calcare inciperet, idémque ſanctitatis propoſitum, quod in fratre eminebat, arriperet, adeò ut uterque paulò pòſt, mutato ſæculari habitu, tonſuram religionis cum habitu ſacræ profeſſionis aſſumpſit, uterque ſub regula beati Auguſtini ac ſub obedientia memorati Patris Norberti Domino militare de-

B vovit; uxorem ergo ſuam, Frederici de Arnsberg Comitis filiam, ſacrum ſumere velamen exhortationibus piis effecit, & qui major natu cum unanimi fratris Ottonis conſenſu caſtrum Capenburg & omnia ſua Deo fideliter offerens in die ſanctæ Petronillæ virginis, uſibus ea pauperum Chriſti delegavit, tria videlicet extruens cœnobia, hoc eſt, in Capenburg, in Varlar & Elophſtad, quæ ſingula prædiis ſuis copiosè locupletans, eâdem ſub memorati Patris Norberti ordinavit prudentiâ, placuítque, ut in prænominatis cœnobiis Fratres commorantes regulam beati profiterentur Auguſtini, eo quidem tenore, ut regulam tandem aliquantò diſtrictiùs, quàm hacte-

C nus uſitatum fuerat, obſervarent, eſu ſcilicet adipis & carnium abſtinendo, auſteriori quoque habitu pœnitentiæ rigorem exhibendo.

Eo itaque loci ab Euro, fundante Godfrido, conſtructa ſurgit eccleſia inſtar crucis erecta, cujus apicem obtinet cum Johanne Apoſtolo Virgo ſemper Maria, ab utroque latere cum Auguſtino præſidet Johannes Babtiſta, deinceps quoque victorioſiſſimæ Crucis ac reliquorum Sanctorum viſuntur oracula. Dominicæ igitur Incarnationis anno MC, diligenti ſupputatione perſpectâ, viginti duo anni ſubjecti ſunt Indictione XV, quando primùm in hoc loco ſervi Dei aggregari ceperunt; in die verò Aſſumptionis beatæ Virginis ejus loci ambitus

Digitized by Google

tus ab Antiſtite conſecratus eſt. Suis itaque Deo ſacratis, miniſteriales etiam centum & quinque præter alias donationes glorioſas cum ſufficientiſſimis poſſeſſionibus Monaſterienſi donavit eccleſiæ, præter eas, quas Eccleſiæ Colonienſi, aliiſque locis, ùt ipſi oravêre, extradidit. Quam ob rem nonnulli inſenſati de miniſterialibus & ſervis etiam infimis, multis illum pulſavêre conviciis dicentes, eum amentem factum, ſequi falſarium impoſtorem Norbertum, tam ſublimem hujus mundi gloriam deſerere, ſéque deſolatos & acephalos relinquere. Quibus ille: *ſi diligeretis*, inquit, *me, gauderetis utique, quia ad Deum meum tendo, quia naufragium ſæculi bujus præterire deſidero, quia Creatori meo proximari concupiſco.* Maximè A autem Fredericus Comes ſacris ejus conatibus adverſabatur; cui cùm religioſitas ſancti viri innotuit, avariciæ facibus accenſus infremuit, fallaciæ commenta exquiſivit dicens, filiam ſuam artè circumventam, hæreditatis quoque debitæ portionem fraudulentâ illi ſeductione ſublatam. Poſſeſſionibus enim Comitis occaſione filiæ inhiabat, inſtabat, exercitum adversùs Comitem ducebat, crebrò placitabat, impietate pro pietate utebatur, diversíſque virum Dei affecit injuriis, multis vexabat contumeliis; cùm tamen ille expeditiſſimam de omnibus redderet rationem & impudentem ejus veſaniam, pro ut dignum erat, confidenter argueret. Condictâ ergo die in multitudinis magnæ frequentia collatis multis hinc inde ſermonibus, demum vir Dei Innocentiæ puritate conſpicuus atque liberrimus hujuſmodi fulmina, Spiritûs ſancti jacula, in illum contorſit: *eya*, inquit, *miſer bomo, quod tantopere infimis & caducis rebus exæſtuas, quod finitimis inbias, contempto limite, agellis. Nunquid tu ſolus babitabis in medio terræ? tu quidem filiæ occaſionem adducis; verùm univerſi novimus, quantus te inſatiabilem avariciæ obſideat morbus, qui, mundo teſte, nec defuncti fratris tui filiæ pepercisti, ſed eâdem avariciâ veſaniens captivitatis eam injuriis affeciſti.* Tum ille ſubridens cum timore reſpondit: *Vos quidem, o Domine! nondum adeò*

 Spi-

A *Spiritu Dei eſtis repletus, quin ego fieri queam ſalvus æquè ut vos; veſtérque ille ſervus ſeductor Nortbertus.* Præterea inexplicabili ſtimulo avariciæ caſtrum Capenburg obſidere, ipſúmque patrem Northertum præ muris ſuſpendere minitans, eò usque mala malis adjiciens, iram ſibi theſaurizavit, donec Altiſſimus, qui patiens eſt redditor, condignâ illum animadverſione percuſſit: mortuus eſt enim impius, ùt ajunt, tam tetri putoris moleſtiâ, ut matrona, quæ illi aſſidebat &c., poſt paululum exſpiraret. Sed nec ſic ſerpens ille infernalis, uno præciſo capite, â veneno ſuæ quievit invidiæ: matronam enim, quæ ſacrum velamen aſſumpſerat, Franco quidam B ſceleſtus diabolico rapuit inſtinctu, qui beato viro inermi fortè obvianti, tantámque ejus nequitiam pie perſequenti, cùm armatus & elatus diceret: *tune ille es, qui detrimentis meis operam dare perhiberis?* vir ſanctus conſtantiſſimè reſpondit: *ego detrimentis tuis nequaquam invigilo, quin potiùs hoſti antiquo, cujus mancipium factus eſt, ſubmovere te deſidero.* Cúmque ille veſaniens gladium arriperet, vir Dei ſinè voce, ùt agnus ad victimam ductus, aſtitit, cervicem protinus tetendit, ſed nutu Divino contritus ille ferire non prævaluit. Denique raptam ſuam variis laborum anfractibus requiſitam cellulæ reſtituit, & raptor ille morte peſſimâ non longè pòſt lan- C ceâ percuſſus interiit. Cæterum Antiſtes Monaſterienſis cùm, ſuggerentibus plurimis, caſtrum Capenberg, ne in partem ſervorum Chriſti cederet, obtinere niteretur, plurimáque loca beato viro in concambium, cunctis acclamantibus, offerret, ipſe ſupra petram verè fundatus conſtantiſſimè reſiſtebat ita reſpondens Epiſcopo: *fruſtra, Pater! univerſi conantur, quicuncque terroribus vel blandimentis propoſitum noſtrum de loci hujus mutatione Dei dono inſpiratum impedire ſeu annullare laborant, quia nullâ feram ratione, ut, me ſuperſtite, deinceps ab hoc loco mundanæ vanitati ſerviatur, quin potiùs id elaborare neceſſe eſt, ut, ubi hactenus luctuoſa militum graſſabatur incurſio, illic admodum cæleſtis obſequii ſuccedat aſſiduitas.*

Digitized by Google

duitas. Sufficiunt enim præteriti diſpendia temporis ad ſtultorum voluntatem conſumandam, qui ambulaverunt in luxuriis & deſideriis ſuis. Michi credite, etiamſi quadruplò tantum poſſeſſionum recompenſantes offerretis, nunquam caſtrum hoc ulteriùs ſæculi negotiis occupari conſentirem. Tanta beati viri conſtantia! nichil Antiſtes, nichil cæteri omnes ultrà ſuper hac re tenptare præſumpſerunt. Quis dignè commemoret, quales tenptationum impetus, quantos impulſionum fluctus evicerit, aliis eum hinc trahentibus, aliis inde retrahentibus ac mirâ improbitate ſuggerentibus, ne tantæ honeſtatis, tantæque ſpectabilitatis caſtrum desereret; cùm & ipſe Antiſtes, carnem ſapiens & cor in terra trahens, alterius ei manſionis concambium promitteret? Sed Chriſti miles invictiſſimus & verè ſupra Chriſtum fundatus inter ymbres & flumina, tótque ventorum flamina immobilis perſiſtens tollerantia nec terrore terreri potuit nec turbine frangi. A B

Tandem ergo compoſitis rerum morùmque ſecundis in commune bonis, poſtquam à concuſſione dura datum eſt illi reſpirare, clauſtróque fovere pacificè ſenſus & in otio ſolvere curas, quàm tunc purgatiſſimis moribus enituerit, humani ſermonis inopia nullatenus explicabit. Studebat in omnibus ſui deſpectum appetere, indigna quælibet atque extrema ſervitia non abhorrere, oblatam ſibi à Fratribus venerationem humiliter declinare, verbum Dei audiens, ſeu orationem Domino fundens uberrimis fluebat lacrymis, quæ ſatis in illo declarabant ardorem & devotionem internæ puritatis: corpus enim ſuum Apoſtolico caſtigabat exemplo & perhenni frangebat jejunio, modicis omnino contentus erat, aquam frequentiùs bibens & pane ſolo excepto, vix aliud quippiam alimentorum ſumens, & cùm Fratres quidam tœpidi de rigore Ordinis modicum laxando ſibi ſuggererent, vir ſanctus ſpiritu Dei plenus ſub ſimilitudine reſpondit: *qui magnum fluvium transmeare proponunt, longè ſuperiùs à diſtante ripa navigare incipiunt, quia fluminis violentiâ retorquentur inceſſabili, &,* C

Vita & obitus S. Godefridi in Ordine.

A *velint nolint, cum fluvio quoddammodo defluere compelluntur;*
ita & nos Fratres, qui hoc mare magnum & ſpatioſum pedibus
pertranſire contendimus, ad jugem aſcenſum neceſſarium robo-
remus propoſitum, quia humanæ torpor negligentiæ ſemper in
deſcenſu eſt. Denique ut ſummi Patriarchæ Abrahæ non de-
eſſet obedientiæ, dictum eſt illi à Norberto Patre: *exi de terra*
tua & de cognatione tua & de domo patris tui. Ad quod ſine
mora implendum obedientiſſimè paruit, jámque diſceſſurus
unà cum venerabili Domino Ottone fratre ſuo: *ecce,* inquit,
frater mi! ſiquid hactenus reſiduum fuit, quod non perfectâ
renunciatione calcavimus, jam funditus in Chriſti nomine to-
B *tum deſeramus, nichilque velut proprium retinentes ad iter obe-*
dientiæ alacriter properemus. Venit ergo ad locum verè jux-
ta nomen ſuum à Domino *præmonſtratum*, electum ac præ-
deſtinatum, ubi cum fratre Acolithus ordinatus eſt, ibique
quàm plurimos angelicæ ſuæ converſationis corroboravit exem-
plo. Poſt annum verò revocatus ad Patrem Norbertum jam
Archiepiſcopum cùm ſcilicet pompam vel ſtrepitum ſancti vi-
ri ægre ferret aſpectus, Domino jam electum ſuum remu-
nerare diſponente, lentâ cepit pulſari ægritudine, acceptáque
benedictione Patris Norberti ad Heloſſtadenſe declinavit cœ-
nobium, ubi poſt non multos dies migravit ad Chriſtum anno
C Dominicæ incarnationis MCXXVI Indictione IV, ætatis autem
ſuæ fermè XXX. In tranſitu autem ejus apparuit Gerbergæ
Abbatiſſæ, quæ unicè ſanctum virum dilexit, miro decore re-
dimitus, aureo diademate coronatus, ſinè dilationis interſti-
tio, ſinè examinationis periculo ad ſummi Regis palatium mi-
grâſſe ſe jam, confeſſus eſt. Claret autem, ſicut & in vita,
miraculis multis, ùt videre eſt, qui vitam ejus legere vo-
luerit.

Hujus germanus Otto, cùm eſſet apud Eloſſtadt, illis in
partibus Divinæ ſervitutis cultum Dei domûs ampliavit: Mam-
goldus enim vir nobilis & potens, cujus erant caſtra duo:
Hagen & Wirberg, ab adverſariis unà cum filio ſuo interemp-

Digitized by Google

tus eſt. Remanſit autem totius poſſeſſionis hæres unica filia A
nomine Aurelia, quam multis uxorem petentibus (erat enim elegantis formæ) venit Otto, & dato ei perpetuæ caſtitatis conſilio, noctu eam non ſinè vitæ periculo voluntariam abduxit, deinde Pontificali ac Imperiali autoritate ſubnixus, multis & variis exegit laboribus, quod ſimul cum Aurelia hæreditas tota miniſteriis Divinis mancipata eſt. Caſtrum igitur Hagen ipſe delevit incendio, in altero autem Fratrum & Sororum hodie canonica viget religio. Cæterùm anno Incarnationis Dominicæ MCXLVIII, Indictione XI, præſidente ſedi Apoſtolicæ Papâ Eugenio, regnante glorioſo Dei cultore
Conrado, ut Fratrum Capenbergenſium ſatisfaceret deſiderio, B
venerabilis Dominus Otto Elefſtad Præfectus eſt, convocatíſque in unum Fratribus, dixit ſe memorabilis Godfridi germani ſui oſſa Capenberg transferre jam tandem oportere; *hoc enim*, inquit, *dum extremum ſpiritum ageret, à me toto poſtulavit affectu, quod hactenus mea neglectum deſidia, nunc demum oportunum eſt, ut ſinè dilatione gratanter adimpleatur.* Ilico conſternati omnes, æqualis omnium tremor ac perturbatio, una ſingulorum voluntas eadémque ſententia, nunquam ſe tanti fundatoris & Domini ſui fraudandos præſentiâ, vel patrocinio carituros. Demum poſt longam ſanctam
altercationem vocatis majoribus hîc altercantibus potior ſen- C
tentia viſa eſt & ipſorum conſilio ad hoc deflecti conſenſit, ut reliquias illas partirentur, quatenus amborum cœnobiorum perpetuæ ſtabilitatis ac pacis foret tuitio. Ad oſſium autem partitionem matrona quædam amplæ ſatis familiæ Mathia nomine, quæ acerrimis eatenus febribus urebatur, nec ab aliquo curari potuit, ad Godfridi reliquias repente ſanata eſt. Poſt hæc pridie Idus Februarii portio una reliquiarum Fratribus cum ſummo devotionis alacritate ſuſcepta eſt, ſed & ſequenti anno XVI kalend. Octobr. ſacra oſſa, multis aſtantibus in ſacrario Capenburgenſi venerabiliter ab Antiſtite Monaſterienſi repoſita ſunt. Ex quo nimirum tempore ipſâ rerum expe-

rientiâ

A rientiâ cognitum eſt, quod ſuperni muneris abundantia intus & foris magis magiſque Fratres cumulati ſunt, ita ut hiſtoriæ illius recordari poſſint, quâ dicitur: *benedixitque Dominus domui Principis militum & multiplicavit tam in ædibus quàm in agris cunctam ejus ſubſtantiam propter Joſeph.*

1118. Goſchalcus XIX Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus nobilis genere, Deipholdenſis Comes hoc anno viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, ac in Iburg cœnobio honorifice ſepultus, ad cujus tumbam hoc epitaphium ſubſcriptum exaratum legitur:

Nobilium natus jacet hic Præſul tumulatus,
Annis octo ſuæ præfuit eccleſiæ
B Cui vitæ finis fuerat cum fine Decembris,
Hic Godeſcalcus erat, Chriſtus ei faveat.

1122. Lunæ duæ inter ſe pugnantes, alterniſque congreſſibus, quaſi in invicem belligerantes in cœlo viſæ ſunt. Demum atrâ nube tectæ ab humanis aſpectibus ſublatæ ſunt.

1124. Hoc anno Wormatiæ defunctorum corpora magna in multitudine, quaſi ſurrexiſſent, in invicem pugnare viſa ſunt. Erant autem bene armati & quaſi ad belligerendum diſpoſiti, & multi ex his, phaleratis equis inſidentes, armorum ſtrepitu quaſi vim in peditum phalangas illaturi ſæviebant. Mirum
C & inauditum ſpectaculum.

1125. Rebellio Monaſterienſium contra Epiſcopum punitur.

Civitas Mimigardefordenſis per Saxoniæ Ducem Lotharium cum ſuis hac in re complicibus igne penè conſumpta eſt. Theodericus enim ejuſdem civitatis Epiſcopus, ac præfati Ducis nepos, â Fratribus expulſus, ymmò â civibus â civitatis mœnibus contumelioſè repulſus eſt. Unde Lotharius Saxonum Dux, adjuncto ſibi Hermanno de Wintzenburg ſororis ſuæ filio, fuſo exercitu eandem civitatem demoliturus, tyrannicâ rabie congeſtis aggeribus vallavit. Obſidione autem perfectâ, immiſſis Vulcani jaculis, ipſâ Purificationis Mariæ die civitatem jam penè totam ignibus, exceptâ beati Ludgeri eccleſia, conſummavit. Unde idem Theodericus Epiſcopus, ſibi ſuiſque ſucceſſoribus multis privilegiis, juribus & libertatibus

tibus

Digitized by Google

tibus reſervatis, in gratiam Fratres recepit; Lotharius verò omnes ferè civitatis primores ac miniſteriales eccleſiæ captivos abduxit. Fama autem apud illos, qui in Dreni pagis degunt, erat, quia per illos repatriaturus cum exercitu iter facere diſponeret. Quibus rumoribus perculſi omnem ſuam ſupellectilem eccleſiaſticæ immunitati tuendam commiſerunt. Congeſta igitur in una congerie, hy qui apud Liſeburnenſe monaſterium degebant, parochialem eccleſiam ſuam pergentes, rabidis obviam factis, usque ad laquearia ſupellectili ſua repleverunt. Unde dum iter repatriaturus per ipſos cum exercitu fecit, immiſſo in congeſtam ſupellectilem igne, incerto autore licèt, in ipſa beati Mathæi Apoſtoli vigilia eccleſiam cum omni ſupellectili flamma conſumpſit. A B

1126. Inventio ſancti Mathiæ Apoſtoli & aliarum reliquiarum Treviris.

Treveris apud ſanctum Eucharium corpus ſancti Mathiæ Apoſtoli ſub altari ſancti Johannis Babtiſtæ reperitur, quod Helenæ ſanctiſſimæ Reginæ per Agricium Patriarcham Antiochenum diligentiâ unà cum tunica Domini inconſutili, uno clavorum ac cultello Jheſu translatum fuit, Pontificante Silveſtro Romæ. Hoc autem anno, Imperante Hinrico, Everhardus ſedem Trevericam gubernavit. Huic Henricus Imperator totique eccleſiæ Trevericæ ſacram ſuam direxit legationem, in qua partem côrporis ſancti Mathiæ Apoſtoli corpúsque ſancti Macharii integrum ſibi transmitti non ſolùm petiit ſed etiam imperavit. Cúmque omnes turbati loci ignorantiam prætenderent, ubi corpus ſancti Apoſtoli ab Agricio repoſitum eſſet, & Regis juſſio atque blanda promiſſio urgeret, congregatis ſuffraganeis ſuis ipſe Pontifex locum quæſivit & invenit. Cúmque ſacris veſtibus induti glebam beati Apoſtoli apperuiſſent, peramœnis odoribus referti ſunt. Theodericus autem Verdinenſis Epiſcopus, ubi ſe inclinavit, ut quippiam Regi ac ſibi corporis ſacri tolleret, divinitus cohercitus, partem cappæ purpureæ trahens, eo quod oſſa ſacra tetigerit, abſciſſam, manum perdidit in ipſo ſarcophago. Aderat tunc quidam ibi presbiter, cui ſoli corpus tangere ac reponere C

A permiſſum eſt ac tandem per tria altaria conſilio Principum dividere, ex cujus contactu tale donum meruit, ut quotiescunque, ipſo præſente, de beato Apoſtolo ſermo haberetur, utriusque manûs ejus digiti, quos medicos vocamus, oleum diſtillarent. Proceſſu temporis, dum Dominus theſaurum abſconditum manifeſtare diſponeret, plurimis ſignis & revelationibus præmiſſis, ſicut à presbitero diviſus erat, trifariè, confractis altaribus, reliquias Sancti invenerunt. Reperierunt etiam archam plumbeam & in ea titulum marmori Græcis literis inſcriptum: *Sanctus Mathias Apoſtolus.* Unde præ gaudio flentes, oſſa majora in ſcrinio reponentes in eccleſiam detulerunt. B

Obitus Henrici 5ti Imper. & electio Lotharii.

Hoc ipſo anno Hinricus Imperator, revocatus jam in pacem, qui erant ei oppoſiti, Principibus, libere potitus imperio, apud inferius Trajectum Friſiæ in Pentecoſte curiam celebrans, morbo correptus eſt, ubi & diem extremum clauſit, Spiræque ſepultus eſt. In cujus locum Principes Lotharium Saxoniæ Ducem Regem elegerunt, quem & Innocentius Papa conſecravit. Matildis enim Imperatrix Angliæ Regis filia regalia, ùt dictum eſt, in ſua poteſtate habebat, quam Albertus Maguntinenſis eccleſiæ Archiepiſcopus ad ſe vocavit, ac falſis promiſſionibus ad ſibi reſignanda regalia induxit. C Unde Principes Regni in ipſa civitate Maguntina tempore autumpnali convocat, & cùm Fredericus Dux Almanorum ad Imperium à multis poſceretur, ipſe Lotharium Ducem Saxonum in Regem à cunctis, qui aderant, eligi perſuaſit. Quæ res laudabiliter facta graviſſimæ tamen ſciſſuræ ſeminarium præbuit.

1127. Bernardus 15. Epiſc. Paderb.

Hinricus Padeburnenſis eccleſiæ Epiſcopus finem vitæ hoc anno dedit, cui Bernardus primus ſucceſſit, qui & ipſe eccleſiæ præfatæ XXIII annis præfuit. Is dum cum Lothario Imperatore tranſalpinâſſet, a ſede Apoſtolica ſibi ſuiſque ſucceſſoribus uſum *Rationalis* in celebrationibus miſſarum ſtatutis

tem-

Digitized by Google

temporibus, eccleſiarúmque conſecrationibus ac graduarum eccleſiaſticarum collationibus proprio in Epiſcopatu impetravit. A

Eo ipſo anno duo circuli Solem circumgirare Padeburnis viſi ſunt, unus altero minor, ita ut minor ambitum majoris eccleſiæ æquaret, alter totius civitatis latitudinem occuparet; & mox meridie obtenebratus eſt Sol, ut quaſi in noctem dies verteretur. Ipſa quoque civitas cum principali eccleſia quaſi totaliter eſt conflagrata. Cujus civitatis eccleſia ædificata eſt per Bernardum Epiſcopum præfatum anno Domini 1143 ac duodecimo poſt incendium anno conſecrata. Hic idem Epiſcopus fundavit monaſterium in Hardeshuſen, quod ipſum etiam magnificentiſſimè dotavit.

Paderborna inciner atur.

Fundatur Monaſterium in Hardehauſen.

Ipſo item anno obîit Theodericus Mimigardefordenſis Epiſcopus, quem Fratres expulerunt, pro ut jam ſuprà dictum eſt, in cujus locum Burchardus de Holte Oſnaburgenſis diœceſis ſuffectus pontificavit, contra quem conjurantes eccleſiæ miniſteriales annuente Frederico de Arnsberg Weſtphaliæ Comite, ipſum capiunt & ad Imperatorem ducunt ac nervo claudunt. Verùm eodem anno, examinatâ causâ, Hinricus Imperator Mimigardum venit, & Burchardum ſedi ſuæ reſtituit; veruntamen per Albanenſem Epiſcopum, ſedis Apoſtolicæ Legatum unà cum Colonienſi Archiepiſcopo ab officio ſuſpenditur, ſed Imperatoria autoritate ſuffultus reſtituitur. Immemor tamen injuriarum & illatæ offenſionis, multa pòſt bona eccleſiæ & parochiæ ſuæ fecit, eccleſiam per Theodericum combuſtam reſtauravit, & ob metum tirannidémque Comitum de Arnsburg, Tekenburg & Meynhovele eccleſiæ ſuæ devaſtatorum, urbi murum circumdedit, & ſuper Orientalem portam capellam in honorem ſancti Georgii in protectionem urbis fundavit & conſecravit. Hic demum in via, qua Imperator ipſum Conſtantinopolim miſerat, mortuus eſt.

Burchardus 20. Ep. Monaſt. B

C Burchardus urbem muro inveſtit.

1128. Otto Halverſtadenſis eccleſiæ Epiſcopus ab Honorio Papa hoc anno depoſitus eſt, quia triginta ſolidos pro eccleſiæ conſecratione recepiſſe convictus fuit.

Acies igneæ apparuerunt in cœlo, quæ per totum cœlum ſparſæ plurimâ parte noctis viſæ & ſtellæ perplures de cœlo in terram cecidiſſe viſæ ſunt; ſuperfuſâ aquâ fumus cum ſono exibat. Hyemps inſuper aſperrima fuit, quam valida fames ſubſequuta eſt, hominúmque ac animalium mortalitas, ſtrages quoque avium mutuò concertantium extitit.

FINIS LIBRI IV.



BER-

BERNARDI WITTII LIESBORNENSIS

HISTORIA
ANTIQUÆ OCCIDENTALIS SAXONIÆ
SEU NUNC
WESTPHALIÆ.

LIBER V.

Lotharius Saxoniæ Dux Everhardo Suppelinckburgenſi Arnesburgenſique Comite patre genitus, hoc anno in Imperatorem electus eſt. Præfatus enim Everhardus, Lotharii hujus pater, Heydewigam Frederici Burgravii Norenburgenſis filiam uxorem duxit, à qua hunc Lotharium ſuſcepit. Verùm mortuo Everhardo Heydewigis vidua, Lotharii mater, Theodericum Weſtphaliæ Ducem Arnesburgenſem Comitem maritum accepit. Fuit autem hic Lotharius vir ſapiens & induſtrius, eccleſiaſtico juri devotus, præpotens divitiis ac victoriis. Unde & poſt Hinricum Maguntiæ à Principibus invitus ac renitens, tanto ſe indignum honore clamitans, Imperator eligitur, & à Frederi- 1129.

Digitized by Google

A **Lotharius Imp. in initio regiminis infelix.**

co Colonienſi Archiepiſcopo ibidem benedicitur. Hoc anno primo imperii ſui contra Bohemos ſibi rebelles profectus eſt; verùm quorundam ſuorum proditione magnam ſuorum militum ſtragem paſſus eſt. Porro adverſam nimis circa regni primordia fortunam ſenſit. Quidam enim Otto Moraviæ Comes, Ducatum Bohemiæ affectans, Principem adiit, eíque magnam pecuniam promittens ad hoc, ut Bohemiam ſecum intraret, ibíque eum Ducem crearet, inclinavit. Quod Ulricus, qui eundem fortè Ducatum habebat, impedire volens, nullo Principem obſequio â cepto revocare potuit. Igitur Rex Saxoniam intrans militem inſtaurat, ducens ſecum Ot-

B tonem, clauſtra ſilvarum, quæ Bohemiam Saxoniamque cingunt, hiemali tempore ingreditur. Dux Bohemiæ Ulricus in ipſis ſilvarum abditis, locis ſeptis undique ſilvis ſuper amniculum quendam caſtra poſuit. Rex cum ſuis propter nimiotatem nivium â recta via exorbitans ac per devia ſilvarum oberrans ad prædictum amnem fortè venit, ſuis viæ labore nimio & inediâ exhauſtis quieſcere volentibus, Barbari turbatum invenientes amnem, hoſtes in proximo eſſe præſentiunt, ex improviſóque ſupervenientes Saxones, qui in prima acie erant, jam per nives deambulando fatigatos invadunt,

C & paucis per fugam elapſis, quibusdam captis, cæteros crudeliter occidunt. Videns hæc Princeps, ſuíſque ex anguſtia viarum nullum præſidium ferre valens, ſæviſſima mentis amaritudine perculſus, rerum tamen, quas ab adoleſcentia geſſerat, & antiqua virtutis memoria, quaſi cœleſti rore repletus in collem quendam cum paucis, quos aduc reſiduos habebat, ſeſe recepit, quem præfatus Dux ſuis in circuitu poſitis, magnarúmque arborum jactu & clauſura reditum negantibus tanquam clauſum tenuit. Tandem Hinrico Saxoniæ Marchione, qui de ſorore Ducis natus cum Rege advenerat, mediante ad pedes Imperatoris ſatisfactionem offerens humiliter Dux venit, homogiúmque ſibi cum ſacramento fidelitatis exhibens Ducatum ab eo ſuſcepit, captivos reddidit, ſícque princeps,

porta-

Digitized by Google

portatis ſecum; qui nobiliores erant, funeribus, cum multo mœrore rediit. Inter cæteros nobiliſſimus Marchio Saxoniæ Albertus captus fuerat. Tanta verò ſtrages Saxonum & præcipuè illuſtrium & nobilium virorum ibi facta fuit, ut perpetui odii inter Saxones & Bohemos fomes tunc accenſus nondum extinctus ſit. Otto quoque, qui hujus concuſſionis autor fuerat, ambitionis ſuæ pœnas luens ibidem necatus eſt. Verùm ùt dicitur: *flebile principum melior fortuna ſequetur*, ſic & hunc Principem melior fortuna ſequuta eſt; Nam in Italiam vocatus ab Innocentio cum Neapolitano Rege Barenſíque Duce bella geſſit, quos & ſuperavit, regnóque turbavit, caſtríimque non longe â Barenſi opido ſitum expugnavit, raptores ibidem numero quingentos per gulam ſuſpendit. His feliciter patratis, Barenſe opidum ingreſſus cum Innocentio Penthecoſtes feſtum ibidem celebravit. Quâ die dum Pontifex primam miſſam, præſente Imperatore cantaret, viſa eſt corona aurea eo loci ab omnibus quaſi abs teſtudine templi emisſa, in aëre pendens, ſupra quam columba alba reſidebat, infrà thuribulum fumigans coronæ adhærebat, interpretatúmque eſt, pacem inter Papam & Imperatorem, Eccleſiæque unitatem ſignificare. Quo quidem tempore Innocentius contulit monaſterio in Regali Lutteren indulgentias plenarias, pro ut ibidem habetur & denunciatur; ipſum autem monaſterium abs Comite quodam Haldeslevenſi conditum, monialibus expulſis, in Abbatiam Ordinis ſancti Benedicti mutavit, ac primum ibidem Abbatem Everhardum Magdeburgenſis cœnobii monachum præfecit, noménque Regale Lutheren impoſuit. Igitur â Longobardia Imperator rediens, apud Tridentum morbo correptus, in ipſis montibus in viliſſima caſa Imperator potentiſſimus miſeram humanæ conditionis relinquens memoriam, tertio decimo regni ſui, Imperii verò ſeptimo anno, plenus dierum obîit, futurus profectò, niſì mors repentina acceſſiſſet, cujus virtute & induſtriâ corona Imperii ad priſtinam dignitatem reduceretur; quippe qui tam fortia in Campania

A

B

C

Monaſterium in Königs-Lauther olim pro monialibus fundatum ad PP. Benedictinos tranſit.

Mors Imper. Lotharii.

pania

A pania & Apulia geſſit, ut nullus ex Francorum Regibus à Carolo magno usque ad id tempus tanta ibi feciſſe inveniatur. Regalia Dux Hinricus gener ejus, in cujus finibus obîerat, accepit. Et ipſe per Auguſtam & Orientalem Franciam in Saxoniam ad monaſterium Luterenſe deportatus honorifice ſepelitur, actúsque ejus, ut nullâ poſſint aboleri oblivione in plumbeis laminis deſcripti juxta eum reconduntur. Habuit autem uxorem Rixam Marchionis in Narthem filiam, â qua Lotharium filium ſuſcepit, qui & in juventa mortuus eſt. Gertrudem quoque filiam, quæ Hinrico Bavariæ Duci nupſit, quem & Saxoniæ Ducem Imperator fecit.

B Hys temporibus gens barbara, quæ in Oldenburg, Meckelenburg & eam regionis oram, quam Slavi Daníque mari vicinam inhabitant, deſertâ fide, quam Ottonis Hinricíque Imperatorum labore receperant, ad vomitum reverſi, idolis immolabant boves, oves carnésque humanas Diis ſuis immolantes, nec eo contenti magnam pene quottidie in fideles cædem exercebant. Horum errori miſertus Vitellinus, quidam vir Deo devotus, Myndenſi rure villâ Querenhamelen natus, annuente Lothario Rege, ab Adelberto Bremenſi Præſule Epiſcopus ordinatus, aſſumptis gladio verbi Dei, fidei loricâ, ſpiritualibúsque armis accinctus eò perrexit, Imperatoris quo- C que autoritate ſtipatus, multam ex eis populi catervam ad fidem Chriſti revocavit, idola deſtruxit ac proſelitos miraculis in fide confirmavit.

Udo 22. & Philippus 23. Epiſc. Oſnabr. Eâ tempeſtate Udo Oſnabrugenſis eccleſiæ Epiſcopus fundavit monaſterium ſanctæ Gertrudis prope Oſnabrugam, quod quondam Benno felicis memoriæ ejuſdem civitatis Antiſtes inceperat, veruntamen & ipſe poſt quartum Pontificatûs ſui annum carne ſolutus, quod conſumare diſpoſuerat, imperfectum reliquit ſucceſſori ſuo perficiendum. Obîit autem anno Domini 1132, cui ſucceſſit Philippus de Caſſenellenbogen, qui imprimis ſanctæ Gertrudis monaſterium perfecit, in quo & Deo dicatas virgines ſub beati Benedicti regula

gula

gula militantes conſtituit. Sed & Ozede monaſterium in honore beatæ Virginis, ſanctorum Johannis Babtiſtæ, Petri Apoſtoli ac Benedicti Abbatis fundavit. Quernem inſuper Conventum Fratrum Heremitarum fundavit. Demum 32 Præſulatûs ſui anno ſpiritum Deo reddidit.

A Tria monaſteria fundant.

In Oldenburg incolæ colebant idolum *Prono* dictum, ſuper columpnam ſtans, coronam in capite, dextrâ clipeum, ſiniſtrâ vexillum, habens ocreas crura tegentes. Hujus loci Comites nobiliſſimi ſunt de Widekindi Ducis Saxonum ſanguine procreati, quorum unus dum Imperatoris indignationem incurrit, & offenſam expiare nullo potuit obſequio, tandem Principum interventu obtinuit, ut patratus nævus deleretur, dato dilectiſſimo unico ſuo pignore, ſingulari in certamine contra fortiſſimum curiæ ſuæ militem pugnaturo. Intellexit Comes filium cum leone prælium commiſſurum, nec Imperatoris volito ſe contraire poſſe perpendit. Ad Divam Virginem unà cum filio ſe convertit, ut ejus interventu ac auxilio aut animum Imperatoris in melius transferat, aut certè, Deo propitio, victoriam homini contra beſtiam pugnaturo tribuat. Quæ res ſi ſecundior Comiti acceſſerit pugnaturo, in commune ſtatuunt, monaſterium ſancti Benedicti Patris Ordinis Divæ Virgini ſeſe conſtructuros. Itur ad duellum, aſtat cum Principibus Imperator, ſuſtinet vulgus animoſitatem Comitis, Leonis feritatem attonitus præſtolatur; alii miſericordiâ moti ſuper hominis & maximè nobilis ac generoſi adoleſcentis mortem, jam jam certò imminentem, ſuſpirabant intra ſe ipſos, furentem Imperatoris animum arguentes; alii verò vel curioſitate rei perculſi, aut certè Imperatori placere cupidi gaudebant; at pugil in Domino Deo ſpem totam ponens, armatus prorupit in medium, ſiniſtrâ lignorum exſiccatorum faſciculum quaſi pro clipeo ſecum ferens, mucronem dextrâ clam à latere trahens. Occurrit ſpumans ſæviénsque quaſi ad prædam jam ob hujuſce facinoris patrandi cauſam furiens beſtia, acceſſit & pugil animoſiùs, quàm crediďiſſes

Idolum in Oldenburg

B

Prælium Comitis Oldenburgenſis cum leone.

C

A antea. Erigit ſe ante hominem beſtia quaſi amplexando ipſum in terram proſtratura, illico adoleſcens faſciculum ſiniſtrâ inter amplexus projicit, quem dum leo ſæviens infringere tentat, enſe præliantis occubuit. Mox Imperator dextræ ſuæ digitos in occiſi cruorem mittens, lineas leonis ſanguine trahens, talem Comites ipſos ſigno armorum hujus rei in memoriam decoravit. Votum poſt victoriam impletur & in Raſtede monaſterium Divæ Virgini fundatur.

Idola in Mecklenburg.

In Mekelenburg colebatur *Ridegaſt* & *Sywa*. Fecerunt autem *Redegaſt* maſculum veſte nudatum, volucrem in capite, clipeo thauri capite inſignitum, quo pudenda tegat, ante ſe habentem, ſiniſtrâ lanceam geſtantem. B *Sywam* verò mulierem, capillis ſuis quaſi involutam ac poſt tergum manus extendentem, unâ pomum aureum, botrum quaſi è vinea ablatum ſuis cum foliis alterâ tenentem fingebant. Hæc idola, ut dictum eſt, Wicelinus Epiſcopus deſtruxit & incolas majori pro parte ab idololatria revocatos Chriſti fidei reddidit.

Quâ occaſione Comitatus Wintzenburg. ad eccleſiam Hildeſ. pervenerit.

Eâ tempeſtate Hermannus Wynſeburgenſis Comes apud ſe militantem quendam virum fidum ac ſtrenuum habuit natione Suevum. Is formoſam uxorem adeptus eſt in matrimonium, in cujus concupiſcentia exardeſcens Comes unâ dierum, emiſſo ob hoc viro, invitam oppreſſit, ac revertenti marito rem, quam paſſa eſt, dolenter cum lacrymis expoſuit. Miles igitur furore ebrius, diſpoſitis ſuis, noctu clam Comitis cubiculum ingreſſus eſt, ac pugione nudatâ adulterium vin- C dicaturus, Dominum ſuum transverberavit. Conſternata mortui uxor, quæ ad latus Comitis mariti cubavit, *quid agis*, inquit, *quid agis? inter uteris mei clauſtra includitur, qui paterni in te tuôsque ſanguinis ultor futurus habebitur.* Exaſperatus his verbis miles prægnantem quoque Comitiſſam mucrone viri aduc ſanguine madido extinxit. Quo facinore perpetrato, equum inſiliens, una cum uxore oppreſſa Saxoniam deſeruit & aufugit. Eâdem horâ dœmon tantæ forſan cædis inſtigator, hilaris & gaudens Bernardum Hildenſemenſem Epi-

Digitized by Google

Epiſcopum noctu adiit, & ut ſurgeret, Comitatum in Winſenburg, hærede jam orbatum, ad ſe reciperet, admonuit, quod & factum eſt. Quem Comitatum, etiam Lotharii autoritate, præfata Hildenſemenſis eccleſia poſtmodum in perpetuam poſſeſſionem accepit. A

Engelberto (*Egberto*) Mimigardefordenſi eccleſiæ præſidente, eccleſia beatæ Virginis trans aquas civitatis ipſius cum majori ſua eccleſia cathedrali per Theodericum prædeceſſorem ſuum, Lothariúmque tunc Ducem Saxoniæ combuſtæ egregiè reſtauratæ ſunt ac plumbeis tectis coopertæ. Hic Engelbertus fœminas vagas ejus loci ſub anathemate & maximis pœnis revocavit & ad reſidentiam artavit, ymmò ipſis multùm renitentibus & reclamantibus habitum & ordinem in melius mutavit, ipsáſque incluſit. 1130. Egbertus 21. Epiſc. Monaſt. reformat cœnobium transaquenſe. B

Eodem tempore ſanctimonialium fœminarum monaſterium, quod in pago Dreni ſitum eſt, Leisborn dictum, ab eodem venerabili Pontifice, eliminatis monialibus, monachis traditum eſt. Carolus enim magnus eccleſiæ pugil & Chriſtianæ fidei protector indefeſſus, cùm Saxonum gentem ad fidei jugum ſuſcipiendum ferro compuliſſet, continuò, ubi vel delubra aut idolorum ſimulacra ſubvertit, frequentiora monaſteria aut oratoria erexit. Inter quæ ſolèmpne quoddam ſanctimonialium fœminarum monaſterium in Boſſonis præſtantiſſimi ac opulentiſſimi viri fundo in Dreni inferioris Saxoniæ, hoc eſt, Weſtphaliæ pago in perpetuæ ac beatiſſimæ Mariæ Virginis, ſanctorum Coſmæ & Damiani martyrum ac beatiſſimi Symeonis prophetæ (*honorem*) conſtruxit, quod à pertranſeunte Lyſæ torrente Lyſeburna nomen accepit, locus utique juxta nomen ſuum monaſticæ religioni congruum, quia diſciplina regularis ſilentii cenſuram ſummámque quietem expoſcit, quod ipſum Liſe nomen, quod ſilentium ſeu quietem interpretatum ſonat, ſignificat: *bonum eſt* enim *viro, cùm portaverit Domini jugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit enim ſolitarius & tacebit & levabit ſe ſuper ſe.* In quo quidem mo- Item cœnobium Liesbornenſe, abdicatis monialibus, introducendo RR.PP. Benedictinos. C

A naſterio Rothſwindam ſanctimonialium fœminarum ſororem ſuam Deo dicatam virginem primam Abbatiſſam conſtituit; verùm quia omnium rerum viciſcitudo temporis ſpatio, re mutatâ, diſciplina regularis paſſim labi viſa eſt, & quanto fervore incepta, tanto, dante juventâ ſenio terga, faſtidio habita eſt, ſpiritualibúsque ſic deſpectis, temporalia quoque labi neceſſe fuit; dum ſcilicet non operi Dei ſed voluptatibus carnis quottidie inſervierunt. Quam rem ſcandaloſam omnibus, ipſis autem fœminis dampnabilem venerabilis Epiſcopus cum cordis mœrore perpendens rem, ſi poſſet in melius ordinare, diſpoſuit, conſilióque ſummi tandem Pontificis ac ejus autoritate fulſitus monialium hanc congregationem, jam longè â B ſanctitatis propoſito oberrantem, zelo Dei accinctus eliminavit ac ſtabilioris ſexûs ſanctioríſque propoſiti Fratribus juxta beatiſſimi Patris Benedicti regularem inſtitutionem optimè inſtructis, inibi jamjam adunatis, ſanctarum reliquiarum excubias commiſit. Quibus & Baldwinum venerabilem admodum virum Magiſtrum & Abbatem præfecit, qui idem Abbas ab Engelberto Epiſcopo præfato in Vreckenhorſt XII kalend. April., quæ tunc in ſextam ante Palmarum diem cecidit feriam, in Abbatem ſolempniter eſt conſecratus & confirmatus. C Demum Engelbertus ipſe, cùm natale Domini Coloniæ cum Rege celebraret, infirmatus mortem obîit & reportatus ad ſedem ſuam honorificæ ſepulturæ traditus eſt.

1132. Bruno 2. 38. Archiep. Colon. Bruno ſecundus XXXVIII Colonienſium Archiepiſcopus, filius Comitis de Altenae ex Præpoſito ſancti Gereonis, favore Lotharii Imperatoris Epiſcopus magis intruſus quàm electus eſt: Capitulum enim concorditer Dominum Godfridum Præpoſitum in Xanten elegerat. Hic Bruno ſolo nomine Epiſcopus ſedit annis ſex, rarò eccleſiæ ſuæ ſaluti providit, ſed Imperatorem ſequutus in Italiam & Apuliam, propria deſerens, aliena promovit, ubi & demum in civitate Barenſi mortem obîit. In cujus locum Imperator Hugonem Decanum Colonienſem promovit, qui confirmatus ab Honorio Papa paucis

Digitized by Google

diebus ſupervixit. Et quia mortuus fuit, antequam ejus confirmatio Coloniæ innotuit, ergo inter Epiſcopos Colonienſes nec locum nec numerum accepit. A

Hoc anno Lotharius Imperator in Autumpno ſinè liberis obiit. Unde in conventu generali Maguntiæ in Penthecoſtes feſto quidam ex Principibus timentes, ne Hinricus Dux, Lotharii gener, qui præcipui tunc nominis & dignitatis in regno fuit, qui & Regalia à Lothario accepit, per potentiam prævaleret, circa medium Quadrageſimæ, conſilio habito Confluentiæ Galliæ opido, conventum celebrant, ibique Conradum Hinrici Imperatoris ſororium, præſente Thoduvino Epiſcopo Cardinali ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ Legato, ac totius Romani populi, urbiúmque Italiæ aſſenſum promittente, Regem creant, qui mox ad pallatium Aquas veniens à prædicto Cardinale, non Colonienſi, qui id jure facere debuerat & noviter introniſatus pallio carebat, cooperantibus Colonienſi & Trevirenſi Archiepiſcopis cum cæteris Epiſcopis in Regem ungitur, proximum deinde Paſca Coloniæ celebrans, Maguntiam, quæ tunc fortè Paſtore carebat, adiit, Albertúmque ibi Archiepiſcopum conſtituit. At Saxones & Dux Hinricus aliique, qui electioni non interfuerunt, Regem non legitimè ſed per ſurreptionem electum calumpniabantur. Quibus omnibus in proximo Penthecoſte generalis curia indicta eſt.

1138. Moritur Lotharius Imper. ſequitur Conradus adus.

B

C

Conradus itaque ſecundus, genere Suevus, decimus Germanorum Imperator hoc anno Lothario ſuffectus eſt. Hic primùm Bavariæ Dux & Hinrici Imperatoris nepos fuit, Princeps ſiquidem inclitus & clemens, à Divo Bernardo Abbate plurimùm dilectus. Is habuit uxorem Sutphaniæ & Gelriæ Comitis filiam Gertrudem, à qua duos filios ſuſcepit, Hinricum & Fredericum, qui Fredericus veneno potatus interfit in dieta, quam Imperator in Quedelenburg cum Principibus habuit, ſepultúſque eſt apud Lotharium Imperatorem in Regali Lutteren. In hujus Conradi electione Duces Saxoniæ & Bavariæ, ùt dictum eſt, non conſenſerunt; nam ipſi Hinricum

A

Henrici Bavariæ Ducis rebellio punita.

cum Saxoniæ & Bavariæ Ducem, Frederici fratrem, elegerunt. Unde Imperator Ducem Bavariæ in caſtro Nürenbergenſi obſeſſum, capto caſtro, Ducatu privavit, quem Alberto Marchioni de Brunſwick contulit, non obſtante ſuam Reginam ipſius Ducis ſororem eſſe; unde & inter Regem Reginæque amicos bella exorta ſunt. Imperator autem præfixit omnibus curiam generalem in Quedelenburg, ad quem venient cum Imperatrice vidua, quondam uxore Lotharii, ad pacem & gratiam Imperatoris recepti ſunt, excepto Bavariæ Duce Hinrico, qui contumax factus cum Regalibus, quæ habuit, in Saxoniam receſſit, quatuor tantùm ſervis comitatus. Unde

B

ad Regalia reddenda in feſtivitate Apoſtolorum Petri & Pauli Ratisponæ ei dies præfigitur. Quò veniens Regalia quidem illectus multis promiſſionibus reddidit, ſed ea tamen minimè conſequutus, infecto pacis negotio, ſine gratia ejus receſſit, cúmque multis modis homo præpotens & animoſus, ſed nutu Dei humiliatus, veniam peteret nec impetraret, tandem judicio aliquorum Principum apud Herbipolim proſcribitur, ac proximâ Nativitatis Domini in palatio Goslarienſi Ducatus ei abjudicatur; & mirum dictu! Princeps antea potentiſſimus, & cujus autoritas, ùt ipſe gloriabatur, â mari usque ad mare, id eſt â Dania usque in Italiam extendebatur, in tan-

C

tam in brevi humilitatem venit, ut pene omnibus fidelibus & amicis ſuis in Bavaria â ſe deficientibus, clam inde egreſſus, quatuor tamen comitatus ſociis, in Saxoniam venerit, ubi & tandem in paupertate vitam finivit. Quo mortuo, Rex Ducis relictam, Lotharii Ducis Saxoniæ ſororem, fratri ſuo Hinrico Auſtriæ Duci uxorem dedit.

1139. Wernerus 22. Epiſc. Monaſt.

Wernerus Mimigardefordenſis Epiſcopus, Engelberto Coloniæ defuncto, ubi cum Imperatore fuit, ſucceſſit. Hic dedit Conventui & Fratribus in Capenburg parochiales eccleſias in Alen & Werne; hic etiam cum Duce Saxoniæ Hinrico expeditionem ſuper gentem Slavorum movit; dum enim ad prædicationem & admonitionem Beati Bernardi Abbatis Con-

radus

Digitized by Google

radus Imperator ac multi Principes crucem contra infideles per recuperationem terræ ſanctæ acciperent, Saxones, quia quasdam gentes ſpurcitiis idolorum deditas vicinas habuere, ad Orientem proficiſci abnuentes, cruces itidem easdem gentes bello attentaturi aſſumpſerunt ab aliis cruciferis in hoc diſtantes, quod non ſimpliciter veſtibus aſſutæ, ſed à rota ſubterpoſita in altum protendebant. Demum idem venerabilis Antiſtes mortuus eſt, ac in Capenburg ſepultus. A Initium Crucigerorum pro terra ſancta authore S. Bernardo.

Ipſo anno ignei coloris circuli Solem girare viſi ſunt, nec multò pòſt ipſo die Symonis & Judæ Apoſtolorum Sol in minimam quantitatem redactus eſt in falcis modum. Quo item anno Hinricus Saxoniæ Dux, Conradus Burgundiæ Princeps, Datiæ quoque Rex in Prutenos exercitum moverunt cum XX pugnatorum milibus; Imperator autem Conradus cum Frederico Magdeburgenſi & octo aliis Epiſcopis, inſuper & Abbate Corbeienſi pro redemptione terræ ſanctæ transfretavit, veruntamen tandem maris periculo, ùt quidam volunt, ſubmerſus periit, vel ùt alii autumant, cùm jam in proximo Imperii coronam accepturus eſſet, non ſine ſuſpicione quorundam medicorum, quos ab Italia ſecum duxerat, quaſi ex Rogerii Siculi metu ſubmiſſorum, morbo correptus eſt, ac Bamburgis veniens debitum mortis ſolvit. Volentibus ergo familiaribus ſuis juxta ejus, ùt aſſerebant, petitionem eum ad Laureacenſe monaſterium deferre, ibique eum in proprio fundo juxta patrem humare, Bamburgenſis eccleſia hoc ſibi contumelioſum fore judicans non permiſit, quin ymmò convenientiſſimum & honeſtiſſimum & Eccleſiæ illi & Imperio decernens, juxta tumbam Imperatoris Hinrici, ejus loci fundatoris, qui nuper auctoritate Romanæ eccleſiæ in loca ſancta levatus pro Sancto habetur, Regio cultu eum ſepelivit. 1147. B C Conradus 2. moritur & ſepelitur Bambergæ.

Eugenius Papa ejus nominis tertius, natione Piſanus, ſancti Anaſtaſii Abbas, quem Beatus Bernardus monachum fecerat, poſt Lucium Pontificem electus ſummus Pontifex ſedit annis octo, menſibus ſeptem & diebus viginti, vir pruden-

tiſſi-

A tiſſimus & optimus. Hic aliquando Treveris veniens, morámque ibidem aliquam trahens, per Galliam rediens Remis conſilium celebravit, ubi, congregatis ex Gallia & Germania Catholicis Patribus, multa correcta & emendata ſunt. Contumaces autem facti ſunt Arnoldus Colonienſis, Comitis Gelriæ filius, ex Præpoſito ſancti Andreæ Epiſcopus factus, & Maguntinenſis Archiepiſcopi. Unde ambo in conſilo de ſymonia accuſati, ab Eugenio depoſiti & excommunicati ſunt; Maguntinenſis autem, auro copioſè Romanæ cameræ impenſo, communioni & officio reſtitutus, Colonienſis autem Arnoldus ad Papæ gratiam venire non potuit. Electus eſt ergo, B ipſo aduc in humanis exiſtente, alius ejus loco, qui & ipſe Arnoldus, qui ſedit annis quinque ſub Conrado & Frederico primo Imperatoribus. Hic primùm fuit Præpoſitus majoris eccleſiæ Colonienſis & Frederici Imperatoris Cancellarius, vir prudens ac in re militari ſatis expertus.

Concilium Rhemenſe.

1150. Hoc anno Wernerus Mimigardefordenſis eccleſiæ Epiſcopus viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, in cujus locum Fredericum ejuſdem eccleſiæ Canonicum elegerunt. Hic multùm laboravit pro nova eccleſia facienda; verùm ſumptibus & expenſis, aliiſque neceſſariis optimè ordinatis, morte præventus, quod ſummo deſiderio intenderat, incompletum dolens reliquit.

Fridericus 2. 23. Ep. Monaſt.

C Fuit etiam annus iſte peſtilens non hominibus modò ſed & ipſis jumentis; erat enim hyems frigida nimis, ciborúmque undique penuria. Quas tres plagas Saturno illius anni rectori Aſtrologi aſſcripſere, ſed vir ſapiens dominatur aſtris.

Eâ tempeſtate Coloniæ quidam Judæus ex Judæo patre natus ſed converſo, dum in Paſca ſacram Eukariſtiam ſumpſiſſet, egreſſus eccleſiam, quod ſumpſerat, omne exſpuens humi ſepelivit; ſuperveniens autem ſacerdos & foſſam aperiens, formam infantis invenit, quem cùm ad eccleſiam portare vellet, lux è cœlo venit, cum qua inventus theſaurus, ejus manibus elapſus, in cœlum aſcendit.

Hin-

Digitized by Google

Hinricus Imperator primus canoniſatus ac è pulvere ſub- 1151.
levatus eſt, & in Bambergenſi eccleſia honorificè, ùt decuit, A
exaltatus, multis præcedentibus & ſequentibus ſignis.

Eodem anno Conradus Imperator ab humanis diſceſſit proxima â capite jejunii ſextâ feriâ, hoc eſt XV kal. Martii, relicto filio parvulo Frederico unico, quem unà cum regalibus Frederico Duci commendavit. Erat enim tanquam vir prudens de filio ſuo aduc parvulo, ne in Regem ſublimaretur, quaſi deſperatus; idcirco & privatæ & reipublicæ meliùs profuturum judicabat, ſi is potiùs, qui fratris ſui filius erat, ob multa virtutum ſuarum clara facinora ſibi ſuccederet. Unde concitò, dictu mirum, 3 nonas Martii, id eſt tertiâ feriâ poſt

Moritur Conradus Imp. & ſuccedit Fridericus Barbaroſſa.

Oculi mei in Franckfordiæ opido de tam immenſa transalpini B
regni latitudine univerſum Principum robur non ſinè quibuſdam ex Italia Baronibus tanquam in unum corpus coadunati de eligendo Principe Primates conſultârunt. Tandem ab omnibus Fredericus Swevorum Dux, Frederici Ducis filius petitur, cunctorúmque favore in Regem ſublimatur; non ſinè multorum ſtupore, quia in tam parvo temporis ſpatio non ſolùm tanta Principum ſeu de Regno Nobilium confluxerat multitudo, ſed & quia de Occidentali Gallia, ad quam nondum hujus facti rumor perveniſſe putabatur, nonnulli Principes & Nobiles advenerant. C

Fredericus ejus nominis primus *Barbaroſſa* vocatus, na- 1153.
tione Swevus, undecimus Germanorum Imperator, Conradi Imperatoris ex Frederico fratre nepos. Hic habuit Ducis Burgundiæ filiam Beatricem uxorem, â qua filios quatuor, filias autem duas ſuſcepit. Hic ſtatim poſt electionem in Dominica ipſa *Lætare Jheruſalem* ab Arnoldo Colonienſi Archiepiſcopo, aliis cooperantibus, coronatus Aquisgrani ac in ſede Regni Francorum, quæ in eadem eccleſia â Carolo magno poſita eſt, collocatus. Cum quo item eodem die & loco pariter Monaſterienſis electus ab eiſdem, quibus & Rex, Epiſcopis in Epiſcopum conſecratur; unde continuò Rex coronatus Paſca

A Coloniæ celebravit. Inde Saxoniam ingrediens, Mertzeburg contendit, ubi Petrum & Guutorem de Danorum regno contendentes concordavit, ſingulisque in Saxonia ritè ordinatis, pro coronatione Romam profectus eſt. Habuit autem exercitûs Ducem Hinricum Leonem; coronatus igitur, ubi ante urbem exercitum requieſcere fecit, Romani conglobati noctu exercitum invadentes extremam partem cædunt. Sumptis itaque armis, Imperator tantam in Romanos cædem exercuit, ut, mille interemptis, Senatores quoque XXX, Conſules inſuper XVII occiſi ſint, uno tantum ex noſtris, dictu mirum, occiſo, unóque capto, & ni leonina Hinrici animo-

B ſitas Imperatorem jam ſub equorum ungulis proſtratum liberâſſet, in Tiberis ponte ante Angeli caſtrum mortis debitum ſolviſſet; nam Hinrico Duce Imperator triumphavit. Veruntamen Adriano ſummo Pontifici, â quo coronam acceperat, adverſari cepit; anno enim Regni ſui ſecundo, reverſo jam â Roma Frederico, Papa imaginem ſuam quaſi in ſede Pontificali ſedentem in urbis muro depingi fecerat, ad cujus pedes Imperatorem genibus flexis Imperii diadema ſuſcipientem fieri fecerat, quæ pictura Imperatori valde diſplicuit. Cæterùm anno ſequenti Adrianus Papa ad ipſum duos Cardinales Legatos cum literis ſuis miſit, in quibus inter cætera continebatur:

Lis de coronatione Imperatoris cum Papa.

C *beneficium coronæ tibi contulimus* Quod verbum: *beneficium*, quidam Conſiliarii Imperatoris uſualiter exponentes, in contumeliam Imperatoris ſcriptum aſſeveraverunt. Qua re commotus Imperator: *â ſolo*, inquit, *Deo habemus coronam Imperii, non â Romano Pontifice; unde non ipſi ſed Deo hujusmodi beneficium attribuimus. Primam vocem Regiæ electionis Archiepiſcopo Maguntino recognoſcimus, Regalem conſecrationem Archiepiſcopo Colonienſi permittimus, Imperialem conſecrationem Romano Pontifici aſſignamus. Picturæ itaque deleantur & ſcripturæ corrigantur, alioquin inter Sacerdotium & Imperium pax auſſeretur.* Romani enim affirmare voluerunt, Imperium urbis & Regnum Italicum donatione Pontificum

tificum Reges noſtros hactenus poſſediſſe, idque non ſolùm dictis ſed & ſcripturis & picturis Poſteris repræſentari curârunt. Unde de Imperatore Lothario in pallatio Lateranenſi ſupra præfatam picturam ſcriptum eſt: *Rex venit ante fores, jurans prius urbis honores, Poſt hoc fit Papæ, ſumit, quo dante, coronam.* Talis ſcriptura & pictura, quoniam circa urbem fuerat Principi per fideles Imperii delata, cùm vehementer diſplicuiſſet, amicâ priùs invectione præcedente, laudamentum à Papa Adriano accepiſſe memoratur, ut ſcriptura cum pictura deleretur, ne res tam vana ſummis in orbe viris litigandi ac diſcordandi præbere poſſet materiam. Cùm itaque hujúsce rei gratiâ ſtrepitus inter Optimates Regni magis ac magis invaleſceret, quaſi igni gladium adderet, dixiſſe ferunt unum de Legatis, *à quo ergo hic, ſi à Domino Papa non habet Imperium?* Ob hoc dictum eò proceſſit iracundia, ut Otto Palatinus Comes de Bavaria prope exerto gladio cervici illius mortem intenptaret; at Fredericus, auctoritate præſentiæ ſuæ interpoſitâ, tumultum quidem compeſcuit, ipſos autem Legatos ſecuritate donatos ad habitacula deduci ac primo manè viâ ſuâ proficiſci præcepit. Quæ ſingula per Regni ambitum literis declarantur. Unde & quatuor ſucceſſivè Pontifices contra ipſum creari fecit. Permotus Alexander hys injuriis, Fredericum cum ſuis Pontificibus excomunicavit. Unde pulſo Alexandro, omnem Eccleſiæ ditionem occupavit, conſentientes civitates vaſtavit, Mediolanum obſedit, cepit, deſtruxit, Ducémque ejus in Germaniam vinctum duxit. Veruntamen aliquando bellis attritus, pœnitentiâ ductus cum Papa fœdera iniit; depoſito enim Imperiali ornamento, Venetiis in januis baſilicæ humi proſtratus veniam petiit, cujus collum dum Papa pede comprimens diceret: *ſcriptum eſt: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis* &c., reſpondit: *non tibi*, inquit, *ſed Petro, cujus vicem geris, pareo. Et mihi*, inquit Papa, *& Petro.* Suſceptâ ergo pœnitentiâ & obedientiâ promiſſâ, pacem jurejurando uterque confirmavit.

Bruno Hildeſemenſis Epiſcopus feſtum Nativitatis Mariæ
1155. A Virginis inſtituit ſuis cum Octavis. Factum eſt autem in Octava Nativitatis ipſius feſti, dum Bruno ſuis cum Canonicis noctu Matutinis interfuit Vigiliis, inter pſallendum Beata Virgo inenarrabili ſplendore in medio chori apparuit, Canonicis ſtupentibus ac à cantu ceſſantibus, Epiſcopus: *o*, inquit, *Regina cœli, cur à ſummo cœli culmine ad tuos miſeros famulos in hunc profundum deſcendiſti?* at illa: *gaudeo*, inquit, *quia ad nati mei honorem tantâ meam Nativitatem ſolempnitate honorâſti.* Et ſtatim ab omnium oculis evanuit.

1158. Ducatus Bohemiæ fit Regnum B Bohemorum Dux Ladislaus, vir ingenio validus, viribus præpollens, conſilio, manu, audatiáque magnus, cujus antehac induſtriæ, obſequii multa præceſſerunt experimenta, maximéque nuper in expeditione Polonica magna virtus claruerat, adeò ut ob merita ſua omnibus carus eſſet, ab Imperatore ac Imperii Primis ex Duce Rex creatur. Suſcepto itaque privilegio, de uſu diadematis aliíſque Regni inſignibus lætus revertitur, ad Italicam expeditionem Rex pariter cum Imperatore faſtu Regali profecturus accingitur.

Ludovicus 24. Episc. Monaſt. Eâ tempeſtate Ludwicus patruus Comitis de Teckeneburg (qui ſcilicet Comes divitiis & potentia inclitus factus Advocatiam per totam Mymigardefordenſem eccleſiam habuit) in ipſa C eccleſia Præſulatum tenuit, quem idem Comes Otto, quia magnus apud Principes & potens in populo, apud Imperatorem tali de dignitate promovit. Hic etiam Comes eccle-
Engelbertus 24. Ep. Oſnabr. ſiam Oſnaburgenſem quaſi ad nihilum redegit, & Engelbertum fratrem ſuum monachum, invitum & multùm renitentem â monaſterio ſuo abſtractum de eccleſia Oſnaburgenſi providit, qui jam Epiſcopus factus mox fratrem ſuum pro violentia eccleſiæ ſuæ illata excommunicatione notavit, ac XXXVI annis contra ipſum pro libertate eccleſiæ armis egit, & ca-
Quakenbrügge extruitur. ſtrum Ackenowe & civitatem Eſſene cepit, & juxta eam Quakenbrügge conſtruxit, & omnes militares & populares, qui in Eſſene & Ackenowe habitabant, & alios plurimos de Comitatu

mitatu Tekenburgenſi in Quakenbrüge habitare coëgit, ha- A
buítque idem Epiſcopus cum fratre ſuo Ottone Comite grave
bellum in loco dicto Bergeshovene, in quo conflictu nobilem
Dominum Wickenboldum de Diſſene cum plurimis aliis inter-
fecit, Ottonem fratrem cepit, & poſt carceres & vincula du-
riùs exactionavit, Gograviatúsque ſedes quas Comites Tecken-
burgenſes & nobiles de Diſſene in Oſnaburgenſi dioceſi ha-
buerunt, libere dimiſerunt; Diſſene quoque civitatem de-
ſtruxit & usque in præſens in villam redegit, & ex tunc
Ludwicus Epiſcopus præfatus hæreditatis paternæ partem de
Tekenburgenſi Comitatu ab Ottone poſtulavit. Verùm ordi-
natione Comitum, dimissâ ſibi hæreditate, mille marcas acce-
pit, pro quibus Advocatiam ſibi per dioceſin ſuam dimiſit,
quam ſtatim Ludwicus ſancto Paulo & eccleſiæ ſuæ dedit,
quam per hoc gravi ab onere liberavit. Obíit demum peſte
idem venerabilis Antiſtes anno Domini 1172.

Comes de Tecklenburg cedit Advocatiam quam habuit ſuper dioceſin Monaſt.

B

Slavi, inito fœdere cum Pomeranis, ſed & Preslau Slavo- 1160.
rum Princeps cum Wenslao & Nicolao filiis, in eos, quos
Hinricus Dux Saxonum ex Slavis converſos ſibi ſubjugave-
rat, arma ſimul adunati ſumpſerunt, tyrannidémque exer-
cuerunt. Quibus Hinricus cum Saxonibus occurrens, ha-
bens etiam Brandenburgenſem Albertum, Holtſaxiæque Adol-
phum Comites belli ſocios, Preslau Slavorum Principem
captum ſuſpendio finivit, Caſſimirum ac Buckſleff Pomerano- C
rum Duces bello contrivit, cæſis duobus milibus quingentis,
totámque regionem tributariam fecit. Ceciderunt eo in bello
Renoldus Theomarciæ & Adolphus Holtſaxiæ Comites, qui
fuerant partis Hinrici Ducis Saxonum, nec ultra in Saxones
movere exercitum Slavi tenptaverunt.

Victoria Henrici Saxoniæ Ducis.

Ipſo anno circa Pentecoſtes feſtum grando maxima in pro- 1163
vincia, glaciésque tanta in quantitate cum grandine cecidit,
ut evulſis arboribus, domorúmque culminibus in terram pro-
jectis, multos etiam ex viventibus caſu ſuo interfecerint.

Eodem anno Renoldus natus Saxo (*Comes de Daſſel*) ex

A Reinoldus Archiep. Colon.

Præpoſito Hildenſemenſi â Colonienſis eccleſiæ Canonicis concorditer in Archiepiſcopum electus eſt. Hic primùm Cancellarius Frederici fuit, cum quo & Italiam ingreſſus eſt, dum Mediolanum Imperator deſtruxit. Vir in ſpiritualibus ac temporalibus expertiſſimus, vitâ ac moribus ornatus. Quâ ex re moti Canonici, dum poſt mortem Frederici Epiſcopi cum Imperatore Coloniam veniſſet, omnium conſenſu electus eſt.

Ejus expeditio contra Italos.

Electus autem, ordinatis ſingulis ac dioceſi Philippo tunc Præpoſito tuendâ ac regendâ commiſſâ, rogatu Imperatoris cum Palatino Comite ipſum Imperatorem cum exercitu in Italiam

B

præceſſit, ac ipſam Italiam cum Neapolitano Regno Imperio ſubjecit. Quo tempore & apud Tuſculanum cum Romanis pugnans ſupra novem hominum milia bello extinxit, quinque quoque milia in pugna triumphator cepit, adeóque Romanos afflixit, ut vix de quadraginta Romanorum milibus duo modò milia fugâ evaderent, ſícque armis attritos Romanos ad obedientiam Imperii redire vi coëgit, & armis omnem ipſorum faſtum compeſcuit.

Eo ipſo anno Imperator præfatum Renoldum Epiſcopum cum Conrado Palatino Comite Mediolanum ad exigendum

C

tributum Imperatori promiſſum miſit (tributaria enim tota Italia & Lombardia Imperatori erat) quibus quidem Principibus ne tributum modò negatum eſt, verùm & probroſis

Ob infamiam Imperatori illatam Mediolanum obſidetur.

verbis exaſperati, inanes, mutato etiam habitu, quo tutiùs evaderent, rediêrunt. Quod ipſum & Imperatrici, quæ Mediolanum videndi gratiâ, & ut cives cum Imperatore concordarent, irrogaverunt: nam aſino ipſam ex transverſo imponentes, caudámque pro frœno dantes per civitatis medium inhonorificè trahentes illuſerunt. Quam injuriam in ſe ac Imperatricem nephariè patratam Imperator ferre non ſuſtinens, adunato exercitu cum magna Principum ac Nobilium multitudine Mediolanum obſedit. Fuêre autem in ejus exercitu inter cæteros potentes Bohemiæ Rex, Hinricus Leo Saxonum Bavariæque Dux, Hinricus Dux Alſatiæ, Fredericus Dux

Suevo-

Digitized by Google

Suevorum, Ludwicus Lantgravius Haſſiæ, Conradus Palatinus, Reynoldus Colonienſis Archiepiſcopus. A Obſeſſi igitur & anguſtiati Mediolanenſes, conventione cum Hinrico Leone clam factâ, ut ſcilicet, maximo auri pondere accepto, ſeſe ſubtraheret ac obſidionem ſuam ſolveret; cogitabant enim cives, ſi tanti exercitûs Principem ab Imperatore deficere feciſſent, alios quoque Principes obſidionem ſoluturos; quæ tamen res ipſos fefellit. Decepit itaque Hinricum ſacra auri fames, & ſolutâ obſidione, deſerto Imperatore, unde venerat, reverſus eſt; cæteri autem Principes cum Cæſare in obſidione perſtitêre. Demum civitatem coacti reddere, hanc ab B Imperatore gratiam acceperunt, ut quantum quisque incolarum dorſo ſuo ferre poſſet, exituro cum vita concederet. Erat autem in ipſa civitate Senatorii Ordinis vir quidam inſignis, qui totius rebellionis fomitem miniſtrâſſe dicebatur, quem ea de cauſa ſinè omni gratia morti obnoxium Imperator judicavit. Is germanam Abbatiſſam monaſterii non longè â muris poſiti habuit, cum qua inito conſilio, quid ſibi facto opus eſſet, ut mortem imminentem effugeret, cepit ſciſcitari. At illa Renoldum Colonienſem Epiſcopum ſecretiùs ad urbis muros citatum propoſitâ causâ trium Magorum corpora ſe Epiſcopo daturam, ſi fratri vitam dari procuraret. Spopondit exhilaratus Epiſcopus, promiſſo ſpondet obſequium, ſimul & adjutorium impendit: urbis enim portis crepuſculo apertis, ab Imperatore Epiſcopus Abbatiſſæ onus obtinuit, quæ fratrem ſuum dorſo imponens trium Magorum pretio fœtidum germani cadaver fœmineâ aſtutiâ obtinuit, talique modo deluſa Imperatoris in Senatorem ſententia eſt. Corpora autem ſanctorum Magorum cum corporibus ſanctorum Naboris & Felicis martyrum clam Epiſcopus Coloniam miſit. Hæc ſancta tria Magorum corpora primùm Conſtantinopolim ex Perſia, dein Mediolanum per Euſtorgium ejus eccleſiæ Epiſcopum, natione Græcum, ubi pene 171 annis pauſaverant, jam tertio ſaltu Coloniam Agrippinam quàm glorioſè exornant.

C Fœminæ ſtrategema

SS. tres Reges Coloniam transferuntur.

Igitur

A 1162. Igitur Mediolanum metropolis & Regia civitas, ciſalpinæ Galliæ hoc anno poſt ſeptem annorum obſidionem â Frederico Imperatore expugnata & capta, innumerabilibus viris, permultis & mulieribus in Germaniam transmiſſis, ſolo æquatur

Everſio Mediolani. & ad perpetuam hujus rei ac facinoris memoriam aratrum ſimul huc atque illuc Imperator duci mandavit & ſal ſuperſpergi præcepit. Spoliatis autem civium divitiis, reliquum populum extra urbem miliari decimo inhabitare coëgit; Dux autem urbis in Germania compeditus perpetuis carceribus traditur, quem etiam Imperator tribus diebus ad modum canis ſub menſa tenuit, multiſque flagellis eum cædi præcepit.

B Poſt aliquot autem annos compedibus confractis, cuſtodibus occiſis, in Italiam in ruſtico habitu rediit, & adjuvantibus ſe Græcorum Imperatore Emanuele ac civibus ſuis, urbem deſtructam cum maxima gloria reparavit.

Igitur Mediolano cum omni Italia & Lombardia ſuperata, dimiſſurus exercitum Imperator advocans ad ſe Proceres & de milicia meliores, magnam illis ait ſe habere gratiam pro benevolentia & fidelitate, qua erga ſe utendo perſeverâſſent, laudabat etiam in unoquoque bonos mores & fortitudinem, quam præliando in multis magníſque periculis monſtrâſſent;

C quod eos neque hoſtium multitudo nec magnitudines civitatum vel audacia inconſulta & immanitas efferа adverſantium â conſueta animi virtute retinuiſſet; magnum quoque hujus rei ſibi fore, diligentiámque debitis præmiis & honoribus virtutes eorum vellet honorare, qui miliciæ ſocii fuiſſent, nec ullum eorum, qui plus aliis laborâſſent, juſtâ viciſſitudine cariturum: eos etiam, quos noverat fortiter aliquid & egregium in bello feciſſe, nominatim ſingulos appellans collaudabat: deinde aurum, argentum, diverſi quoque generis vaſa, itémque veſtes ſpecioſas, beneficia feudorum, aliáque donaria largiter & regaliter diſtribuebat; omnibus autem hoc modo exhilaratis & donatis, ùt quisque ſe meritum præbuerat, votis & laudibus cum magno favore ab univerſo exercitu

factis,

Digitized by Google

factis, quo quemque cognoverat, dimittit, ipſe autem cum paucis in Italia remanſit. A

Hæc inter, nectente moram in Italia Colonienſi Archiepiſcopo, inter Comitem de Altenae & ſuos in hac re complices ex una, Saxoniæque Ducis exercitûs Principem Bernardum de Lippia partibus ex altera, rapinæ & locorum depopulationes ortæ ſunt. Verùm Mimigardefordenſis Epiſcopus ex Italia rediens in eos, qui ſuam dioceſin devaſtârant, arma arripuit, junctíſque ſibi Teckenburgenſi & præfato Bernardo Lippienſi Comitibus, bella movit, & quædam caſtella ſcilicet Ahus & de Pena deſtruxit. Quo etiam anno præfatus Bernardus ex parte Ducis Hinrici montem Levenburg occupavit & præſidiis munivit, gravíſque inter ſe & Comitem B Hermannum de Ravesburg diſcordiæ ſeminarium præbuit. Diſtat autem præfatus mons non longè à Bilveldia, ubi fortiſſimum caſtrum fuiſſe ipſa antiqua indicant veſtigia. Dicitur Levenburg à leone deaurato, qui in ſummitate altioris turris collocatus per provinciam circumquaque videbatur.

Hinricus Dux Saxoniæ, Bavariæ, Brunſwicenſis, Lunenburgenſis &c. eâ tempeſtate maximus ac potentiſſimus Germaniæ Principum fuit, cujus Principatûs dominium inter duo maxima Germaniæ flumina Rhenum & Albeam longo provinciarum tractu extendebatur. Fuit autem filius Hinrici Ducis ex Gertrude filia Lotharii Imperatoris, qui, ùt legitur, in primis cunabulis patre & matre orbatus, ubi primùm adolevit, pollens viribus, decorâ facie ſed multò maximè ingenio validus, non ſe luxu neque inerciâ corrumpendum, ſed ut mos Saxonum eſt, equitare, jaculari, curſu cum æqualibus certare, & cùm omnes gloria anteiret, omnibus tamen carus eſſe: ejus ſtudium, ùt de quodam dicitur, modeſtiæ, decoris, ſed maximè ſeveritatis erat: cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat: eſſe quàm videri bonus malebat, ita quo minùs appetebat gloriam, eò magis illam aſſequebatur: in omnibus glorioſis plurimùm

1164.

Laus Henrici Ducis.

C

A facere & minimum ipſe de ſe loqui. Is, recepto ab Imperatore Ducatu Bavariæ, ubi mores & naturas hominum cognovit, multa cura, multo conſilio in tantam claritatem brevi pervenerat, ut, treuga per totam Bavariam firmata, bonis vehementer carus, malis maximo terrori eſſet; adeò ut abſentem veluti præſentem timerent, leges pacis, quas ſanxerat, nemo ſinè pœna capitis auderet infringere. Is Methildam Anglorum Regis filiam conthoralem habuit, qui Rex Leopardos quinque inter inſignia vexit. Una igitur dierum ſocerum gener viſitans, Angliam pacificus ingreſſus eſt, qui inter cæteros binos ſibi leopardos ab inſignibus ſuis delens contulit genero, quos equi albi loco inter inſignia ſua Dux locaret, tres ſibi Rex reſervans. Gaudent Saxonum Duces, quo ſe ſpoliaſſe Anglicos nôrunt, munere. Is eſt ille Hinricus Leo, qui poſt longam peregrinationem leonem, itineris periculorúmque ſocium, ſecum in Saxoniam duxit. Grandis de hac re hiſtoria, ſi modò vera, texitur, cantatiſſima tamen in populo; verum quia ab autenticis hiſtoriographis non ſcribitur, ſub dubio veritas relinquitur. Vidi ego adoleſcens circa ejus mauſolæum inter arma ipſa machæram (qua beſtiam, linquum (*lyncem*) inquam, occidiſſe famatur) columpnæ appenſam, ſed & leonem ex marmore ſculptum ad mauſolæi pedes quaſi cubantem, argumentum geſtæ rei collocatum. Is item quia leonis nomen habuit, ut leonis ſui ducis comitíſque monumentum poſteris faceret, fuſoria arte leonem fieri ſibi fecit anno Domini 1166, quem in hodiernum diem Brunſwicenſi in civitate columpnæ impoſitum ante Regium caſtrum Ducis aulam videmus. Veruntamen Princeps tantus in deſtructione Mediolani, auro obcœcatus Italico, abs Imperatore deficiens, cum ſuo exercitu ad propria redîit: Quid non cogit ſacri auri fames? potentiſſimum Principem infamem & infidum fecit; putabant enim Mediolanenſes, ſi tanti animi & viribus virum a mœnibus retraxiſſent, reliquam exercitûs partem faciliùs ſuſtinerent. Nec profuit machinatio ſiniſtra ſubdolis; perſtitit enim

Inſignia Ducum Saxoniæ unde 2 Leopardos habeant.

B

C

Digitized by Google

enim cum ſuis Imperator, Colonienſis vel maximè auxilio ſuffultus. Verùm aliquando habita victoria, ubi fraus Imperatori innotuit, conſilio Principum Leoni ungulas præſcindere vímque ſuam debilitare diſpoſuit, ſatúmque ſemen, quod non niſi cruenta meſſe maturavit; capitales enim inimicitiæ inter Imperatorem & Hinricum initæ ſunt, quoad ambo vixêre, finem non habituræ; poſt aliquot enim annos Imperator immenſo contracto exercitu totam Hinrici regionem præter duas principales Brunſwick & Lunenburg civitates armis obtinuit. Quo etiam tempore Weſtphaliæ & Angariæ Ducatus Hinrico abſtulit ac Philippo tunc Colonienſi Epiſcopo dono dedit. Eſt autem Angaria Weſtphaliæ locus, non longè abs Hervordenſi opido ſitus, ubi quondam principale fuit caſtrum totius Saxoniæ, â quo & Angariæ Ducatus nomen accepit, pro ut in ſuperioribus dictum eſt. Facta eſt autem præfata infeudatio Epiſcopi in Ducatum Angariæ & Weſtphaliæ cum Imperialibus vexillis, prout moris eſt, ab Imperatore Frederico, præſentibus ibidem Wichmanno Epiſcopo Magdeburgenſi, Godfrido Duce Brabantiæ, Ottone Gelriæ, Philippo Flandriæ, Theoderico Clivenſi, Wilhelmo Juliacenſi Comitibus. Demum ut idem Hinricus humiliaretur, conſilio Principum tribus annis cum uxore & liberis exilio dampnatus eſt ac Angliam ingreſſus. Verùm triennio nondum elapſo, ubi audivit, quod Imperator pro recuperatione terræ ſanctæ iter arripiat, reverſus eſt, ac Barderwick opidum ſuum deſtruxit, Ducatúmque obtinuit, prout infrà dicetur.

A

Weſtphaliæ & Angariæ Ducatus diœceſi Colonienſi incorporantur.

B

C

Colonienſis, Monaſterienſis, Padeburnenſis & Myndenſis Epiſcopi, juncto ſibi Hinrico Duce Saxonum, Arnsburg opidum obſidione vallârunt, eâ moti ratione, quia fratrem ſuum Hinricus Comes in vincula conjectum deficere fecit. Capto itaque atque deſtructo opido Comes exulatur, qui tamen poſtea ſe ſuáque eccleſiæ Colonienſi tradidit, ſicque patriam recepit.

1165.

Item Comitatus Arnsberg.

Eodem tempore plures in diœceſi Colonienſi hæretici ſunt

A comprehenſi, qui à literatis viris examinati & victi per judicium ſæculare dampnati ſunt. Datâ ſententiâ, dum ducenti eſſent ad ignem ducti, unus illorum Arnoldus nomine, quem cæteri magiſtrum ſuum fatebantur, panem & pelvim cum aqua ſibi dari petivit, quod fieri à prudentibus eſt diſſuaſum, ne fortè quid opere diabolico faceret, quod infirmis eſſet in ſcandalum & ruinam. Qui extra civitatem ducti & juxta cimiterium Judæorum ſimul in ignem miſſi fortiter arderunt, multis videntibus & audientibus, Arnoldus ſemiuſtus diſcipulorum capitibus manum impoſuit: *conſtantes*, inquit, *eſtote in fide veſtra, quia hodie eritis cum Laurentio.* Cùm eſſet inter eos virgo quædam ſpecioſa ſed hæretica, & quorundam compaſſione ab igne ſubtractæ promitteretur, vel quod viro traderetur, vel ſi mallet, in monaſterio virginum collocaretur, cùm verbotenus conſenſiſſet, jam extinctis hæreticis, tenentibus ſe dixit: *dicite mihi, ubi jacet ſeductor ille?* cúmque ei magiſtrum oſtendiſſent, ex manibus tenentium elapſa, facie veſte tectâ, ſuper extincti corpus ruit, & cum illo in infernum perpetuò arſura deſcendit.

Ducenti hæretici comburuntur.

B

1172 Goſcalcus XXV Mimigardefordenſis Epiſcopus natione Saxo ex humili genere ortus & in Imperiali aula pædagogus hoc anno propter vitam laudabilem ab Imperatore promotus eſt. Hujus temporibus Comites de Teckenburg & Arnsburg, nobileſque de Meynhovele de novo pro advocatia ſuæ eccleſiæ ipſum infeſtârunt, ac eccleſiam ipſam depopulantes dioceſin inquietârunt. Unde Epiſcopus ipſos canonicè monitos excommunicavit; & cùm hoc modo nichil ſe proficere cerneret, armis ſe vindicare cœpit. Congregatis igitur omnibus eccleſiæ ſuæ vaſallis ac miniſterialibus, propoſitâ cauſâ, auxilium debitum requirit. Contemptus & irriſus à ſuis, ymmò advocatias reſtituere perſuaſus, dum precibus nichil proficit, ſub præſtiti juramenti ſacramento in prælium ipſos vocavit, qui ut preces ſic & minas contempſère, haud perpendentes hac contumatia ſua feudalia amittere poſſe. Unde Præſul

Godſcalcus 25. Epiſc. Monaſt.

C

ſul in Deum & ſanctum Paulum ſpem ponens, humano quotidiano auxilio deſtitutus cum paucis reſtitit & de hoſtibus glorioſè triumphavit. Unde poſtea Imperatore Goslariæ conſtituto, ſuos vaſallos cum miniſterialibus contumacibus Regio banno ad Imperatorem citavit, & ſententia Imperiali alii bonis feudalibus, alii vita privati ſunt, nec quicquam alicui reſtituit, ſed menſæ ſuæ ac auxiliatorum ſtipendiis impendit. Huic ſucceſſit Hermannus de Caſſenellenbogen XXVI Mimigardefordenſis Epiſcopus. Hic eccleſias à Theoderico deſtructas pro viribus reſtauravit, caſtrum Reynburg conſtruxit, caſtrum quoque Hütten Comiti de Teckenburg Hermanno, de advocatia amiſſa dolenti, dedit, ſed mox pœnitentia ductus caſtrum Landegge, quo aliud deſtrueretur, ædificavit. Is Præſul cum Frederico Imperatore in Sarracenos iter fecit, quem cùm pro ſalvo conductu petendo ad Conſtantinopolitanum Imperatorem cum quibusdam aliis Principibus miſiſſet, ab Imperatore detentus eſt, qud magnæ inter Imperatores diſcordiæ ſementum fuit, ſed demum cum complicibus ſolutus libertati redditus eſt. Is idem ab Imperatore obtinuit Principatum Weſtphaliæ, (id eſt, *ut ipſe ſit Princeps Imperii & civitas Monaſterienſis metropolis Weſtphaliæ*) ſub banno Regio & quidem jura Gograviatûs ac cætera Regalia accipere ab Imperatore homagii jure ejusdem eccleſiæ Pontifices deberent. Conſtruxit monaſterium monachorum in Wadenhart, quod nunc *Campus ſanctæ Mariæ* dicitur, ubi & primum lapidem poſuit, & mille quingentas marcas ibidem obtulit; Collegia inſuper ſanctorum Ludgeri & Martini fundavit in civitate Monaſterienſi, & primum ſe, mutato nomine, Monaſterienſem ſcripſit. Demum 30 Præſulatûs ſui anno ſub Frederico Imperatore debitum mortis ſolvit, Ottonem ſucceſſorem relinquens.

A

Contumaces Vaſalli puniuntur.

Hermannus a. 26. Ep. Monaſt.

B

C

Fundat monaſterium Mariënfeld item collegia SS. Ludgeri & Martini.

Soles tres hoc anno nonis Decembris in Occidente viſi ſunt, & poſt duas horas, cæteris deficientibus, qui medius fuerat, ſo- 1173.

A lus occidit. Simili modo proximis annis tres ſimul Lunæ apparuêre.

Hinricus Dux viſitat S. Sepulchrum. Eodem anno Hinricus Saxoniæ Dux cum quingentis ferè militibus Domini noſtri ſepulcrum viſitaturus transfretavit & quàm humaniter a Conſtantinopolitano & alio quodam Rege, pagano licèt, tractatus eſt. Interim Imperator in partibus Saxoniæ exiſtens potentiores quosdam provinciæ, quibus Dux urbes & caſtra profecturus commiſerat, terroribus promiſſionibúsque circumvenit ac juramento aſtrinxit, ſcilicet ſi Ducem redire non contingeret, urbes & provincias ſibi redderent.
B Quæ ubi Hinrico jam reverſo innotuêre, maximæ diſſentionis cauſam præſtitêre.

1175. Philippus Oſnaburgenſis Epiſcopus mortem obîit, cui Arnoldus ſucceſſit annis viginti.

1179. Varia bella. Gunterus Comes de Sweryn, qui Ducis Saxoniæ partis erat, grave bellum cum Symone Comite de Teckeneburg & filio Comitis de Arensburg in Oſnaburgenſi diœceſi habuit, ubi, cœſa multitudine vulgi, Comes Teckeneburgenſis multis cum militibus captus eſt ac carceri mancipatus.

Eodem tempore Bernardus de Lippia & Widekindus de Reda armata manu contra Soſatium tendentes provinciam eò
C loci circumquaque incendio vaſtarunt, & inde divertentes Medebecke opidum concremarunt. Indignatus igitur Colonienſis Archiepiſcopus, adjuncto ſibi Haſſiæ Lantgravio, fratréque ſuo Comite Palatino, in Hinricum Saxoniæ Ducem militem armat & caſtrum Haldesleve obſidens, vi capere ſtatuit. Qua in obſidione Lantgravio occupato, Hinricus in Haſſiam exercitum movit, vímque vi repellere cepit. Bellum inſuper ſtatuens, Lantgravium cum quadringentis militibus captivum abduxit. Eodem fermè tempore commiſſum eſt prœlium in Halverſtadenſi diœceſi inter Hinricum Saxoniæ Ducem ac Udalricum Halverſtadenſem, Wigmannum quoque Magdeburgenſem Epiſcopos; Hinricus autem inferior factus

trecentos

trecentos de ſuis amiſit; in quo etiam bello inter cæteros nobiles Teckenburgenſis Comes Symon cecidit. A

Magdeburgenſis Epiſcopus cum multis Principibus Saxoniæ Haldesleve caſtrum Ducis Hinrici, cui ejusdem Ducis nomine Bernardus de Lippia præerat, obſedit, & poſt multos labores intercluſo ibidem currentis alveo, aquarum abundantia obſeſſos anguſtiavit. Tandem undis aſperitate hiemis in glaciem aſtrictis, obſidentes ſubtus pedes calcaria ligantes, caſtrum fortiter aggrediuntur; verum Bernardi ac ſuorum animoſitate ſœpiùs repulſi, tandem conſentiente Hinrico, in manus Epiſcopi caſtrum traditum eſt. 1180. B

Eodem anno Fridericus Imperator ob commiſſum in ſe nephas in obſidione Mediolani Hinricum Saxoniæ Ducem citavit, ac omnia, quæ jure feudali ab Imperatore acceperat, privavit, quæ ſingula inter Principes diviſit. Unde inimicitiæ ortæ inter partes ſunt. Igitur anno ſequenti contracto exercitu Thuringiam ingreſſus, Narthus & Molhus civitates Imperatori abſtulit & igne vaſtavit, depopulatúsque eſt regionem usque ad Haſſiæ fines. Ludwicus igitur & Hermannus Lantgravii manu forti Duci in bellum occurrunt, & commiſſo prælio, multis hinc inde occiſis, Haſſiæ Principes cum ſexcentis capti ſunt. Divertit itaque Dux, & Amersleve, Jutterbeck ac Kalve igne ſuccendit, Halverſtat vi capit ac Ulricum Epiſcopum captum ſecum tulit, multíſque tormentis afflictum & debilitatum attenuavit, qua afflictione poſtea debilitatus mortem obîit. C

Philippus de Hynneburg XLIII Colonienſium Archiepiſcopus ex Decano majoris eccleſiæ inſtantia Friderici Imperatoris in Epiſcopum electus ſedit annis XXIV ſub Frederico ac filio ejus Hinrico Imperatoribus, vir quidem per omnia prædeceſſori ſuo ſimilis tam in dioceſis ſuæ quàm in Imperatoris negotiis diſponendis. 1181. Philippus 43. Archiep. Colon.

Fredericus Imperator irritatus Hinrici Saxonum Ducis præliis, contracto in unum pene regno, exercitum tripartivit, 1182.

uno

A uno Lechtenburg & Woldenberg, altero Lowenberg, tertio Blanckenborg obſedit & dolo magis quàm vi expugnavit. Dein per tres ſimul in unum exercitus conglobatos Honover opidum igni devaſtat, Lubecenſem civitatem armis capit, quam multis privilegiis dotatam, liberam ac Imperialem civitatem conſtituit.

Lubeca fit civitas Imper. libera.

1183. Ipſo anno Imperator Principibus Maguntiæ curiam tenuit, ubi dum ſupra teſtudinem ſederent, ruptâ teſtudine, in fluvium pertranſeuntem ceciderunt. Submerſi autem ſunt Dux Fredericus Bamburgenſis, Hinricus quoque Comes Swathenburgenſis nobiléſque alii & milites centum; Imperator autem

B feneſtræ juvamine, cui adhæſit, liberatus eſt.

1187. Interventu Principum Hinricus Dux, qui jam omnia pene ſua amiſerat, Imperatori reconſiliatus eſt, ita tamen, ut triennio exilio mitteretur, recepítque ſe ad Regem Angliæ, Imperatore interim Saxoniam adminiſtrante.

Jeroſolymæ à Saracenis occupatæ recuperatio fruſtra tentatur.

Eodem anno triſte nuntium Occidens accepit, captam ſcilicet â Sarracenis Jheruſalem, gentium Dominam factam ſub tributo; & ſequenti mox anno Imperator Frederico filio ſuo, Duci Sweviæ, multíſque aliis nobilibus in Maguntia curiam celebrans, ab Herbipolenſi Epiſcopo cruce ſignatus eſt, congregatáque multitudine Principum, iter pro recuperanda

C Jheruſalem arripuit. Inter quos Principes & Otto de Benthem Monaſterienſis Epiſcopus cum fratre ſuo Comite, Ludwicus Rex Franciæ & Richardus Anglorum Rex, qui eâ tempeſtate pro terra ſancta recuperanda in Sarracenos exercitus moverunt, ſe miſcuit. Et, dictu mirum! tres potentiſſimi mundi Reges in unum concurrentes uno utique animo magna & ſtupenda patrâſſent, ſi miſtica munera ſecum attuliſſent. Verùm contentio facta eſt inter Principes & errare fecit eos in invia & non in via. Mortuus eſt autem ibidem Otto Monaſterienſis Epiſcopus unà cum Guntero Oſnaburgenſi in peſte, quæ exercitum Damaſcum obſidentem invaſit, ac in ſabulo Damaſceno cum multis aliis ſepultus. Dum autem Widekindus

Digitized by Google

dus Padeburnenſis eccleſiæ Advocatus, Comes de Swalenburg & Waldeck tanti ſe ſocium operis facere diſpoſuiſſet, ipſam advocatiam in manus Domini Bernardi Padeburnenſis Epiſcopi, præſente toto ejusdem eccleſiæ capitulo, Hermanno & Hinrico fratribus aſtantibus & conſentientibus, júsque ſuum, ſi quod in ea haberent, abdicantibus, libere reſignavit, ſícque pro benivolentia ex eccleſiæ theſauro trecentarum marcarum argenti ſummâ acceptâ, condito teſtamento, iter Jeroſolimitanum unà cum Imperatore devotus arrripuit. A Advocatia eccleſiæ Paderborn. eidem reſignatur.

Otto igitur de Benthem XXVII Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopus, Comitis de Cappenburg conſanguineus. Hic primus fuit Epiſcoporum per Capitulum libere electus; nam ante hunc Imperatores Epiſcopos conſtituêre, quos ſanctitate & virtutum eminentiâ tanto dignos honore judicaverunt. Verùm quia eo tempore inter Adrianum ſummum Pontificem & Imperatorem Fredericum (qui tunc quaſi quottidie in Alamania, præcipuè in Tremonienſi civitate ſedem ſuam locaverat) diſſenſio fuit, occaſionem nacti Canonici, quodcuncque obtinere vellent, poſſe, jus ſibi eligendi eccleſiæ ſuæ paſtorem atque Pontificem acceperunt. Otto 27. Epiſc. Monaſter. primus â Capitulo libere eligitur. B

Hinricus Saxoniæ Dux exilio relegatus ad tres annos, auditâ Imperatoris pro terra ſancta recuperanda peregrinatione, 1188. ante ſtatutum ſibi tempus, hoc ſcilicet anno, in Saxoniam reverſus eſt, ac primùm Bardewick contendit, at cives, qui jam C dudum ad Imperatorem defecerant, debitum illi occurſum omittentes, etiam poſtulanti urbis ſuæ introitum negârunt: putabant, jam ad tempus humiliatum Principem â priſtina virtute ac fortitudine animi corruiſſe, nusquam advertentes, neminem unquam tam deſperatum rerum ſuarum exitum aliquando vidiſſe, cui non liceret ſperare meliora, nec aliquem aliquando tam profundo ac humili jacuiſſe loco, cui non liceret levare caput. Itaque contemptui habitus contrahit exercitum, arma præparat, ad expugnandum urbem inſtrumenta coaptat, urbem rebellem vallat & expugnare certat. Cives

A in armis & loci munitione confiſi obſidentem ſe Principem flocci pendunt, irrident, conviciis infeſtant, ymmò rem fœdam, animadverſione ſæviori dignam attenptant, qua re Ducis furentem animum magìs accendunt; aſcenſis enim muris, veſtimentis elevatis, poſteriora natum Principi oſtendunt. Irruit igitur in eos ut leo ſæviens, urbem expugnat, & ſumpto de civibus ſupplicio, in villam redegit. Novem ibi eccleſiæ poſteris in monimentum geſtæ rei illæſæ permanſêre. Perterriti Lubecenſes ultro ſe Duci tradidêre, quæ tamen civitas per triennium per Holſatiæ Comitem Hinrico ablata eſt, & ad tempus â Comite poſſeſſa. Eſt autem Lubecenſis civitas potentiſſima, ſinè cujus auxilio vix unquam Datiæ Reges continere ſuos ſubditos valent. Duodecim reipublicæ præſunt, quos Conſules appellant, quorum perpetua poteſtas eſt, & in equeſtri dignitate conſtituti ſunt, popularibus non conceditur ulla de regimine urbis conſulendi facultas, nec tamen ſervire plebs videtur; ſua cuique ſubſtantia tuta, & libertas, ſalvis legibus, ùt velint vivere. Æquum judicium Conſules agunt, ab hys Cæſar, ſi exceſſerint, appellatur.

Bardewick civitas Luneb. devaſtatur.

Lubecæ laus.

B

Ubi Fredericus Imperator Conſtantinopolitanum Imperatorem armis compeſcuit, belláque plurima in Thurcos proſpero ſucceſſu patravit, civitatem quoque Dei ſuo adventu lætificavit, tandem omnibus mœſtitiam relinquens vitâ diſceſſit: erat enim tempus æſtivum, quo, Sole tenente Leonem, Julius ardebat. Unde dum fatigati ad loca tuta Armeniæ perveniſſent, Imperator armorum pondere preſſus & longi ſudoris incommodo gravatus, delectatus eſt ſpecie torrentis, quem pertranſiturus erat; depoſitis igitur veſtibus, nudus transnatare conabatur, ſed, apertis poris corporis vi caloris, aqua frigida ſubitò interclusit vitalia, & ſic Princeps ille nobilis, Imperator ſtrenuus, miles providus, vir prudentiâ præcipuus diem clauſit extremum, menſe Auguſto die Dominicâ.

1189. C

Fridericus Imper. aquis præfocatur.

Hic Divus Auguſtus & corporis formâ & moribus talis fuit, ut laudibus ejus nichil ne Imperii fraudet invidia, for-

ma

ma corporis decenter exacta, ſtatura longiſſimis brevior, pro- A
cerior eminentiórque mediocribus, flava cæſaries paululum
à vertice frontis criſpata, orbes oculorum acuti & perſpica-
ces, barba ſubrufa, totaque facies læta & hilaris, bellorum
amator ſed ut per ea pax acquireretur. Poſtquam autem Aquis
Rex unctus fuit, Merſeburg in Penthecoſte curiam generalem
celebravit, ubi Rex Danorum ad curiam vocatus venit, & ho-
minio ac fidelitate factâ, coronam regni de manu Frederici
accepit; deinde Cirenſem Epiſcopum Wicmannum ad Archi-
epiſcopatum Magdeburgenſem tranſtulit, & quanquam mul-
tæ lites & controverſiæ inter Fredericum & Romanam eccle- B
ſiam fuiſſent, ad ultimùm tamen Regium opus Apoſtolica au-
toritas confirmavit. Poſt hæc expeditionem Romam movit &
validâ manu Lombardiam intravit, & quæ propter longam
abſentiam Imperatorum ad inſolentiam declinaverat & ſuis
confiſa viribus aliquantulum rebellare ceperat, per ipſum de-
ſtructa & in ſervitutem redacta eſt. Mediolanenſes verſuti &
ſuperbi verba ipſi ſine fide dederunt, ut ſuâ conceſſione ſuper
Cunos & Landam dominium habere mererentur, multam
pecuniam promiſerunt; ſed cùm nec prece nec pretio ani-
mum Regis flectere poſſent, adverſari ceperunt, & nonnul-
lis irrogatis injuriis inimicitias inierunt, caſtrîsque eorum for- C
tiſſimis deſtructis, natale Domini eò loci celebravit, & per
Vercellam & Thaurinum iter faciens, Paduam tranſivit, inde
Cayram maximam & munitiſſimam villam deſtruens, Aſcam
civitatem incendio vaſtavit; deinde Terdone civitate munitiſ-
ſimâ obſeſſâ & poſt triduum burgo capto, poſt multas cædes
& miſerabilem ſtragem ipſam Terdonam deſtruxit; qua de-
ſtructa Papienſes poſt glorioſum ipſius triumphum, ut vi-
ctoriam glorioſiorem facerent, ad civitatem Imperatorem in-
vitarunt. Ibi in corona & maxima lætitia & ingenti ſervitio
civitatis tres dies deduxit, deinde directo tramite per Longo-
bardiam in Romaniam & Tuſciam tranſiens Sutrium uſque
pervenit, ubi & Papa cum ſuis ipſi occurrit, conſecrationém-

Ejusdem encomium ac geſta quædam.

A que paternè obtulit, ſuáque gravamina, quæ a Romano populo paſſus erat, expoſuit, sicque tandem Romam pervenit; & tunc Romani nuncios ad ipſum Imperatorem miſerunt & maximam pecuniam pro fidelitate eorum & ſervitio, tria quoque juramenta exquisîerunt. Inde conſilio Papæ & Cardinalium, quia Imperium curiæ noluit, nec vulgo præſtare ſacramenta debuit, ut eorum dolos & machinamenta declinaret, Octaviano Cardinale conducente, maxima pars militiæ Imperatoris nocte per portam parvulam juxta ſanctum Petrum intravit, & ſic monaſterium ſancti Petri præoccupavit. Manè facto, Dominus Papa cum tota eccleſia ad baſilicam ſancti Petri

B præceſſit Imperatorem, & ad gradus cum maxima proceſſione ſuſcepit, & missâ celebratâ ad altare ſancti Petri & Pauli in honore ſanctæ Mariæ Virginis, quia Sabbatum erat, benedictionem coronæ Romani Imperii largiter ſuper caput Regium effudit. Quo ritè facto, dum omnes nimio labore & æſtu confecti ad tentoria redirent, ut cibum caperent, Romani de ponte Tiberino proſilierunt, & in monaſterio ſancti Petri duobus de Imperatoris ſervis occiſis & Cardinalibus ſpoliatis, Papam capere intendebant; at Imperator deforis ſtrepitum audiens, armatus per muros cum ſuis irruit & totâ die cum Romanis conflictum habens eorum pene mille occidit &

C in Thiberi ſubmerſit & captivos duxit, donec nox ambos exercitus diremit. Manè facto, quia victualia exercitui defecerunt, aſſumpto Papâ & Cardinalibus, cum triumpho victoriæ Imperator lætus diſceſſit, & omnibus caſtris & munitionibus, quæ circa urbem erant, in poteſtatem Imperatoris deditis usque Albam venit, ubi per aliquot dies cum Papa moratus eſt. Inde Spoletum venit & quia rebellis erat, & Comitem Guidonem Guerram & cæteros nuncios Regios in captivitate tenebat, aſſultum ad civitatem fecit, & munitiſſimam civitatem, quæ centum pene turres habebat, â tertia usque ad nonam pugnans vi cepit, & infinitis ſpoliis acceptis, funditus deſtruxit. Inde versùs Anchonem iter faciens Paleologum

gum

zed by Google

gum nobiliſſimum Principem Græcorum & Maroducum ſo- A
tium ejus cum cæteris nunciis Conſtantinopolitanis obvios habuit, qui, ut in Apuliam iret, & hoſtem utriusque Imperii Guilhelmum potentiâ virtutis ſuæ contereret, infinitam pecuniam dare ſpoponderunt. Quia verò militia propter multos labores & bella nimis attrita fuit, placuit magis Principibus redire, quàm in Apuliam deſcendere, ſicque Imperatore cum ſuis redeunte, & Græcis cum ſuperbia multitudinis ſuæ & copioſa pecunia in Apuliam euntibus, Paleologus poſt adeptum Barum & munitionem deſtructam obiit, & Guilhelmus, congregato exercitu, repente in Græcos irruit, & paucis captis, cæteris occiſis, omnem pecuniam aſportavit; Imperator verò cum maxima victoria Veronam usque pervenit. B

Hinricus præfati Frederici Imperatoris filius, duodecimus Germanorum Imperator hoc anno Imperio ſuſcepto imperavit annis octo. 1190. Henricus 6tus Imp. Hic interventu Principum Hinricum Saxoniæ Ducem primo Imperii ſui anno, mortuo patre, ad gratiam recepit; quam ob rem Hinricus ipſius Ducis filius cum Rege in Italiam ſe contulit, qui, ubi Romam venit, majori ſolemnitate ob patris famam à Cæleſtino ſuſceptus eſt quàm Imperator ipſe. Unde indignatus filium patri remiſit cum indignatione, additâ etiam comminatione, quod muros Brunſwicenſis civitatis à patre reſtitutos ſolo æquare vellet. Unde Hinricus muris mœnibúſque firmatis, impavidus Imperatoris reditum ſuſtinuit; C nihilominus Imperator anno ſequenti ſcilicet 1192, tertio ſcilicet Imperii ſui anno a Cæleſtino Romam vocatus in ſolemnitate Paſcali, celebrata ipſius Pontificis coronatione, coronatur, & mox eidem Conſtantina Guilhelmi Siciliæ Regis filia, nuper è monaſterio educta nuptui traditur, Syracuſa & Catania urbibus ſibi dotis nomine deſignatis, quæ peperit ei Fredericum Imperatorem futurum.

Eodem anno Saxoniæ Dux contra Saracenos expeditionem maximam fecit: Hinricus enim Imperator a ſummo Pontifice vocatus ac ad bellum Aſiaticum hortatus, cùm per ſe Jheru-

A ſalem petere non poterat, Archiepiſcopum Moguntinum & Saxoniæ Ducem cum maximis copiis eò deſtinavit.

Anno primo hujus Hinrici Imperatoris præcepto, Hinrici Ducis Saxonum Lunenburg civitas conſtructa & muris & ſeris firmata eſt; antea enim villa erat *Moyerſtorp* dicta. Verùm Bardewick deſtructa, hæc inchoata eſt.

1195. Obitus Henrici Leonis. Hinricus Leo Saxoniæ Princeps circa Paſcæ feſtum in Brunſwicenſi civitate infirmitate correptus per quindenam usque ad beati Sixti Papæ feſtum decubuit, in quo die mortuus eſt ac ad ſanctum Blaſium ſepultus; filius autem ejus Hinricus, B paterni Ducatûs hæres, duxit uxorem Conradi Palatini Comitis filiam, cum qua & inter dotem Imperatoris quoque amicitiam accepit, quem & Palatinum Comitem & exercitûs ſui Ducem conſtituit; & quia Imperator infirmitatem incurrit, dum per ſe bellum inire nequit, Hinricum hunc cum exercitu contra inferioris Siciliæ Regem ſibi rebellantem miſit, quem prælio ſuperatum captúmque vinculis ligavit, plurimáque Imper. Henricus veneno extinctus. alia bella Imperatoris nomine fortiter geſſit. Demum Imperator ipſe in expeditione, quam trans mare fecit, ab uxore veneno in Sicilia civitate Meſſana juvenili in ætate interemptus C eſt, ac Spiræ, ùt quidam volunt, conditus, relicto parvulo filio futuro Imperatore magnifico.

Hinrico defuncto, magna inter Electores diſſentio facta 1200. eſt: Adolphus enim Colonienſis & Theodericus Treverenſis Grave ſchiſma Imperii. Archiepiſcopi & Electores in Ottonem Saxoniæ Ducem, ùt dicunt, Hinrici Leonis filium, Conradus Maguntinenſis cum cæteris Principibus Philippum præfati Hinrici Imperatoris fratrem deſignarunt Regem, factáque eſt contentio inter Principes, & dum unus præ alio Regem voluit, regnum perturbavit. Unde ortæ ſunt ſeditiones, bella, odia, depopulationes provinciarum, urbium ſubverſiones, caſtrorum ac munitionum deſtructiones, duravitque annis non minus undenis: Aquiſgrani civitas Philippi partes tenuit, ad quam defendendam, ne Ottonis ibi coronatio fieret, milites miſit; Colonia

autem

Digitized by Google

autem, in qua & ſe Otto receperat, hoſpiti ſuo favit, qui A
item juncto ſibi Adolpho Colonienſi Epiſcopo Aquis civitatem
obſedit. Unde Philippus, qui tunc Alſatiam & Argentinam
occupavit, ſoluta obſidione contra Adolphum venit & pro-
vinciam vaſtavit, Colonienſem civitatem obſedit, & civibus
bello ſuperatis, Ottonéque cum Adolpho fugatis, armis cepit.
Proſequitur inter fugientes Adolphum Philippus, quem & in
Waſenberg obſedit, captóque caſtro, fidelitatem ſibi jurari
fecit, vel ùt alii volunt, ſacra auri fame inductum, poſthabi-
to Hinrici filio Ottone, Philippo adhæſit, accepto inprimis ju-
ramento ſimul & fidejuſſoribus ſe illius privilegia non infra- B
ctum iri. In vigilia igitur Epiphaniæ Domini ab Adolpho Phi-
lippus Aquis coram Principibus in Regem conſecratus eſt, ac
Spiræ reverſus convocationem Principum fecit. Quæ res im-
placabilem inter Ottonem & Adolphum iram peperit. Accu-
ſatus igitur hac de re ab Ottone Adolphus coram ſummo Pon-
tifice, dum Papa Innocentius animadverſa Prædeceſſoris ſui
ſententia, qui, depoſito Philippo, Ottonis electionem confir-
maverat, prout habetur *de elect. c. venerabilem;* ſimul &
perpondens, Philippum Hinrici fratrem, genitorémque am-
borum Fredericum contra Romanos Pontifices inſæviſſe, &
ipſe Ottonem Imperatorem pronunciavit. Quam ob rem Phi- C
lippus eccleſiam perſequitur & ab Innocentio excommunica-
tur; ſed & Adolphus Colonienſium Archiepiſcopus, a ſum-
mo Pontifice citatus, dum contumax efficitur, excommunica-
tionis & ipſe ſententia ligatur. Quam ſententiam dum non
curaret, a ſummo Pontifice per Syfridum Maguntinum & Ca-
maricenſem Epiſcopos, Apoſtolicæ ſedis Legatos, ad hoc
miſſos coram Ottone Rege ac multis Principibus, dum ob-
jectis ſibi reſpondere non poſſet, depoſitus eſt, reſignatis ta-
men ſibi ex miſericordia pro vitaliſmo quadringentis marcis
annuatim: ipſis etiam Canonicis auctoritate Apoſtolica man-
datum eſt, ut ſibi alium eligerent Epiſcopum, aut ſi fortè
mallent, a ſummo Pontifice, quem ipſe mitteret, ordinatum

reci-

Digitized by Google

A reciperent, qui Brunonem eccleſiæ ſuæ Præpoſitum elegerunt; Adolphus autem Philippum tunc Spiræ reſidentem petiit, quid paſſus eſſet, conqueſturus; compaſſus Rex viro vindictam meditatus eſt. Immenſo itaque exercitu contracto cum adhærentibus ſibi, qui tunc Spiræ erant, Principibus in Brunonem electum bella acturus in Colonienſem dioceſin venit, ubi, conſtructo Landeſcrone in ſuorum præſidium, Coloniam obſedit, ſed & Nurſiam obſeſſam ac captam Adolpho dono dedit. Hæc inter Haſſiæ Lantgravius Regem Bohemiæ a Philippo amovens Ottonis in partem traxit. Philippus autem curiam Principum in Magdeburg celebravit, ubi & de-
B populationes civitatum, incendia villarum cædéſque hominum fiunt. Inter quæ Philippus contra Haſſiæ Lantgravium movens, animadverſa Ottonis Bohemiæque Regis præſentia veritus certamen inire, declinans Erfordiæ ſe mœnibus incluſit; & dum iterum ſe cum Philippo miſcuerunt, Bruno a Philippo captus integro anno carceri mancipatur. Qua re comperta, Dominus Apoſtolicus Philippum excommunicatione denuo notavit, miſſóque Cardinale legato pro pace componenda hoc modo obtinuit, quod ipſum Apoſtolico reſignaret ac in Papæ poteſtatem traderet, & quia plures Saxoniæ
C Proceres Philippus adhærentes habuit, videlicet Magdeburgenſem, Hildenſemenſem, Halverſtadenſem Epiſcopos, Regias quoque Saxoniæ civitates, quorum quarúmque auxilio confiſus Saxoniam intravit, cunctiſque ferro ac flammâ demolitis, Brunſwicenſem civitatem obſedit. Habuit autem iſte Philippus Armegardim Dalmatiæ Regis filiam, quæ peperit ei filias duas: Ethiſa una; hæc Græciæ Duci nupſit, Beatrix altera: hæc mortuo patre Ottoni Imperatori tradita eſt; per quam copulam, omnis controverſia inter Swevos Saxonéſque ſopita eſt.

1204. Bruno 3. 44. Archi, ep. Colon. Bruno tertius XLIV Colonienſium Epiſcopus ſedit annis tribus, in cujus electione diſſenſio facta eſt: alii enim hunc ex Decano majoris eccleſiæ, alii quendam Lotharium Bunnen-

ſem

Digitized by Google

ſem Præpoſitum elegerunt. Verùm Bruno ſanguinis generoſitate præcelſior, intruſus magis quàm libere electus, Pontificatum obtinuit; erat enim Frederici Imperatoris frater, vir ſenex & probus, qui poſt tertium Pontificatus ſui annum, in Hinrici Imperatoris manu reſignato Epiſcopatu, monachus factus (*in monaſterio ſcilicet veteris Montis Ord. Ciſterc.*) ſanctè vixit, ſanctiúsque conſumavit. In cujus locum Adolphus poſt ipſam reſignationem in officio Pontificatûs ſucceſſor XLV ſub Hinrico Colonienſium Epiſcopus fuit. Sedit autem annis duodecim electus ex majoris eccleſiæ Præpoſito, ſed poſtea à ſummo Pontifice depoſitus per Apoſtolicos Legatos, ùt jam in ſuperioribus dictum eſt. A Adolphus 45. Archiep. Colon. B

Commiſſum eſt bellum durum ſatis & cruentum inter Symonem Thekenburgenſem & ſuos complices, & Hermannum Ravesburgenſem Comitem & ſuos; in quo quidem bello Symon Comes cecidit, victor licet fuerit; Hermannus verò cum Ottone filio captus & duriùs exactionatus eſt. 1207.

Eodem anno III kal. Februarii, Philippo Rege celebrante curiam ſolempnem cum Principibus, ſignum magnum apparuit in ſole: in tres ſiquidem partes diviſus eſt ita, ut intervalla eſſent inter partem & partem ad inſtar lilii tres flores habentis. Quod ubi notari cepit, multi concurrunt ſuper tanto miraculo diſputantes; Hermannus verò Lantgravius interpretatus eſt, unum de Principibus Imperii eodem anno moriturum eſſe. Poſt multam horam coierunt partes & redintegratum eſt corpus ſolare; voluit enim Deus ſtatum Imperii Principibus congregatis oſtendere: ſol enim Romanum Imperium ſignificabat, hujus triplex diviſio ſciſma Imperii diviſi oſtendit; tres enim ſibi Romani Imperii nomen uſurpârunt: Fredericus, Philippus & Otto; horum uno occiſo, altero depoſito & defuncto, tertius ſolus regnavit, & quaſi ad ſuam plenitudinem ſol diviſus rediit. In quibusdam provinciis eodem die viſæ ſunt quinque partes: per tres partes tres ſupradictos ſignificantes, per duas reliquas Bernardum Ducem Saxo- C Fabuloſa interpretatio apparitionis & eclipſeos in ſole.

A niæ & Bertolphum Ducem Thuringiæ, qui ſatis ambo pro Imperio laboraverunt prætendentes.

Menſe ſequenti ſcilicet kalend. Martii ecclipſis ſolis horrida meridie facta eſt magnæ rei prænoſticum, quod multi videntes extimuerunt; quem ſolis defectum Philippi mortem præſignâſſe fama eſt, qui ſequenti anno occiſus eſt & defecit; particula autem parva luminoſa, quæ recreſcere cepit & augmentari, Otto fuit, qui poſt Philippi mortem glorioſus evaſit. Philippus enim â Palatino Comite ſedens in conclavi

B tempore minutionis ſuæ interfectus eſt, cujus mortem Hinricus de Caladin adeo perſequutus eſt, quod eundem ſicarium viriliter invadens occidit.

1209. Philippus Imper. occiditur.

Ottone, ùt præmiſſum eſt, fugato ac dioceſi Colonienſi jam Philippo ſubjectâ, dum idem Philippus nichil mali ſuſpicatus, Franconiam veniens, Bamburgenſem civitatem peteret; â Palatino Comite Wittelenbacenſi occiſus eſt. Sicarius, ùt præmiſſum, ejus vindictam paſſus eſt. At Bertulphus Comes Palatinus ob commiſſum ſcelus â Bohemorum Rege Philippique defuncti neceſſariis patriâ pulſus, apud Apuliæ Regem exulavit; qui tamen interventu Principum poſt aliquot annos terræ ſuæ reſtitutus eſt. Sepultus eſt autem idem Philippus

C â ſuis in Bamburgenſi eccleſia, poſtea tamen Spiræ translatus eſt. Uxor autem ejus Græciæ Imperatoris filia, morte mariti auditâ, dolore concepta mortem obiit, at Bruno Epiſcopus indulto Apoſtolico in ſuam dioceſin è Roma rediit, & brevì pòſt mortuus vitam ſempiternam morte commutavit ac in majori eccleſia Eccleſia ſepulturam, quam elegit, accepit.

Succedit Otto.

Mortuo verò, ùt præmiſſum eſt, Philippo, Principes Philippi partis ad Ottonem venientes obtulerunt ei viginti duo marcarum milia, redimentes auro Ottonis indignationem, ſícque â Brunſwicenſium civitate Principum catervâ comitatus, Franckfordiæ concorditer electus eſt, & ab Innocentio coronâ donatus; conſilio autem Innocentij Beatricem Philippi filiam uxorem accepit, nuptiæque in Narthuſen celebratæ ſunt;

quæ

Digitized by Google

quæ tamen Beatrix poſt quindenam mortua eſt, & in Brunſwick ſepulta. Poſt hanc duxit Mariam Brabantiæ Ducis filiam, quæ etiam ſinĕ liberis obiit. Dum autem idem Otto Romæ pro corona fuit, nullam apud Romanos gratiam habuit. Unde nonniſi manu armatâ quocunque in urbe inceſſit, ac quodammodo contra voluntatem Romanorum Imperii coronam accepit. Qui haud longè poſt coronationem juramentum præſtitum frangens in eccleſiæ bona vim fecit, & â ſummo Pontifice admonitus, dum non deſtitit ſed ſcelus augmentavit, etiam excommunicatus eſt. Quam ſententiam quia non curavit, ſed contra eccleſiam atque ejus Paſtorem, quantum potuit, mali egit, iterum ab Imperio depoſitus eſt, ac Auguſtali majeſtate privatus poſt quarto anno Imperium & vitam amiſit. A B

Albienſium fœda hæreſis brevi ad mille pene civitates infecit, & ſi non fuiſſet gladiis fidelium oppreſſa, totam Europam corripuiſſet. Unde ipſo anno prædicata eſt contra Albienſes in tota Alemania & Francia crux, & ex tunc ſequenti anno aſcenderunt contra eos de Alemania Ludolphus Dux Auſtriæ, Adolphus Comes de Monte, Wilhelmus Comes Juliacenſis cum multis aliis æquè nobilibus. Veniens igitur exercitus obſedit civitatem magnam, quæ Biders vocatur, in qua plùs quàm centum hominum milia fuiſſe dicebantur; hæretici ſe obſeſſos videntes, muros aſcenderunt ac in oculis fidelium ſuper evangelium mingentes contra fideles projecerunt. Unde quidam fidei zelo accenſi, accedentes intrepidi, âppoſitis ſcalis muros aſcenderunt, â quorum facie hæretici territi introitum fidelibus dabant. Cognoſcentes igitur ex confeſſoribus illorum inter hæreticos fideles eſſe commixtos, Abbati Ciſtercienſi Arnoldo, quid factu opus eſſet, interrogârunt, an cum lolio & triticum conculcarent: *cædite*, inquit, *novit Dominus, qui ſunt ejus.* Timuit vir ſanctus, ne hæretici mortis timore ſe fingerent fideles, & infidelibus occiſis, recidivarent. Multa igitur ibi hæreticorum milia occiſa ſunt, ſed & per omnes C

1210. Hæreſis Albigenſium oritur & extinguitur.

A provincias, civitates, caſtella miſeris ſe ultro mortibus ingerentibus. Fuit autem error illorum multiplex & varius: quidam hæreſiarchæ collegerunt puncta Manichæi ex dogmate, quæ in Pariarchæo ſcripſiſſe fertur, oretenus quoque plurima adjicientes: duo credunt cum Manichæo principia; Deum bonum & Deum malum, quem dicunt omnia corpora creare, ſicut Deus bonus omnes animas creavit; beneficia pro mortuis impenſa irrident, babtiſma abjiciunt, Chriſti Corporis Sacramentum blaſphemant, gloriam ſpiritûs ſe dicunt expectare & plura his ſimilia. Cæterùm Albienſes ante dicti exercitûs adventum jam ſupradictum Mirolimomelinum Regem
B Marroch in auxilium ſibi invitârunt, qui de Aſſiria in Hiſpanias cum tam incredibili multitudine venit, ut totam ſe Europam poſſe obtinere ſperaret, Innocentióque Pontifici ſummo mandavit, equos ſuos in porticu eccleſiæ ſancti Petri velle ſtabulare, ſupérque illum vexillum ſuum figere. Sed Deus, qui frangit omnem ſuperbum, anno 1212 decimo ſeptimo kalend. Auguſti ſexaginta pugnatorum milia de exercitu ejus per fideles ſuos occidit; ipſe verò in Siciliam ſe transferens ex dolore mortuus eſt, cujus vexillum principale in bello captum ac Innocentio transmiſſum in prædicta eccleſia ad gloriam Chriſti eſt erectum.

C
1212. Fridericus eligitur Imper. Otto Imperator bona eccleſiæ violenter ſibi appropriaris à ſede Apoſtolica excommunicatus eſt. Unde Principes ejus in locum Fredericum Hinrici Imperatoris filium Regem elegerunt; unde ſequuta ſunt bella, provinciæ hinc inde devaſtatæ, maximè autem Magdeburgenſis & Halverſtadenſis Epiſcopatus, & quæ ultra Albeam regio eſt, quæ Frederico adhærebat. Nec minorem plagam Fredericus Ottoni ſuíſque fratribus inferebat, duravítque cruenta hæc meſſis cunctis diebus, quibus Otto ſupervixit.

1213. Gerhardus Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus in Bremenſem Archiepiſcopum hoc anno aſſumptus eſt; rexit autem octo annis Oſnaburgenſem eccleſiam fideliter adminiſtrans.

Quo

Quo quidem anno Wilhelmus Lunenburgenſis Dux carne ſolutus mortem obiit. A

Brunone Epiſcopo Colonienſi, ut præmiſſum eſt, defuncto, Adolphus de Monte ex Præpoſito Collegii ad Apoſtolos Archiepiſcopus factus, vir omnium judicio Deo devotus, probus & ſanctus. Sed, ùt fit, honores mores ejus mutârunt: nam factus Epiſcopus exactionibus inſolitis provinciam gravavit. Is Ottoni conſenſit, quem jam pridem Apoſtolicus excommunicaverat; ejus enim auxilio Otto provincias vaſtavit, nec ſuis quidem pepercit. Quam ob rem Papa Legatum Coloniam miſit, qui in quinta ante Paſcæ feſtum feriâ, Epiſcopo Criſma conſecrante, civitatem ingreſſus eſt, ac Epiſcopo excommunicato & depoſito â ſede ſua & civitate expulit; qui Romam veniens, dum nichil proficit, ultro reſignans, quadringentas marcas annuatim pro vitaliſmo accepit, Canonicique adunati Engelbertum elegerunt. 1218. Adolphus eligitur Archiep. Colon. & deponitur. B

Ipſo anno Otto Imperator in Hertesberg vitam & Imperium àmiſit, ſepultus in Brunſwick, Frederico Hinrici Imperatoris filio, ſuo æmulo Imperii ſceptra relinquens.

Eodem anno Gerhardus Epiſcopus Oſnaburgenſis reformavit & ad regulárem tramitem reduxit monaſterium monialium in Hertzebrocke, quod â diſciplina regulari jam longè oberraverat; & ut propenſius rem exequi poſſet, ſororem ſuam ſanctimonialem, fœminam religione præcipuam, ipſis vagis mulieribus ibidem Abbatiſſam præfecit, quæ collapſam diſciplinam relevaret & in obſervantia regulari gregem ſibi commiſſum cuſtodiret. C Reformatio monialium in Hertzebruch.

FINIS LIBRI V.

BERNARDI WITTII LIESBORNENSIS

HISTORIA
ANTIQUÆ OCCIDENTALIS SAXONIÆ
SEU NUNC
WESTPHALIÆ.

LIBER VI.

Fridericus II. Imp.

CFredericus ſecundus, filius Hinrici Imperatoris, XIII Germanorum Imperator, depoſito, ut præmiſimus, Ottone ac Imperii titulis privato, inſtigante Francorum Rege Philippo, ab Electoribus ſubrogatus eſt, cujus electionem Papa confirmare eâ ratione diſtulit: novit enim Swavorum genus Romanæ eccleſiæ ſæpe nocivum fuiſſe, nec electum degenerare velle timebat; veruntamen demum conſenſit. Accepit autem Arragoniæ Regis filiam uxorem Mariam nomine, quæ Hinricum Romanorum Regem peperit, qua mortuâ, Iſabellam Accon Regis filiam duxit, cum qua Jeroſolomitanum regnum accepit, quæ peperit ei Conradum Regem Jeruſalem & Menfridum Apuliæ Ducem. Ipſa autem

Iſa-

Digitized by Google

Iſabella *primò* nupſerat Anfrido de Turono, *2dò* Marchioni de Monteferrato, quem haſſeſſini ſicariis cultris interfecerunt in Tyro. *3tiò* duxit Hinricum Campaniæ, qui per feneſtram loriculis carentem cadens expiravit. *4tò* nupſit Frederico præſenti, Hinrici Imperatoris filio. Habuit autem Iſabella ſororem Sibillam, quæ Widoni Regi tradita eſt conjugio; mortuâ autem Iſabellâ, tertiam accepit uxorem Metildam Angliæ Regis germanam, quæ peperit ei Fredericum Tuſcanum & Ericum Longobardorum Reges, Agnetem quoque & Conſtantiam filias, quæ Conrado Thuringorum & Ludwico Haſſiæ Principibus traditæ ſunt. Erat autem ipſe Fredericus vir expertus, in multis ſatis literatus, multarum linguarum ſcientiâ peritus, latinâ, Græcâ, Theutonicâ, Lombardicâ, Sarraceniçáque expertus, cui licèt in multis Otto reſtitit, adjuvante tamen ſe Francorum Rege, ſemper vicit & Ottonem fugavit; Aquisgrani conſecrationem ab Engelberto Colonienſi accepit. Ejus tempore tanta in orbe terrarum pax fuit, ut Octaviani tempora rediiſſe creditum ſit.

A

B

1219. Ordinis Teutonici initium in Boruſſia & Livonia.

Ordo Theutonicorum, quem beatæ Mariæ dicunt, hys diebus exordium ſumpſit: cùm enim, imperante Frederico ſecundo, Chriſtiani Ptolomaidam Syriæ civitatem amiſerant, Fratres Theutones, quos ſanctæ Mariæ diximus, appellari, inde fugati in Germaniam rediêre, viri nobiles & rei militaris periti, qui ne per otium marceſſerent, Fredericum accedentes, Prutiam Germaniæ conterminam Chriſti cultum ſpernere dixerunt, ſœpe illius gentis homines in Saxones cæteróſque vicinos excurrere, ingentem vim hominum & pecorum abigere, eſſe ſibi in animo compeſcere barbaram gentem. Annuit tandem Imperator, provinciámque Fratribus perpetuo jure poſſidendam tradit, ſi eam armis acquirant; jam enim Maſſoviæ Duces, qui ejus ſe terræ Dominos affirmabant, jus ſuum Fratribus conceſſerant. Grata oblatio Frederico fuit, qui collaudato propoſito, quas voluêre Fratres, ſub aurea bulla literas conceſſit. Illi, ſumptis armis, brevi tempore, quid-

C

A quidquid Prutenici viri circa Viſtulam habuêre, occupavêre. Exin tranſito fluvio, vetuſtam & latè patulam quercum in caſtelli modum erectis propugnaculis juxta ripam munierunt; ubi collocato præſidio ulteriores Prutenos vexare ceperunt. Pugnatum eſt ſæpe pro quercu & ingentes paganorum copiæ fugatæ ac deletæ ſunt: bellum pluribus annis productum eſt; ad extremum autem fortuna, Fratrum imperio arridens, omnem eis Prutiam ſubjecit, Victæ barbaræ nationes jugum ſubigêre. Ex illo tempore lingua Theutonica introducta eſt, & cultus Chriſti gentibus imperatus, eccleſiæque Pontificales erectæ trans Viſtulam: Pomeſamenſis, Culmenſis, Sambienſis & Varimienſis, quæ una ex illis partibus jure ſuo utens, B nec ſubjecta Fratribus; reliquos Epiſcopos religionis habitum portare oportet. Quo in loco munitam quercum diximus fuiſſe, nobile opidum ædificatum eſt, quod Mariæburgum vocant, & arx nobilis atque ampliſſima. Hæc ſedes Magni Magiſtri, qui cunctis Fratribus præeſt Prutiam incolentibus. Sunt & alii duo in eadem religione Magiſtri: alter Livoniam regit, alter Conventus Alemaniæ gubernat. Theutones hujus religionis inventores fuêre, ac propterea nemo recipitur in eam niſi Theutonicus, nobilibus exortus parentibus, & cui propoſitum ſit pro Chriſti tuendo evangelio adversùs ſalutiferæ crucis inimicos armis depugnare. Ob eam

C

Ejus conſtitutio.

rem veſtimentis albis utuntur nigrâ cruce inſutâ: barbam omnes nutriunt, exceptis qui ſacris altaribus ſerviunt: pro Canonicis horis orationem Dominicam uſurpant, neque literas diſcunt. Magnæ hys opes, nec minor potentia quam Regibus. Sæpe cum Polonis de Regni limitibus, acceptis & illatis cladibus, contendêre, nec totis viribus fortunam experiri recuſant, pro ut Domini anno 1310 factum fuiſſe conſtat, ùt ſuo loco dicetur.

1215. Synodus Lateranenſis.

Synodus maxima apud Lateranum ab Innocentio Pontifice pro recuperanda Jheruſalem celebratur, ubi interfuêre mille & trecenti Prælati cum Jheroſolomitano & Conſtantinopolitano

tano Patriarchis; fuerunt etiam & alii Græcii & Romani Imperii Legati, inſuper Franciæ, Jheruſalem, Angliæ, Hiſpaniæ & Cipri oratores, in qua multis habitis conſultationibus, nichil apertè diſcerni aut diffiniri potuit; nonnulla tamen ibi decreta condita fuére, quibus tam laicorum qoàm clericorum mores componerentur. A

Monaſterienſis Epiſcopus, qui cum multis aliis Principibus pro recuperatione terræ ſanctæ mare pertranſivit, hoc anno apud Cæſaream urbem obdormivit in Domino. 1217.

Jheruſalem civitas ſancta, gentium Domina, quæ videbatur inexpugnabiliter munita, â Caradino Soladini filio & ſucceſſore, Chriſtianis jam Damiatam interim obſidentibus, jam quinta vice funditus ſubverſa eſt. Deſtruxit autem ipſam intus & foris, muros & turres in acervum lapidum redegit, templo Domini tantummodo integro relicto; & cùm etiam ſepulcrum Domini noſtri Jeſu Chriſti violare ſtatuiſſet, precibus Chriſtianorum pulſatus abs ſcelere deſtitit. 1219. B

Fredericus Imperator validâ militum manu ſtipatus Romam petîit, ubi ab Honorio ſummo Pontifice honorabiliter ſuſceptus & coronatus eſt; poſt paucos dies Siciliam ingresſus multa caſtra oportunis in locis ac etiam in civitatibus conſtruxit. 1220. C

Eâ tempeſtate ruſticus quidam corpore difformis, membris diſtortus apud Stadis civitatem dioceſis Bremenſis fuit. Is ſe ſanctum & prophetam & neſcio quid magni numinis mentitus eſt; quare ſemper novitatum cupidum vulgus ex omni regione ad ſe contraxit, qui pene quottidie catervatim ad eum venientes oblatis muneribus illudebantur. Sedit autem quaſi Regali in ſolio roſis ornato & ingentis buccinæ ſonitu ad ſe venientes vocabat. Dicebatur autem idem ruſticus *Otto Berve*. Verùm Principes errorem populi perpendentes, eò hominem loci peregrinum miſerunt, quo â nemine inveniri potuit. Ruſticus Stadenſis pſeudopropheta.

Eo anno Voldemarus Datiæ Rex cum filio ſuo regni hæ-

A rede in tentorio ſuo quieſcens ab Hinrico Holtſaſſiæ Comite captus eſt, & navibus, in quibus venerat, deſtructis, Comes theſaurum Regis abſtulit. Qui Reges poſtea, quadraginta milibus marcis datis, ſoluti ac libertati reſtituti ſunt. Verùm Rex anno ſequente, rupto juramento, cum exercitu in Hinricum acies direxit, & commiſſo prælio Rex, multis de ſuis amiſſis, triumphavit.

Albertus Magdeburgenſis Archiepiſcopus partem capitis ſancti Mauritii, quam à Frederico Imperatore acceperat, Magdeburg intulit in profeſto ſancti Michaëlis, factúsque eſt maximus populi concurſus, ſed & Fredericus Halverſtadenſis
B Epiſcopus cum omni ſuo clero affuit; numerati ſunt ſexcenti una in proceſſione ſacerdotes & monachi.

Diſſidium Friderici Imperat. cum Papa.

Fredericus Imperator cùm potentiâ & divitiis multis abundaret, in ſuperbiam elatus, à progenitoribus ſuis non degenerans, ut ſe in Imperio confirmatum vidit, illico in Romanam eccleſiam inſævire, & ſumptis cornibus omnia laniare perturbaréque cepit; propter quod anathemate notatus ac Imperii dignitate privatus eſt. Quæ ipſe ſingula flocci pendens in omnium infidelium ſcandalum in ſummum Pontificem ad omnes & ſingulos Regni Proceres epiſtolas omni calumpniâ & blaſphemiâ plenas ſcripſit. Sed & Gregorius Papa non mi-
C nori calumpniâ & blaſphemiâ reſcripta reddidit maledictionibus & blaſphemiis referta, quæ Epiſcopis & Prælatis, ubicunque terrarum conſtitutis, direxit; ex quibus, inquam, epiſtolis perpauca huic operi annotare propoſui.

Ex literis Gregorii ſummi Pontificis in Fridericum Imperatorem:

Gregorius ſervus ſervorum Dei venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Maguntino & ſuffraganeis ejus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Aſcendit de mari beſtia blaſphemiæ plena nominibus, quæ pedibus urſi & ore leonis ſæviens ac membris formata cæteris ſicuti pardus, os ſuum in blaſphemias Divini nominis aperit, tabernaculum ejus & Sanctos,

qui

qui in cœlis habitant, ſimilibus jaculis impetere non omittit. Hæc unguibus & dentibus ferreis cuncta confringere, & pedibus ſuis univerſa deſiderans conculcare, ad dirimendum murum Catholicæ fidei, occultos jam paravit arietes, ac nunc apertas machinas inſtruit, Iſmahelitarum gymnaſia animas interimentia conſtruit, & in Chriſtum humani generis Redemptorem, cujus teſtamenti tabulas ſtilo pravitatis hæreticæ nititur abolere, ſævâ poteſtate conſurgit. Et infrà: *Sed quia minùs bene ab aliquibus credi poſſet, quod ſe verbis non illaqueaverit oris ſui, probationes in fidei victoriam ſunt paratæ, quod iſte Rex peſtilentiæ, à quibusdam baractoribus (ut ejus verbis utamur) ſcilicet Jheſu Chriſto, Moyſe & Machumeto totum mundum fuiſſe deceptum, & duobus eorum in gloria mortuis, ipſum Chriſtum fuiſſe in ligno ſuſpenſum, manifeſtè proponens, inſuper dilucidâ voce affirmare vel potiùs mentiri præſumpſit, quod omnes illi ſunt fatui, qui credunt naſci de Virgine Deum, qui creavit naturam & omnia potuiſſe, hanc hæreſim illo errore confirmans, quod nullus naſci potuit, cujus conceptionem viri ac mulieris commixtio non præceſſit; & homo nichil aliud tenetur credere, niſi quod vi & naturæ ratione poteſt probari. Quo circa Univerſitatem veſtram rogamus, monemus & hortamur attentè in virtute ſanctæ obedientiæ, per Apoſtolica ſcripta vobis diſtrictè præcipiendo, mandantes, quatenus prædictus Fredericus coram fidelibus fallacibus ſubvertere vel contagione ſuî poſſit quomodolibet gregem Dominicum maculare, Clero vel populo vobis ſubjectis ſupradicta planè & fideliter exponatis. Datum Lateranæ kal. Junii Pontificatûs noſtri anno tertio decimo.*

Hæc ubi ad Frederici aures venêre, coram Regibus & Principibus ſeſe excuſans, in Gregorium Papam epiſtolas blaſphemiâ plenas ſcripſit ſcribens, ipſum Papam eſſe belluam, de qua ſcriptum eſt, *& exivit alius equus rufus de mari, & qui ſedebat ſuper eum, ſumebat pacem de terra.* Poſt hoc, anno ſequenti mortuo Gregorio, Innocentius quartus ſucceſſit,

A qui poſt exhortationes plurimas ac monita per ſolempnes nuntios Frederico Imperatori exhibita & per eundem ſpreta, conſilium apud Lugdunum contra eum vocavit ac in eodem conſilio depoſuit, ſecundùm quod habetur in c. Apoſtolicæ de ſent. & re jud. lib. VI. Unde Fredericus commotus omnes Siciliæ regni clericos, ſervantes interdictum, auctoritate ſedis Apoſtolicæ contra ſe latum, bonis omnibus & beneficiis eccleſiaſticis privari & â terminis Regni expelli mandavit, & ab omnibus clericis regni tertiam partem omnium obventionum beneficiorum ſuorum recipi mandavit. Deinde diverſis Regibus & Principibus contra Papam & Cardinales epiſtolas B blaſphemiâ plenas direxit, quarum unius tenorem, deciſum tamen, hìc poſui:

Epiſtola Imperatoris Frederici in Papam Innocentium quartum:

Collegerunt Pontifices & Phariſæi conſilium in unum, adversùs Principem Chriſti Domini convenerunt. Quid faciemus? inquiunt, hic homo de hoſtibus ſuis ſic triumphavit, ſi ſic populum dimittimus, omnem ſibi ſubjiciet gloriam Longobardorum. Et infrà: *iſte pater pauperum, qui dicitur ſervus ſervorum Dei omni prorſus excluſus juſtitiâ, factus eſt aſpis ſurda, non advertens Romani Principis allegata, & velut la-* C *pis, qui de funda jacitur, ſic emiſit ſubitò malum verbum.* Et infrà: *ſed qui Chriſti Vicarius diceris & Petri ſucceſſor etiam piſcatoris, quid accenſus furore refugis id, quod Rex omnium induit, formam ſervi? Dic, quid reſurgens â mortuis dixit primò diſcipulis Magiſter omnium magiſtrorum? non, inquit, arma & ſcutum ſumite, nec ſagittam vel gladium, ſed pax vobis. Ad quid gloriaris in malitia, qui ſolus diceris in orbe fraus & dolus?* Et infrà: *ergo ſi Chriſti te Vicarium aſſeris & Petri ſucceſſorem, â Chriſti prorſus & Petri tramite non diſcedas ſed verba concordent actibus & Capuanus adhæreat Gallileo. Iſtud autem ſatìs turbat Chriſti fidelium puritates, quòd Petrus, relictis omnibus & rethi, ſequi Chriſtum vocantem voluit,*

huit, qui tanquam omnia poſſidens & nichil habens ad theſau- A
rum cœleſtis patriæ ſemper ardentiùs aſpirabat; tu verò tan-
quam nichil habens & omnia poſſidens quæris ſemper, quem
devores & deradas, nec ſedare poteſt aliquando mundus ventris
tui ingluviem, quia tibi non ſufficit orbis terræ; ſed qui, ju-
bente Chriſto, prædicas tanquam paſtor eccleſiæ paupertatem,
cur refugis quod hortaris? quæris ſemper, ut aurum auro co-
pules. De cœlo, ſi bene recolis, deſcendit lintheum ſupra Pe-
trum, cui ſurge & manduca dictum eſt, dum oraret; ſed ta-
men immunda noluit manducare, dirâ licèt eſurie ſtimulatus,
tu verò ad hoc vivis, ut comedas, in cujus ciphis & vaſis au- B
reis ſcriptum eſt: bibo bibis, cujus verbi præteritum ſic fre-
quenter in menſa repetis, ut poſt cibum, quaſi raptus in ter-
tium cælum, hebraicè, græcè loquaris & latinè. Et infrà:
Ploret igitur mater eccleſia, quod paſtor gregis Dominici factus
eſt lupus rapax, craſſum quidem de grege comedens, fractum
non alligat, & diſſolutum ad propria non reducit, ſed velut
amator ſciſmatis & auctor ſcandali potiùs, quàm jura Romani
Principis & honorem, tuetur hæreticos & Dei quidem & omni-
um fidelium inimicos, omni prorſus Altiſſimi timore poſtpoſi-
to, hominum verecundiâ retrojecta &c. Et infrà: *Dic ergo,*
quid eſt hoc, quod curabat, ut legitur, infirmos à morbis vali- C
dis umbra Petri? tu verò tanquam vir ſanguinum ad hoc ſolùm
invigilas, ut, factâ ſtrage vinorum, ſanguis innoxius effun-
datur. Et infrà: *Revertere ergo, ad gremium matris eccleſiæ*
benignè recipias filium ſingularem, præſertim cùm petit inſtan-
ter & abſque culpa; alioquin leo noſter fortiſſimus, qui ſimu-
lat ſe hodie dormire, rugitu ſuo terribili trahet omnes à terræ
finibus thauros pingues & plantando juſtitiam eccleſiam diriget,
evellens prorſus & deſtruens cornua ſuperborum.

Scripſitque idem Fredericus Regibus & Principibus epiſtolam, intendens temporalia aufferre ab eccleſia, tali tenore concluſam:

Semper fuit noſtræ voluntatis intentio, Clericos cujuslibet reli-

A *religionis ad hoc inducere & præcipuè maximos, ut tales perſeverent in fine, quales fuerunt in eccleſia primitiva, Apoſtolicam vitam ducentes & humilitatem Dominicam imitantes; tales namque Clerici lætantur ſe angelos intueri, miraculis coruſcare, ægros curare, mortuos ſuſcitare, ſanctitate vitæ, non armis ſibi Reges & Principes ſubjugare. At iſti inebriati deliciis ventrem Deum ponunt, quorum affluentiâ divitiarum religio ſuffocatur. Talibus ergo ſubtrahere divitias nocentes, quibus dampnabiliter onerantur, opus eſt caritatis; ad hoc vos omnes Principes unà nobiscum, ut cuncta ſuperflua deponentes,* B *modicis rebus contenti, ſoli Deo ſerviant, cui ſerviunt omnia, omnem debetis diligentiam adhibere.*

Hic igitur ſceleſtus Imperator, quoad vixit, avo ſuo Frederico crudelior extitit, & multa in Honorium Pontificem atque Gregorium nonum machinatus eſt; propter quod multis fuit agitatus calamitatibus, & primò Hinricum filium ſuum, quem ſibi Conſtantia Arragonum Regis filia pepererat, ſuſpicione affectati regni, vel, ùt alii volunt, zelotipiæ zelo in carcere necavit, inde apud Parmam urbem prælio ſuperatus, coronam & ditiſſima quæque impedimenta & decem milia armatos amiſit, altérque filius legittimo item matrimonio natus, C videlicet ex eadem Conſtantia uxore ſuſceptus nomine Eviſius, à Bononienſibus, quorum agros vaſtabat, occiſus eſt. Hic Conradum filium, quem Jeſabel Johannis Jheroſolomitani Regis filia uxor ejus pepererat, rerum omnium ſuarum reliquit hæredem, quem nichilominus veneno ſicut patrem Manfredus filius ejus illegittimus, quem Tharentini ſibi præfecerant, extinxit, prout infrà patebit.

1221. Gerhardo Bremenſi Archiepiſcopo Franckfordiæ jam defuncto, Gerhardus Bernardi Comitis de Lippia filius in ipſius ſedem electus eſt, vir probus ac armis ſtrenuus, rexitque eccleſiam ſuam annis triginta uno.

1222. In Saxonia in quodam theatro viginti homines fulminati ſunt, ſolo ſacerdote, qui intererat, evadente; fugit enim,

cùm

cùm alios videret ardere; decebat enim, ut ignis, quo levius nichil eſt, levitatis amatores puniret. Sacerdos autem punitus non eſt, quia ſœpe Deus ſacerdotibus parcit propter Ordinem, ùt legitur de Aaron, quem non percuſſit lepra cum Maria ſorore ſua, cùm tamen uno crimine murmurationis ſcriptura eos notat, vel fortè aliquid boni in ſacerdote Deus prævidit, propter quod illi pepercit. A

Eodem anno eadem in provincia nubes integra de cœlo cadens inter montana multis tam in rebus quàm corporibus fuit dampnoſa; tantis enim aquis abundabat, ut monaſterium in valle proxima ſitum pervaderet, omnémque animam viventem extingueret, quinque monachis demptis, qui turrim aſcendentes ſalvati ſunt. Vocatur autem idem monaſterium: Winendenburg & eſt de ordine nigrorum. Deinde idem torrens intollerabilis impetu ſuo civitatem vicinam invadens, cujus vocabulum Islere, ſimilia ibi operatus eſt mala, domos intravit, ædificia ſubvertit, hominum multitudinem ſubmerſit; grande tamen miraculum oſtenſum eſt: nam omnes, qui tranſacto præfato diluvio, in eccleſiis ſive domibus reperti ſunt, niveo candore fulgebant; in theatris autem aut tabernis undis ſuffocati, carbonibus nigriores apparuerunt; tali enim aperto caractere miraculosè à malis bonos, à ſuis alienos meritorum diſcretor Deus diſtinxit. B C

Usler in ducatu Brunſwicenſi.

Bernardus ejus nominis tertius Padeburnenſis Epiſcopus hoc anno carne ſolutus eſt, Oliverum ſucceſſorem relinquens, qui duobus tantùm annis præfatæ ſedi præfuit. Sub eo liber Padeburnenſis eccleſiæ, quem regulam dicunt, innovatus eſſe dicitur, quod ipſum elici poteſt ex eodem libro, ubi ponitur ordinatio ſeptimanæ Paſcalis, Prothique & Iacenti feſtum continuatur. Oliverio quoque poſt biennium defuncto, Willibrandus ipſum ſequens, duobus item annis pontificavit, poſt quem Bernardus quartus Epiſcopus factus, eandem eccleſiam annis XVIII rexit. Sub iſto Bernardo regularis inter ejusdem eccleſiæ Canonicos obſervantia & viguit & elan-

1223. Epiſcopi Paderb.

A elanguit; nam ejus Pontificatus tempore de regulari obſervantia Canonicorum in ſœcularium ſtatum mutatio facta eſſe videtur.

1225. S. Engelbertus Archiep. Colon. occiditur.

Hoc anno Fredericus Ilſenburgenſis Comes cùm multis Abbatiam Eſſendiæ minùs juſto vexâſſet, Engelbertus Colonienſis tunc Epiſcopus Apoſtolicis ac Imperialibus mandatis ipſum, ut deſiſteret, admonuit. Flocci pendens autem tanta, ſibi directa mandata Comes in Epiſcopum, ſanguine licèt ſibi junctum, frendens, tempus, quo ipſum occideret, opportunum ſuſtinuit. Accidit autem unâ dierum, dum præfatus Engelbertus Præſul venerabilis in Swelme villa per ſe eccleſiam conſecraturus, nichil mali ſuſpicatus cum paucis accederet, in inſidiis latitantem invenit Comitem armatorum manu B ſtipatum. Irruens igitur ſubitò in Præſulem Comes, primùm omnibus fugatis, uno tantùm cum ſervo Domino ſuo adhærenti, Epiſcopum, XXVIII vulneribus illatis, cruentâ cæde occidit, ac eo loci ſuo in ſanguine tabefactum reliquit; factum eſt autem hujusmodi ſacrilegium alterâ Martini Epiſcopi jam adveſperaſcente. Homicidio perpetrato, nullâ ſecuritate obtentâ alter Cayn profugus, quo fugeret, neſciebat; Hinricus autem, quem de defuncti loco Præſulem elegerant, prædeceſſoris ſui injuſtam indignámque mortem vindicaturus, Ilſenburg præfati Frederici Comitis caſtrum, Nurenburg quoque C præſidium cum omnibus, quæ Comitis erant, direptis bonis ſolo æquavit, ſacrilegii conſciis rotatis; miſitque idem venerabilis Antiſtes Hinricus Apoſtolico legatos, qui Cardinalem legatum à latere miſit, & omnes præfati criminis conſcios Apoſtolicâ excommunicatione notavit; nec ipſâ re contentus Præſul Nurenburgenſem quoque civitatem, ubi tunc maxima Principum convocatio fuit, per ſe ipſum venit, oſtenſiſque Principibus tanti viri ac Principis indumentis, roſido ſanguine conſperſis, Imperatoris præſentis judicium poſtulavit & juſtitiam miniſtrari. Contriſtati admodum ac conterriti ſuper re viſa, qui aderant, Principes ac nobiles quique, maxi-

mè

mè autem Imperator & filius ejus Hinricus, quem ipſe Epiſcopus Engelbertus occiſus educaverat, ac in virtutibus abs infantia inſtituerat, edicto miſſo abſentibus, tantum corrigere ſcelus mandavit, ac in Fredericum Comitem ſacrilegum proſcriptum mortis ſententiam Hinricus Rex Imperatoris filius promulgavit. Qua prolata ſententia, tanta inter Proceres diſcordia facta eſt, ut multi ultro duello ſe ipſos obtulerint. Concuſſus igitur horrore populus, qui tanto aderant ſpectaculo, dum declinare quisque nititur ac theatrum exire, tumultus inſurgit, opprimentésque ſeſe LVI viros extinxêre, inter quos XXIII Milites aureati, Procerésque fuiſſe perhibetur multò plures oppreſſione debilitati, vel mox in hoſpitiis aut poſt breve tempus defuncti ſunt. Factum eſt autem proximo poſt perpetratum homicidium anno alterâ, qua peracto anno factum fuit homicidium, die Comes ſceleſtus, ſacrilegus latro, captus, ligatus Coloniámque ductus eſt, & tertio die capite plexus ac rotæ impoſitus dignam mortis ſententiam accepit; Theodericus autem Monaſterienſis & Bruno Oſnaburgenſis eccleſiarum Epiſcopi, Frederici rotati germani, tanquam conſcii ac ſceleris rei depoſiti ac in exilium miſſi ſunt. A B

Eodem anno Theodericus de Ilſenburg Monaſterienſis Epiſcopus pontificavit, eccleſiæque ſuæ rebelles ac prædones radicitus de dioceſi ſua potenter exſtirpavit, ac ſummam pacem & habuit & fecit, ſed demum deſipuit conſentiens cum Brunone fratre ſuo in mortem Engelberti Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopi; quem Fredericus frater amborum procuratione Comitum de Tekeneburg & Swalenburg ad ſuggeſtionem uxoris ſuæ (ùt quondam Naboth ad Jeſabelis inſtinctum Achas) injuſtè extinxit; ob quod ſacrilegium, ut prædictum eſt, & in exilium miſſus eſt. Theodoricus 3. 28. Episc. Monast. C

Eodem anno Theodericus præfatus primum lapidem in nova eccleſia Monaſterienſi propriâ manu poſuit in die ſanctæ Mariæ Magdalenæ, quem & ex tunc celebrem conſtituit, fer-

Z z túrque

A tùrque ipſum eo die natum, & pòſt eodem die ipſum in Epiſcopum electum, demum ipſo die mortuum fuiſſe. Unde & hi verſus in paradiſo ſcripti ſunt:

Gaudeat eccleſia ſub peccatrice Maria
Hunc celebrando diem, quem primus ob ejus amorem
Primùm ſortitus pacis cultor Theodricus
Hic fecit celebrem quo noſtræ ſedis honorem
Huic operi primum lapidem poſuit Pater idem,
Eligor & morior, opus inchoo, feſta Mariæ
Dedico. Sunt anni plures ſed terminus unus.

Pontificavit eâ tempeſtate in Oſnabrugenſi eccleſia Gerhar-
B dus de Lippia, â Bremenſi eccleſia poſtulatus. His tempori-
B. Reinerus bus peſtilentia dura maximè in provincia fuit. Cujus Epiſcopi tempore fuit Oſnaburgis ſolitarius quidem devotus Renerus parvâ haud longè â majori eccleſia incluſus cellulâ, Epiſcopo admodum familiaris, qui etiam poſt mortem in ipſa eccleſia ſepultus ſanctitatis ſuæ argumenta miraculis præſtat. Hoc mortuo, completis jam XXXI annis, Adolphus ei ſucceſſit annis XXI. Hic cum quodam tempore ad Campi Mariæ monaſterium veniſſet, & poſt miſſam ad orationem in oratorio ſtetiſſet, vidit, quod monachi tam ſenes quàm juvenes ad univerſa currentes altaria, & diſciplinas ſuſcipientes nudabant dorſa ſua, humiliter confitentes peccata ſua. Quæ viſio

B. Adolphus 26. Epiſc. Oſnabr.

Marienfeldenſium diſciplina & devotio.

C tantum boni operata eſt in corde adoleſcentis, ut abire non poſſet, ſed ſæculi pompam contempnens & totum ſe ad Deum convertens, ibidem manens ſacrum religionis habitum ſuſciperet. In quo tantum profecit, ut non multo tempore pòſt, tum propter nobilitatem, tum propter religioſitatem in prædicta eccleſia apicem conſcenderet Epiſcopalem, pontificavítque (ùt dictum eſt) annis viginti uno.

1226. Ludolphus 29. Epiſc. Monaſt.

Theoderico (ùt præmiſſum eſt) in exilium delegato, Ludolphus de Holte in Monaſterienſem Epiſcopum electus eſt. Hic ſinè omni perſonarum acceptione eximius Cleri defenſor fuit; hujus Pontificatûs tempore ſummus Pontifex prædicari fecit

Digitized by Google

fecit crucem contra Comites de Teckeneburg & Swalenberg propter conſpirationem cum Frederico Comite de Ilſenburg in Engelbertum Colonienſem Archiepiſcopum factam, ut jam dictum eſt; qui idem ſummus Pontifex univerſum Imperium, ſpecialiter autem Brabantiæ Ducem, Flandriæ, Hollandiæ, Ghelriæ, Juliacenſem, Montenſem Comites, Archiepiſcopos & Epiſcopos, nobiles, burgenſes & populares per Almaniam in vindictam præfati Engelberti Epiſcopi interfecti incitavit. Qui unanimiter terras præfatorum Comitum in villis, fortalitiis, ſilvis & in quibuscunque potuerunt, devaſtârunt ac funditus eradicârunt, duobus tantummodo caſtris principalibus Tekeneburg & Swalenberg remanentibus; quæ nichilominus tam diu obſederunt, donec, venia poſtulata, ad gratiam aliquando recepti fuerunt & de occiſione præfati Engelberti Archiepiſcopi ſe expurgaverunt. Verùm qui contra præfatum Epiſcopum conſpiraverunt, duo monaſteria conſtruxerunt, in quibus & ſe ipſos pro pœnitentia incluſerunt; & re mirâ, ab eo die progenies ipſorum nec radices in profundum, nec ramos produxit in altum.

A Vindicta contra complices Comitis de Ilſenburg.

B

Hujus quoque Ludolphi præfati temporibus officiatus quidam ſuus â nobili quadam fœmina, de Meynhovele dicta, vaccam minùs circumſpectè & quodammodo improvisè abſtulit, quod ipſum quidem multorum malorum ſeminarium fuit; erat enim vidua genere nobilis, animo auſtera, cujus filii non cum matre ſed in aliena regione apud Principes militabant. Exegit autem non ſolutionem ablatæ vaccæ, uti debuerat, ſed furore fœmineo vindictam expetebat. Reverſis igitur ad ſua filiis, maternis & precibus & lacrimis inducti ſunt mulieris ſatisfacere furori. Globata igitur ipſa cognatio in unum, Gelriæque ac Flandriæ Comitum auxiliis ſuffulta, dira in Ludolphum Epiſcopum exercere judicia inchoant, & ob unius ſublatæ vaccæ incommodum longo Monaſterienſem eccleſiam diſcrimine vaſtare incipiunt. Confiſus tandem Epiſcopus de omnipotentis Dei adjutorio (cui indifferens eſt in paucis vel

C

Digitized by Google

A in mukis triumphum dare) confiſus item in beati Pauli patroni ſui merita & patrocinia, accinctus armis, cum paucis maximæ multitudini in loco Ermede dicto in pugnam occurrit & animatis ſuis, miſcuit ac victor poſt longum diſcrimen evaſit, Gelriæ Comitem cum ejus cognatione nobilium de Meynhovele inter multos captivos abduxit; quam etiam nationem quaſi eccleſiæ ſuæ inſidiatricem totaliter eradicavit & occidit; caput autem omnium malorum fœminam viduam omnibus bonis ablatis de provincia expulit, & poſtmodum hæc generatio iterum non ſurrexit. Demum aliquando in ſe reverſa, pœnitentiâ ducta, omnia quæ habuit, pro venia ac filiorum occiſorum ſalute & requie eccleſiæ Monaſterienſi & ſancto Paulo aſſignavit; inſuper vas argenteum, quod Wilhelmus ejusdem quondam eccleſiæ Epiſcopus de Roma cum reliquiis attulerat, quod eadem natio de Meynhovele, depopulata eccleſia, abſtulerat ac interim poſſederat, hæc vidua ſancto Paulo reſtituit; Gelriæ autem Comitem captum Epiſcopus durè exactionavit, qui ultra omnia alia terram quandam, quæ Goye vocatur, per exactionem dedit, quam in ſignum & monimentum præfatæ captionis ſancto Paulo reſignavit, ac à Ludolpho Epiſcopo homagii jure accepit, & a ſuis hæredibus in futurum recipiendam in perpetuum juramento promiſit; ſicque idem venerabilis Epiſcopus unico prælio omnes ſuæ eccleſiæ adverſarios humiliavit. Obiit autem anno Domini 1247 in craſtino ſancti Barnabæ Apoſtoli.

Nobilis familia de Meinhövel extinguitur.

B

C

1227. Henricus Dux Brunſwicenſium moritur & cum ipſo ſtirps maſcula.

Hoc anno Hinricus Brunſwicenſium Dux diem clauſit extremum, ſepultúsque eſt in Brunſwicenſium civitate juxta patrem Hinricum Ducem, Ottonémque fratrem Imperatorem, & quia filios non habuit, Ducatus ipſe filiabus ſuis hæreditario jure acceſſit; harum autem una Bavariæ Ducis, altera Marchionis Badenſis ſive de Padue Principis uxor fuit. Hæ ambæ paternam hæreditatem Frederico Imperatori vendiderunt, collocavítque Imperator in civitate Brunſwicenſi milites & arma, copioſúmque eſcarum ac victualium apparatum. Eodem quo-

Digitized by Google

quoque tempore Imperator ipſe recepit Lubecenſem civitatem, quam Voldemarus Datiæ Rex anno Domini 1209 expugnatam ſibi tributariam fecerat, â quo tributo Fredericus ipſam abſolvit ac Imperio ſubjectam, privilegiis antiquis renovatis, novíſque ſuperadditis copioſè ditavit, inſuper & caſtrum, quod Voldemarus ibidem erexerat, deſtruxit; in quo loco cives Conventum Fratrum Ordinis Prædicatorum fundâ- A
runt. Otto igitur Saxonum & Lunenburgenſium Princeps, hac ſororum venditione cognitâ, paternam hæreditatem alienam in gentem venire debere doluit, congregatóque exercitu copioſo decem ſcilicet millium equorum clam noctu conſenſu quorundam civium Brunſwicenſium civitatem introivit, caſtrúmque, ubi Fredericus milites ſuos locaverat, viriliter expugnavit, expulsíſque Imperatoris famulis, civibus privilegiis â novo datis, principatum urbis pro ſe ſuíſque ſucceſſoribus accepit. B

Brunſwica ad Duces Lunenburg. tranſit.

Friſia, provincia Weſtphalis contigua, eſt provincia ad occaſum ſita, hoc ipſo anno marinis fluctibus pene tota ſubmerſa eſt, ubi ultra centum hominum milia dimerſa, fama eſt; exaltati enim ſunt fluctus maris, ut turrium altitudines operire viderentur, & procella procellam impellens generale diluvium minaretur. Cujus plagæ cauſa hæc fuiſſe perhibetur: Friſo quidam arte pugil in eadem provincia extitit, qui quotiens de taberna ebrius rediit, toties uxorem verberibus & C
plagis moleſtavit. Unde aliquando timore viri infirmitate ſimulatâ, & ne notaretur ſimulatio, Dominicum ſibi corpus dari exoptavit. Venienti igitur ſacerdoti temulentus homo cum cipho occurrit, & ut biberet, admonuit; quod cùm ob Corporis Dominici reverentiam inficias iret, pugil cum patera in ſacerdotem jaciens, ciborium cum Dominico Corpore è manibus ſacerdotis in terram excutiens, hoſtias conſecratas per pavimentum diſperſit. Quam ob rem â Decano provinciæ excommunicatus, demum ad crucem pro recuperatione terræ ſanctæ ſuſcipiendam in peccatorum ſuorum remiſſio-

1228. Friſia pene tota â mari abſorbetur.

A nem compulſus eſt, ſícque cum cæteris Romam veniens ac perpetratum ſcelus confitens ab Honorio ſummo Pontifice abſolutus eſt. In ultionem tamen tanti ſacrilegii diluvium provinciæ Dominus Deus induxit. Unde cuidam ſanctæ matronæ beata Maria Virgo apparens, propter filii ſui injuriam Friſiam ſubmerſam ſignificavit. In cujus etiam rei monimentum pixidem è ſacerdotis manibus excuſſam in ſummitate fluctuum natantem eidem matronæ beata Virgo oſtendit; in quo etiam loco ædificari eccleſiam præcepit. Hac viſione cognitâ, Ludolphus Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopus, ad cujus diocesin maxima Friſiæ pars pertinet, miſſis literis ſuis per Ididam B ſancti Bernardi Abbatis Cellerarium, ſolempnem provincialibus pœnitentiam injunxit.

1231. Varia bella. Eâ tempeſtate duriſſimum bellum factum eſt in Datia inter Regem Datiæ & Ottonem Ducem Lunenburgenſem ex una, Gerhardum Bremenſem Archiepiſcopum, Albertum Saxoniæ Ducem, Adolphum Holtſatiæ Comitem & nonnullos alios, partibus ex altera, in quo Otto captus, Rex fugatus, ſanguíſque multus hinc inde fuſus eſt.

1232. Gerhardus de Lippia Epiſcopus Bremenſis Lutteren caſtrum erexit, quod Friſones, qui Stedingeri dicuntur, iterum expugnatum deſtruxerunt; fuit enim eodem tempore C gravis diſſenſio inter præfatos Friſones & Gerhardum Epiſcopum, Oldenburgenſem Lippenſémque Comites, qui Gerhardi partis erant; Otto Saxonum Dux Friſones defendebat. Unde depopulationes terrarum ſequutæ ſunt, cædéſque hominum multiplicatæ. Factum eſt autem unâ dierum inter bellandum Hermannum de Lippia Epiſcopi germanum occidi, Burchardúmque Oldenburgenſem Comitem cæſum & vulneratum ducentis cum armatis fugari, Friſonéſque ſuperiores fieri. Unde ſequenti anno Gerhardus cum quadraginta milibus armatis in præfatos Friſones irruit, initâ quoque pugnâ, quatuor millia occidit. In quo etiam bello Hinricus Oldenburgenſis Comes cecidit, ſícque pars illa Friſiæ penitus

deſo-

deſolata eſt; quod Divinâ factum vindictâ publicè dicebatur. A

Ungariæ Rex, ſanctæ Eliſabeth pater, quarto poſt filiæ ſuæ mortem anno vitâ functus eſt, in quo quidem anno Imperator cum Francis, Hiſpanis & Anglicis expeditionem exercitalem transmarinam aſſumpſit, térque pugnatum eſt, antequam condictum in locum veniret. 1234.

Eodem anno Gerhardus Bremenſis Archiepiſcopus, adjuncto ſibi Duce Brabantiæ Wilhelmo, Hollandiæ Clivensíque Comitibus, armatâ manu terrâ maríque eam Friſiæ oram, quæ Stedinger dicitur, intraverunt; exercitus, ùt præmiſſum eſt, quadraginta milium equorum bellatorum fortium, qui in bellum occurrentes Friſones, quatuor milibus occiſis, ſuperaverunt, inter quos Hinricus Oldenburgenſis Comes cecidit; unde totam illam Friſiæ oram demoliti ſunt. B

Conradus quinquageſimus Colonienſis Archiepiſcopus ſedit annis XXXIV vir bellator & magnæ audientiæ apud Romanum Pontificem & regni Principes. Hic impetravit, ne Romanorum Rex alibi quam Aquisgrani â Colonienſi primùm, deinde Romæ â ſummo Pontifice coronaretur. Hic cum Innocentio Papa Fredericum depoſuit, & quaſi principalis Electorum tres ſucceſſivè Reges nominavit. 1237. Conradus 50. Archiep. Colon. C

Eodem tempore, ubi ſub Frederico Imperatore Imperii poteſtas minui cepit, nec Principes Regiæ poteſtati ſubjici volebant, ſed in ſubditos pro libitu exardebant, innoxios opprimentes, noxios promoventes, factum eſt Conradum Epiſcopum jam electum, nondum pallio nec Regalibus dotatum ſimiliter in gregem ſuum ſævire: imprimis enim monetam novam in pauperum divitúmque gravamen facere diſpoſuit. Quâ re animadverſâ, cives Colonienſes offenſi, ut deſiſteret, petîerunt, nondum ſibi ſignandi monetam poteſtatem datam aſſeverantes; ter enim ſignare pecuniam licite poſſet: dum Regalia accepit, dum pallium ab Apoſtolico accepit, dum neceſſitate Regni contra rebelles ipſum Epiſcopum tranſalpinare Initium des Fauſt Rechtes. Bellum inter cives Colon. & eorundem Archiep. Conradum

A nare contigerit; tunc enim rediens ex privilegio monetam
novam facit. At Præſul admonitus, dum deſiſtere à cepto
noluit, civium animos contra ſe amaricavit; unde commotus
Præſul civibus bellum indixit, & quos potuit Principes ſuam
in ſententiam traxit. Claſſe igitur adunatâ cum exercitu per
Reni alveum Coloniam oppugnaturus acceſſit. Verùm navali
prælio deficiens, portui applicuit & in Reni fluminis ora exer-
citum collocavit, immiſſiſque fundâ lapidibus, urbis mœnia
demoliri niſus eſt, ſed nichil proficiens, igne Græco naves
alterâ in Reni fluminis ora ſtantes fruſtra incendere laboravit;
ubi autem ſe fruſtra niti perpendit, conſilio ſuorum, maxi-
B mè unius, cui plus cæteris confidebat, militis pacem cum ci-
vibus fecit, ac in ipſa Domini cœna cum civibus ſe compoſi-
turus intra mœnia civitatis ſe recepit, compoſitiſque ſingulis,
accidit quendam militis filium urbem exire, quem amici Epi-
ſcopi, quaſi compoſitionis ignari, ceperunt. Quæ ubi patri
innotuêre (erat enim de quindecim urbis nobilibus) maxi-
mam in Epiſcopum commotionem ſuſcitavit. Unâ autem die-
rum impetu facto capti adoleſcentuli cognati in Epiſcopum
vindictam agere conati ſunt; qui vix fugâ elapſus majoris ec-
cleſiæ immunitatem petîit, & re compertâ aſcenſo equo au-
fugit: nec multò pòſt alius quidam Colonienſis civitatis æquè
C miles hæreditate nonnichil accepturus, dietam in Bunna civi-
tate ſervare cupiebat, & quia Epiſcopi inſidias timuit, fidem
ab Epiſcopo poſtulavit & accepit. Credidit miles Epiſcopi
verbis, & vocatis comitibus ad præſignatum dietæ locum ire
perrexit. Qui jam in hoſpitio quaſi ſecuri poſiti, abs Epiſco-
pi miniſtris circumſepti, capti & extra urbem tracti & ner-
vis clauſi ſunt. Perterriti fidefragi hominis dolo cives com-
poſitionem frangi, fidem præmiſſam non ſervari, juſta in Epi-
ſcopum indignatione excurrêre; contraxitque Conradus exer-
citum, civitatem obſedit & repulſam paſſus eſt, vias ad civi-
tatem tendentes, ne alimenti quid obſeſſis adduceretur, ob-
cluſit. Unde aliquando initum eſt certamen, in quo Præſul
inſe-

Digitized by Google

inferior factus, XXX aureatos milites amiſit, ipséque cum ſuis victus turpiter aufugit. Animati hac victoriâ cives, cùm vice aliâ quaſi ſecuri de victoria coëunt, præda fiunt: nam dum grandis civium turma, inconſultè pro lignis ſecandis egreſſa, apud Tuitium legavit, Montenſis Comes, qui Præſulis partis erat, quadringentos in ipſos equites miſit, qui dum primo congreſſu, quatuor militibus amiſſis, cæderentur, Comes ipſe cum exercitu ſuis in adjutorium venit, & quinquaginta ex civibus occiſis, quo venerat, abîit. Multis igitur facinoribus in civitatem perpetratis, Albertus Treverenſis Epiſcopus, ſequeſter factus, cum Epiſcopo cives compoſuit, datíſque Epiſcopo ſex marcarum milibus certis in terminis, centúmque obſidibus, parvo duraturam tempore civitas pacem accepit; nam dum ob fœdus nil palàm potuit, inteſtinum bellum procuravit, & dum vulgus contra Senatum ſurgit, facilè ad libitum in civitate cuncta diſponit. Unde aliis Judicibus & Officialibus ordinatis, hos exhæreditavit, illos oppreſſit, quoſdam in carceres truſit, Regiámque civitatem penè in ſervitutem redegit. Demum anno Domini 1261 ipſo die ſancti Michaëlis mortem obîit, nec in ipſa infirmitate extrema multorum precibus pulſatus captivos acceptâ pecuniâ libertati reddere voluit. A B

Fredericus Imperator apud Maguntiam Principibus curiam ordinavit ſolempnem, ubi, contracto in Ottonem Ducem Saxonum exercitu, Brunſwicenſem civitatem expugnare ac cum Duce ſuo ſibi ſubjugare diſpoſuit. Verùm Principum interventu res retractata eſt, factúmque eſt, ut Otto ultro ante Imperatorem veniret, séque illi ſubderet; qui dum ad Imperatoriam Majeſtatem venit, conſilio Principum ordinatum eſt, ut Ottoni Brunſwicenſis & Lunenburgenſis Ducatus maneret, jus verò electionis cum Saxoniæ Ducatûs titulo reſignaret, ac per hoc omne tam à ſe quàm à patre, avóque Hinrico Leone ſcelus commiſſum, in Imperatorem expiaret, ejúſque indignationem ammoveret. Eo igitur loci Ottonem C 1238.

Titulus Ducatûs Saxoniæ & Electoratûs tranſit de domo Brunſwicenſi ad Lawenburg.

Brunſwicenſem & Lunenburgenſem Ducem conſtituit, jus verò electionis cum Ducatûs Saxoniæ titulo Alberto Lowenburgenſi Comiti dono dedit & cum rubeo enſe, ut moris eſt, infeudavit, mansítque Principatus hic apud ipſos usque ad Sigismundi Imperatoris tempora plus quàm ducentis annis; ex tunc enim Miſenenſi Marchioni traditur, ut patet in arbore ſequenti:

Hic Otto ſucceſſit patri in Marchionatu Brandenburgenſi.

Albertus Marchio Brandenburgenſis.

Hic poſt Hinrici Marchionis Brandenburgenſis mortem ſinè liberis ex Comite in Soltwedell Marchionatum abs Conrado Imperatore obtinuit.

Otto Marchio. — Severus Archiepiſcopus Bremenſis.

Bernardus Judith Daciæ Regis filia.

Hic Bernardus accepit Comitatum in Anholt, & habuit Voldemari Daciæ Regis ſororem uxorem.

Hic Albertus Comes in Lowenburg à Frederico Imperatore Maguntiæ Ducatûs Saxoniæ Imperiique electionis titulos conſuetis cum ſolempnitatibus accepit, rubeóque enſe infeudatus eſt. Quam dignitatem hactenus Brunſwicenſes Duces habuerunt.

Hinricus Comes in Anholt.

Albertus Dux Saxoniæ.

Otto Loſia Regis Dalmatiæ filia. —

Albertus Metilda Brunſwicenſis Ducis filia. — Eliſabeth Regina Daciæ. Agnes Miſenenſis Marchionis uxor.

Metildis Holtſatiæ Ducis uxor —

Hæ duæ ſinè liberis mortuæ ſunt.

Johannes Helena de Sleſwick. Anna. Agnes. — Rodolphus Anna filia Palatini Comitis.

Sophia. Helena.

Rodolphus Sophia filia Langravii Haſſiæ. —

Hic Otto in obſidione caſtri jaculo percuſſus obiit

Otto hic accepit Ducatum in Leuwenberg.

Johannes Gelburgis Daciæ Regis filia.

Albertus ejus uxor ex Haſſiæ Langravio fuit nata. —

Wilhelmus obiit ſinè hærede. — Rodolphus Anna. — Sophia nupſit Duci Brunſwicenſi Alberto.

Johannes Metilda filia Principis Slavorum.

Helena Comitiſſa Scawenburgenſis. —

Ericus

Wenſelaus

Digitized by Google

Albertus duxit filiamComitis in Segenheym. — Ericus habuit Ducis Stetinenſis filiam uxorem.

Ericus hic gladio occubuit.

Magnus Epiſcopus Caminenſis. — Ericus qui habuit filiam Ducis Brunſwicenſis.

Sophia uxor Ducis Montenſis. — Bernardus Alhedis Ducis Pomeranorum filia.

Johannes Dorothea Brandenburgenſis.

Bernardus Canonicus Colonienſis. | Magnus. | Ericus Epiſcopus Monaſterienſis. | Rodolphus. | Hinricus obiit in juventa. | Johannes. | Fredericus in pueritia obiit.

Alheidis. | Eliſabeth. | Sophia. | Margaretha in juventa obiit. | Anna nupſit Comiti Reſpinenſi. | Katharina ſanctimonialis.

Hæ duæ nupſerunt Frederico & Bernardo Ducibus deBrunſwick

Anna. | Margaretha.

Barbara Marchioniſſa Brandenburgenſis. | Rodolphus qui in juventute obiit.

Albertus Canonicus Hiſdeſemenſis bello occiſus.

Wenſelaus Ducis Badenſis filiam habuit. — Albertus poſt fratrem brevi tempore ducavit. | Wenſelaus Dux Lunenburgenſ. | Ericus Dux.

Rodolphus Barbara Brigenſis Ducis filia. — Albertus qui poſt patrem ducavit. | Wenſelaus caſu turris oppreſſus.

Mortuo itaque Rodolpho, frater ejus Saxoniæ Ducatum, electionisque Imperii titulum quaſi hæreditario jure accepit, ſed brevi tempore ducavit & ſinè liberis obiit. Quo mortuo Ericus Dux Saxoniæ Wittenburgenſi Principatu ac electionis jure privatus eſt. Quem Principatum Frederico Miſenenſi Lantgravio ob impenſum ſervitium in Bohemos Sigiſmundus Imperator in perpetuum poſſidendum tradidit.

Hoc anno Datiæ Rex in Adolphum Holtſatiæ Comitem acies duxit; unde Comes auxilio Ottonis Brunſwicenſis, Albertique Saxoniæ Ducum ſuperior factus, Regis exercitum contrivit, qui tamen poſtmodum Gerhardi Bremenſis Archiepiſcopi labore compoſiti ſunt, ita ut Abel Regis filius Comitis filiam uxorem duceret, generúmque ex hoſte Rex ſibi faceret. 1238.

A 1239. Initum eſt bellum inter Fredericum Imperatorem, Colonienſémque Archiepiſcopum; ſuperatus autem Epiſcopus, ſuis fugâ lapſis, ipſe captus eſt ac Imperatori traditus.

In quo etiam anno Hinricus Imperatoris filius Romanorum Rex in vinculis defecit & mortuus eſt; hunc enim Hinricum ex Conſtantia Arragonum Regis filia Fredericus genuerat, ſed ſuſpicione affectati regni ac zelo zelotipiæ in carcerem â patre truſus, demum hoc anno in vinculis carne ſolutus eſt.

Signum in ſole in meridie viſum eſt: nam ſol quaſi omnino
B periiſſet, cum multorum admiratione apparuit; cauſam ignorantes ad pœnitentiam redîerunt; deſignabat ſecundùm judicium, quod fallax ùt plurimùm cenſetur, mortem Gregorii noni & oppreſſionem eccleſiæ per Fredericum.

1246. Fridericus Imper. exauctoratur. Innocentius Papa apud Lugdunum conſilium habuit, ubi ob contumatiam & Pontificum perſequutionem omnium conſenſu Fredericum Cæſarem Imperio & Regnis Siciliæ & Apuliæ privavit. In cujus locum Alamanni Principes Altigravium Thuringiæ mox Germanorum Romanorúmque Regem deſignaverunt, quem Conradus adoleſcens Alamanniæ Rex abs Frederico Imperatore jam pridem inſtitutus â regni poſſeſſione armis prohibuit; quo brevì ſanguinis fluxu mortuo,
C Wilhelmus ſuffectus eſt Hollandiæ ſcilicet Comes, qui & idem, dum poſt ſex Imperii annos jam peractos contra Friſones imprudentiùs pugnaret, occiſus eſt. Unde, electione factâ, contentio inter Principes facta eſt; nam Epiſcopi Colonienſis & Maguntinenſis cum Palatino Comite elegerunt Cornubiæ Ducem Richardum Angliæ Regis filium, quem cæteri Principes repudiârunt. Unde cis Renum manens pro Rege â ſuis

18 annorum interregnum. Electoribus habitus eſt, ad coronam tamen Regni non pervenit. Quam ob rem vacavit Imperium annis XVIII; Fredericus autem biennio Italiam & Lombardiam vaſtavit, & quoad vixit, ob Principum favorem imperavit. Demum Neapolim veniens tam ſecretè obîit, ut â multis dubitatum ſit, an

vivat,

Digitized by Google

vivat, an mortuus ſit; habuit enim ægrotans ſecum filium ex concubina procreatum, Menfredum nomine, qui Siciliæ regni ac paterni theſauri cupiditate cum Camerario Imperatoris ſuper violenta morte patris conſilium inîit, qui ambo clam noctu cervical ori languentis imponentes ſuffocârunt. Quo mortuo, Manfredus parricida corpus Imperatoris cum theſauris in Siciliam ſepulturæ dedit, juxta cujus tumulum hy verſus exarati tanti in præconium viri leguntur: A Fridericus à proprio filio occiditur.

Si probitas ſensûs, virtutum gloria, censûs
Nobilitas orti poſſent reſiſtere morti,
Non foret extinctus Fredericus, qui jacet intus.

Otto nobilis natus de Lippia Monaſterienſis Epiſcopus XXX hoc anno pontificavit. Hic in abundantiſſimo ſtatu diocesin ſuam invenit; fuit autem dapſilis admodum & liberalis ac magìs, quàm debuit, prodigus, in eccleſiarum tamen & altarium conſecratione ſemper devotus & ſedulus. Hic comparavit eccleſiæ ſuæ Comitiam in Sede, inſuper & Vechte dominium. Obîit autem anno Domini 1259 poſt duodecim Præſulatûs ſui annos jam fermè completos. B 1247. Otto 2. 30. Ep. Monaſt.

Hinricus Rex Datiæ ab Abel fratre juniore cupiditate regni mari ſuffocatus eſt, qui Abel mox ſequenti anno, dum Friſones ſibi ſubjugare niteretur, commiſſo prælio ab ipſis Friſonibus ſuperatus ac occiſus eſt. 1250. C

Lubicenſis Imperialis civitas maxima ex parte igne conſumpta eſt. Unde ex tunc conſtitutum eſt, nemo ibidem niſi ex lapide domos erigeret, futuro incendio præcavere volentes. In ipſo item anno Nyenburgenſis Abbas, Abbatiſſa quoque in Quedelenburg ob commiſſa ſcelera, erutis oculis, excœcati ſunt. 1251.

Bellum durum inter Bohemiæ Ungariæque Reges factum eſt. Habuit autem Bohemius belli ſocios Ottonem Brandenburgenſem, Albertum Brunſwicenſem, ejuſdémque nominis Saxoniæ Ducem. Fuit autem exercitus magnus valde, absque numeroſa peditum turma centum milium equitum pha- 1252. Bellum enorme.

A langa ſtipatus, quorum ſeptem milia uti inſedentium, ſic & equorum erat armatura undique cooperta; Balan autem Ungariæ Rex ducenta & quadraginta milia pugnatorum in prœlium duxit. Initum eſt certamen, ac inter pugnandum nebula viſum turbavit, ut vix ſe invicem videre poſſent, duravítque bellum diebus novem maris in ora. Tandem animoſitate noſtrorum Ungariæ Rex Balan vulneratus eſt, & inferior factus ultra tredecim milia mari immerſos amiſit; ſícque demum pax reddita eſt, poſtquam Mars victimam ſuam accepit.

1254. B Conradus Frederici Imperatoris ex Jeſabella Johannis Jeroſolomitani Regis filia uxore filius, quem pater rerum omnium hæredem reliquerat, hoc anno è Germania profertur, nichil territus paternæ privationis exemplo, Apuliæ regnum ingreditur, ac Neapolim veniens, cùm cives tanquam excommunicato deditionem facere recuſarent, urbe per obſidionem famémque potitus, confeſtim ipſius mœnia pluribus in locis aperuit, ac primarios civitatis malè tractavit. Verùm eodem anno operâ Manfredi fratris ſui veneno ſublatus eſt, atque ita vix uno anno regnavit.

Manfredus autem mortuo Conrado, fratris ſe hæredem C ſubſtituit, multámque in eccleſia tyrannidem exercuit, ac Alexandrum Pontificem ſummum ignominioſè tractavit. Unde Urbanus quartus impatiens tantæ tyrannidis, habito conſilio, Carolum ſancti Ludwici Regis Francorum fratrem Siciliæ Regem declaravit, qui grandi cum exercitu in Italiam veniens, apud Beneventum cum ipſo Manfredo prælio commiſſo, ipſum ſuperavit; & tandem occidit, ac ſic regnum Siciliæ â Germanis ablatum in Gallias transfertur.

1256. Maguntinenſis Archiepiſcopus cum exercitu Gottingen opidum ipsámque Saxoniæ provinciam deprædatus eſt. Præfectus autem eo loci conſtitutus, Duce Alberto in caſtri obſidione occupato, collectis Saxonibus, prædones inſequutus eſt. Qui nichil mali ſuſpicati, dum noctu requiem acceperunt,

runt, à Saxonibus ſupervenientibus cæſi ſunt, Epiſcopus cum Comite de Everenſtein captus eſt, ac Alberto in obſidione conſtituto præſentatus; quem in Brunſwicenſi civitate nervo clauſit, integróque anno ligatum tenuit; Comitem autem per pedes ſuſpenſum ignominiosè tractavit, qui ſuſpenſus nonniſi poſt triduum mori potuit. A

Imperii Electores hoc anno de Imperatore contendentes, bifariè dividuntur; in qua quidem diviſione duos Imperatores: Johannem ſcilicet Caſtellæ Regem & Rodolphum Cornubiæ Comarchum, Anglorum Regis fratrem elegerunt, ſed neuter confirmatus, interregnum aduc in aliquos annos prorogatur. B

Wilhelmus de Holte Monaſterienſis Epiſcopus, filius fratris prædeceſſoris ſui Ludolphi hoc anno pontificavit, & in ſeptem annis, quibus eccleſiæ ſuæ præfuit, hoc ſolùm memoriæ dignum ab ipſo actum reperi, quod eccleſiam ſancti Lamberti, eccleſiam quoque in Billerbecke de advocatia liberavit, ac eccleſiæ ſuæ ac Fratribus aſſignavit. 1259. Wilhelmus 2. 31. Ep. Monaſt.

Robertus Magdeburgenſis Archiepiſcopus cum à ſummo Pontifice à Roma cum pallio mitteretur, exactionare concitò provinciæ ſuæ Judæos, maximè qui Magdeburg & Hallis degebant, ſtatuit. In cenophegia ergo dum ſolempnitatibus ſuis intereſſe noſcebantur, capti ſunt & exactionati, centum quoque milia marcarum fiſco impendere compulſi ſunt, cæterùm omni theſauro ſuo in auro & argento privati; erant enim in auro & argento, pretiosóque ſupellectili admodum divites & locupletes. C

Ipſo anno magnum & horrendum viſu diluvium factum eſt, aſcendentibus & deſcendentibus aquis in ſaltantis modum, quod mirum ſpectaculum videntibus præbuit. Unde alii arbores, alii montium cacumina, ut evaderent, præ timore aſcenderunt. 1260.

Engelbertus de Valckenberg hujus nominis ſecundus, Conradi præfati Colonienſis Archiepiſcopi ſucceſſor & cogna- 1261.

tus

A tus fuit; ſedit autem annis quatuordecim ſub Rodolpho Rege, quem & ipſe coronavit. Hic ante Pontificatum dolere ſuper contritione civium viſus eſt, ac Abſalonis inſtar vulpinâ fraude omnium in ſe animos vertere nitebatur, ſicque demum ex Præpoſito ſancti Gereonis ſpe recuperandæ libertatis electus ac magnificè à civibus acceptus eſt; verùm ubi ſe confirmatum vidit, acta prædeceſſoris ſui & verbis & factis confirmavit, majorâque adjecit, nobiles civitatis incarceravit, cives exactionavit, incolas cum civitate ſuam in poteſtatem redegit, caſtra, turres, portas ſuis cuſtodiæ tradidit, ac portarum claves à civibus accepit, & quibus ex ſuis voluit, dedit.

Engelberti 2. Archiep. Colon. acta contra cives Colon. & econtra.

B Tantâ poteſtate in civitate acceptâ, judices novos ac civium magiſtros officiatos inſuper conſtituit, ſine quorum conſenſu nichil agere vel concludere Senatus deberet, poſtulavítque viarum, molendinorum frumentorúmque redditus ſibi dari; cæterùm exactionem ſex milium marcarum à civibus exegit, ſextámque bonorum uniuscujusque partem adunatim ſibi dari poſtulavit. Poſtulata ſunt hæc à civibus anno Domini 1262 octavâ die Junii. Tanto in articulo conſtituti cives, privati libertate, ad adverſa unanimi conſenſu aut fortiter paternis pro legibus mori, aut recuperatâ libertate, ſecuriùs vivere decrevêre. C Belli igitur ſigno campanæ pulſu dato, à parvo usque ad maximum ad arma confugêre; nec erat puer, qui vel evaginare enſem aut arcum tendere ſufficeret, qui ſeſe certamini non daret; ſed & mulieres, mollicie depoſitâ, animo virili ſumptis lignis lapidibus &, unde fila traxerant, colis, alabríſque ac fuſis concurrére, libertatem civitatis tueri cupientes, quæ etiam tantâ feritate ſeſe animarant, ut Amaſonum inſtar fœmineus furor multorum milium armatorum terrori fuiſſet. Videre fuit civitatem multorum milium armatorum civium agmine refertam. Itaque revocatis civibus, qui Conradi jam dudum Præſulis tirannidem declinaverant, certamen initum eſt: imprimis quatuordecim portæ caſtrorum in modum erectæ abs familiaribus Engelberti Epiſcopi occu-

Digitized by Google

occupatæ vi & armis, comprehenſis qui intus erant, expugnatæ ſunt; dein ad alia duo caſtra utique fortiſſima verſum eſt, quæ ſimiliter gravi jactura civium expugnata ſunt. Hæc enim caſtra Engelbertus muris & turribus in civitatis oppresſionem munîerat. Unde & muri turriúmque partes in monimentum poſteris reſervatæ ſunt, ut diſceret poſteritas, quantì patribus ſuis libertas ipſa conſtiterit, ſícque libertatem cives recuperare incipiunt. Cognita hac re, Præſul contracto undecuncque exercitu, adjuncto ſibi Leodienſi Epiſcopo Hinrico, Gelriæque Duce cum nonnullis aliis Principibus urbem obſidere nititur; mediantibus tamen præfatis Principibus, compoſiti ſunt, datis Epiſcopo ſex marcarum milibus, literæque ſuper hoc confectæ ſunt. Accepta itaque pecunia pro confirmatione Romam adîit & quaſi vi ad compoſitionem compulſus contra cives Apoſtolicas literas excommunicationis rediens oſtendit, duodecimque marcarum milia pro compoſitione poſtulavit & accepit, &, præſente cum cæteris Principibus Alberto magno Ratisponenſi Epiſcopo, jure jurando in perpetuum pacem ſe ſervaturum ſpopondit. Haud multò pòſt fidefragus in aula ſedens, judicium & juſtitiam adminiſtraturus fratrem ſuum Comitem de Valckenberg cum exercitu veſpere ſtatuto die ante aulam vocavit, ſed quia res innotuit, in civitatis introitu hoſtis capitur ac aula Præſulis armatis in gyro munitur, capitur Præſul, cuſtodiæ mancipatur; verùm Principum interventu unà cum fratre poſt quindenæ capturæ tempus ſolvitur, quatuor inſuper marcarum milibus â civibus acceptis. Res mira! fidefragus Epiſcopus contra juramentum præſtitum iterum ac iterum veniens, miſſis literis cum quodam milite pacis inimico, diſcordiarum ſeminatore, inteſtinum inter Optimates & plebæos procuravit bellum, tantúmque invaluit, ut in ipſo ſancto Penthecoſtes die ter pugnatum ſit, palmam Primatibus ferentibus. Siniſtro eventu contriſtatus Præſul, accepto conſilio, traditione capi poſſe civitatem didicit, ſed ſpe fruſtratus ſuâ

A traditores puniendos miſit; capti enim à civibus rotati ſunt. Verùm quia cives cum quibusdam Principibus perpetuam civilitatem inierant, quorum unus Juliacenſis Comes fuit, indignatus Epiſcopus bellum ei indixit, contractóque exercitu ejus terras igne & ferro vaſtavit. Cui cùm ſolus reſiſtere non poſſet, advocato Gelriæ Comite in ipſum aciem direxit ac poſt victoriam Epiſcopum captum duriſſimo carcere mancipavit, ferreámque caveam, in qua avis inſtar ſederet, fecit, ac Apoſtolicis Legatis Epiſcopi ſolutionem poſtulantibus per mandata, reſpondit, *avem in terra ſua ſe cepiſſe, ac caveæ, ne aufugeret, incluſiſſe, non Epiſcopum ſed prædonem, pacis inimicum, diſcordiæ ſeminatorem, perjurum, perfidum, omnibus odioſum ſe tenere, quem nullius metu territus ſolvere nollet, aufferre volenti pro viribus reſiſtere vellet: primùm ſibi ſubſtantiam, deinde vitam, tunc forſan demum caveâ clauſum ſolvere ac liberum emittere poſſe volucrem.* Ob quam rem excommunicationis ſententia Comes ab Apoſtolico notatus, civitásque Colonienſis interdicto ſubjecta eſt. Tandem Albertus magnus Ratisponenſium Præſul medium ſe poſuit. Unde ſolutus, parvo pòſt tempore carceris anguſtiis moleſtatus ſupervixit. Captus eſt anno 1267 ipſo die beati Lucæ Evangeliſtæ, anno verò Domini 1270 libertati reſtitutus, poſtremo anno Domini 1272 carne ſolutus ac ſepulturæ traditus. Fuiſſet forſan multorum teſtimonio, qui ipſum familiariùs noverant, ſuis gratioſus, ni ſuorum conſiliis fuiſſet depravatus.

In bello captus cavea ferreæ per triennium includitur.

B

C

1262. Cometes inſigni magnitudine ſupra tres menſes apparuit, quo primùm apparente, Urbanus ſummus Pontifex infirmari cepit, ſed eadem ipſa nocte, qua idem Pontifex carne ſolutus eſt, & ipſe Cometes extinctus eſt.

1266. Gerhardus natus de Marka XXXII Monaſterienſis Epiſcopus ſedit annis undecim. Hic Comiti fratri ſuo pro libertate eccleſiæ ſuæ recuperanda admodum importunus fuit; nam contra ipſum opidum Ahlen firmavit, & opidum Beckem fundavit,

Gerardus 3. Epiſc. Monaſt.

davit,

Digitized by Google

davit, ubi & collegium inſtituit, dominium quoque Horſtmariæ eccleſiæ ſuæ acquiſivit. A

Conradus de Sterneburg apud Magdeburg decennio pontificavit. Hujus tempore ibidem Judæus Sabbato in cloacam cecidit, quem, ne Sabbatum violarent, cæteri Judæi extrahere ipſo die detrectarunt. Quæ ludrica ubi Conrado innotuerunt, ſub capitis pœna ſequentem Dominicam a Judæis Sabbati ſui inſtar celebrandam ipſis præfatis Judæis indixit; ſicque Hebræus tertiam usque in diem humanis in fœcibus laboravit.

1268. Judæus Magdeburgi biduum in latrina ſabbatizat.

Mandato Gregorii Decimi ſummi Pontificis Electores poſt diuturnam Imperii vacationem Franckfordiæ in unum convenêre, ac in Rodolphum Havesburgenſem Comitem conſenſêre, qui ea tempeſtate cum exercitu valido Baſilæam obſederat. Coronatus igitur ab Engelberto Colonienſium Epiſcopo, regnavit annis XVIII, poſt multas victorias habitas pacem ab Alpibus usque ad montes Anglicos mari terrâque fecit. B

1273. Rodolphus I. Imp. ex Com. Habsburg.

Rodolphus itaque XVII Germanorum Imperator omnium conſenſu Cæſar creatus eſt ac ea conditione a Gregorio ſummo Pontifice in conſilio, quod tunc Lugduni celebrabatur, acceptus, ut ſequenti anno in Italiam pacificus veniens Romam ad coronam unctionémque accipiendam ſe conferret, exinde rebus Jeroſolymæ, quantum poſſet, maximè opem ferret; nam eo in conſilio prima attentio & cura de afferenda Jeroſolymæ rebus ope eſt actum; fuit autem idem Rodolphus vir certè, cui nichil ad excellentiam laudis deeſſe videbatur: robuſtiſſimo etenim corpore ac pulchrior aſpectu, ſed & conſilii atque animi magnitudine atque egregia liberalitate admodum decoratus. Habuit autem uxorem Annam Paduæ Comitis filiam. Is ſequenti poſt electionem anno Principum inſtinctu Romam petiit, ubi & ſummo cum honore coronatus eſt, móxque Regnum, quod diuttinæ vacationis tempore dilapidatum erat, reformavit, eccleſiæque Romanæ Bononiam cum diſtrictu ſuo, provinciámque Romaniolam alienatam reſtituit. C

A ſtituit. Hys geſtis, in Germaniam proficiſcens contra Agiſelaum Bohemiæ Regem ſtatim expeditionem ſuſcepit, & pugna cum eo conſertâ ſuperatum tandem cepit, ac per multum tempus tanquam viliſſimum mancipium in viliſſimis officiis ſibi ſervire coëgit; Auſtriæ enim Ducatus, nonnullæ quoque aliæ provinciæ per mortem Principum, qui ſinè hæredibus diſceſſerant, ad Imperatorem devolutæ erant. Quam ob rem ſœpe citatus ab Imperatore Bohemorum Rex, dum venire contempſit, bellum inîit, ac inferior factus Imperatorem ſuperiorem ſuum cognovit; veruntamen poſtea cùm ipſum jam humiliatum regno reſtituiſſet, filiam ſuam eidem matrimonio B copulavit. Quos autem filios ſuſceperit, aut quo mortis genere obìerit, nondum reperi; hoc ſolùm invenio, quod ſenio & ægritudine confectus in Erfordia diem ultimum clauſerit & ad Spiram reductus inter Romanos Imperatores ſepultus ſit anno Domini 1291 die XXII Julii.

Ottonis de Rittberg Epiſcopi diſſidium cum civibus Paderb.

Eo tempore Symone Padeburnenſi Epiſcopo mortuo, Otto de Rethberg ſuccedens, ſedem eandem XXX annis tenuit. Hic multas ſuis cum civibus guerras habuit; unde unâ dierum, dum cives novum caſtrum civitati proximum appoſito igne demoliri niterentur, prout & fecerunt, nec non longè pòſt foſſata illius ſolo æquare unanimiter conveniſſent, Epiſcopus armatâ manu repentino impetu ſuper ipſos irruit, C commiſſóque prælio, non minùs quingentis occiſis de civibus ac plauſtris impoſitis, in civitatem ſepeliendos remiſit. Otto enim ante ſuam conſecrationem præſtito & accepto ſuper certis punctis juramento â civibus ſigillatis, hoc ſibi privilegium reſervavit, cives ſcilicet emunitatum libertates illæſas liberáſque ſervaturos; in Canonicorúmque ſive eccleſiaſticarum perſonarum familias non priùs coram Dominis ſuis conventas nullam penitus juriſdictionem exercere, excommunicatos inſuper ſtrictiùs vitare, ipſóſque ab officio Conſulatûs prohibere. Quæ compoſitio dum ſervari non videbatur, cladem præfatam generavit. Orta eſt & diſſenſio ſuper judicio ſæculari,

quod

d by Google

quod in Padeburnenſi foro exerceri ſolitum eſt; unde arbitris, partibus ab ambabus electis, pronunciatum eſt, prædicti judicii officium Padeburnenſis eccleſiæ feudum eſſe, factáque eſt hæc pronunciatio anno Domini 1299. A

Everhardus de Deſt Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopus electus in lite contra Wichboldum Præpoſitum ſancti Mauritii, qui Wichboldus ceſſit electioni & factus eſt poſtmodum Archiepiſcopus Colonienſis. Hic Everhardus emit eccleſiæ ſuæ caſtrum Boslar & conſtruxit caſtrum in Saſſenberg & judicia Gograviatûs in Alen comparavit, ad ſuggeſtionem autem ſuorum pro eccleſiæ ſuæ jure Monaſterienſem civitatem cum exercitu circumvallavit, ſed à ſuo Capitulo aliiſque ſubditis, de quibus confidebat, quorúmque conſilio rem inceperat, derelictus eſt, ac ad compoſitionem ineundam compulſus; ſicque ultra eccleſiæ ſuæ jura, quæ tueri decreverat, & pro quibus ſalvandis certamen inceperat, dimidiam etiam partem judicii & frumentum, univerſam quoque aſſiſiam dimiſit. Hic Everhardus inter cœnandum in ſancti Martini vigilia ab officiato Comitis Teckenburgenſis in menſa ſedens clam ferè captus fuiſſet & ex improviſa traditione circumventus, niſi fugâ ſe ſalvâſſet, turrim enim caſtri offendit, quam, clauſo poſt ſe oſtio, pro ſui liberatione aſcendit; interfecto autem hoſtiario ac camerario cum nonnullis aliis, ſpoliis ablatis inſidiator abîit, infectóque negotio, ad Comitem, qui ipſum miſit, rediit. Unde implacabilis diſſenſio inter Epiſcopum & Comitem orta eſt, infinitáque Comiti dampna igne & ferro illata ſunt. Obîit tandem idem Præſul anno Domini 1300 craſtino Ambroſii Epiſcopi.

1277. Everardus 33. Epiſc. Monaſt.

B

C

Eodem anno cum in Trajecto homines utriusque ſexûs ſupra pòntem coreis ac vanitatibus operam darent, contigit ſacerdotem cum Diviniſſimo Eukariſtiæ ſacramento ad ægrotantem deferendum pertranſire. Illi immemores Divinæ rei, cultum nullum ac reverentiam exhibentes, ponte fracto, in

A aquis Moſæ pertranſeuntis fluminis ad ducentos homines undis abſorpti ſunt atque perîerunt.

1178. Sigfridus 52. Archiep. Colon. Sifridus quinquageſimus ſecundus Colonienſium Archiepiſcopus ſedit annis XXIV menſibus quinque ſub Rodolpho & Adolpho Romanorum Regibus. In hujus electione diſcordia facta eſt: nam quidam hunc, alii verò Conradum Comitis de Monte filium elegerunt. Verùm Gregorius Papa, reprobatâ Conradi electione, Sifridum confirmavit. Erat autem vir bellator ab infantia, natus de Weſterburg, qui ſtatim poſt electionem utriusque ſtatûs Principum inimicitias habuit. Un- B de prædeceſſorum ſuorum veſtigiis inhærens, inprimis contra Juliacenſem Comitem (quia civitatis Colonienſis partis erat, & quia prædeceſſorem ſuum ferreâ caveâ clauſerat) occaſione caſtrorum, quæ favore Conradi, quem pars altera elegit, dioceſi abſtulerat, hoſtiliter agere cepit.

Eâ tempeſtate Juliacenſis Comes veſpere clam cum quadringentis ſexaginta octo militibus armatis Aquisgranum intravit, noctu opidum expugnaturus; habuit autem in comitatu ſuo primogenitum filium alióſque duos ex concubina procreatos. Res hæc civibus innotuit, & poſitis in portis cuſtodibus, perforatíſque domorum parietibus, interiùs ſinè Co- C mitis ac ſuorum notitia per domos patefactis itineribus in opidi forum unà pugnaturi conveniunt, initóque certamine ſuperiores facti Comitem toto cum exercitu occiderunt. Furor hic civium maximam reipublicæ jacturam intulit: nam aliquando, compoſitione factâ, conceſſum eſt, Juliacenſem Comitem Præpoſituræ Aquenſis in perpetuum collatorem fore, tertiam quoque oblationum partem in beatæ Mariæ Virginis eccleſia ſibi cedere.

Ubi autem innotuit Sifrido Juliacenſem Comitem cum ſuis cecidiſſe, jam tempus belli in ſuum Comitatum nactus, adunato exercitu ſuam ſuorúmque Prædeceſſorum injuriam vindicaturus, Juliacum civitatem inprimis armis circumdedit, ac poſt diuturnam obſidionem, diverſis ibidem præliis com-

miſſis

miſſis obtinuit, & caſtrum ipſum, quod in ea erat, ſolo æquavit, cæteráſque urbes, caſtella & fortalitia victor calcavit; duo ſolùm caſtra Nydeck & Homboch manus ejus evaſère. Subjugato ſic pro libitu Juliacenſi Comitatu, eo ipſo quoque ad votum uſus eſt. Verum Limburgenſis Dux cum occiſi Comitis cognatis armatâ manu Colonienſem diœceſin ingrediens, prædari ac demoliri provinciam cepit. Quibus occurrens Sifridus fugam inire compulit, noctúque, quod obſederat, caſtrum liberavit. Demum, poſt longa bella inter Epiſcopum & Juliacenſem Comitem crudeliter patrata, â Martino quarto ſummo Pontifice compoſiti ſunt ac ablata Comiti reſtituta. A B

Proximo anno, quo ab Aquenſibus Juliacenſis Comes cum ſuis interemptus eſt, Engelbertus Comes Markenſis â quodam Domino Bernardo Bredenhart captus eſt, ac in vinculis colligatus, ubi & mortis debitum reddidit. 1279.

Frederico quondam Imperatore XXXta jam fermè annis mortuo, ùt præmiſſum eſt, ruſticus quidam in provinciam veniens, Fredericum ſe Imperatorem eſſe mentitus eſt, aſſeruítque ſe ſub peregrino habitu hactenus mundum pervagâſſe, multiſque argumentis Theodericum ac Fredericum Thuringiæ Principes ad fidem ſibi præſtandam induxit, miſítque ad Hinricum Brunſwicenſem Ducem legatos, ut ſe reciperet, quia filiam filiæ ſuæ uxorem haberet. A multis igitur creditum eſt, hunc Fredericum eſſe, maximè quia non conſtabat, ubi aut qua morte Fredericus obiiſſet. Demum captus â Rodolpho Imperatore, in tormentis confeſſus eſt, ſe ruſticum ignobilem eſſe, ſe quondam in aula Frederici militâſſe ac inde argumenta talia ſibi ſumpſiſſe; ſícque igni datus affectati regni finem dedit. 1286. *Ruſticus ſe fingit Fridericum Imper.* C

Dux Limburgenſis, nullo filio relicto, carne ſolutus eſt, cujus provinciam hæreditario jure Montenſis Comes accipere nitebatur, jus autem ſuum, maximo auri pondo accepto, Brabantiæ Duci vendidit; at Gelriæ Comes Ducatum uxoris 1288. *Limburgenſis Ducatus tranſit ad Ducem Brabantiæ.*

nomi-

A nomine hæreditare cepit, & caſtra quædam ac fortalitia ſuam in poteſtatem redegit, quod ſementum cruentam in meſſem maturavit: contraxit enim Brabantiæ Dux Johannes numeroſam Principum catervam, immensúmque exercitum, habens & Colonienſem civitatem in ſuum ſubſidium, in qua eâ tempeſtate Sifridus prædeceſſorum ſuorum exemplo tirannidem exercere moliebatur; Gelriæ quoque Comes non minori Comitum ac Nobilium ſtipatus numero, in comitatu etiam Sifridum Epiſcopum habens, in Brabanitæ Ducem bella acturus acceſſit. Miſcuêre Principes, & æquo Marte diu pugnatum eſt; ſœpiùs enim utriusque exercitûs bellatores, dum fugam B petunt, recepto animo reverſi fugantes occidunt: nunc hi, nunc illi victoriam ſibi polliciti ſunt; demum Brabantiæ Dux, victoriâ obtentâ, triumphavit. Cruentum bellum ab utraque parte: nam ex parte Sifridi ultra mille Nobiles occiſi, totidémque capti ſunt, ubi & Lutzenburgenſis Comes cum Walramo fratre ejus, Hinricus quoque Sifridi Epiſcopi germanus gladio ceciderunt; ipſe autem Sifridus ſed & Renoldus Gelriæ Comes cum multis aliis nobilioribus capti, carcerati, cuſtodiæ mancipati ſunt. Sifridum autem Epiſcopum Comes de Monte ſeptennio in vinculis tenuit; maluit enim mori, quàm Comitis ad libitum exactionari. Demum longâ carcerali afflictione tabefactus, magno caſtrorum numero Comiti reſignato, ſolutis vinculis, libertati reſtitutus eſt.

Incarceratio dura Sifridi Epiſcopi Colon. apud Comitem Montenſem.

C Interea dum ſic, ùt præmiſſum eſt, Sifridus Epiſcopus in vinculis detinebatur, Engelbertus Markenſis Comes Weſtphaliam ingreſſus, Angariæ Ducatum milite oppreſſit, multíſque fortalitiis & caſtris obtentis, quibusdam etiam dirutis, victor evaſit.

Sifridus autem, ùt præmiſſum eſt, durè exactionatus ac libertati reſtitutus, dum Coloniam repatriandi cauſâ adire decreviſſet, inſtantiùs Montis Comitem, ut ſibi ducatum præſtaret, rogavit. Comes nil mali ſuſpicatus (nam pax inter ipſos compoſita erat) ſe ipſum itineris ductorem promiſit.

Qui

Digitized by Google

Qui dum ſimul pergerent ac Tuitiam venirent, concitò inſidiæ ibidem â Sifrido ordinatæ in Comitem & ſuos irruunt, A Et econtra. captúmque ferreâ caveâ vinctùm includunt; quem etiam æſtivo tempore corpore nudatum, melle perunctum inter ſolis radios muſcarum aculeis puniendum cum ipſa cavea expoſuerunt, ſicque ſinè miſericordia punitum, quoad vixit, deluſerunt. Promiſit ſe Comes omnia, quæ abs Epiſcopo acceperat, redditurum, & quantum auri vellet, additurum, ſi liberum dimitteret, cui Epiſcopus, ſufficere eccleſiam Colonienſem pro Epiſcopi ſuſtentatione dixit, ipſúmque diſcere oportere, quomodo Epiſcopum captum tractare deberet.

Adolphus de Naſawe Comarchus, decimus octavus Germanorum Imperator hoc anno omnium ſuffragiis Rex & Cæſar creatus & factus imperavit annis ſex, vir certè inſignis ſed parum milite ac pecuniis potens, qui Imperio ſuſcepto, quamvis â Pontifice coronatus non fuiſſet, cùm jura Imperii repetere tenptâſſet, ab Alberto, ut dicunt, Rodolphi filio, in Spirenſi agro propter militum paucitatem potiùs oppreſſus quàm ſuperatus occiſus eſt, qui & pro eo regnavit annis decem. B 1293. Adolphus Imper.

Tres filios Brunſwicenſis Dux Albertus moriens poſt ſe reliquit, qui Ducatum inter ſe partiti ſunt. Poſt mortem igitur Wilhelmi Hinricus & Albertus fratres ſuper hæreditate litigârunt; cives autem Brunſwicenſes Hinricum Ducem acceperunt. Erat autem eâ tempeſtate diſcordia inter cives & Conſulatum. Unde Albertus paternâ hæreditate ſe privatum animadvertens, conſenſu Conſulum clam noctu civitatem ingreſſus eſt, & ex civibus, multis in vincula conjectis, decem quoque ſuſpendio finitis, uno decapitato, Hinricum fratrem fugâ lapſum in Grupenhagen fugavit, & ex illo Hinrico Duces de Grupenhagen originem duxerunt. 1294. C

Albertus Rodolphi Imperatoris filius (in Spirenſi agro occiſo Adolpho) regnavit annis decem, quibus expletis, & ipſe quoque occiſus eſt. Fuit hic Princeps omnino pacificus, ha- 1298. Albertus Imp.

A buítque uxorem Wichandam Trojæ Marchionis filiam, â qua Fridericum filium ſuſcepit, cui & cum Regis Franciæ filia Oeſtriæ Ducatum dedit, â quo moderni Duces Oeſtriæ originem ſumpsêre.

Hæreſis Fraticellorum extinguitur.

Eodem tempore hæreſis eorum, qui ſe Fraticellos de opinione vulgariter nuncupabant, â Bonifacio octavo dampnatur & ubique diligenti curâ perquiſita exterminari omnino jubetur. Hujus ſectæ cultores præter ſtupra & adulteria, quæ unusquisque abditis in locis ad hoc occultè paratis committebant, aliud etiam publicis eorum cerimoniis ſcelus tale fiebat, ut vocatæ & de induſtria ſeductæ ſpecioſiores quæque vel viduæ vel virgines, cùm in antris noctu venirent, ſacerdotes & ejus ſectæ clerici eodem in antro clauſi Divinas quidem laudes ad comparandam fidem ex Chriſtiano ritu cantabant, quibus, ùt ajunt, mediâ nocte finitis, ſacerdotes altâ admonebant voce, binos debere maſculum & fœminam, ſancto ſpiritu invocato, in complexum carnalémque copulam commiſceri. Quibus dictis, luminibus illico extinctis, quisque virorum proximam mulierem ſternebat ſibi, & ſi ex hujusmodi complexu ſive coitu aliqua mulier concepiſſet, infans genitus mox ad conventiculum illud in ſpeluncam deferebatur, & ibi per ſingulas eorum manus trahebatur tamdiu totiésque bajulandus, quousque animam exalabat, ísque, in cujus manu infantulus exſpirabat, ſummus eorum Pontifex Divino, ut ajunt, Spiritu creatus habebatur; & cum alter item fœtus ex tam multis vitiatis fœminis offerretur, eum ſacerdotes collegialiter congregati prunis aſſabant, collectum inde pulverem in vaſculum mittentes vinum ſuper infundebant, quo novitios & execrabiliter hujusmodi initiatos ſacerdotes potabant, â quo combibendi modo crudelis hæc ſuperſtitio vaſculi, quo fit, vocabulo *barilottum* vocatum eſt.

Ejus fœda conſtitutio (B) (C)

Wichboldus 53. Archiep. Colon.

Eodem anno Wichboldus Colonienſium Archiepiſcopus quinquageſimus primus pontificare cepit. Hic ex militari proſapia dictorum de Holte ex Weſtphaliæ provincia in Epiſcopum

pum electus eſt, vir ſenex, conſilio magis quàm prælio valens, unde & in principio ſuæ electionis amicos ſibi milites & cives comparavit, Colonienſémque civitatem, quæ jam annis ſeptem totidémque menſibus ſub Apoſtolico interdicto languerat, ipſo die Annunciationis beatæ Mariæ Virginis anni ſequentis Apoſtolicâ item autoritate abſolvit; qui tametſi ex ſimplici militarium genere, ut dictum eſt, ortus fuit, amicorum tamen auxilio caſtra & urbes â prædeceſſoribus ſuis impignoratas recuperavit. Hic Albertum Auſtriæ Ducem, qui in Regnum poſt Rodolphi mortem ac Adolphi depoſitionem vi intruſus procuratione Maguntini Epiſcopi fuerat, Aquisgrani coronavit, non longè poſt Norenbergæ cum Rege proficiſcens ſolemni pompâ & Reginam coronâ inſignivit. B

Et quanquam Wichboldus præfatus ſenio confectus armis inabilis pacíſque & amator & procurator fuerit, diſcordiam tamen & bellum cum Colonienſi civitate habuit. Vocatus igitur â civibus Albertus Romanorum Rex, quem jam pridem Epiſcopus conſecraverat, in Pontificem prælia commiſſurus cum exercitu venit, atque magnâ regionis parte vaſtatâ, cum Epiſcopus reſiſtere Regi non prævaluit, coactus opida quædam & caſtra, quæ â progenitoribus ſuis impignorata eccleſia Colonienſis tenuit, Regi reſignavit, ſícque confœderati ab invicem receſſerunt. C

Comes Markenſis ſpecialis Epiſcopi ac dioceſis adverſarius in Colonienſem Epiſcopum arma ſumpſit. Convocato ab hoc exercitu, Wichboldus Soſatium Weſtphaliæ urbem intravit, vim vi repulſurus. Quod ut Comiti innotuit, nec auro nec ſumptibus parcens, immenſum in unum undecunque congregans exercitum in dioceſin Colonienſem duxit, ſperans Epiſcopum ex urbe in pugnam exiturum. At Epiſcopus, vir prudens, quietus manens in civitate reſedit, Comite maximis ſumptibus militante. Quibus tandem deficientibus, dimiſſo exercitu, ad propria reverſus eſt, quem ſequutus Præſul cuncta ferro & flammâ demolitus eſt; verùm cum 1299.

A præda magna ab hoſtium perſequutione rediens infirmari mox cepit; quam invalitudinem ſi non incurriſſet, profectò Comitem ipſum cum ſuis eccleſiæ Colonienſi ſubjugâſſet. Soſatium igitur ingreſſus, fatiſcens artubus multa cum devotione ſpiritum Deo reddidit ac ibidem ſepulturæ locum in eccleſia ſancti Patrocli martyris accepit.

1300. Primum Jubilæum Romæ celebratur.

Jubilæus hoc anno â Bonifacio Pontifice Romano primùm indicitur, in quo plenariam omnium peccatorum remiſſionem hys, qui Apoſtolorum limina viſitâſſent, præſtitit, & hoc centeſimo anno decreto publico ſervari mandavit. Cujus rei gratiâ illò tanta hominum undique multitudo venit, ut vix B urbem per amplam incedere daretur; & hac in re Bonifacius ipſe glorioſus potiſſimùm extitit, quod inſtitutum jubilæi primus Romanorum Pontificum inſtituerit, & quod Evangeliſtarum & quatuor eccleſiæ Doctorum, videlicet Gregorii, Auguſtini, Ambroſii & Hieronimi ſolempnitatem ſub duplici officio celebrari præceperit, & item Ludwicum ex Regia Francorum ſtirpe natum, apud Aphricam defunctum in ſanctos Confeſſores meritò tranſtulit; in aliis enim, ùt fertur, intravit ùt vulpes, vixit ùt leo, mortuus eſt ùt canis. Erat profectò vir calidus, ingratiſſimúsque, qui ſuâ ambitione ſanctum Cæleſtinum magnâ iniquitate decepit & Pontificatu ſe abdicare quaſi coëgit ac perpetuo carceri dampnavit: ajunt enim, C hunc Bonifacium quendam hominem clanculo in cubiculo Cæleſtini nocte miſiſſe, qui voce quaſi Divinâ diceret: *Cæleſtinus ſi ſalvus vult fieri, Pontificatum omnino deponat*, atque ita hys artibus & fraudibus Pontificatum Bonifacius adeptus eſt, quo ſuſcepto, arrogantiſſimus homo omnes ferè contempnere cepit, & gratias â Prædeceſſoribus ſuis factas ùt plurimùm revocavit, Petrum & Jacobum Cardinales Columpnenſes viros inſignes ex odio dignitate, beneficiis ac fundis paternis & caſtellis privavit; demum vinctus in carcere violentâ morte defecit.

Encomium (ſi Diis placet) Bonifacii PP. octavi.

Hinricus ſecundus de Wirnenberg poſt Williboldum in

quinqua-

quinquageſimum quartum Colonienſem Epiſcopum electus hoc anno pontificavit, in cujus electione contentio facta eſt: nam quidam Hinricum hunc ex Præpoſito ejusdem eccleſiæ elegerunt, alii Reynardum de Weſterenburg Bunnenſem Præpoſitum, alii Wilhelmum Juliacenſem Comitem ſancti Severini Trajectenſis eccleſiæ Præpoſitum; qui quidem Wilhelmus contra Franciæ Regem in prælium feſtinans (erat enim belli Capitaneus) confoſſus interiit, confirmationem, quam ſibi ab Apoſtolico procuraverat, morte prævenit. Unde Hinricus cum Reynhardo in curia ſuper Præſulatu litigantes moram nectunt, ſed quia Hinricus per triennium ante electionem in Romana curia ſteterat, quaſi optimè notus à Clemente Papa confirmatus eſt. Quos ſumptus, clero ſuæ diœceſis contributione impoſitâ, glorioſé ſolvit. Henricus 2. 54. Archiep. Colon. A B

Cometa horribilis ſatis, in longum comas ſpargens, tribus ante Paſcæ feſtum, totidémque poſt feſtum diebus apparuit, ſequutáque eſt peſtis, univerſum orbem perambulatura, quam homines tertiam eſſe plagam dicebant. 1305.

Otto de Rethberge XXXIV Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopus ex Padeburnenſis eccleſiæ Præpoſito electus ſex annis glorioſè eccleſiam ſuam rexit, rebelles humiliavit & adverſarios ſuppeduavit. Hic contra Everhardum de Marka, qui tunc famoſiſſimus & potentiſſimus habebatur, in Werne & Hoenwarde aliisque quibusdam locis diverſas expeditiones fecit, ac demum humiliatos ad feudalia ſua (præſtito etiam hominio) ſuſcipienda armis induxit; cum quo tamen Comite poſtea caſtrum Bredenvart & item Loen obſedit & in deditionem accepit; cum Domino quoque Lippenſi caſtrum Hoveſtaed captum pro medietate eccleſiæ ſuæ appropriavit. 1301. Otto 3. 34. Epiſc. Monaſt. C

Hic Otto dolens ſuper amiſſione juris eccleſiæ ſuæ per prædeceſſorem ſuum civitati appropriati, (ùt jam in ſuperioribus dictum eſt (*pag.* 377 B) niſus eſt pro poſſe amiſſum recuperare, profeciſſétque forſan, ſi non zizaniatum ſator lolium ſuperinduxiſſet; factum eſt enim, quandam in Monaſterienſi

A eccleſia præbendam vacare, quam clerico Præſulis conferre Canonici debuerant; verùm in detrimentum ſuî, Epiſcopique contemptum Proconſulis filio, primariis precibus Præſulis contemptis, contulerunt: ſimiliter & cives in ſui favorem & auxilium, odiúmque Epiſcopi concitârunt. Otto igitur Prælatis eccleſiæ ſuæ ſe oppoſuit, & contra ipſos, prout de jure potuit, de ipſorum inabilitate & beneficiorum curatorum pluralitate proceſſus emiſit & promulgavit per ſe ſuúmque Officialem in Synodo; contra quos proceſſus Canonici & Prælati non jure ſed violentiâ proceſſerunt, ipſum ſcilicet inabilem, monetæ falſarium, excommunicatum, irregularem, B nec jure Epiſcopum eſſe poſſe conclamabant, ac multis ſibi criminibus impoſitis, in quantum in ipſis erat, depoſuerunt & Conradum de Monte eccleſiæ Colonienſis Præpoſitum intruſerunt, cujus electionem Hinricus tunc Colonienſis Archiepiſcopus ſinè accuſatione aut citatione confirmavit. Ad ſedem igitur Apoſtolicam Otto appellavit, & falſorum conſiliatorum conſilio deceptus, dioceſi & caſtris relictis, per ſe Romam petîit, aliis contrarium perſuadentibus, & quia vi non jure contra ipſum procederetur, vim vi repelleret. Ubi iter Epiſcopus arripuit, fautores Epiſcopi humiliantur, Conradúsque per dioceſin inducitur; qui ut majorem favorem caperet, civitatibus ac cæteris nobilibus libertates & jura, quæcuncque etiam poſtulata contra jura eccleſiaſtica, ymmò contra Regalia ipſa, ſtatuta Apoſtolica & edicta Imperialia ultro conceſſit & ſigillavit, de quibus ipſis & ſucceſſoribus tam Epiſcopis quàm Canonicis juſto Dei judicio graviſſima dampna vexationéſque pene infinitæ oriebantur. Et ut odium populi in Ottonem augeretur, per vicos & urbes publicis ſermonibus in eccleſiis ipſum infamârunt. Quæ omnia Otto coram ſummo Pontifice propoſuit & publicavit; qui cauſis perquam diligentiſſimè examinatis & falſis conſpectis, publicè caſſavit, & Ottonis adverſarios graviſſimis pœnis dampnavit, obtinuítque idem Otto contra omnes ſuos adverſarios tam clericos

Origo privilegiorum in civitatibus Monaſterienſibus.

C

quàm

Digitized by Google

quàm laicos ſententiam excommunicationis, privationis, depoſitionis & inabilitatis. Quas literas Apoſtolicas per Leonardum plebanum in Wechta, quem ſui etiam adverſarii depulerant, ad Padeburnenſem civitatem pro executione præmiſit. Qui Leonardus dum Monaſterii deveniſſet, nec de victoria Ottonis audiſſent, hunc verſum in eccleſia in Ottonis contemptum ſcribi publicè fecerunt: *De Roma retulit Leonard, quod vacca pepedit.* Sed ubi res, ut erat, innotuit, in lacrimas verſus eſt riſus, plauſus in gemitum, in mœrorem gaudium eſt mutatum: timore enim correpti amicos, quos potuêre, ad blandiendum Ottoni transmiſerunt. Cum quibus Otto de Roma rediens Pictavis clauſit diem ultimum anno Domini 1308 in die ſancti Galli Abbatis. Suſpicabatur autem veriſimili probâ â coco ſuo Sandero ipſum intoxicatum fuiſſe, a quo & Wichboldus Colonienſium Archiepiſcopus, dum ejus cocus fuit, intoxicatus famabatur. Auxit ſuſpicionem, quia continuò, Ottone mortuo, Canonici in majori eccleſia præbendam accepit, qui tamen poſtmodum, quaſi homicidii ſui conſcius, nunquam civitatem egredi auſus fuit. Quidam tamen viri boni exilium injuſtum & mortem indignam dolentes juxta imaginem in eccleſia hunc verſum ſcripſerunt: *Juris eram cultor, privor exul, ſit Deus ultor.* Quod æmuli ejus extinguentes, in velo quadrageſimali ſcripſerunt: *Jura legum fregi, privor, jus exulis egi.* Verùm juſto Dei judicio omnes ejus adverſarii brevi quemadmodum fumus evanuerunt. Unde tunc fideles, verſu præmiſſo deleto, ſic ſcripſerunt: *Sex annis rexit, quem Chriſtus ad æthera vexit.*

Igitur Conradus de Monte Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopus, ùt dictum eſt, intruſus, poſt mortem Ottonis ad complacendum Domino Engelberto de Marka ac aliis pluribus nobilibus, Ottonis defuncti adverſariis, cum aliis quatuordecim Comitibus feriâ ſecundâ ante ſancti Martini feſtum contra Oſnaburgenſem Epiſcopum Ludgerum inopinabile bellum in campo Harleveld commiſit, in quo Hinricus principalis Ottonis

tonis

A tonis perſequutor, totius mali autor (pater, inquam, clerici, quem in contemptum Epiſcopi in eccleſia Monaſterienſi Canonici præbendârant) primus cecidit cum omnibus ſibi cohærentibus præfatis Ottonis æmulis, reliquis aut fugâ lapſis, aut captis, publicéque dicebatur, quia juſto Dei judicio ob vindictam injuriarum Ottoni illatarum permiſſum fuiſſe, quod aliàs pene impoſſibile fuiſſet.

Albertus Imp. occiditur. Eodem anno Albertus Imperator occiſus eſt; cujus ſceleris autores capti ſunt, ac Imperatricis juſſu ſuſpendio finiti, minorem utique, quam debuerant, pœnam tanto pro ſcelere ſuſcipientes. Succeſſit autem in Imperio Hinricus Lutzenburgenſis Comes, qui ex Heſter Regina Opilienſis Ducis Bohemiæ filia genuit Hinricum & Johannem filios Heſtérque filiam, quæ Cipriæ Regi nupſit; Johannes autem Bohemiæ Rex factus patrem Caroli Bohemiæ Regis ac Romanorum Imperatorem genuit.

B

Henricus 7mus Imp. Hinricus ſextus, genere Germanus, Comes Lucisburgenſis factus eſt Imperator, & veniens in Italiam coronatus eſt Romæ cum difficultate, obſiſtente ſibi Roperto Rege. Hic vir prudens, juſtus, honeſtus, Catholicus, dilectus omnibus, ſedatis ſolicitè diſcordiis Alamanniæ, alto animo diſponebat & Italiam reformare, ut ſic faciliùs redimeret terram ſanctam, ſi fata permiſiſſent, & ſperabatur Dominus omnium in brevi cum magno favore Lombardorum & Tuſcorum; ſed Bononia & Florentia cum quibusdam aliis obviaverunt ſibi. **Ejus obitur.** Unde operâ Florentinorum, ùt fama fuit, revera autem ſummi Pontificis procuratione venenatus apud Boncomientum caſtellum Senarum optimus Imperator, cùm imperâſſet annis quatuor, menſibus octo, diebus XVIII, nunquam elatus proſperitate, nunquam dejectus adverſitate anno Domini 1314 mortuus eſt. Ptolomæus Viterbienſis affirmat veneno eum periiſſe à Prædicatorum Ordinis Fratre in Eukariſtia data Corpus autem ejus in vetuſto ac nobili Piſarum templo ſublimi loco poſt aram majorem amici condiderunt.

C

Hoc

Digitized by Google

Hoc anno factus eſt concurſus populi per provincias ſignantis ſe cruce pro recuperatione terræ ſanctæ peregrinantis, qui propter affixas cruces *cruciferi* dicebantur. Miſcuêre ſe illis promiſcui ſexûs homines; unde & plurima inter eos nephanda commiſſa ſunt ſcelera. Quam ob rem populus eleemoſynas dare peregrinantibus diſtulit, ſed & â prædeceſſoribus contra hujusmodi cruciferos declamatum eſt, ſicque tandem diſperſi ſunt. 1309. A

Ludwicus de Haſſia XXXVI Monaſterienſium Epiſcopus Ottoni præfato ſucceſſit; in conſiſtorio enim publico Dominus Apoſtolicus Conradi de Monte electionem, ymmò intruſionem reprobavit, ac omnia per ipſum facta, data, conceſſa, permiſſa, ordinata ac ſigillata caſſavit, Ludwicúmque hunc Ottoni ſucceſſorem dedit. Erat enim eo tempore juvenis in Carnotenſi eccleſia apud Francos Canonicus, & ibidem ad inductionem plurimorum per Clementem Papam quintum ſibi de Monaſterienſi eccleſia proviſum fuit. Hunc Ludwicum propter rebellionem Canonicorum & civium Otto Comes Clivenſis validâ manu ad portas usque civitatis præſentavit; unde timore correpti Canonicorum ac civium ei turba occurrit, & absque aliqua reſiſtentia benigne recepit & introduxit. Generavit hanc rebellionem, quia primus fuit, qui per ſedem Apoſtolicam eccleſiæ præfatæ præviſus erat; veruntamen hy, qui tunc in curia Romana ex Canonicis legationis officio fungebantur, propenſiori ſtudio rem conſiderantes, ut eccleſiam ſuam Romanæ eccleſiæ amabiliorem facerent, (an cautè, neſcio) ipſam in tribus florenorum milibus ad regiſtrum taxari fecerunt. Hic adoleſcens jam Epiſcopus factus, patrui ſui Ottonis conſiliis uſus provinciam, quam in abundantiſſimo ſtatu reperit, optimè gubernavit, vaſallos & eccleſiæ ſuæ miniſteriales ad obedientiam coëgit, & aſperrimè rebelles judicavit.

Ludovicus 1.35 Epiſc. Monaſt. B

C Origo & taxa annatarum Monaſt. eccleſiæ.

Hys temporibus, Clivenſi Comite jam defuncto, Theodericóque filio ſuccedente, Engelbertus Comes de Marka caſtrum Strunkede obſedit, quod ſinè Ludwici Epiſcopi Monaſterien-

A Ludovici præclara facta & obitus.

ſterienſis auxilio Theodericus Clivenſis ab obſidione liberare non prævaluit. Implorato ergo auxilio Epiſcopi Theodericus obſidionem ſolvit. Fama eſt, Epiſcopum tunc in exercitu ſuo mille & ducentos equos phaleratos habuiſſe, pedeſtrémque turbam copioſam, ferro rigentem.

Quo quidem tempore Ludwicus Epiſcopus caſtrum Potzler obſedit, quod & præfatus Engelbertus ſuorum auxilio pari modo ab obſidione liberavit, fraudulentâ tamen perſuaſione decepto Epiſcopo. Unde maxima inter Principes orta diſſenſio eſt; Ludwicus enim contra Engelbertum caſtrum conſtruxit, ponte Lippiæ vada ſtravit propter faciliorem acceſſum & receſſum in Markenſem Comitatum; ubi & aliquando, ſuorum conſilio deceptus, ultra LXX armatos ante Hammonem civitatem amiſit, inter quos & ipſe captivus ductus eſt; unde & continuò gravior diſſenſio facta eſt, multíſque hinc inde dampnis illatis, Halteren opidum Markenſis Comes cepit, ſed ſtatim ab Epiſcopi ſubditis, multis in eo occiſis, recuperatum eſt. Qua ex radice grandius in Gelriæ Comitem bellum ſurrexit, in quo Theodericus partem alteram fovit; ubi & Bredenvort caſtrum negligentiâ cuſtodum hoſtibus ceſſit, Berendvelt quoque & nonnulla alia per Ludwicum Epiſcopum capta ſunt.

B

C

Igitur Gelriæ Comes, Bohemiæ Regis auxilio animatus, habens ſuo in comitatu Trajectenſem & Leodienſem Epiſcopos, ſed & Juliacenſem, Markenſem, Flandriæ, Hollandiæ, Artoys, nonnullóſque Comites alios, Barones & nobiles exercitum in Monaſterienſem diœceſin trajecit. Verum Ludwicus, Oſnaburgenſis Epiſcopi, Lippenſis ac Waldegenſis Comitum, ymmò ſuper omnia Dei & ſancti Pauli protectione & auxilio confiſus apud Coſtveldiam tantis exercitibus occurrit, miſcuit & inimicos fugavit. Unde paulo pòſt verecundia ducti, inita concordia, per Trajectenſem diffinitum eſt, caſtrum Bredenvard Comitis Gelriæ eſſe debere, terra autem circumjacens Monaſterienſi eccleſiæ jure permanere. Facta

ſunt

Digitized by Google

ſunt hæc circa annum Domini 1324 ſancti Ægidii Confeſſoris die. A

Poſt aliquot tempus ad inſtantiam Domini Walrami Epiſcopi Colonienſis idem Ludwicus in Comitem Markenſem bellum accepit, Lippiam ponte ſtravit, ac in Liborch contra Comitem caſtrum erexit; ſed, re mira, ſopito diſcrimine, quod ſuo precatu erectum fuerat, per ipſius Mareſcallum violenta manu dirutum eſt caſtrum. Fuit hic Epiſcopus pius & manſuetus ac multis in bellis ab æmulis exercitatus, in quibus tamen omnibus cum manſuetudine, leonina indutus animoſitatate, eccleſiam ſuam defenſavit, & ferro rebellantes compeſcuit. Ejus quoque temporibus ultra LXX munitiones per Monaſterienſem diocefin conſtructæ ſunt, quæ tamen fermè omnes contra ipſum & ſuam eccleſiam militarunt. Ut autem vidit ſuorum infidelitatem, derelicto militarium conſilio, totam ſpem ſuam & conſilium omne in clerum poſuit; a quibus quia bene regebatur, doluêre militares, quorum hactenus conſiliis uſus fuerat, in ſe reverſi, hunc ob infidelitatem contemptum ſe recepiſſe animadvertentes, fideliores eſſe ceperunt. Habuit autem inimicitias cum Comite de Steynfordia, ubi Comitem Markenſem in auxilium vocavit, captóque Comitis Steynfordenſis filio, pretiosè exactionavit; Suanenburg caſtrum cum toto pene Comitatu deſtruxit: tres expeditiones contra Comitem de Tekeneburg habuit: quartam in eundem ſimul & Comitem de Benthem & nobilem de Solmis, ubi & Ovelgunne caſtrum devaſtavit: egit & contra Epiſcopum Oſnaburgenſem, qui Horkotten caſtrum defendere tenptavit: egit contra Trajectenſem, qui inimicos ſuos fovit: egit contra Comitem in Deifholte pro jure in Dulmere: egit contra Oldenburgenſem Comitem & contra Friſones, quorum Capitaneum cum multis Friſonibus captum interfecit, multúmque Friſones humiliavit, quin ymmo in Emeslandia Nyphus caſtrum ædificavit, Burwal & Copeshus Friſonum caſtra ſolo æquavit. Obiit tandem idem Ludwicus Præſulatûs

B (margin, beside "peſcuit. Ejus quoque…")

C (margin, beside "Comitis Steynfordenſis filio…")

A ſui anno XLIX in die Agapiti martyris anno ſcilicet Domini 1357, ipſo verò die ſancti Bartholomæi ſepulturæ traditus eſt.

Rhodus inſula occupatur & defenditur ab Ordine S. Joannis.

Eâdem tempeſtate & anno Rhodus inſula Lidiæ in Chriſtianorum poteſtatem deveniens Religioſis beato Johanni Baptiſtæ dicatis autoritate Pontificis Romani commendatur. Hy nempe Religioſi, cùm Jeroſolima deperdita omnino eſſet, & Templarii in magnos errores lapſi à Pontifice Romano fuiſſent extincti, in hac inſula navi ſeſe recipientes, Turcos ejus dominos penitus ejecerunt, & urbem pene diruptam & deſolatam Chriſtianorum ſuffragiis ſtatim inſtauraverunt, & navalia reformantes, non ſolùm inſulam ipſam tutati ſunt, ſed & Cipriis aliiſque finitimis Chriſtianis & peregrinis Jheroſolimam petentibus magno auxilio eſſe ceperunt; quòrum B virtute, quicquid Chriſtianæ religionis in Aſia eſt, per ipſos Chriſto reſervatum fateri licet. Ipſis igitur religioſis militibus, fide, gratiâ ac religione præclariſſimis, Chriſtianam fidem profeſſionis voto, ingenti virtute tutantibus, Templariorum bona per Pontifices & alios orthodoxos fidei Principes addita ſunt; poſtmodum devotione permoti, etiam regulam beati Auguſtini profiteri ſponte voluerunt. Quam ob rem à ſummis Pontificibus & privilegiis & beneficiis multis Eccleſiaſticis adjuti & honorati ſunt. Hos paulo ante ætatem noſtram cum C Ægipti Soldanus toto quinquennio armatâ claſſe vexâſſet, multa majora pertulit quàm intulit dampna. Turci etiam quatuor vicibus diverſis temporibus eorum agros invaſerunt & urbem acriter oppugnaverunt, à quibus non victoriam ſed maximam cladem repòrtârunt. Sed & Mahumetus Othomanus, ubi duo Imperia duodecímque regna ſibi ſubegit, ante ipſius Rodii urbis mœnia, caſſo labore, inferior factus & ſuperatus eſt.

1310. Bellum inter Regem Poloniæ & Ordinem Theutonicum.

Hoc anno Fratres Theutonici contra Uladislaum Poloniæ Regem bella inierunt, ambabus partibus validiſſimas, atque ingentes copias contrahentibus. Polonis Lithuani & Tartari juncti erant, Theutonici Fratres ex tota Germania vires concive-

cive-

civerant, Poſtquam prope ad viginti fermè ſtadia uterque conſedit exercitus, ſpe plenus & impatiens more Prutenorum Magiſter caduceatorem, qui bellum Regi denunciaret, & duos enſes, in quibus ſtaret victoria, miſit, datâ poteſtate, quem vellet hoſtis, eligeret, alterum ſibi remitti juſſit. Accepit Uladislaus alacer nuncium, relegatóque caduceatore, uno retento gladio, remiſit alterum. Mox juſſi milites arma induere, belliqne ſignum datum, XLta milia equitum in ambobus caſtris fuiſſe proditum eſt. Uladislaus Tartaros & Lituanos primum inire certamen juſſit, ex Polonis ſubſidiatorias acies elegit; contra Prutenus auxilia in poſterioribus habuit, florentem Ordinis ſui militiam in exercitûs fronte collocavit. Commiſſo prælio, inermes quodammodo Tartari & Lituani magnâ ſtrage cæſi ſunt, urgebat tamen multitudo, nec terga dare Polonus metuens audebat: atrox pugna ſupra cadaverum occiſorum edebatur, nec tamen vulnerare Prutenus alacer, quàm vulnera Tartarus accipere videbatur. Protractum eſt diu certamen, peracta ingens occiſio, Lituani Tartarique veluti pecora mactabantur; at cum novus ſemper hoſtis exurgeret, defeſſi, tantâ cæde peractâ, Theutones verſare vix ferrum potuerunt & jam remiſſiùs pugnabant. Quod dum Uladislaus animadvertit, tum primùm Polonorum aciem validam ac ferro rigentem immittit, fit ſubita irruptio, inſtauratúrque prœlium. Non tulêre Theutones recentis agminis impetum, impar pugna recentis atque fatigati militis fuit, oritur mox fuga ex parte Fratrum, ferit terga Polonus. Magiſter Ordinis ubi cedere ſuos videt, nec jàm ullam in auxiliis ſpem eſſe animadvertit, cum lecta militum manu hoſti ſeſe objectans occiditur, fit fœdior fuga, nec priùs Theutonicus fugere quàm Polonus perſequi deſtitit. Periêrunt in illo bello ex parte Fratrum multa hominum milia, inter quos viri primarii, quos vocant Commendatores, equeſtri dignitate inſignes, cum ipſo Magiſtro erant ſexcenti; nec Polonis incruenta victoria ceſſit, Tartaris ac Lituanis magnâ ex parte

 cæſis.

A cæſis. Prutia fortunam Regis ſequuta omnis, excepto Burgo Mariæ, ad victorem defecit, ſed interveniente Sigismundo Cæſare pax inter Fratres & Polonum conſtituta eſt, percuſſum fœdus, pecunia Polono data, Prutia reddita Fratribus eſt.

Author natus Lipſtadii.

Eodem anno Lippia non ignotum Weſtphaliæ opidum, in quo & ego primam vocem aliis ſimilem emiſi plorans, igne pene abſumptum eſt, cujus edax incendii flamma, duce vento, Vulcani jacula in proximum nemus expuens, ipſum maxima ex parte conſumpſit. In argumentum hujúsce rei, ſi eò loci ſolum aperueris, carbones & abietum radices rogo exeB ſas in hunc usque diem invenies. Hujus opidi quale exordium fuit, explicabo: vir quidam nobilis admodum ex generoſo Romanorum ſtemate, Urſinorum ſcilicet familia ortus apud Weſtphalos ſedem ſibi inter mediocres collocaverat, qui duos cùm filios ex legittima ſibi procuraſſet, primogenitum hæredem habiturus, alium Hildenſemenſis eccleſiæ Canonicum habuit, & quia non ſemper voto vivitur uno, factum eſt primogenitum per mortem tolli; unde ne poſſeſſionum hæreditas aliis cederet, ab eccleſia vocatum Canonicum mortui filii loco hæredem inſtituit. Erat autem adoleſcentulo nomen Bernardus, vir non multo pòſt in armis ſtrenuus, conſilio C maturus, actione providus. Is dum poſt patris mortem poſſeſſionum ſuarum hæres fuiſſet, id conſilii ſecum ſtatuit, alieno ſtipendio militare, quàm ſua, quæ nondum magna erant, improvidè conſumere. Longo igitur tempore inter ſæculares aulas ſtipendiarius eques cum adhærentibus ſibi famulis inceſſit, profecit & crevit. Unde ob inſignes ab ipſo res geſtas militari balteo accinctus, in magnum ſe jamjam virum promotum cogitans, ipſis quoque armis incrementum dandum perpendit. Diſcurrit igitur inter Principes, omnibus gratus, miſcet prælia, aciem tenet, commilitantes tuetur, hoſtes cædit, triumphator revertitur, ſpoliis ditatur, ac juxta nomen magnorum, qui in terra ſunt, heroum nomen ſibi venatur;

Initium civitatis Lipſtadienſis.

Bernardi de Lippia encomium.

Digitized by Google

tur; hinc ab amicis unicè diligitur, ab hoſtibus admodum timetur. Hæc inter ad torneamenta circumquaque milites vocantur, adeſt Bernardus, haſtam vibrat, enſe ferit, venientes clipeo ictus recipit, quos vult, dejicit; quos cupit, capit, animoſior illo nullus, fortior nemo, admirationi omnibus habetur. Fit palam res hæc apud Principes, tanti militis familiaritatem ſinguli ſe habere poſſe certant: hic aurum, hic argentum, alius poſſeſſiones, prædia alter ultro largitur, ditatur vir ſupra modum, inclitus quoque factus majora agere contendit; ſed gloria ejus æmuli pœna fuit: nam ubi ſupra ſe exaltatum vident virum, livor edax letale animæ virus, noverca pacis, amicitiæ ſciſma ridet in adverſis, proſperitate dolet, & dum marcet interiùs, nocere cupit. Collecti igitur in unum, qui nullam ſuas ob ignavias gloriam a Principibus conſequi poterant, invincibilem pene fecêre exercitum ac in militem ſtrenuum prælia movebant, quem tandem, poſſeſſionibus ſuis depopulatis, expulerunt & ſingulis, quæ ſui juris erant, direptis, exulem fecerunt. Verum vir magnanimus non ſe deſperans Saxoniæ Ducem adiit, rem geſtam refert, obſequium ſpondet, militiam promittit. Lætus tanti viri adventu Princeps, militum hunc ducem primiceriúmque conſtituit. Videres jam ex tirone Milonem alterum, ymmò Alceum alterum ſurrexiſſe cerneres, qui ſenſu Uliſſem, Achillem ſtrenuitate æquaret; verùm ubi multis præclaris facinoribus Ducem ſibi familiariſſimum factnm dinoſceret, contracto adjuvante ſe Principe exercitu copioſo, qui ipſum deprædarunt & fugarunt, quærit inviſere. Quæ res ut hoſti innotuit, in hoſtis nititur occurſum arma ſumere; at vir induſtrius majores vires metuens, pauliſper procedere differt, ſolita calliditate utens. Interim præcipit indigenis, ad ſe properent allatis ſecum raſtris, ligonibus, ipsisque politè elimatis, ut ſcilicet Solaribus tacti armorum ſplendorem præ ſe ferre valeant. Paret juſſui vulgus, & dum quisque vomere ligonéque oneratur, dat ſolis inſtar oppoſitum ſplendeſcere ferrum,

A B C

A rum, ut totidem galeas irradiare putes; qua arte explorator
deceptus ſuis timorem incutiens, ſe copioſiorem galeatorum
exercitum nunquam vidiſſe profeſſus eſt. Concuſſus igitur
pavore inimicus fugere dum cupit, pedibus talaria jungit;
miles autem fugientes inſequens finibus ſuis expulit, & recu-
peratis poſſeſſionibus ablatis, ferro & flammâ hoſtium fines
ſinè omni exceptione vaſtavit, ac tandem cum divite præda
Saxoniam petit, blandoque cum vultu â Duce ſuſcipitur, &
qui antè gratus fuerat, fit gratior, totáque curia Ducis ipſum
honorat, hoſtis metuit, amicus commendat, cuncti veneran-
tur virum fortem, ſtabilem fœdere, corde pium. Sed jam,
B in quem bella agat, non habet; deſolata enim jacet terra, poſ-
ſeſſiones cultore carent, nec uſum ſentit aratri tellus arida,
rident prata floribus, tondentes autem non habent pecudes,
nulla domus, nulla manſit area, in dubio res agitur, timet
hoſtem hoſtis, prædonem prædo veretur, inſidia-
torem inſidiator reperit, de rerum perditione ſuarum quisque
dolet. Saniori ergo conſilio dum nullus cedit, de pace tra-
ctatur, locus, quo partes conveniant, â Principibus intima-
tur, conveniunt hinc inde viri, miſcent colloquia, cauſas
diſcutiunt, pax ſolidatur. Jure itaque jurando pace firmatâ,
C in patriam ſuam hactenus exul Bernardus revertitur, vendicat
res ablatas, colonos inſtituit, agros neglectos fructificare quæ-
rit, pacatíſque jam omnibus, prole cupiens genus ſuum am-
plificare ac mariti nomen habere, Arenſis Comitis filiam uxo-
rem accepit. Hæc inter Cæſar generale celebraturus conſi-
lium apud Theutones, Principes Proceréſque regni vocavit,
inter quos non jam tiro ſed Vejanius alter Bernardus copioſo
equitum comitatu ſtipatus Regiæ Majeſtati præſentandus ad-
venit. Condicto ergo die, dum maximâ pompâ ante Regios
ſeſe locaverunt pedes, quid rei exponere vellet, audituri, ac
juxta ſtatûs ſui magnificentiam ſinguli ſellas accepiſſent, multa
nobilium turba ſolo ſe ſubſtratis tapetis collocavit, acceſſit &
jam ferè ultimus ſolempniori pompâ, tubis ac timpanis ſe præ-
ceden-

Digitized by G

cedentibus, Bernardus, ad cujus adventum ſtupent ſinguli attoniti, omnes rem novam præſtolantur. Juſſus itaque ſedere, pallia cum ſuis deponit, ſupra quæ membra plicando ſeſe collocavit. Aguntur negotia regni, & varii quæſtus Regis in circumſedentium auribus ſonuêre; verùm ad finem vergit dies, declinat cornua Phœbus, pháſque abeundi Cæſar concedit, & ecce! tapeta ſua ſinguli plicant, ituri repetunt in diem alterum ſolliciti; at Bernardus pallia ſolo ſtrata ſolus relinquit, admonitus poſt tergum veſtimenta neglecta reſumere, *non eſt*, inquit, *mos patriæ noſtræ, ſecum vir honeſtus deferat, in quibus ſedit, ſedes.* Tollitur in populo riſus, Rex ipſe cachinnum diſſimulare nequit, ſed probat acta viri, plus honeſtatis, quàm cæteri Principes habuêre, opere patrâſſe. Acceſſit lux altera, & ad Cæſaris præſentiam ſeſe ſinguli diſponunt; veſtitus itaque Bernardus non minore quàm heſternâ die cum Principibus ornatu acceſſit, quem Rex jam non eſt paſſus ſolo cubare ſed inter majores potiori ſede locari. Soluto igitur aliquando conſilio, ſingulis Regia pro magnificentia muneribus datis, & Bernardus vocatur muneribus honeſtandus; at miles: *das mihi*, inquit, *magna ſatis Rex inclite; verùm unum abs te rogo, ſi Regiæ Majeſtati non indignum judicas, concedi: terra mihi ſatis ampla eſt, munitio verò nulla, precor igitur, ut proprio mihi liceat fundo condere opidulum, quo ab inimicis tutior eſſe poſſim.* Annuit Cæſar votis & ne quis Cæſaris votum impoſterum caſſare valeat, edicto Regio roboravit. Impiger igitur ſuorum conſilio patrare propoſitum anhelat, quæritur locus condendæ urbis aptus ac in ripa Lippiæ fluminis invenitur, humanis utique uſibus aptus, arvis, pratis, paſcuis, aquis, lignis commodus, adſunt foſſores, rumpunt per profunda ſolum, accumulatur humus, agger extollitur & in giro locus forti vallo cingitur, lignea maceries primò cingitur, quæ paulatim murum in lapideum ſolidatur, ſícque opidum conditur, quod â flumine nomen trahit, ab opido autem perhenne ſibi Bernardus accepit, ut ſcilicet

A

B

C

A licet ſinguli Lippiæ nomine appellentur, in quo quidem opido inprimis ſanctimonialium fœminarum monaſterium ſub beati Auguſtini regula militantium in honore beatæ Mariæ ſemper Virginis, conſentiente Dioceſano, conſtruxit. Indignati ſuper hac re majores natu provinciæ, livore ſuccenſi bella in Lippenſem jam Dominum movere ac obſidione locum vallare, jámque noviter conſtructam demoliri civitatem tentârunt. Verùm qui convenerant hinc inde cives, Domini ſui animoſitate confiſi, viriliter obſiſtunt, vi vim repellunt, in mittentes tela jacula ſpargunt, at dum nichil ſe proficere vident, obſidionem ſolvunt; Bernardus autem ſe inultum non B relinquens, hoſtium terras rogo & ferro devaſtans, armis oppreſſit, nec ſexui parcens nec ætati, donec ſubjectos inimicos ſub pedibus ſuis humiliavit. Interim Comitis conjux quinque viro filios peperit, è quibus Pontifices duo, reliqui milites evasêre, quorum unus cum fratre Trajectenſium Epiſcopo intempeſtiva morte peremptus bello occubuit, Hermannus primogenitus, patris & hæres & cooperator relictus eſt, in nullo â patre degenerans, in armis vir ſtrenuus, acumine rationis præſtans, ſagax mente, corpore robuſtus, integer fide fuit, cujus etiam induſtriâ poſſeſſio, opida, caſtra, mœnia, C rura, nemora in immenſum crevère; veruntamen dum cenſu crevit, defecit corpore (*Bernardus*), arteticâ enim paſſione laborans, artubus fateſcit, marceſcunt nervi, ſpaſmantur crura, tollitur pedum officium, contractio crurum recuſat corporis onus impoſitum terre poſſe; unde factum eſt, ipſum ſinè ope alterius moveri loco non poſſe; at vir ſollers arte, qnod natura negavit, perfecit: conficitur enim ſporta de vimine texta, in qua reſidens, ad quæcuncque cupit loca, etiam in ipſam belli aciem deducitur, & quod eclipſis membrorum negat, vox animoſa ſupplet: hortatu enim ſuo, quia manu non prævaluit, milites inter pugnandum animavit. Dum ſic, ùt præmiſſum eſt, fatiſcens artubus langueſceret, in ſe reverſus ſuum commemorari ſtatum cepit, & quis fuit, quis ſit, qualis-

Digitized by Google

qualíſque mox futurus, penſare, nichilque in mundo ratum eſſe, honorem citò tranſire, vim deficere, marceſſere decorem, mortem inprimis inſtare certam, dein incertum, quò quis perrecturus, fusáque ad Deum ejúsque genitricem glorioſam oratione ſalutem petiit, ſéque, ſi vita comes, totum Dei famulatui ſubjiciendum ſpopondit. Res mira! votis Deus paret humanis, uſus membrorum redditur, vigorantur crura, nervis arentibus humor infunditur, aſſueſcunt pedes ire, ſanúsque integer redditur artubus. Tanta igitur in ſe beneficia perpendens Divina, votum exſolvere tentat: adamatæ igitur conjugis conſenſu relinquere mundum ſtatuit, filióque hæreditatem reſignans Campi Mariæ Virginis monaſterium ſibi elegit, ubi monachus factus carnem ſpiritui rebellem quottidianis exercitiis ſubjiciens ſe totum Deo mactavit; ubi verò per aliquot temporis ſpatium in conſuetudinem verſum laborem ſe ferre vidit faciliùs, grandiora meditari cepit, duriorem capeſcere vitam deſiderans ac ſe à ſuis & notis & amicis elongare proponens, paſtoris ſui licentiâ prævia, exul & peregrinus, pelagum legens, Livoniæ monaſterium ſui Ordinis, quod *Dunemunda* dicitur ab adjacente ſibi flumine, venit, ubi non multò pòſt ob ſanctam ſuam converſationem in Abbatem etiam eligitur, qui paſtoris officio functus, perpenſâ infidelium idololatriâ, ſummum adire Pontificem ſtatuit, ut ſuâ auctoritate munitus, datis ſibi ſubſidiis, ab infidelitate provinciam purgaret. Cujus dum genus, animum, zelum, fervorem ſummus audivit Pontifex, Cardinalium conſilio crucem in hoſtem prædicare jubet, ac tanti operis auctorem Epiſcopum conſecrari mandavit. Res mira profectò! reverſus in patriam, proprio abs filio in Epiſcopum conſecratur. Plauſus omnium, rem prorſus Dei ordinatione, non humanâ agi induſtriâ videntes. Nec immemor accepti oneris prædicare, hortari, inſtare per omnes Alemaniæ fines cepit, ac ad crucem contra infideles ſuſcipiendam movit & animavit. Inter quos & ipſe primus inermi corpore inceſſit, ac demum poſt multa dubio

A

Bernardus fit monachus in Campo Mariano.

B

C

Conſecratur Epiſcopus à proprio filio.

A Marte bella patrata infideles Chriſtianis regionem occupandam reliquêre. Erigit Antiſtes eccleſias, ordinat Clerum, Divina ſollerter diſpenſat, regiones circuit, rura, villas, caſtra, opida petit. Interea Lippenſe opidum rogatus ſubiit, ubi eccleſiam ſub honore Dei Genitricis, quæ vicina foro & reliquis magis antiqua eſt, conſecravit, & non multò poſt, multis certaminibus patratis, migravit ad Dominum.

1311. Templariorum Ordo ſupprimitur. Clementis Papæ mandato Ordo Templariorum eliminatus eſt propter multa nephanda, quæ clam in eo patrata ſolita erant. Unde & apud Saxones aliqui Principum unâ die in terris ſuis eccleſias eorum ſimul deſtruxerunt, ac bona ipſorum B uſurpârunt; una tantummodo capella in Brunſwicenſi opido hanc jacturam evaſit. Egreſſa eſt ergo fama, ſummum Pontificem hanc ob cauſam â dœmone ſtrangulatum, qui eccleſias deſtruere ac Templariorum bona diripere ſtatuit. Quod revera falſum ex ipſis cronicis probatur: nam dum in ſenecta artubus fatiſcens, variis ægritudinibus affligeretur, anno Pontificatûs ſui octavo, menſe decimo in pace mortuus eſt, & ejus corpus in Vaſconiam patriam ſuam delatum eſt, ubi & in beatæ Mariæ templo ſepulturæ datus eſt.

Ludi equeſtres. Eodem anno Ericus Daciæ Rex apud Roſtochum tornea- C menta in loco Roſendael dicto, tanto celebrâſſe faſtu dicitur, quanta unquam ubivis locorum celebrata fuiſſe leguntur. Congregatus fuit ibidem populus promiſcui ſexûs penè infinitus, fuêre eò loci armati, qui in alterutrum haſtâ luſère, tria milia quadringenti bellatores. Gaudium, quod ibi fuit, & omnium rerum luxuriam nemo effari potuit, etiam ſi Demoſtenis linguâ loqueretur.

1312. Hoc anno Cometa per quindenam apparuit, peſtiſque tunc in hominibus & jumentis venturæ erat indicium; in quo etiam anno Hinricus Imperator coronatus eſt.

1313. Stupendus partus. Margaretha Comitiſſa de Holſteyn militis cujuſdam uxorem adulterio culpavit, quia gemellos peperit, impoſſibile rata, ab uno viro conceptos duos ſimul parere poſſe; ſicut impoſſi-

Digitized by Google

poſſibile habuit, eam ſimul tot parere, quot anni dies ſunt. A
Accidit Divinâ vindictâ tot eam ante elapſum annum unà filios parere, quot in anno dies ſunt, omnes maſculos in quantitate ranarum, qui omnes aſperſione aquæ per ſacerdotem babtiſati ſunt.

Eodem anno tres ſimul Lunæ in cœlo apparuêre, & fulgur, quem cometam dicunt, in ſeptentrione quaſi ad Virginis finem tribus menſibus apparuit; eo autem deficiente, Novembri menſe Philippus Rex Franciæ vitâ diſceſſit, qui annis XXIX regnavit: cùm enim in venatione aper inter crura equi, cui Rex inſedebat, ſe ingeſſit, ipſe de equo cadens, paulo pòſt mortuus eſt. Hic fuit pulcherrimus hominum ſui temporis, ſtaturâ magnus, optimè compoſita membra habens, B
venationi tamen, plus quàm regno expediebat, intentùs; cui Ludwicus ſucceſſit & duobus annis regnavit, vir ſanè catholicus & Chriſtianæ religionis verus amator, qui item moriens Johannem filium, regni hæredem reliquit, qui puerulus diebus tantùm viginti regnavit.

Philippus Rex Franciæ moritur, ſuccedit Ludovicus ac deinde Joannes.

Hoc anno Hinricus optimus Imperator operâ Florentinorum, ùt quidam voluerunt, veriùs tamen ſummi Pontificis procuratione à quodam Prædicatorum Ordinis Fratre in ablutione poſt Domini Corporis ſumptionem veneno extinctus eſt, móxque Divina ultio ſequuta eſt: nam Fratris præfati C
manûs dextræ digiti computruêre, ita ut mancus redderetur, tantóque fœtore ac putredine laboravit, ut canum inſtar projectum ſibi panem, nemine fœtorem ſuſtinere valente, omnem è terra lamberet; ſicque ad unum annum vacavit Imperium; in hujus autem locum Ludwicum Bavarum elegerunt.

1314.
Henricus Imp. veneno extinguitur.

Hujus Hinrici filius Johannes Regis Bohemiæ filiam ducens ſimul & regnum adeptus eſt, vir utique bonus & multâ benivolentiâ inſignitus, qui aliquandò in Italiam vocatus, cùm viri bonitate allecti fuiſſent Itali, multæ ſe illi civitates ultro dedêre, quas etiam arcibus & mœnibus aliíſque multis fortalitiis munire ſtuduit. Denique in regnum reverſus, Ludwi-

A co Cæſare procurante, ab ipſius uxore Margareta interfectus fuit, quo mortuo, ipſius Ludwici Cæſaris filium ipſa interfectrix accepit maritum, nec prima nec ultima hujus perniciei mulier.

1315. Ludovicus Bavarus Imper. Ludwicus cognomento Bavarus XXI Germanorum Imperator per contentionem â quibusdam electus hoc anno, imperavit annis XXXII; Hinrico enim mortuo, magna inter Electores diſſenſio orta eſt, aliis Ludwicum hunc, aliis Fredericum Auſtriæ Ducem præferentibus. Demum poſt octo annorum penè continuum inter illos bellum Ludwicus, Frederico ſuperato, ſolus imperavit, quâ elatus victoriâ absque ecclesiæ Romanæ autoritate ſe Imperatorem appellavit, quem tamen Johannes, nuper Pontifex in Avenione creatus, ob ſcelera in Italia & contra eccleſiam facta excommunicatione notavit. Quam ob cauſam in Germaniam ad congregandum exercitum rediens, iterum per Italiam armatâ manu Romam venit, ubi, abſente Pontifice, cum ingenti gloria â Romanis acceptus, apud Lateranum juſſu Cleri populíque Romani â Stephano Columpna coronatus eſt. Ornatus igitur Imperiali coronâ Bavarus, ſtatim Petrum Picenum Reatinæ dioceſis ex Corbaria opido natum Ordinis Minorum contra Johannem ſummum Pontificem antipapam erexit in idolum & Nicolaum quintum vocavit.

Eodem anno tanta in regione fames fuit, ut concederetur pauperibus pleríſque in locis, ne fame deficerent, panes, ubi ubi reperiri poterant, palam rapere ex locis, ubi publicé vendebantur, multíque fame mortui ſunt, duravítque hujusmodi panis inopia & miſerabilis cruciatus anno integro & dimidio.

Ipſo item anno convenêre in bellum non longè â Spira civitate Fredericus cum fratre ſuo Auſtriæ Duce, & Ludwicus Romanorum Rex cum adhærentibus ſibi Principibus, & poſt diſceptationem longam, quia fames peſtisque terras vaſtaverat, Fredericus cum ſuis peſte, fame & ferro, tribus maxi-

mis

Digitized by Google

mis mundi plagis, repulſus eſt, Ludwici autem exercitum Baldwinus Treverenſis Archiepiſcopus abundantiſſimè refecit. Unde anno ſequenti iterum ſibi occurrentes prope Argentinam, commiſſo item prælio, Fredericus cum ſuis ſuperatus eſt. A

Imperante Ludwico, Theodericóque Padeburnenſis eccleſiæ Epiſcopo defuncto, Bernardus de Lippia in ſedem præfatam electus eſt, præfuitque annis viginti & menſibus duobus. Hic Pontificatûs ſui anno ſecundo hominium abs Haſſiæ Lantgravio ratione caſtrorum Schonenberg, Drendenburg & ſilvæ Revelſwolt accepit, ſed & abs Hinrico de Waldegh, Hermanno de Everſteyn, Guntaro de Swalenberg, Bertoldo de Buren, cæterùm & de Ravesberg & Rethberg Comitibus fidelitatis juramenta ratione feudi accepit. B

1320. Bernardus de Lippia Epiſc. Paderb.

Vaſalli eccl. Paderb.

Hic Bernardus, rebellantibus ſibi civibus, Padeburnenſem civitatem vallo circumdedit & expugnare tenptavit, aliquando tamen interventu quorundam, habitis hinc inde tractatibus, acceptis à civibus quadringentis marcis, arbitrum judicio datâ pace, obſidionem ſolvit. Fuit enim vir admodum magnanimus, armis potens, in bellis victorioſus. Unde die quâdam obtentâ victoriâ contra illos, qui *Hovelinge* dicebantur, caſtrorum ſuorum turres & cellaria præſertim civitatis Padeburnenſis implevit. Caſtrum Dringenburg fundavit, redditúsque caſtri in Driburg, quod quondam Iburg dicebatur, ùt jam ſuprà dictum eſt, illò tranſtulit; conceſſit inſuper privilegium quoddam â jure exorbitans ipſis eccleſiæ miniſterialibus, ut conſentirent ſibi in exactione pecuniaria hominum ſuorum, videlicet quod villani non prohiberentur archas ſuas in eccleſiis eorum ponere, in cimiteriìſque ædificia erigere, quotquot velint, dummodo ſpatium remaneat in cimiterio ædificiis non occupatum ſacerdoti parochiali cum cruce cimiterium circuire, quod privilegium omnium ferè eccleſiarum per dioceſin Padeburnenſem in rure conſtitutarum deſtructionem C

A nem generavit. Obiit autem idem Bernardus anno Domini 1340 tertio decimo Januarii menſis.

1322. Holtſaſſiæ Comites Johannes & Gerhardus gravi & armatâ manu Theomartiam Friſiæ gentis inſulam, divæ Virgini Mariæ dicatam, deprædandi ymmò ſubjiciendi ſibi gratiâ ingreſſi ſunt. Comites viribus & armis confiſi cum incolis bellum inſerunt; at Friſones beatæ Virginis patrocinium implorantes, belliducem conſtituunt, ac divæ Virginis imaginem in inſigniis ſuis ante ſe ducentes, bellum committunt, & brevì duobus milibus hinc inde proſtratis, Friſones victores cum triumpho evadunt.

B Carolus Philippi Francorum Regis frater hoc anno, Philippo poſt quinque regiminis ſui annos ſinè liberis defuncto, in Regnum avitum ſuccedens regnavit annis ſex.

Johannes Papa XXII ex Jacobo Carthuſienſi, Portuenſis eccleſiæ Epiſcopo, apud Lugdunum Pontifex ſummus electus, hoc anno, qui quintus Pontificatûs ſui annus fuit, Ordinem quendam militum Jeſu Chriſti novum in Portugalia inſtituit, qui Sarracenis circumquaque diſcurrentibus reſiſterent. Cui Ordini principalem domum in Marino Silvenſis diocesis conſtituit, quibus & omnia Templariorum bona in Portugallia aſſignari mandavit, ut liberiùs Chriſtianæ militiæ vacare poſſent. Hujus autem Ordinis cenſorem & moderatorem Abbatem Alchoſiani monaſterii Ciſtertienſis Ordinis, Uliſbonenſis diocesis, eſſe voluit, qui conſcribendi & exautorandi hujusmodi milites facultatem haberet.

Novus Ordo in Portugalia inſtituitur.

C

Mortuo Engelberto Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopo, decimo Pontificatûs ſui anno, Godfridus ex Comitibus de Arnsburg in locum ejus electus eſt, vir probus ac Princeps glorioſus, qui poſt triginta Pontificatûs ſui annos, hoc eſt 1326 Dominicæ incarnationis anno finem vitæ accepit, tranſitoriámque vitam cum perpetua commutavit.

1323. Fredericus prædictus Auſtriæ Dux multorum militum exercitum in Ludwicum ex Ungaria & Thurchia contraxit.

Quâ

Qua re comperta, Ludwicus ſuos in prælium vocavit, ac advenienti occurrit, habens & ipſe Bohemiæ Regem ac Baldwinum Treverenſem Archiepiſcopum belli ſocios & adjutores, metatíſque caſtris, torrens medius utroſque exercitus coire prohibuit. Sagittis inprimis Ludwicus fatigatus paululum declinavit; at ſequenti die Fredericus, diſſuadentibus ſuís, non expectato fratris ſui Auſtriæ Ducis adventu, dum inconſultè miſcuit, ſuperatus eſt, ac à Johanne Bohemorum Rege captus, eáque conditione, ut vita ſibi concederetur, Ludwico traditus. Proxima pòſt die Auſtriæ Dux, Frederici fratris eventu cognito, triſtis cum ſuis ad propria reverſus eſt. Dum autem ſic, ùt dictum eſt, captus & in vincula conjectus Fredericus tenebatur, nigromanticus quidam Lupohdum fratrem ejus clam acceſſit, promittens, ſi laboris mercedem ſibi rependeret, auxilio dœmonis ſibi familiaris Fredericum libertati daturum ac ſibi redditurum. Inito itaque compacto, ſecretioris aulæ cubiculum unà cum Duce magus pariter introivit, citatóque dœmone & aſſiſtente, juſſus eſt Fredericum è carcere liberum fratri reſtituere, faciam, inquit dœmon, me ſi modò ſequi voluerit. Qui ad Fredericum accedens, cùm nigrum, cui inſidebat caballum poſt ſe inſedere juſſiſſet, ac ad fratrem ſe ſuum illico ducturum ſpopondiſſet, interrogantéque Duce captivo, quisnam eſſet, reſpondissétque, ne, quis eſſet, interrogaret, ſed ſi ab ergaſtulo liber exire vellet, poſt ſe equum aſcendens evaderet. Perterritus dœmonis reſponſo, cum cuſtodientibus ſe militibus cruce ſignavit; quod ſignum ferre non ſuſtinens, concitò evaneſcens perrexit ad Dominum, qui miſit illum; quem dum ſic frater liberare non prævaluit, Ludwico ſupplicare cepit, qui tandem, juramento accepto, ne de Regno ſe impoſterum intromitteret, ſinè exactione liberum abire permiſit. Demum accepto ferculo, quo Ludwici amicitiam reciperet, pedicularium infirmitatem incurrit, qua & conſumptus eſt anno Domini 1347.

A — Fridericus bello victus capitur.

B

C

1324.

Hoc anno ſciſma viceſimum primum àbs Ludwico Imperatore

A Schiſma Eccleſiæ. tore in eccleſiam introductum eſt, dum ſcilicet idem Imperator contra Johannem viceſimum ſecundum Nicolaum tertium ex Fratre Ordinis Minorum antipapam erexit, ac cum hys, qui ſecum aderant, ùt verum Chriſti Vicarium conſalutavit. Fuit autem hic Nicolaus ruſticus ac uxoratus, qui poſt quinque annorum cum uxore cohabitationem, ipſa renuente ac contradicente, Ordinem Minorem ingreſſus eſt, penitus inabilis tamen miſer, ut Dei eccleſiam ſcinderet, electionem acceptavit, anticardinales & adulterinos Epiſcopos multos creavit. Demum a Bonifacio Piſano captus & ad Pontificem verum B in Avenionem perductus in carcere per triennium concluſus pudore & fame obivit.

1325. Soluta obſidione, qua Colonienſis civitas cum ſibi adhærentibus Principibus caſtrum Bruwiller contra Epiſcopum Hinricum de Werneburg obſedit, in Weſtphaliam caſtra movére Colonienſes, ac Volmerſteyn longa obſidione laſſeſſitum ac ad deditionem cohortatum a fundamentis deſtruxerunt.

Burchardus Archiep. Magd. à propriis civibus occiditur. Eodem anno Burchardus Magdeburgenſis eccleſiæ Archiepiſcopus cum ſuis civibus bellum habuit; unde aliquando a primis ejusdem civitatis inter inducias vocatus, dum conſilio quorundam civium, quibus confidebat, civitatem intraret, captus & ligatus eſt, tantáque fermè in ipſum cives, quan-C tum in quempiam martirum Judæi mala perpetrarunt. Canonici fugæ præſidium in Haldesleve ſumebant, ſedítque in carcere Pontifex a feſto ſancti Johannis usque ad ſancti Matthæi Apoſtoli feſtum, ex tunc quatuor ſceleſtis commiſſus, qui penu carceris aperto ac eò loci Epiſcopo introducto, multis tormentis lacerabant, demum clava occidunt ac cerebrum excutiunt. Occultatum fuit hujusmodi homicidium annum ad integrum; at ubi palam factum eſt, ineffabilia quaſi mala ſequuta ſunt. Fertur ſummum Pontificem in hujus Epiſcopi conſecratione fleviſſe, indicium tanti mali deplangens. Coacti ſunt in occiſionis locum eccleſiam cum ſex altaribus fundare,

ac

ac ad voluntatem ſummi Pontificiis & ſuorum Legatorum neceſſariis dotare. A

Philippus Rex, Caroli Francorum Regis frater, hoc anno Francis regnare cepit annis XXII. Hic cum Edwardo Anglorum Rege ſœpe dimicavit & conflixit, a quo & ſœpiùs, ut ita dixerim, victus fuit & multa perdidit; veruntamen Vienenſium Principatum emit: Philippus enim Francorum Rex, trium Regum frater, ſcilicet Ludwici, Philippi & Caroli patruelis, viribus & armis elatus, Angliam infeſtans, ſœpiùs pugna proſtratus eſt, nichilominus ſemper vires recollegit. Unde Benedictus XII inter præfatos Reges pacem componere ſœpe tenptavit per Legatos, ac fruſtra laboravit: nam maximis cladibus quàm ſœpiſſimè inter ſe concertarunt; Eduardi enim claſſis ſuper ſcuſas non longè a portu Flandriæ tanta vi cum Gallis dimicavit & vicit, ut ad triginta tria milia Gallornm una pugna interfecta referantur, &, ut alii habent, tantus effuſus eſt ſanguis, ut mare Flandrenſe ſanguine tinctum videretur. 1328. B

Hys temporibus Oſnaburgenſem ſedem tenuit Johannes quidam in ordine Pontificum 38. Is natione plebeus ſed in ſcripturis maximè eruditus, ymmò ſacræ Theologiæ excellens & inſignis doctor fuit; fuit autem primus, cui de ipſa ſede proviſum ab Apoſtolico eſt: ipſum enim ſummus Pontifex a Roma Epiſcopum eò loci ordinatum transmiſit. Pontificavit autem annis 16, & tandem feliciter quievit anno ſcilicet Domini 1356, in cujus locum Melchior Dux Brunſwicenſis electus eſt, quo in Swerinenſem eccleſiam a ſummo Pontifice tranſlato anno Domini 1372, Theodericus Comes de Marka Eccleſiæ præfatæ tutor conſtitutus eſt, vacavítque ſedes annis tribus; unde Theodericus ipſius eccleſiæ Præpoſitus per Gregorium XI eidem eccleſiæ prælatus eſt Epiſcopus. Quo item mortuo, Hinricus de Holſteyn pontificavit annis duobus, in annum usque 1392, quem ſequutus eſt Otto de Hogge ex Monaſterienſi Præſule Oſnaburgenſis eccleſiæ adminiſtrator. Po- Joannes Hoed Ep. Oſnabr. & ejus ſucceſſores usque ad annum 1517. C

A ſtulatus eſt vir per omnia maximus & in bellis fortunatus, cujus præclara facinora infrà ſuis in locis exarata reperies; rexit autem Oſnaburgenſem eccleſiam annis viginti; habuit autem ſucceſſorem Johannem Deypholdenſem Comitem, qui & ipſe præfatam eccleſiam annis XIII gubernavit, hócque mortuo, Ericus de Hogge Ottonis jam præfati patruus eandem eccleſiam adminiſtravit, verùm ob juramentorum violationem accuſatus ab adminiſtratione amotus, & Johanne fratre procurante, in Monaſterienſem Epiſcopum ab una partium electus; unde inter Walramum de Morſa Archiepiſcopi Colonienſis germanum & Johannem Comitem Hogenſem bella exorta ſunt, civibus civitatis Monaſterienſis adjuvantibus B partes Erici. Demum neuter ad quietam poſſeſſionem pervenit, ſed Bavariæ Ducem Johannem Dominus Apoſtolicus in Monaſterienſem eccleſiam ordinavit Epiſcopum; ſucceſſítque Erico jam ab adminiſtratione amoto Hinricus de Morſa, qui in ipſa ſede Oſnaburgenſi ſedit annis octo. Hunc ſequutus eſt Albertus de Hoghe Erici jam præfati frater, ex Epiſcopo Myndenſi in Oſnaburgenſem Præſulem poſtulatus, qui poſt ſex Pontificatûs ſui annos præliis laceſſitus poſt ſuorum quoque jacturam non modicam ſuſceptam patria pulſus eſt anno ſcilicet Domini 1476. In cujus locum Conradus de Deypholte C te ex Præpoſito Oſnaburgenſis eccleſiæ electus eſt. Hic omnia bella & ſeditiones ſedavit, lites compeſcuit, pacem ablatam reſtituit, vir per omnia reverendus & Deo devotus. Unde religionis zelotes monaſteria in Iburgh, Hertzebrock, Malgarden, Oſede, montis ſanctæ Gertrudis, quæ jam a regulari diſciplina aberrarant, reformavit & ad tramitem regularem coartavit. Obîit tandem anno Domini 1482, cui ſucceſſit Conradus de Rethborgh, qui ipſam eccleſiam rexit annis XXVI. Is Conradus, mortuo Hinrico, ipſo anno Domini 1497 in Monaſterienſem quoque Epiſcopum poſtulatus eſt; quam quidem eccleſiam unà cum Oſnaburgenſi eccleſia ſumma cum diligentia & pace rexit usque in Domini annum 1509, quo

Monaſteria reformata.

anno

Digitized by Google

anno Ericus Dux Brunſwicenſis de Grupenhagen electus eſt, & ſedet usque in præſens, annum ſcilicet 1517, ne ipſam Oſnaburgenſem modò, ſed & Padeburnenſem diœceſin pacificè moderans. A

Walramus, Juliacenſis Comitis frater, quinquageſimus quintus Colonienſium Archiepiſcopus ſedit annis XVI, menſibus ſex, diebus XIX ſub Ludwico iſto Carolóque ejus ſucceſſore Imperatoribus, ex Præpoſito Leodienſi ac Theſaurario majoris eccleſiæ Colonienſis, vix viceſimum octavum annum agens, ordinatione Johannis Papæ XXII Pontifex factus. Capitulariter quidem Adolphum quendam Leodienſem elegerunt; verùm ob ſummam Walrami ingenii famam literarúmque ſcientiam â Pontifice ſummo prælatus eſt: erat enim juris Canonici licentiatus & ab adoleſcentia annos ſuos Pariſiis attriverat. Hic ſtatim poſt electionem ſuam ob generis ſui & nobilitatem & potentiam undecim annis continuis pacem ablatam diúque deſideratam provinciæ reddidit, nec erat, qui contra ipſum vel mutire auderet, vidénsque, quia tempus eum juvat, diverſis prædeceſſorum ſuorum præliis loca deſolata reædificavit, caſtra deſtructa reſtauravit & ſingula penè in priſtinum ſtatum redegit, multa quoque opida, caſtra & fortalitia maximâ pecuniarum ſummâ comparavit ac eccleſiæ ſuæ dedit, opidúmque Menden in Weſtphalia non longè â Markenſi Comitatu deſtructum & collapſum, multis laboribus, mœnibus, turribus, muris, portis ac ſeris firmavit; quod tamen paulo poſt per Adolphum Markenſem & Godfridum Arnsbergenſem Comites noctu iterum deſtructum eſt. Unde commotus Walramus novis iterum muris opidum cinxit, & in ſubſidium præſidiùmque præfati opidi non longe â mœnibus caſtrum forte erexit.

1334. Walramus 55. Archiep. Colon. B C

Ludwicus Imperator reverſus de Italia tenuit curiam ſuam Franckfordiæ, ubi in præſentia Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, multorúmque Prælatorum, ſed & Principum, Comitum totiúsque vulgi aſſiſtentia publicè clarâ & apertâ voce in

1338. Ludovicus Bav. fidei profeſſionem emiſit.

A in teſtimonium veræ fidei quaſi verus Chriſticola Dominicam orationem, ſalutationem angelicam, Apoſtolorúmque ſimbolum pronunciavit, eò quòd Papa hæreſim ſibi imponere conabatur.

1339. Idem Imperator hoc anno Principum convocationem apud Franckfordiam fecit, ubi & Edwardus Anglorum Rex Principibus occurrit favoris auxiliique capeſcendi gratiâ in Franciæ Regem Philippum, pro ut & factum eſt: nam Edwardus Imperii vicarius & Seneſcallus ibidem factus, â Ludwico etiam in auxilium Principum contra Franciæ Regem promovendo laboravit. Fuit in ea convocatione Comes Juliacenſis Wilhelmus propter glorioſa ejus facinora in Marchionem promotus, ſed & Reynaldus Gelriæ Comes in ordine Ducum poſitus eſt.

Promotiones.

B

Repudium Ducis Geldriæ.

Eodem fermè tempore Reynaldus Gelriæ Dux conſilio ſuorum deceptus Alionoram conthoralem ſuam Regis Angliæ ſororem ob vultûs mutationem quaſi leprâ notatam repudiavit quoad thori & menſæ conſortium, qua ſuſpicione injuriáque ſuſcepta, mota mulier una dierum, dum Renoldus Dux atque maritus in Noviwagio Ducatûs ſui opido inter convivantes proceres ſuos diſcumberet, illa induta ſuper carne ſua nuda ſubtiliſſimi ſerici camiſia ac pallio deſuper cooperta ad convivantes intravit & antè omnium ora primùm palam, pallio projecto, ſtans, levatáque ſuper genua camiſia brachiiſque nudatis (cætera enim pars corporis præ ſubtilitate panni latere non potuit) in hæc verba prorupit: *Illuſtriſſimi & proceres & milites mei, vos maximè alloquor, qui mariti mei à me animum abſtrahitis, zelúmque & invidiam inter legittimos ſinè cauſa ſuſcitatis; ecce! intuemini, inquam, jamjam ſummâ, quâ poteſtis, curioſitate, ſcrupulóque veſtro ſatisfacite, ſiquid maculæ notámve lepræ hac in carne mea munda, nitida & regali advertere poteſtis. Nullâ contagione notatâ, veſtro judicio repudior; adſunt en & duo filii mei Domini veſtri ex me geniti ſinè omni macula contracta, à lepra ſani, nichil ex me matre ſua niſi ingenuitatem Regiam cum carne hunc in*

C

Digitized by Google

mundum attulêre. Verùm ſi recto me judicio repudiaſtis, videat Dominus & judicet. Unum in proximo futurum prædico tempus, quo tota ſuper ſe Gelria planget, quia ſanguinis mei hæredem non habet. Quod & poſtea rei probavit eventus; defuncto enim Edwardo Alienoræ filio ſecundò genito anno Domini 1336, usque ad Arnoldi Ducis diem, qui ducavit anno Domini 1439, annis ſcilicet centum & tribus, nullum de domo Gelriæ Ducem habuêre. A

Balduwinus de Steynfordia Padeburnenſem eccleſiam rexit annis viginti. Is primus fuit, qui per ſedem Apoſtolicam de ipſa eccleſia proviſus eſt; fuit autem vir admodum gratioſus & affabilis, qui eccleſiæ ſuæ plura caſtra acquiſivit, inimicósque fortiter debellavit. Hic ſicuti & prædeceſſores ſui, qui ante eum fuerant, Pontificale officium, Ordines conferendo, eccleſias, altaria, paramenta conſecrando, criſma conficiendo, pœnitentes in Dominicæ cænæ die introducendo propria in perſona exercuit; quod ſui ſequaces in hunc usque diem per Vicarios generales fecerunt & faciunt, & Principes magis eſſe quàm Pontifices voluerunt & volunt. Sed non eſt meum in hos ſcribere, qui proſcribere poſſunt. 1340. Balduinus Epiſc. Paderb. B

Hic Balduwinus Conceptionis beatæ Mariæ Virginis feſtum per civitatem & diœceſin Padeburnenſem tanquam ſummum celebrandum inſtituit, ſed & Canonicis & cæteris in eadem eccleſia ſua beneficiatis, eo die Divinis intereſſentibus diſtributionem pecuniariam dari diſpoſuit. Fundavit inſuper altare in majoris eccleſiæ medio, duas ibidem vicarias annectendo, quorum Vicariorum unus in ortu ſolis, alter infra ſummam miſſam chori celebraret, ante quod altare ſepulchrum ſibi adhuc vivens fodi fecit, quod ſpecialiter cimiterii inſtar conſecravit, ac ipſum circumeuntibus XL dies indulgentiarum dedit. Verùm quia minùs decenter altare fundatum, medium eccleſiæ occupare viſum eſt, eo ablato poſt mortem Præſulis, vicariæ ad altare S. Crucis ibidem translatæ ſunt; C Fundat 2 Vicarias.

A Eidem ſuccedit Henricus de Spigel Abbas Corbejenſis 1343.

ſunt; mortuo autem Balduwino, Hinricus Spegel Corbienſis monaſterii Abbas eidem in Pontificatu ſucceſſit.

Publicatio jubilæi pro anno quinquageſimo.

Jubilæi annum, quem de centenario in centenarium obſervandum Bonifatius Papa declaraverat, hoc anno â Clemente Papa ad quinquagenarium numerum redactum eſſe ſubſequens bulla ipſius Pontificis ſummi oſtendit; nam quinquageſimus annus, proprius jubilæi annus eſt; unde ſequentibus annis usque in annum hujusmodi jubilæi divulgationê factâ, infinitus penè populus ex univerſo Chriſtianorum orbe Romam tanquam ad locum digniſſimum convenêre. Fuit autem hujus bullæ tenor talis: *Clemens ſervus ſervorum Dei* &c. *Cùm*

B

natura humana ad ſtatum magnæ ſenectutis minimè perveniat, & hoc ratione ſuæ grandis fragilitatis, quá inceſſanter vexatur, & de centum in centum annis in iſta civitate Roma ſit indulgentia & remiſſio peccatorum, & pauci ſint, quibus ad decrepitam ætatem liceat pervenire, propter quod â deſiderio prædictæ indulgentiæ quàm plurimi remanent fruſtrati; auctoritate noſtra & poteſtate Apoſtolorum Petri & Pauli, quâ nos fungimur ex parte Dei omnipotentis omnibus Chriſtianis venientibus ad ſanctam civitatem Patriarchalem, numerando

C

â die, quâ indulgentia fuit, & ab ipſo die XLIX annis expletis, totum quinquageſimum annum indulgentiæ & remiſſionis damus, &, ùt ſequitur, impertimur. Quicuncque igitur peregrinandi causâ ad ſanctam civitatem Patriarchalem antedictam accedere propoſuerit, illa die, qua de hoſpicio ſuo viam arripere voluerit, eligere poſſit confeſſorem ſeu confeſſores, & in via & in locis aliis quibuscuncque. Quibus quidem confesſoribus auctoritate noſtra concedimus plenam poteſtatem abſolvendi omnes caſus Papales, ac ſi perſona noſtra ibi eſſet; item concedimus, quod ſi verè confeſſus in via moriatur, quod ab omnibus peccatis ſuis ſit immunis & verè abſolutus, & nichilominus prorſus mandamus angelis paradiſi, quatenus animam illius a purgatorio penitus abſolutam in paradiſi gloriam introducant. Item volumus & ordinamus, quod omnes Archiepiſcopi

Digitized by Google

pi & Epiſcopi, absque quod a nobis vel ſuperioribus licentiam eis petere oporteat, poſſunt ſuas provincias exire, cùm ad prædictam voluerint exire civitatem. Item concedimus de gratia ſpeciali omnibus Rectoribus & Prælatis in exemplar animarum ſanctarum datum deſiderantibus venire ad præſatam civitatem Patriarchalem, quòd ipſi poſſint ſuas eccleſias vel ſua beneficia per annum integrum arrendare; & ſi contigerit, in via eos ab hac luce migrare, volumus, quòd titulus noſtræ devotionis illo anno roboris habeat firmitatem, & quod nullus impetrans noſter generalis aut ſpecialis aliquod impedimentum inferre audeat ſub amiſſionis impetrationis pœna ſuæ & maledictionis æternæ, & nichilominus ex nunc pro ut ex tunc ſuam gratiam annichilamus. Item ſancto Ordini monachorum nigrorum & alborum concedimus privilegium ſpeciale, quod ſcilicet moti devotionis affectu volentes viſitare dictam ſedem noſtram, prædictam indulgentiam aſſequentur, vel ſi eorum Abbas nollet eos ad hoc licentiare, monachus hujusmodi devotione ductus coram tribus antiquis poſſet eum requirere & repetere ab eodem, ut ad prædictam indulgentiam ſanctámque ſedem viſitandam licentiam ſinè difficultate conferat veniendi, nec non ſui pretium victûs, veſtitûs & calceamenti ratione acceſſus & receſſûs totius anni habeat dare. Quod ſi hujusmodi ordinationis noſtræ contemptor fuerit, prædictum ire volentem impediendo, maledictionem Petri & Pauli eidem imputamus, & eum ab omni beneficio ſuo perpetuò deponimus & privamus. Item moniales, ſi tamen illos, qui eas regunt, viſum fuerit eas licentiandas, licentiam habeant antedictam; ſi verò Rectores earum aliquas ex eis ratione aliqua remanere judicaverint, unum pſalterium qualibet ſeptimana dicant, ut Deus eas viſitet, & prædictam indulgentiam habeant. Item illi, qui decrepita ſenectute vel alia incurabili infirmitate fuerint prægravati, ſi pro itinerantibus ad dictam indulgentiam qualibet die tres Pater noſter dixerint, prædictam indulgentiam habeant pari modo. Si verò, quod abſit, aliqui prædones, veſpiliones vel aliquis fur & cu-

A B C

A juslibet alterius rei cuſtos vel conſors vel etiam quicuncque aliis euntibus ad ſanctam civitatem vel repatriantibus ab ea impedimentum vel gravamen directè vel indirectè juvando vel conſulendo auſus aut auſi fuerint apponere, propter quod obedienti filio eundo vel redeundo moleſtia inferatur, maledictio Apoſtolorum Petri & Pauli, quam eis imputamus, ſe noverint incurriſſe. Et nichilominus ne facultas veniæ incentivum tribuat delinquendi, volumus, quod qui hujusmodi devotionis factæ fractor exſtiterit & violator, nisi ad nos ſeu noſtros pœnitentiarios Cardinales velocem habeat recurſum, & nisi in articulo mortis duntaxat, præmiſſa cum dampni illati ſatisfactione, abſolutionis beneficio gaudeat quoquomodo. Volumus inſuper, quod B omnes Romipetæ patriæ Romæ, Campaniæ, Tuſciæ, Apuliæ, Calabriæ, Principatûs terræ laborum, Italiæ usque ad pedem montis in prædicta civitate per unum menſem ſequentem reſidentem faciant, qualibet die viſitantes ſanctum Petrum, ſanctum Johannem de Laterano, ſanctam Mariam, ſanctum Laurentium extra muros, ſanctam in Jheruſalem crucem, ſanctum Sebaſtianum, ubi fuit dictum & in curia Romana ſcriptum. In iſto loco eſt Divina promiſſio & peccatorum remiſſio & claritas perpetua meritis ſancti Sebaſtiani & propter catacumbas ſanctorum Petri & Pauli, & ratione cimiterii ſancti Calixti, quod ibi eſt, & ratione centum & LXXIV milium martyrum, qui C ibi ſunt ſepulti, cum XVI Pontificibus, qui in Chriſto fidei amore martirium pertulerunt. Viſitent etiam ſanctum Paulum, qui veritatis extitit lucidiſſimus prædicator. Provinciales verò & Gallici, Argonenſes & Thacalani, Portigallienſes & Navarii, Angli, Ungari & cæteræ nationes, quæ quindecim dies in dicta civitate continuè reſideant, prædictas eccleſias viſitando. Cùm autem fideles prædicti iſtâ devotione compleverint ſuas peregrinationes, oſtendetur eis ex mandato noſtro ſudarium Domini noſtri Jeſu Chriſti, quo viſo, ab omnibus peccatis ſint abſoluti, & indulgentias habeant ab eisdem; Nos quoque ex parte Domini noſtri Jeſu Chriſti, cujus ſumus in terra Vicarius, redu-

Digitized by Google

reducimus eos ad ſtatum, in quo erant die illo, quo babtiſmum ſuſceperunt de gratia ſpeciali. Confirmamus inſuper & virtutis robore ſolidamus omnes gratias & indulgentias quaſcuncque ducentorum trium Pontificum, qui fuerunt a ſancto Petro *&c., ab eisdem prædictæ civitati Patriarchali erogatas, quæ gratiæ ſeu indulgentiæ ſunt innumerabiles, pro ut nobis conſtat per autenticas ſcripturas Doctorum, originalia eorum approbata. Volumus inſuper & de conſenſu Fratrum noſtrorum ordinamus, quod ſi aliqua perſona de prædicta indulgentia rediens, inſtigante diabolo, conſentiat peccato & in peccatis perſeverando contigerit eum mori, ratione peccatorum, quæ de antea commiſerat, quæ ſub virtute anni quinquagenarii fuerunt ablata & indulta, nolumus quòd pœna inferni ſibi aliquatenus inferatur, nisì ratione illorum, quæ poſt ſupremum adventum fuerunt perpetrata. Iſtam indulgentiam auctoritate Apoſtolorum Petri & Pauli, & de quinquaginta in quinquaginta annis prædictæ concedimus civitati. Iſtud eſt jocale, mirabile & pretioſum ac étiam ab omnibus fidelibus deſiderandum, quod nos per manus prædictorum Legatorum videlicet Jacobi Saulbonſe & Jacobi de Columpna & cæterorum civium civitatis Romanæ eidem civitati miſericorditer deſtinamus. Siquis autem temeritatis arrogantia auſus fuerit infringere prædicta vel contra ea imprecari, excommunicationis ſententiam & æternam maledictionem ſe noverit incurriſſe. Datum Avione IV kal. Julii Pontificatûs noſtri anno tertio.*

Prædicto autem, ùt præfertur, inſtituto & publicato per totam Chriſtianitatem jubilæo, innumerabilis populus utriúsque ſexûs turmatim ad Romanam civitatem pro prædictis indulgentiis impetrandis & habendis perrexit; cujus tanta fuit multitudo, ut quotidie infra dictum annum ad quinque milia peregrinorum intrantes & exeuntes Romam poterant numerari.

Eâ tempeſtate maxima in Anglia Cleri perſequutio facta eſt: Clemens quippe ſummus Pontifex ad Regis Franciæ inſtantiam duodecim novos Cardinales creavit, ad inſtantiam verò

A Regis Anglorum nec unum rogatus creare voluit. Quam ob rem indignatus Anglorum Rex omnes Prælatos, beneficiatos, præbendatos, qui beneficia & præbendas â ſede Apoſtolica in Anglia acceperant, de regno ſuo ejecit, ipsásque præbendas, quibus voluit, tradidit, & ſiqui literas ab Apoſtolico ſuíſque officialibus in Angliam deferrent, continuè ſinè examinatione ſubmergi præcepit. Sed & Romani cives, Pontifice Avione reſidente, Jacobum quendam plebejum in Judicem urbis promovebant, qui concitò multos ex nobilibus & Comitibus ob facinora eorum capi ac decollari mandavit; admonitus autem â Clemente, ut deſiſteret, reſcripſit, ut infra annum ab Avione ſe Romam reciperet, ac judicii ſui ſedem per ſe procuraret,

Romanorum rebellio.

B aliàs ipſe de Romano Pontifice alio cum Romanis provideret. Perterritus Clemens tali reſponſo judicem corripere deſtitit. Sed & Nicolaus quidam Reven Romanus & publicus in ea ſcriba hoc anno, ùt erat vir magnanimus & ad libertatem Romanam excelſi animi erectus, ad ſtatum regiminis ipſius urbis â Clemente Pontifice conſtitutus mutare pro viribus volens, è Capitolio, ubi erat publicus ſcriba, Senatores ejecit, & ipſe illud per arma occupavit. Quam ob cauſam tantum benivolentiæ & auctoritatis apud omnes ſibi comparavit, ut facilè, quò vellet, populi Romani mentem flecteret; qui ut animos

C hominum commoveret, hunc ſibi titulum accepit: *Nicolaus ſeverus & clemens, liberalis pacis juſtitiæque tribunus ac ſacræ Romanæ reipublicæ liberator.* Quæ quidem verba tantam de ſe & admirationem & opinionem concitaverunt, ut omnes Italiæ Principes per legatos pacem & amicitiam ab eo quæſierint, externæ quoque provinciæ Romanam rempublicam reviviſcere putârunt. Sed parum fucata ejus gloria duravit, quia dum parti uni civium contulit, parti alteri adverſatus eſt; unde & repente de patrono tyrannus eſt appellatus. Hanc ob rem ſibi cavens, ſeptimo magiſtratûs ſui menſe ſponte ſuâ & omnibus ſuis ignaris, mutatâ veſte, Româ per obſcuram vectem abiens, in Bohemiam profectus eſt ad Carolum Johannis Regis

gis

Digitized by Google

gis filium, qui ubi eum recepit, ſtatim in Avionem vinctum miſit & Pontifici dono dedit. Eo autem in carcerem â Pontifice conjecto, Pontifex quosdam Cardinales Romam miſit, qui urbis ſtatum fractum componerent; ipſi autem Cardinales, Franciſci Petrarchæ conſilio uſi, ad tollendas plebium ſeditiones duos ſenatores ſcilicet Petrum Sarram Columnenſem & Johannem Urſi filium iteratò creaverunt. A

1344. Reckling-hauſen denuo munitur.

Hy, qui in Weſtphalia Colonienſi Archiepiſcopo ſubjecti ſunt, hoc anno contra Markenſem Comitem bella moverunt, ac Recklinckhuſen fortalitium aliquanto tempore obſeſſum in Epiſcopi deditionem acceperunt. In quo quidem prælio multos captivos durè exactionârunt, collectáque pecuniâ exactionatâ muros, turres & portas præfati opidi ac fortalitii reædificantes inexpugnabiles quaſi fecerunt. B

1345.

Hoc anno Wilhelmus Comes Hollandiæ obſedit civitatem Trajectenſem, habens in expeditione ſua LXXXV milia pugnatorum, per ſex continuas ſeptimanas. Tandem in feſto beatæ Mariæ Magdalenæ ejusdem anni, pace reformatâ, idem Comes ad intrandum Friſiam ſe præparavit, ut eis dominaretur, itérque arripuit in profeſto ſanctorum Coſmæ & Damiani martyrum cum ſeptingentis armatis, inter quos trecenti milites erant. Venientes itaque navigio in Friſiam, Friſones eis occurrerunt, & Comitem cum omnibus penè ſuis aut gladio occiderunt aut aquis ſubmerſerunt: habent enim privilegium Friſones, nequis alienæ gentis ſuper ipſos dominium accipere præſumat, ſed de ſuæ gentis incolis rectorem ſibi ad ſtatutum tempus, qui ipſos dirigat ac in bellum præcedat, ordinent; & nequis Principum aut nobilium ſub Imperialis interdicti & excommunicationis Papalis ſententiis ipſos Friſones moleſtare aut perturbare ſua in provincia præſumat; & (dictu mirum) raró viſum eſt, quenpiam Principum, contra hanc gentem ea in provincia bella moventem, proſperum habuiſſe ſucceſſum, ymmò veriùs ſuorum potiùs jacturam ſuſtinuiſſe, pro ut etiam noſtræ ætate viſum eſt in Saxoniæ Ducibus, qui C

A maximam ſuorum jacturam paſſi, ſpe ſuâ fraudati ſunt. An id privilegio, ſuo merito obtento, an aquarum inundationibus aſſcribendum ſit, loquantur, qui fortunam ſuam eò loci experti ſunt. Eſt autem, ut me verum locutum fuiſſe probem, privilegii Imperialis ac bullæ tenor talis, ùt ſequitur:

Privilegium Carolinum pro Friſonibus.

Carolus Divina favente gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus omnibus tam futuris quàm præſentibus ſalutem & pacem in perpetuum. Ne ea, quæ aguntur in tempore, ſimul cum tempore labantur, poni ſolet indictione teſtium & ſcripturæ memoriæ perhennari; ea propter ad confuſionem oblivionis evitandam, univerſorum notitiæ cupimus declarari, quod, cùm B *Leodingerus Dux Saxoniæ Ducatum ſuum jure feudali teneret ab Imperio, nec hoc recognoſcere curaret, & tributum de ſuo Ducatu a Cæſare Auguſto ſtatutum, quod a prædeceſſoribus ſuis conſuetum fuit ſingulis annis prædeceſſoribus noſtris exhiberi, Nobis dare contemneret, & modis omnibus ſe Imperio & Nobis per ſuam ſuperbiam contumaciter opponeret, & ſe in præjudicium & gravamen Imperii pro Rege gereret, ſéque Regem Saxoniæ vocari præcepiſſet, Nos tandem hujusmodi ſuam ſuperbiam & injuriam dicto Imperio & Nobis ab ipſo ſæpius illatam diutiùs ſuſtinere & diſſimulare nolentes, invocato Friſonum Orientalium & Occidentalium auxilio, quos viros ſtrenuos,* C *agiles & miræ audaciæ, ſicut a quibusdam Nobis referentibus intelleximus, quibus etiam idem Dux multa inferebat gravamina, eò quòd eosdem ſuæ vellet ſubjicere poteſtati, cùm tamen & viriliter reſiſterent defendendo, maximé gaviſi ex eo, quod auxilium eorum invocare dignabamur, Nobis per ſuos nuncios ſpoponderunt, ac certos & ſecuros Nos reddiderunt, quod parati eſſe deberent in noſtrum venire ſubſidium, & quod ad optinendum honorem Imperii & noſtrum ſuam vitam vellent exponere, ſicque jam dicti Friſones ſuo more diſpendio ſe ad ineundum prælium contra Leodingerum Ducem & ſuos præparaverunt, & terminum ſtatutum ad invadendum ipſum & terram ſuam cum maxima multitudine Friſonum Ducatum Saxoniæ in ma-*

nu

nu forti intrantes, viriliter & crudeliter cum prædicto Duce & ſuo exercitu dimicantes, ipſum & exercitum jam dictum evicerunt & eum cum melioribus ſui Ducatûs ceperunt; quos funibus connexos Nobis tradiderunt, qui de hujusmodi victoria Nobis obtenta exultantes omni gaudio ad propria remeaverunt. Item advenæ Romani mandatis noſtris obedire contempnentes & quædam jura in præjudicium Imperii & gravamen noſtrum ſibi uſurparunt, Nos auxilium fidelium Imperii ad reſiſtendum injuriis eorum vocaſſemus, & hoc Friſones prædicti intellexiſſent, non vocati a Nobis de ſuo libero arbitrio, voluntate ſpontanea, cum multitudine copioſa in ſubſidium noſtrum venerunt & cum exercitu noſtro Romam perrexerunt; & cùm urbi Romanæ appropinquare cepiſſent, mox ab exercitu noſtro ſe ſeparantes in Romanos, qui exercitui noſtro per ſuam ſuperbiam occurrebant, potenti virtute irruentes, quamplurimis ab utraque parte interfectis, eosdem vicerunt, & nobiles Romanos, quos ceperunt, ſubjugarunt. Nos itaque, conſiderata eorum probitate & audatia, attendentes etiam fidele obſequium. quod Imperio & Nobis exhibuerunt, de conſueta Regiæ Majeſtatis benignitate volentes ipſis facere gratiam ſpecialem & de conſilio noſtrorum fidelium, accedente Principum conſenſu, tributum a Cæſare Auguſto ſtatutum, videlicet XXX libras auri, quas Nobis & prædeceſſoribus noſtris exhibere conſueverunt, remiſimus, ita quod neque Nos, neque ſucceſſores noſtri illud ab ipſis vel ab eorum hæredibus detentum requiremus vel aliquas exactiones in ipſos faciemus. Præterea auctoritate Regia indulſimus eisdem, ut cum omni prole ſua, vel naſcitura in perpetuum liberi permaneant & a ſervitute proprietaria penitus abſoluti. Statuimus etiam, ne quis eis dominetur, niſi ſit ex eorum bona voluntate & conſenſu; & tamen, ne carere videantur Rectore, ſtatuimus, ut uſualiter eligant Conſules, quotquot viderint ſibi expedire, qui in cauſis ſæcularibus, de quibus ipſis quæſtio mota fuerit, judices eorum exiſtant. Et ſtatuimus, ut iidem Conſules ſingulis annis ſecundùm conſuetudinem Romano-

rum

A *rum eligant perſonam idoneam & diſcretam, ſub cujus regimine, Dominio & poteſtate Friſia tota ſit conſtituta & ſubjecta, cui in omnibus & per omnia tanquam à ſuo Domino infra terminum ipſis deputatum teneatur obedire, quæ perſona* Poteſtas Friſiæ *debet appellari. Item ſtatuimus, ut ſiquis filium habens militarem ex ipſis militare voluerit, dictus Poteſtas ſibi gladium ſuum circumcingat, & dato eidem, ſicut conſuetudinis eſt, manu ſuâ colapho, ſic militem faciat, & eidem firmiter injungendo præcipiat, ne deinceps more militum Franciæ armatus incedat, eo quod conſideramus, ſi prædicti Friſones militaverint ſecundùm ſtaturam corporum & formam ipſis à Deo & natura* B *datam, cunctos in orbe terrarum milites ſuâ fortitudine & audaciâ, dummodo, ùt prædictum eſt, fuerint armati, præcellent & prævalebunt. Qui ſcutum ſuæ militiæ à dicto Poteſtate recipere debent, in quo corona Imperialis in ſignum ſuæ libertatis à Nobis conceſſæ debet eſſe depicta. Et ſtatuimus, ut Friſones militare volentes ſint usque ad ſummitatem aurium circumciſi, ſi facere voluerint, ut per hoc etiam ſuam oſtendere valeant libertatem; ſed ſiquis hanc eorum libertatem aliquo auſu temerario infringere voluerit, vel violare præſumpſerit, ſecundùm ſummam, quam annuentibus Principibus Imperii tulimus, tam ipſi quàm ſui coadjutores ſint proſcripti & à con-* C *ſortio fidelium Imperii excluſi; & præcipimus auctoritate Regiâ eosdem tanquam proſcriptos & Imperii adverſarios ab omnibus evitari, & ſiquis eisdem ad præliandum contra dictos Friſones aſtiterint vel adjutorium præſtiterint, eandem pœnam & offenſam Imperii ſe noverint incurriſſe. Et auctoritate præmiſſâ ſtatuimus, quòd ſi eisdem aliquo caſu contingente in eorum vita & bonis aliquod damnum à dictis Friſonibus vel ab aliquo alio fuerit illatum, ne ſucceſſores noſtri vel aliqui judices ſæculares ad alicujus inſtantiam ex hoc eisdem aliquam exhibeant juſtitiam, tamen potiùs tanquam proſcripti Imperii ſint ſeveriùs puniendi, quam ſententiam, ùt dictum eſt, à Nobis latam auctoritate prædictâ præcipimus & ſtatuimus ratam haberi,*

Modus conſcribendi militem.

Digitized by Google

b ri, firmam & ſtabilem in perpetuum ſervari, & tenore præ- A
ſentium poteſtamur nos a ſanctiſſimo Patre noſtro Papa Gre-
gorio obtinuiſſe, quod ſi prædicti Friſones de hujusmodi grava-
mine ipſis a præfatis malefactoribus illato querimoniam depo-
ſuerint, tam ipſe Dominus Papa jam dictus quàm ſui ſucceſſo-
res, oſtenſo ipſis ſuæ libertatis privilegio, ſi poſſunt, eosdem
excommunicabunt & denunciari facient excommunicatos & ni-
chilominus terram eorum ſpecialiter, qui ſæculares habuerint
dignitates, ponent ſub interdicto. Quæ ſententia excommuni-
cationis & interdicti nullatenus relaxari poterit, niſi per man-
datum ſummi Pontificis ſpeciale. Et ut hoc laudabile factum
robur noſtrum in perpetuum obtineat firmitatis, nec a Nobis
neque a noſtris ſucceſſoribus, ſeu a quoquam aliquatenus infrin- B
gi poſſit vel in dubium revocari. Et ut etiam dicti Friſones no-
bis dilecti memorati tali in perpetuo gaudere poſſint privilegio,
præſentem paginam exinde conſcribi & bullæ noſtræ aureæ mu-
nimine in teſtimonium facimus roborari. Hujus igitur facti
nos teſtes ſumus Wentzelaus Rex Bohemiæ, Bernardus Dux
Bavariæ, Ludolphus Dux Moravienſis, Hinricus Dux Au-
ſtriæ, Otto Dux Sweviæ, Conradus Marchio Miſenenſium,
Herbordus Lantgravius de Thuringia & alii quamplures probi
viri & honeſti. Actum & datum Lateranis anno &c.

Itaque ſic, ùt præmiſſum eſt, Wilhelmo Hollandiæ Co- C
mite apud Friſones cum ſuis interempto, Ludwicus Impera-
tor pro filio ſuo Hollandiæ Comitatum accepit. Quia enim
ſinè hærede naturali Wilhelmus obîit, hæreditas Margarethæ
Ludwici Imperatoris conjugi ceſſit, quæ Wilhelmum filium
ſuum Palatinum tunc Comitem ac Bavariæ Ducem ſuî nomine
Hollandiæ, Selandiæ ac Friſiæ Rectorem deſtinavit, virum
utique & magnanimum ac bellis & bellis gerendis aptiſſimum.
Verùm, partialitate in provincia ortâ, ipſe uni partium adhæ-
rens, in ſuos nimiùm exarſit, provinciámque propriam diſcer-
pſit & depopulavit. Quæ ubi matri innotuêre, depoſitâ le-
vitate fœmineâ, viri animum induta, contracto exercitu, fi-

A lium è provincia expulſura, pacémque turbatam revocatura feſtinavit. Matri itaque filius ſe opponens bellum dedit, ac demum navali prælio diſſidentes, multis hinc inde occiſis, ſuperior factus natus genitricem in Angliam fugavit, potitúſque victoriâ provinciam obtinuit. Factum eſt autem hoc bellum anno Domini 1351 in die translationis ſancti Martini Epiſcopi; & quia in matrem talia geſſit, juſtâ pœnâ juſtus judex Deus fructu ventris ipſum privavit, ymmò exemplum omnium filiorum hominum factus, ut parentibus honorem impendant, anno 1358 ipſo ſancto Gereonis die â Deo percuſſus, rabidus & inſanus factus eſt, Albertùſque frater ejus, principatum pro ipſo ſuſcipiens, Wilhelmum vinculis & carceribus detentum ſenſibúſque privatum ſervat. Vixit autem in hujusmodi rabie & furia XIX annis, ſícque demum pecudis inſtar vitam finivit anno Domini milleſimo tercenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

Pœna irreverentiæ in parentes.

B

1346. *Reinoldus Geldriæ Dux â fratre in bello vincitur.*

Partialitas hoc anno in Gelria orta eſt, dum ſcilicet pars una Reynoldo Duci, altera Edwardo fratri ſuo adhæſit. Quæſitum eſt hinc inde â partibus militantium ſubſidium, & quò faciliùs alter alterum opprimeret, dum ſibi uterque ſuos ſufficere poſſe non credidit, ab extraneis auxilium popoſcit. Vocantur pro ſtipendio Brabantiæ, Hollandiæ, Clivenſis, Trajectenſis, Monaſterienſis, totiúſque Weſtphaliæ provinciarum ſtipendiarii milites, quorum auxilio, dum alter in alterum ſævit, totum Gelriæ Ducatum deſtruxit. Depopulatâ jam provinciâ, Edwardus ſuperior factus Ducatum obtinuit, adjuvantibus ad hoc ſe de Noviwagia civibus, cum quibus ſe contra Reynoldum fratrem confœderavit, acceptáque Katherina Alberti Hollandiæ Comitis filia, ducavit ætatis ſuæ anno XXXVI; verùm ante matrimonium conſumatum ipſo beati Bartholomæi Apoſtoli die in bello occiſus eſt, & ſponſam & virginem & viduam reliquit, ùt infrà patebit.

C

1346. Mandato Clementis Papæ Electores Imperii, repudiato Ludwico, Wenſelaum Bohemiæ Regem elegerunt in Romanum

Digitized by Google

A

Exauctorato Ludovico, in Imperatorem eligitur Wenceſlaus Bohemiæ Rex ſub nomine Caroli 4ti.

num Imperatorem. Solus Maguntinenſis Archiepiſcopus nec ſe præſentavit nec conſenſit. Conſecratus igitur Wenſelaus ſub nomine Caroli quarti a Walramo Colonienſium Archiepiſcopo in Verona (nam Aquenſes Ludwici partes tenebant) & a Papa conſentiente & electionem confirmante regnare diſpoſuit, depoſitóque Maguntinenſi Archiepiſcopo, quendam de Naſſaw Comitem in ejus locum Dominus Apoſtolicus ſubſtituit. Quantum auri hujúsce rei gratia vel a Wenczelao datum vel ab aliis acceptum ſit, ipſi viderint, qui ſuper hoc ſummo Imperatori rationem reddituri ſunt. Veruntamen, quoad Ludwicus vixit, nec Carolus regnum, nec Comes de Naſſaw Maguntinenſem ſedem obtinuit, Marchionis ſcilicet Brandenburgenſis & Palatini Comitis viribus impediti, qui Ludwico favebant cum omnibus penè regni civitatibus. Obîit autem præfatus Ludwicus anno ſequenti: nam cum Carolo bello congreſſus ac ſuperatus fuga dilapſus fuiſſet, ſtatim dolore animi defecit, vel ùt alii volunt, in venatione, dum beſtiam ſequeretur, de equo ſuo cecidit, &, fractis cervicibus, excommunicatus expiravit. Sunt qui dicunt, ipſum veneno extinctum fuiſſe.

B

Moritur Imperator Ludovicus.

1347.
C

Hoc ipſo anno, qui fuit Ludwici Imperatoris ultimus, ſtella crinita, quam cometam vocant, duobus menſibus viſa eſt, fames quoque ingens ſubſequuta, in qua mendicantium turbæ vel inhumano quoque cibo vix ſuſtentatæ fuiſſe traduntur.

FINIS LIBRI VI.

BERNARDI WITTII LIESBORNENSIS

HISTORIA

ANTIQUÆ OCCIDENTALIS SAXONIÆ

SEU NUNC

WESTPHALIÆ.

LIBER VII.

Carolus 4tus Imp.

Carolus quartus ex Rege Bohemorum Romanorum Rex factus regnavit annis XXXI. Hunc Clemens Papa in Avione confirmavit, pulcherrimúmque ſermonem per ſe in ipſius confirmatione ſummus Pontifex fecit, cujus thema erat: *Domine mi! in te reſpiciunt oculi totius Iſraël, ut indices eis, quis ſedere debeat in ſolio tuo poſt te. 3. Reg. primo.* Erat enim prædictus Pontifex ſummus maximus Theologus, ex Petro Rogerii nigro monacho in Theologia Magiſter primùm, deinde Bochomagenſis Epiſcopus Cardinalis, demum Papa factus. Sed & ipſe Carolus literatus erat ac multis annis Pariſiis ſtuduerat, in Nigromantia autem (ùt quidam volunt) maximè conſtitutus,

Ejus encomium.

vir

vir utique juſtus & rectus ac timens Dominum, bonos dili gens, malos ſceleratóſque odio habens. Erat & quinque lin- A guarum peritus, inter quas linguam Theutonicam plus cari fecit; unde hæc apud Bohemos ubique in vigore fuit. Qui cùm juſtus eſſet, etiam nonnullas leges condidit, quæ Carolinæ nuncupantur: ipſe etiam, ùt diximus, cùm Chriſtianiſſimus eſſet, ante Imperii ſuſceptionem Nicolaum ſcribam cepit, & in Avionem ad Pontificem miſit; ſed & Dirachium Regis Roperti nepotem, quem Ludwicus ejus germanus & Johanna ipſius Roperti neptis ad curam Neopolitani regni reliquerant, cepit & capitali ſupplicio affecit, & propterea uno omnium conſenſu Cæſar & Auguſtus eſt creatus; ſolus Bavarus Princeps propter patris injuriam illi cervicem ſubdere B recuſavit. Accepit autem uxorem Margaretam Palatini Comitis cis Renum filiam, à qua filios tres, filias quoque duas accepit: Wenſelaum futurum Imperatorem, Johannem Bohemiæ Regem, Sigismundum, qui ex Ungariæ Rege etiam poſtea Imperator factus eſt; filia autem ejus Helena Angliæ Regi nupſit, Margereta Brandenburgenſem virum ſortita eſt. Prædictus autem Carolus antequam accepiſſet coronam ſuam Aquisgrani, præſtitit auxilium Engelberto Markenſi, tunc Leodienſi Epiſcopo, contra diœceſin ſuam prælianti. Inito itaque non procul à Leodio cum multis adhærentibus ſibi Prin- C cipibus & nobilibus bello, primo congreſſu terga vertit, ubi & Comes de Falcomonte cecidit; verùm, recuperatis viribus, dum poſt aliquot dies Johannis Brabantiæ Ducis auxilio animatus Epiſcopus in Leodienſes bellum committeret, ſuperior factus, viginti milia hominum occiſa ſunt.

Hunc Regem Walramus Colonienſis, ùt dictum eſt, in Bunna ſive Verona conſecravit. Ob quam cauſam indignatus Ludwicus Imperator multas in Epiſcopum inimicitias procuravit, maximè autem nobilium, qui in circuitu habitabant, videlicet Markenſem, Arnsbergenſem, Waldegenſem, Loſſenſem alióſque Comites, qui adunati diœceſin Colonienſem

A pro poſſe demoliti ſunt. Contraxit itaque Epiſcopus equeſtrem pedeſtrémque exercitus, quos in Markenſem Comitem, præliantium Capitaneum, miſit; quibus occurrens Comes, multis occiſis, trecentos cepit & incarceravit; in quo tamen prælio Comes victor licèt fuerit, graviter tamen vulneratus paulo pòſt obîit. Verùm Epiſcopus caſtris ac opidis impignoratis captivos redemit, atque ex hinc exercitum immenſum totis pro viribus contraxit, in Comitem præfatam bella acturus, ejúsque Comitatum devaſtaturus. Quod & forſan eâ tempeſtate feciſſet, niſi Wilhelmus Hollandiæ Clivensísque Comites ſe medium interpoſuiſſent; qui, pace confectâ, cum B maxima Epiſcopi jactura exercitum dimiſerunt: omnia enim, quæ ad Epiſcopi menſam annuatim deputata fuerant, pignoris loco expoſita ſunt, unde paupertate & debitis gravatus ne dioceſin ſuâ præſentiâ gravaret, Franciam petere decrevit. Subſtitutus igitur, qui provinciam regeret, amicam ſibi Pariſeorum urbem parvo comitatu hoſpes intravit, ubi & mortem obîit in ipſa Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis vigilia anno Domini 1349, cujus corpus ad ſedem ſuam delatum Coloniæ in eccleſia ſancti Petri honorificè ſepultum eſt.

1347. Ingens vapor, magnitudine horribili boreali movens regione, magno aſpicientium terrore per cœlum hoc anno viſus C & delapſus eſt; & ſunt, qui ſcribunt, hoc etiam anno quasdam beſtiolas multiplicato numero è cœlo cecidiſſe, quarum corruptione & fœtore peſtilentia ſequuta eſt, quanquam hanc nonnulli Judæis aſſcribere conati ſunt.

1348. Peſtis diuturna & univerſalis.

Peſtis lugubris & miſeranda hoc anno incepit & per tres continuè annos totum per mundum debacchata eſt, ut vix decimus quisque ex milleſimo ſuperſtes remanſerit, ac pleraque loca prorſus derelicta ſint, vivi quoque aduc palpitantes intra ſepulcra ex anguſtia & ſepelientium deſperatione & inadvertentia terra obruti ſunt, nec talis peſtilentia in hominum memoria fuit. Itaque invaluit, ut homines quaſi improvisè moriebantur, & multi eorum prædicabant ſe morituros, & hæc

mor-

Digitized by Google

A

mortalitas ſubito de quodam ulcere in ipſis exurgente ſubtus acellas (axillas) vel in inguine, aliqui cauſam ipſius ex planetis ſumebant; planetas ſcilicet venena de diverſis viſceribus terrarum extrahere, quæ venena aëri admiſcerentur, ſicque homines venenoſum aërem attrahentes infici dicebant. Alii Judæis peſtem hanc imponebant; unde Judæi omnes, qui in Germania erant, combuſti ſunt, eò quod omnes regionis puteos intoxicare fuerunt adnixi, ùt multi eorum confeſſi ſunt; unde huic calamitati augmentum dediſſe Judæos in fontium intoxicatione nonnulli arbitrati ſunt. Verùm Judæi mortem patienter ſuſcipientes, cum gaudio ad ignem ibant, primò parvulos, deinde fœminas, poſtea ipſi ſe flammis dederunt; â multis tamen creditum fuit, non ob intoxicationem fontium ſed propter appetitum divitiarum, quas habebant, Judæos morti traditos fuiſſe, peſtémque ex Divina factam vindicta, volente mundum in maligno poſitum â contagiis vitiorum purgare. Unde quidam poſtea conſcientiâ tanti mali in Judæos facti per provincias diſcurrentes, ſe ipſos flagellabant, qui cruciflagatores dicebantur, pro ùt infrà ſuo loco dicetur.

Cujus occaſione Judæi ad ignem damnati.

B

& ſecta flagellantium exorta.

Hoc ipſo anno Molendinarius quidam Mencke nomine, quorundam Principum conſilio & auxilio ſuffultus, Woldemarum ſe eſſe Marchionem profeſſus eſt, nec ſe mortuum, ùt putabatur, dixit. Adductus eſt ad Saxoniæ Ducem Rodolphum quendam Woldemari ſocium, ſed & ad Hinricum Brunſwicenſem Ducem, qui ejus filiam uxorem habuit, tantáque argumenta ac veritatis indicia molendinarius Principibus retulit, ut â multis creditum ſit, hunc Woldemarum eſſe, licèt Rodolphus & Hinricus præfati coram poſiti viderint ipſum in Corbienſi monaſterio humo tradi; quibus reſpondit, ſe mortuum quendam ſuî loco lecto impoſitum ſepeliſſe, ſe autem clam omnibus ſuorum timore, quia veneno ipſum interficere conabantur, jam annis XIX exulâſſe. Adducti ſunt ſenes, qui in Woldemari Marchionis curia militârant, ut veritatem rei explorarent, quos tantis argumentis ſefellit, ut dicerent,

Molitor ſe fingit Marchionem Waldemarum.

C

A cerent, hunc Marchionem eſſe. Unde & ab omnibus ſumma in reverentia habitus eſt, cepitque quaſi pro patria ſua pugnare cum Ludwico Ludwici Imperatoris filio, cui pater, mortuo Woldemaro ſinè filiis, Marchionatum contulit. Unde cædes & incendia depopulationésque ſequutæ ſunt. Poſt novem autem annos re, ùt erat, patefacta, molendinarius illò miſſus eſt, ubi ab aliquo inveniri non potuit.

Eodem anno, ubi mors Ludwici Carolo Bohemo innotuit, jam ſollicitus de accipiendo regno Germaniam intrans, Argentinam venit, ubi & Regali magnificentia ſuſceptus eſt. Hic Baſileam aliáſque regni civitates circuiens, tandem Maguntiam intravit. B Interim Principes Electores Edwardo Anglorum Regi per literas electionem in ſe factam ſignificarunt. Verùm Edwardus legatos honorificè ſuſceptos & donatos cum multa gratiarum actione remittens, Romani ſe regni ſceptra tenere non poſſe dixit, tum regni ſui negotiis oneratus, tum Franciæ Regis quottidianis penè bellis impeditus; unde miſſis item legatis ad Myſenenſium Marchionem, Ludwici Imperatoris generum, ut ſibi regnum Romanum Caroli loco ſuſciperet, ſignificarunt. Ea inter, dum hæc a Principibus tractantur, Carolus apud Maguntiam conſtitutus rem, ùt erat, percepit, illicóque Marchionem adiit, & jus regni, quod acceperat, C datis decem milibus puri argenti talentis, ſibi reſignari procuravit; unde ab Electoribus Franckfordiæ adunatis declaratum eſt, Carolum nichil juris in regno habere, & electione facta, Gunterum quendam Comitem de Swartzenberg, virum bellatorem Principémque devotiſſimum, Romanorum Regem proclamaverunt.

1349. Guntherus per unum menſem Romanorum Rex.

Gunterus igitur, accepto regno ac contracto exercitu, apud Franckfordiam ebdomadas ſex, dies tres, út moris eſt, caſtrametavit, & ex tunc Rex declaratus eſt. Hæc ubi Carolo innotuêre, & is amicorum poſtulans auxilium, Bavariæ quoque Ducis filiam, tertio ſibi conſanguinitatis gradu junctam, ut uxoris ſuæ patrem Bavarum adjutorio haberet, in

matri-

matrimonium ſumpſit; nec tamen profuit: nam Gunterus eidem prævaluit. Poſt menſes autem tres ambobus jam Regibus Franckfordiæ conſtitutis, Gunterus artubus fatiſcens ægrotare cepit. Phiſicus autem cum pro recuperanda ſanitate poculum Regi porrexiſſet, ac interrogatus ab infirmo, ſi potio valeret, reſpondisſétque, utique valere ac optimam eſſe; *ſi igitur valet*, inquit Rex, *tu bibe prior*, *& reliquum mihi haurieudum trade*. Non potuit coram Rege â ſe factam potionem juſſus non accipere, etſi veneni vim impoſitam novit, mori ex veneno malens, quàm tanti ſceleris per ſe, ſi non guſtaret, propalati pœnas luere. Potavit igitur Phiſicus, concitóque expalluit & tertio pòſt die, potione â ſe factâ ſumptâ, vitam finivit; Rex autem, ſumpto reſiduo, mox intumuit, & usque ad mortis articulum anguſtiatus defecit. Tanto igitur articulo conſtitutus, Marchione Brandenburgenſi mediatore, Gunterus quatuor milia & ducentas puri argenti marcas, duásque in Thuringia civitates â Carolo Rege accepit, ac invitus licèt jus, quod in regno habuit, reſignavit, ſicque poſt menſis ſpatium, præſente Carolo Rege ac triſtem ſe ſimulante, vitam finivit, Franckfordiæque ſepulturam accepit. Ex tunc Carolus Imperii ſceptra ſolus pacificè tenuit; verum multis præliis, grandibúsque hinc inde pro Imperio ſuſcipiendo & conſequendo Principibus donariis datis attritus & depauperatus eſt, ut nonniſi fidejuſſoribus datis aut vadibus relictis, uſpiam in hoſpiciis ſibi crederetur. In Bohemiam ergo ire perrexit, ablatísque civitatibus & caſtris, quotquot pater ſuus regni Proceribus pignoris loco dederat, quantum pecuniarum potuit, congregavit.

A B C

Eodem anno Wilhelmus de Genepe Colonienſis eccleſiæ Canonicus ac Suſatienſium Præpoſitus Walramo Colonienſium Archiepiſcopo ſucceſſit: erat enim eâ tempeſtate Romæ; unde & Papa ipſum Epiſcopum conſtituit: fuit enim tunc temporis conſuetudo apud Romanum Pontificem, ut defuncto Epiſcopo, ipſe Pontifex ſummus, poſito conſervatore eccleſiæ,

Wilhelmus 56. Archiep. Colon.

A ſiæ, ad certos annos Epiſcopi redditus ſublevaret. Hic Wilhelmus, licèt juvenis fuerit, erat tamen omni reverentiâ dignus, in temporalibus ſatis expertus: nam â pueritia apud prædeceſſorem ſuum fuerat, atque in ejus conſilio inter cæteros unus aſtabat; unde & eccleſiæ ſuæ ſtatum optimè noverat, & quia animadvertit prædeceſſores ſuos utilitatis nichil, dampni & jacturæ plurimum diverſa per prælia incurriſſe, pro pace ubique laboravit, quam & tenuit. Quare divitiis abundans, impignorata redemit, debita ſolvit & dioceſin in priſtinum ſtatum reſtituit. Hac tamen in gloria ſua notam accepit: quia plus debito avaritiæ vitio laboravit: in contributionibus dandis, thelonio augmentando & ſuos & alienos gravabat, plúſque ſerviliter quàm civiliter inferiores ſibi ſubjectos rexit. B Quæ res maximum ſibi invidiæ fomitem apud cunctos procreavit. Tandem marinæ cattæ morſu vulnus in crure accepit, & incurabilem infirmitatem vi vulneris inflicti accepit, agitatus inſuper & febribus, quintodecimo Septembris debitum carnis ſolvit anno Domini 1362. Dum autem idem Epiſcopus decumberet, eccleſiæ ſuæ utilitati providere volens, de eccleſiæ bonis diſpoſuit: timuit enim, ùt evenit, theſaurum, quem abundantiſſimè collegerat, in ſitientes ſemper aurum Romanorum fauces venire, quod præcavere cupiens, primùm datâ amicis & familiaribus non parvâ auri ſummâ, C moriens eccleſiæ ſuæ Præpoſitum Wilhelmum ſucceſſorem deſignavit, qui concitò ſuam poſt mortem ſummum adiret Pontificem pro confirmatione, ne Pontifex ſummus, ùt præmiſſum eſt, eccleſiæ redditus per aliquot tempus ſibi reſervaret; ad quam rem perficiendam quina florenorum milia ei reſignavit. Verùm, mortuo Wilhelmo Epiſcopo, Præpoſitus poſtpoſito negotio propter Canonicorum in electione diſcordiam, cum aliis electioni vacavit, & ineptum quendam eligentes, magno omnium dampno ad multos dies Epiſcopatus vacavit, & quæ ad utilitatem eccleſiæ Wilhelmus congregavit, in dampnum & jacturam eccleſiæ venerunt, ubi, cum

ſum-

Digitized by Google

ſummo Pontifici res innotuit, totum pauperum ex labore per exactionem collectum aurum ſibi vendicavit. A

Johannes igitur de Werneburg, quem in Colonienſem Archiepiſcopum poſt Wilhelmi mortem Canonici plus timore populi, quàm canonicâ electione elegerant, pro pallio Romam ire perrexit, ſed electione caſſatâ rediens, quia â Canonicis electus erat, pro Epiſcopo ſe ingeſſit, Pontificalémque honorem â ſubditis exegit, in pompa ingenti, ſumptuúmque luxuria ne modo â Wilhelmo derelicta ſed & omnes Epiſcopales redditus annuos diſpenſavit, diocesímque iterum debitis gravavit. B

Cometes hoc anno ſub ſeptentrione Decembrio menſe apparuit, quo extincto, ſtatim graves ventorum æſtus ſubſequuti ſunt, & cœleſtis trabs priori ardente parte per cœlum labi viſa eſt, ſcribúntque ante Pontificis Innocentii ſexti mortem tantam ſolis defectionem factam eſſe, quantum nunquam antea viſum ita omnibus eſt, tantæ mortis planetam etiam ſigna aliqua dediſſe. 1350.

Feſtum Clavorum & Lanceæ inſtituitur.

Hoc etiam anno Carolus Imperator transferri fecit de Norembergio in Pragam Bohemiæ civitatem lanceam, quæ Domini latus transfixit, ſimul & brachium dextrum ſanctæ crucis cum clavo Domini, item menſale Chriſti, quod habuit in cœna ultima, gladium Caroli magni, quem recepit ab angelo, nec non multas alias reliquias. Obtinuit & â Rege Franciæ ſpinam unam de corona Domini, ob quam rem Gregorius undecimus ad præfati Caroli inſtantiam feſtum de corona & clavis Domini in ſexta poſt octavas Paſcæ feria per totam Alemaniam celebrandum inſtituit. C

Secta flagellantium

Eodem anno ſurrexerunt cruciflagatores. Hæc ſecta ſurrexit in ſuperiori Alemania & ad inferiorem deſcendit, demum ad partes Gallicas. Confluebant hujusmodi ex diverſis, doctis & indoctis, nobilibus & ignobilibus. Incedebant autem bini & bini proceſſionaliter, habentes ſinguli vexilla in manibus, cantantes ſua carmina; ubi autem cimiterium aut ec-

A cleſiam ingreſſi ſunt, mox ſe ſuis veſtibus nudârunt, lineo femorali tantummodo verenda tegentes, ibíque in populi præſentia ſeſe flagellabant, magiſtro ipſorum interim cantante: Nu holdet up jwe Hände, dat God düſſen ſterven wende; ſtrecket uth jwe arme, dat God ſick over jw verbarme. Et niſi Papa prohibuiſſet, multa mala attenptâſſent. Demum fallaciâ ipſorum manifeſtatâ, quantùm priùs admirationi hominibus erant, tantùm deſpectui habiti ſunt. Auctorem illius ſectæ monachum apoſtatam fuiſſe dixerunt, quem poſtea Bohemorum Rex, re cognitâ, igni tradi juſſit. Tenor bullæ Apoſtolicæ contra hujusmodi ſectam talis fuit:

B *Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Maguntinenſi, ejúsque ſuffraganeis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Inter ſollicitudines diurnas & immenſas, quibus ultro ex Apoſtolicæ ſervitutis debito perurgemur* &c. *Sané moleſta nobis, licèt fide digna, Magnorum relatio & multorum aſſertio noſtrum & Fratrum noſtrorum non mediocriter turbavit auditum, quod in partibus regni Alemaniæ quædam ſub prætextu devotionis & agendæ pœnitentiæ vana religio & ſuperſtitioſa adinventio, procurante ſatore malorum operum, inſurrexit, per quam multitudo ſimplicium hominum, qui ſe flagellatores appellant, decepta verbis fictis & mandacibus malignorum, aſſerentium, ſalvatorem noſtrum in*

Bulla contra flagellantes.

C *Jeroſolomis Patriarchæ Jeroſolomitano apparuiſſe (cùm longis tamen temporibus nullus ibi præſentialiter fuerit Patriarcha) & aliqua ſibi dixiſſe, quæ colorem non habentia nec ſaporem, quibus ſacræ ſcripturæ obviare noſcuntur, in illam cordis veſaniam & immane dampnationis præcipitium eſt deducta, & de die in diem ſuggeſtione hoſtis antiqui ſe, Dominicum gregem ut devoret, transferentis in lucis Angelum nimiùm ſuccreſcendo, deduci, cortinâ trahendo cortinam periculoſius formidatur, quod ſe per ſocietates & conventicula, licèt caudas invicem colligatas habeat, dividens diverſas circuivit patrias, cæterorum vitam & ſtatum contempnendo ſe juſtificant, & claves eccleſiæ vili-*

Digitized by Google

vilipendunt, & in contemptum diſciplinæ eccleſiaſticæ crucem Domini ante ſe & habitum certum, nigrum videlicet ante & retro ipſius vivificæ crucis appenſum habentem ſignaculum, ſinè ſuperiorum licentia deferentes, ſub nomine pœnitentiæ vitam gerunt inſolitam, congregationes, conventicula & conduнationes, quæ a jure ſunt prohibitæ, faciunt & ad alios actus proſiliunt, a vita & moribus communibus & obſervantia fidelium alienos: ordinationes & ſtatuta, quibus utuntur ymmò veriùs abutuntur, propria temeritate fecerunt, erroris ſuſpicione non vacua & judicio carentia rationis. Sed ex eo tanquam Deo & hominibus odioſo turbamur acriùs & duriùs anxiamur, quod quidam religioſi, præſertim de Ordinibus mendicantium, qui alios ab hujusmodi revocare debuerunt, & ad viam reducere veritatis, ab utero matris eccleſiæ velut maledictionis filii nequiter aberrantes, linguas ſuas, ut alios protrabant in errorem, acuunt, quibus corda debilia vulnerant infirmorum, & ignorantes Dei juſtitiam & ſuæ prudentiæ innitentes, dum legi Dei nolunt eſſe ſubjecti, alios imperſuaſibilibus humanæ ſcientiæ & ſapientiæ verbis prædicando & dogmatizando contra eccleſiaſticam libertatem & fidei catholicæ puritatem, ab ipſa fidei veritate ſubducere moliuntur &c. & poſt pauca: *Nos igitur tam pernicioſo & perìculoſo principio, per quod ultra Divinæ Majeſtatis offenſam magnum reipublicæ paratur periculum, & apud fideles ſcandalum generatur, ne deteriores proceſſus & ſucceſſus ſubſequantur, obviare volentes & conſiderantes, quod cùm plerique* &c. & ſtatim poſt: *Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus, & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſinguli veſtrûm in civitatibus veſtris & dioceſibus per vos ſeu alium vel alios adinventiones hujusmodi & ritus prophanos, quos unà cum civitatibus & conventiculis & congregationibus ac ſtatutis & ordinationibus a ſupràdictis, qui ſe, ùt præmittitur, flagellatores appellant, temerariè actæ de eorundem Fratrum noſtrorum conſilio perpetuæ probibitioni ſubjicimus & tanquam illicita reprobamus, aucto-*

A *auctoritate noſtra reprobos & illicitos nuncietis, & omnes tâm clericos quàm laicos, ſæculares & regulares de prædicta ſuperſtitioſa ſecta ſeu ſocietate, quocunque appellentur nomine, exiſtentes vel etiam ſectantes auctoritate prædicta monere & inducere ſtudeatis, ut ab hujusmodi obſervantia, ſecta & vana religione deſiſtere & reſilire procurent, quódque nullus deinceps prædictam ſectam ſeu conventiculum præſumat intrare, & ritus & ſtatuta ſocietatum hujusmodi obſervare; contrarium facientes per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo, nec non in eos, in quos jurisdictionem temporalem habetis, per pœnas temporales, de quibus expedire videritis, appellatione poſtpoſita compel-*
B *latis. Sanè ut religioſi & alii erroris magiſtri, qui prædicando & dogmatiſando ſimplices decipiunt, & cæci ducatum cæcis præbentes, ipſos in foveam ſecum trahunt, & ſi non Divino amore, ſaltem humana confuſione a tam iniquo propoſito revocentur, omnes & ſingulos, cujuscunque ſint ordinis, religionis, dignitatis, præeminentiæ ſive ſtatûs, quos in prædictis vobis conſtat deliquiſſe, capi (non obſtante quocunque privilegio vel indulto, quod in hoc eis ſuffragari nolumus) faciatis & tamdiu captos detineatis, donec aliud a Nobis receperitis in mandatis, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.*
C *Per prædicta tamen nequaquam intendimus prohibere Chriſti fideles, quin impoſitam ſibi canonicè pœnitentiam vel etiam non impoſitam, dummodo recta intentione & pura devotione ad illam peragendam procedant &c. Datum Avione XIII kal. Novembris Pontificatûs noſtri anno octavo.*

1354. Bellum inter Reges Angliæ & Galliæ, huic fatale.

Eâ tempeſtate Johannes Francorum Rex, Philippo patre jam dudum defuncto, cum Edwardo Anglorum Rege bellum à patre ceptum proſequens, ſexto regni ſui anno in Pictavienſi pago in quodam caſtro conſtitutum filium Regis Angliæ, Ducem de Locanſtre obſedit, cui obſeſſo Edwardus Princeps Galliæ, frater ejus in adjutorium venit & armorum vi obſidionem ſolvit, & exercitum Francorum diſſipavit, ipſúmque Regem cum Philippo filio cepit; in qua quidem clade Gual-

terus

Digitized by Google

terus Athenarum Dux unà cum viginti millibus Gallis interfe-ctus eſt. Verùm tertio captivitatis ſuæ anno Edwardus Rex animi magnitudine motus, Johannem unà cum omnibus concaptivis hac conditione libertati dedit, ut contra ſe impoſterum bellum movere non præſumeret, comitatum Pictavienſem aliáſque terras Angliæ Regi ab antiquo competentes redderet, ac vigeſies centena milia florenorum exponeret, datis ſuper hys Baronibus & nobilibus ex Francis pro obſidibus, ex quibus quidam poſtea fugâ lapſi, quidam per matrimonia contracta, quidam per venditionem terrarum ſuarum liberati ſunt, quibus Rex Franciæ dampna non reſtituit, nec fidem Angliæ Regi promiſſam ſervavit: nam non multò pòſt fidefragus Johannes hic pacem frangens, Edwardum ab integro arma capere & eum ad internecionem perſequi compulit. Armatis itaque centum & quinquaginta roſtratis navibus, ingentem exercitum contra hunc Johannem in Galliam duxit, & eum ac totum ejus regnum maximis incommodis & occiſionibus diu afflixit. A B

Tempore prædicti Franciæ Regis, Otto filius Ducis Brunſwicenſis ob improperium ſibi à Duce Lencanſtre, Angliæ Regis filio illatum duellum cum præfato Duce inire diſpoſuit Pariſiis, & cùm jam ambo armati in certaminis locum venirent, tam animosè ſe ad duellum diſpoſuerunt, quod Franciæ Rex præfatus, compatiens utrique, eos compeſcuit & duellum intercepit. C

Carolus Romanorum Rex cum uxore ſua, maximo Germanorum militum numero ſtipatus per Lombardiam Romam pro corona venit; ubi & honorificè juxta Imperialis dignitatis magnificentiam ſuſceptus eſt, ac per Hoſtienſem Epiſcopum, quem hujúsce rei gratiâ Innocentius Papa ab Avione Romam miſerat, unà cum Imperatrice ipſo ſancto die Paſcæ coronatus eſt. Multum honoris à Romanis accepit ſpe privilegiorum recipiendorum, ſed ſpe fruſtrati ſuâ, dum priùs, 1355. Carolus coronatur Romæ.

quàm

A quàm putabant, Italiam deſeruit, ac circa feſtum Nativitatis Chriſti unà cum Imperatrice Metis venit.

1356. Itaque conſtitutus Metis Carolus cum Imperatrice, ùt dictum eſt, convocationem Principum fecit. Unde ne modò ex Germania ſed & ex Francia multitudo Principum acceſſit ad Imperatorem, factáque eſt tanta ſolempnitas Principum, quantam nunquam factam fuiſſe â ſuis prædeceſſoribus legimus, ubi & Principes debitis cum ſolempnitatibus infeudavit; ſed & quoſdam in majoris dignitatis gradus promovit: Wilhelmum enim Juliacenſem & Wenſelaum Comitem Luceburgenſem fratrem ſuum Duces creavit, Comitem quoque Barenſem Marchionatûs dignitate ſublimavit.

Comites Juliac. & Luxemburg. fiunt Duces & Barenſis Marchio.

B

1357. Adolphus 36. Epiſc. Monaſt.

Adolphus de Marka ex Canonico Colonienſi Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopus electus eſt, juvenis quidem, ſed in jure Canonico Baccalaurius. Hic per ſe cum quibuſdam eccleſiæ ſuæ Canonicis pro confirmatione Romam ire perrexit; cujus tamen confirmatio â ſede Apoſtolica tum ratione juventutis, tum aliis cauſis evincentibus protelata fuit. Demum ab Innocentio Papa confirmatus, in ſingulis cauſis ſibi oppoſitis triumphavit. Hic officium in Portsler â fratre ſuo Comite duobus milibus & quadringentis florenis eccleſiæ ſuæ redemit, & caſtro Bruntelget deſtructo, Wyggenowe ædificavit.

C Hys temporibus, procurante diſcordiæ ſatore ac pacis inimico diabolo, maxima inter fratres Gelriæ, ſcilicet Ducem & nationem de Brunckhorſt ex una, & nationem de Hekeren partibus ex altera diſcrimen ortum eſt; cujus parti ultimæ tamen amore avunculi ſui Johannis Ducis Clivenſis, tum etiam certis aliis cauſis Adolphus Epiſcopus Monaſterienſis favit, occaſionéque nactâ, vaſalli ac miniſteriales præfatæ eccleſiæ, quos jam pridem Epiſcopus humiliaverat, partem de Brunckhorſt, ſtipendiis acceptis, viribus tuebantur & animis fovebant, graviſſimáque dampna præfatæ eccleſiæ ſine cujuſquam reſiſtentia ferro & flammâ, longa per tempora, inferebant. Compulſus igitur Epiſcopus maximis eccleſiæ ſumptibus exte-

Bellum inteſtinum Monaſterii

rorum

Digitized by Google

rorum colligere exercitum; quam ob rem major eccleſiæ jactura orta eſt, dum ſtipendiariorum ære attenuata eſt, quam hoſtis rapinâ & cæde intulit, duravítque hujusmodi quaſſatio annis circiter tribus. A

1358. Magnus Torquatus Dux Luneburg.

Wilhelmus Dux Lunenburgenſis Magno filio ſuo Ducatum reſignavit, qui Principatûs ſui primordio omnium cum laude incepit, ſed cum tempore & probitas ejus interîit: res quippe temporis ſpacio mutantur; nam in diſcordia civium, patriæ diſſidio gaviſus eſt, odióque cunctis habitus. Unde ſcelerum ſuorum multitudinem ferre non ſuſtinens pater funem aliquanto temporis ſpacio, quo filium comprehenſum ſuſpenderet, ſecum portavit. At filius paterni propoſiti haud inſcius cathenam ſibi argenteam fecit, ſecúmque, quocunque perrexit, collo portavit, ut ſi forſan ipſum pater comprehenderet, non fune ſed argenteâ cathenâ ſtrangularet, honeſtiùs aliquantò æſtimans, ſi ſuffocari debuit, argenteâ cathenâ quàm fune hiſpido ſuſpendi; cùm tamen non minùs aureæ quàm ferreæ compedes gravent, nec argentea catena minus quàm ex lino plexus funis ſolatium ſuſpendendo præbeat. At pater filii inſolentiâ contriſtatus, dolore concepto, mortem obîit. Magnus autem à cathena, quam ſemper collo portavit, cognomen ſibi accepit, dictúsque eſt, quoad vixit, Dux Magnus cum argentea cathena (*ſive Magnus Torquatus*). B

C

Judæorum rabies in auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacram.

Eodem tempore calumpnioſa gens Hebræorum in opido Bavariæ nomine Deckendorp, ſito in littore Danubii, majeſtatem Jheſu Chriſti in Diviniſſimo Sacramento mirum in modum contempſit & religionem noſtram illuſit: nam ipſum Sacramentum poſt varias punctiones in fornace poſuerunt, illæſúmque receperunt, pòſt in incude maleis percuſſerunt. Re Divino nutu cognitâ, Præfectus opidi cum civibus Judæorum domus invaſerunt, non ſexui non ætati parcentes, veritate cognitâ, debitis pœnis afflixerunt. Sacramentum ſervatum in eccleſia ſepulcri Domini, miraculis variis in ipſo opido veneratur

A 1361. Hoc anno Theodericus Epiſcopus Myndenſis in Magdeburgenſem eccleſiam translatus eſt. Fuit autem plebeus genere, Romámque profectus Myndenſis Epiſcopus factus eſt, ac aliquando in diſſenſione, quæ poſt Ottonis Magdeburgenſis eccleſiæ Archiepiſcopi mortem inter electores orta eſt, rogatu Caroli a ſede Apoſtolica in Magdeburgenſem Primatem & Archiepiſcopum ordinatus eſt.

Huſſitarum hæreſis. Hac tempeſtate Bohemorum hæreſis orta eſt in Praga, primaria Bohemiæ civitate, ab incerto auctore initium ſumens; ſunt tamen, qui dicunt, quendam Johannem Hus hujus indignitatis autorem fuiſſe. B Hy namque Taboritæ ſic nuncupati, ad imitationem primitivæ Chriſti eccleſiæ in omnibus vivere conſtituêre, & omnia in communi tenere, fratréſque ſe invicem appellare, ita ut, quod uni deeſt, alter in omnibus ſubminiſtraret. Sed eorum brevis fervor caritatis exiſtens citò defecit, quòd in eodem vivendi modo perſeverare potuerint. Quia a principio per Alemaniam diſcurrentes omnia violenta manu rapiebant & expoliabant & hoc tamen in commune ponebant, tandem multiplicati Ziſicham quendam Ducem ſibi conſtituerunt, in quo religionis aut æqui fuit nichil. Ziſcka eorum Dux. Ab hoc ſœpe fideles & catholici victi, civitates incenſæ, religioſi interfecti ſunt. C Ad hos Nicolaus Papa quintus Pium ſecundum Pontificem maximum, dum in minoribus eſſet, legatum Fridericique Imperatoris nomine miſit, & maximè a quodam Domino de Roſenberg ex nomine tanquam virum optimum vocatum; ad quos cúm acceſſiſſet, dixit Cæſari, cùm reverſus fuiſſet, non eſſe in toto mundo gentem monſtruoſiorem Taboritis iſtis, aſſeverans, omnes hæreſes ad ipſos migraſſe, quos ab initio naſcentis eccleſiæ usque ad ſuum diem peſtifera ingenia ſeminaverunt, referebátque idem Legatus, ibidem Nicolaitas eſſe ſimul & Arrianos, Manichæos, Armenos, Neſtorianos, Berengarios, pauperes de Lugduno, & præcipuos ibidem fore Waldenſes, qui quidem ſunt præcipui Chriſti Jeſu vicarii & eccleſiæ Romanæ inimici, è quibus

Digitized by Google

bus dum idem Legatus exiviſſet, affirmavit, ex inferno inferiori ſe omnino exiiſſe. A

1362. Imperator juxta ſtatuta Carolina ſit multarum linguarum gnarus.

Carolus Imperator magnum Procerum ſuorum conſilium in Germania habuit, ubi inter alias conſtitutiones hanc optimam de Regum & Imperatorum creatione legem edidit, ut qui de cætero ad Cæſaream aſpirarent dignitatem, etiam variarum linguarum peritiam haberent, & præſertim latinæ, Italicæ, Gallicæ, Hibernicæ & Germanicæ, ut deinde creatus Imperator variis linguis, quibus poſtea præeſſet, ſinè interprete reſpondere poſſet.

B

1363. Adolphus 57. Archiep. Colon.

Mortuo Wilhelmo Colonienſium Archiepiſcopo diſſenſio inter electores facta eſt: nam pars major in Johannem de Werneburg, eorum Decanum, ſanior autem pars in Engelbertum de Marka Leodienſem tunc Epiſcopum conſenſit; electus autem Johannes per ſe Romam pro pallio perrexit, cujus mox veſtigia Florentius partis adverſæ nomine ſubſequutus eſt. Lite igitur mota, cauſáque propoſita coram Urbano & Cardinalibus in conſiſtorio publico, conſilio Cardinalium habito, Dominus Papa nec Johannis electionem nec Engelberti poſtulationem admiſit, ſed ex quadam optima fama lenitatis & ſcolaſtica noticia Adolphi eccleſiæ Monaſterienſis Epiſcopi, & etiam ad complacendum Domino Epiſcopo Leodienſi patruo ſuo idem ſummus Pontifex Adolphum de eccleſia Monaſterienſi in Colonienſem tranſtulit, & Domino Johanni de Werneburg de eccleſia Monaſterienſi providit. Factus itaque Adolphus Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus, quæ ſupererant de prædeceſſoris ſui Wilhelmi bonis, eo modo, quo Johannes de Werneburgh jam pridem, & ipſe conſumpſit, caſtra nonnulla impignoravit, ac eccleſiæ redimenda reliquit. Inſuper & Urbanus Papa cuncta, quæ præfatus Wilhelmus reliquerat bona, in auro, argento, clenodiis, fructibus quoque in caſtris collocatis, equis & armentis in ipſius Adolphi ingreſſu pro camera Apoſtolica reſervavit, miſitque quendam Petrum Bogonis, ſuum familiarem, qui hæc omnia usque ad

C

Joannes de Virneburg 37. Epiſc. Monaſt.

A extremum poſtulavit, & ſingulis venditis, aurum in eccleſiæ Colonienſis jacturam, maximúmque omnium Chriſti fidelium ſcandalum in cameram Apoſtolicam tranſtulit. O Domina mundi, quæ quondam non auro, ſed aurum habentibus dominare voluiſti! quomodo te ſacra auri fames modo infatuavit! Dum autem, ut præmiſſum eſt, Adolphus eccleſiæ ſuæ bona dilapidavit, apud Dominum Apoſtolicum per Canonicos accuſatus eſt; unde occaſionem nactus Apoſtolicus, miſſo Legato, hujúſce rei gratiâ, annuos Epiſcoporum redditus, nondum auro ſatiatus, poſtulavit, usque quò ipſe de Colonienſi

B Epiſcopo provideret. Videns itaque Adolphus, quantum ſibi mali, ſi perſeveraret, immineret; ex neceſſitate virtutem faciens, in Domini Apoſtolici manus eccleſiam Colonienſem reſignavit, anno ſcilicet Domini 1364 decimo quinto Aprilis. Fecit hoc, ùt poſtea apparuit, amore filiæ Comitis de Monte, puellulæ admodum ſpecioſæ, quâ poſtea in uxorem ductâ, Cliyenſium etiam Comes factus eſt.

Adolphus ex Archiepiſc. Colon. fit maritus & Comes Clivenſis.

Johannes de Werneburgh XXXVIII Monaſterienſium Epiſcopus hoc anno ſedit, prodigus & ſumptuoſus admodum, qui poſtmodum ad Trajectenſem eccleſiam translatus eſt, ùt in ſequentibus dicetur.

1364.

C Hoc anno Adolphus Colonienſis Archiepiſcopus, ùt dictum eſt, per Florentium de Wevelinckhoven ejusdem eccleſiæ Colonienſis Subdecanum ac Dominum Petrum Brabantenſem Canonicum ſancti Dioniſii Leodienſis civitatis, procuratores ſuos ſpecialiter conſtitutos, in manus Domini Papæ & Cardinalium eccleſiam Colonienſem reſignavit; quam quidem reſignationem Urbanus quintus, invitè licèt, admiſit, ipsùmque Adolphum in conſiſtorio publico in Avione abſolvit, fortaliciúmque dictum Berke cum ſuis obventionibus & attinentiis feudi nomine ad uſumfructum aſſignavit, Engelbertúmque de Marka Epiſcopum Leodienſem in Colonienſem eccleſiam tranſtulit, & Johannem de Werneburgh Epiſcopum Monaſterienſem Trajectenſi eccleſiæ Pontificem dedit, Flo-

Florentius 38. Monaſt. Epiſc.

rentiæ-

rentióque hæc omnia procuranti, licèt multum renitenti, de Monaſterienſi eccleſia providit; factúmque eſt, ubi Johannes dudum Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopus in Trajectum tranſlatus eſt, in magnum ſucceſſoris ſui detrimentum & eccleſiæ jacturam de rebus & eccleſiæ redditibus quæcunque detrahere, diripere & alienare potuit, ſummo conamine diſperſit & diſſipavit. A

Florentius itaque jam Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopus factus, ac ab Apoſtolico in profeſto ſancti Ludgeri in ſedem ſuam remiſſus, ipſam eccleſiam ſibi commiſſam deſolatam & ſupra modum depauperatam, fame, ferro, flammâ vaſtatam in ſtatu ſuo miſerrimam invenit, ſed & ſubdolis amicis, qui ipſam, plus publicis inimicis, latentis amicitiæ colore oppreſſerunt, occupatam jam provinciam reperit. Porro ante inſinuationem Apoſtolicarum literarum quidam ſibi maximè familiares & in curia Romana conſtituto & in provinciam reverſo extiterunt, quibus ſe intimum exhibuit; in quos etiam futuri profectûs anchoram fixit. Hy, inſcio Epiſcopo, nugacem primùm ſeminaverunt famam, quæ poſtea per cunctorum ora creſcens, pernitioſam maturavit in meſſem. Famatum autem eſt, Florentium de Monaſterienſi eccleſia jam egeſtate contemptibili factâ nichil curare, nec in ea reſidere velle, ymmò Comitem de Marka proviſorem & tutorem eccleſiæ conſtituere deliberâſſe, ac de ſuperfluis eccleſiæ redditibus Epiſcopo certo loco providere Comitem debere, ipſúmque Comitem auxilio Principum & nobilium in dioceſin, civitates, eccleſiam & fortalitiâ manu validâ ac violentâ introducere. Quæ fama, mendax licèt, ad aures Capituli & Prælatorum venit, qui nimis creduli, non examinatâ rei veritate, conſilio vaſallorum Steynfordiæ Comitem tutorem & gubernatorem conſtituerunt. Conſensêre in hoc & cæteræ civitates, pari mendacio deceptæ. Initâ itaque compromiſſione, præfato Comiti fortalitia commiſerunt, & metu famæ frivolæ privilegia aliáque eccleſiæ utenſilia ad tutioria extra civita-

Miſer eccleſiæ Monaſt. ſtatus.

B

C

Digitized by Google

A tem loca ſub Canonicorum cuſtodia tranſtulerunt. Veniente itaque Florentio cum ductu Comitis de Marka, â civibus ſine ſollita Prælatorum & Canonicorum reverentia eſt receptus; cui dum ante eccleſiæ receptionem inaudita inſolitáque juramenta propoſuerunt, viri ſanè recti & probi animum perturbârunt. Unde eum maximo ſuo ſuorúmque diſpendio per aliquot dies magnis in expenſis in civitate ſtare fecerunt; demum cum Capitulo pacificatus ultra mille marcarum expenſas, quas in civitate ſui conſumpſerant, cæterùm & mille marcas Steynfordenſi ante fortaliciorum receptionem quaſi eccleſiæ proviſori ſinè dilatione ſub uſuris dare compulſus eſt, da-B tâ etiam promiſſione ſuper ſolutione duorum milium florenorum ex antiquo Cameræ Apoſtolicæ ſolvendorum: repperit inſuper ultra triginta ſex milia marcarum, extra dampna per prædeceſſorem ſuum facta, in debitis Epiſcopalibus; debitores autem perpaucos: nam multi redditus prædeceſſori ſuo ante perſolutionis terminum exſolverant: *habent vulpes foveas, volucres cæli nidos.* Hic homo vix invenit, ubi caput ſuum reclinaret; veruntamen pro pace communi ſemper plùs quàm ſuâ laboravit, privatam reipublicæ poſtpoſuit; unde ad procurandam pacem nec ſumptibus pepercit, malens in pace parciùs vivere, quàm bello luxuriare; omnibus enim poſtpoſitis, C ab utilitate eccleſiæ ſuæ nunquam quievit, eámque pro pôſſe a debitis ſublevavit.

Engelbertus 58. Archiep. Colon. Apoſtolicâ ergo ordinatione, ùt prædictum eſt, Engelbertus, qui Leodienſem hactenus eccleſiam ſtrenuè rexerat, Colonienſis Epiſcopus factus, ſedit annis quatuor, menſibus totidem, diebus XX, qui & ipſe dioceſin ſuam, Florentii Monaſterienſis Epiſcopi inſtar, prædeceſſorum ſuorum luxuriis depauperatam invenit. Unde compulſus pro confirmatione & pallio caſtra quædam ſub redemptione impignoravit.

1367. Engelbertus jam dudum præfatus Colonienſis Archiepiſcopus ſenio confectus, prædeceſſorúmque ſuorum debitis gravatus, podagram etiam ac paraliſim incurrit; qui ubi ſe deficere

ficere animadvertit, conſilio habito maturiori, Cononem tunc Trevericæ civitatis Archiepiſcopum coadjutorem accepit, virum utique ſapientem, maturum, ſtrenuum & opulentum. Engelbertus autem privatam vitam agens habitavit ſecum, ac pro vitaliſmo duo à Capitulo caſtra aliis cum redditibus accepit. A

Cono igitur de Valkenſteyn ubi Colonienſem Archiepiſcopatum adminiſtrare cepit, vivente aduc Engelberto, debita ſolvit, opida, caſtra, fortalitia magna ex parte redemit, pacificéque pontificavit, ac omnibus fermè tum propter animi ſtabilitatem, tum propter potentiam majorem (duos enim Archiepiſcopatus tenuit) terrori fuit; nec erat, qui de circumjacentibus nobilibus vel in ipſum aut ſuos mugire auderet. B Mortuo autem Engelberto 26. Auguſti, Sedes metropolitana annis duobus, menſibus tribus vacavit; Canonici Cononem, hactenus adminiſtratorem, Archiepiſcopum ſibi poſtularunt, ſimul & acceperunt: conſenſit enim Urbanus Papa poſtulationi, ſi modò Cono conſentiret; quo non conſentiente, nichilominus eccleſiam Colonienſem ipſi in commendam dedit, nec multò pôſt eandem eccleſiam Dominus Apoſtolicus pro camera ſua reſervavit, ſublatóque commendatoris nomine generalem Vicarium Cononem conſtituit; unde & pro camera ſua redditus Epiſcopales Dominus Apoſtolicus reſervavit. C

Hoc anno Florentius Monaſterienſis Epiſcopus Pontificatûs ſui anno quarto quinque ſedes Vrygraviatûs juxta Sendenhorſt opidum, unum quoque ipſo in opido pro ſeptingentis marcis eccleſiæ ſuæ comparavit, quâ re ne eccleſiam ſuam modò ampliavit, ſed & ſubditos ſuos libertavit. 1368. Frygraviatus in & prope Sendenhorſt.

Eodem anno Caſtellani de Ravesburg cum ſibi adhærentibus in feſto Penthecoſtes dioceſim Monaſterienſem validâ armatorum manu intrantes, nec ſexui, nec ætati, nec religioni pepercerunt; quos Florentius Epiſcopus perſequens, ſuorum auxilio usque in Verſmolle inſequutus, victos captivos duxit, & duriùs, ùt debuit, exactionavit. Varii conflictus in diœceſi Monaſterienſi.

Quo

A Quo quidem tempore Theodericus Comes de Marka Emeslandiam Friſiæ provinciam, ſed Monaſterienſi eccleſiæ ſubjectam, intravit, ablatíſque ſpoliis, dum exire voluit, à Florentii Epiſcopi fidelibus victus & fugatus eſt, multis tamen captis & durè exactionatis. Unde commotus idem Comes perſuaſione multorum ac ſpe promiſſionis ab ipſis ſibi factæ quitandæ, publicas cum Epiſcopo inimicicias exercere diſpoſuit, dampníſque per dioceſis circuitum illatis, demum inferior factus, triumphum Epiſcopo invitus dedit: meliùs profectò conſumâſſet, ſi compoſitio inter ipſum & Epiſcopum B ſervata fuiſſet. Dignè ergo luit, qui initam compoſitionem ſervare contempſit.

Haud longè pòſt præfati Caſtellani de Ravesburg inimicos ſuos in Monaſterienſi dioceſi perſequi ceperunt, dampnis etiam aliquantis incolis illatis, qui aliquando inſequuti in ponte Vechtorpe à paucis victi vel capti vel ſubmerſi ſunt.

Eodem anno Engelbertus de Marka Colonienſium Archiepiſcopus mortem obiit, ſedéſque ipſa metropolitana in tertium usque annum vacavit, in qua vacatione Godfridus Comes de Arnsberge ſancto Petro & Colonienſi eccleſiæ Comitatum perpetuâ donatione reſignavit, ùt infrà dicetur.

C
1369.
Comitatus Arnsbergenſis per donationem tranſit ad eccleſiam Colonienſem.

Hoc anno, adminiſtrante Colonienſem eccleſiam Conone, hoc modo Arnsburgenſis Comitatus præfatæ eccleſiæ acceſſit: Godfridus eâ tempeſtate Arnsburgenſis Comes Clivenſis Comitis filiam uxorem habuit, qui ambo confecti ſenio, ſterilitatis incommodo laborabant. Incidit igitur menti Comitis, quàm multa in Angariæ ac Weſtphaliæ Ducatus mala perpetrâſſet, conſilióque maturiori ſatisfacturus ac animæ ſuæ ſalutem operaturus, eccleſiæ Colonienſi ſe ſuáque libere obtulit, ac ipſum Comitatum cum omnibus & ſingulis opidis, caſtris, fortaliciis ac dignitatibus quibusvis cæteris libere ſancto Petro reſignavit, & pro ſua uxoríſque ſuæ ſuſtentatione vitaliſmum gratioſum ab eccleſia præfata accepit, ejúsque ſepulturam inter cancellos ferreos incluſa in majori eccleſia Colonienſi cernitur;

nitur; quæ cancellatio ideo facta dicitur: vaſalli ac ſubditi quondam præfati Comitis ægre ferentes, ſe jam clericis ſubjectos eſſe debere, dum ſepulturæ Comitis appropinquare potuêre, ſaxum monumenti in odium reſignationis præfatæ cultris pupugerunt. Quod ſcelus ut aufferrent Canonici, monumentum cancellis ferreis circumdederunt, tantique ſui benefactoris æmulos â tactu mauſolæi excluſerunt. A

Cono poſt duorum Epiſcopatuum optimum regimen jam fatiſcens artubus præ ſenio Colonienſem Archiepiſcopatum reſignare diſpoſuit: conſenſu igitur Canonicorum Frederico de Sarwerden, ejusdem eccleſiæ Canonico reſignavit, quem & concorditer elegerunt. Quod ubi Carolus Imperator audivit, ætatem objiciens, pro poſſe impedire confirmationem laboravit, ac Argentinæ civitatis Antiſtitem, decrepitum quidem, intrudere ſtuduit. Erat autem Fredericus præfatus adoleſcens, literarum ſcientiâ ſat imbutus. Miſſis igitur hinc inde partibus ab ambobus ad Apoſtolicum pro confirmatione Legatis, diſſentientibus etiam Cardinalibus, poſthabitâ Imperatoris petitione, ubi Fredericum, quem conſtudentem Bononiæ habuerat, coram vidit Dominus Apoſtolicus, ſciens hominis indolem, ipſum confirmavit, & cum pallio remittens, inſtitutioni ac directioni Treverenſis Epiſcopi patrui ſui commiſit: qui ſedi ſuæ præfectus, optime pacificéque rexit annis XLIV; multa tamen prælia cum civitate Colonienſi habuit, & Principum ac nobilium auxilio crebriùs ipſos moleſtavit, auxilio tamen Comitis Markenſis freta Colonienſis civitas pertinaciter Epiſcopo oppoſuit, & ad concordiam ſecum ineundum armis induxit. Compoſitio tandem facta eſt per Cononem Epiſcopum anno Domini 1377. 1370. Cono 59. Archiep. Colon. B Fridericus 60. Archiep. Colon. C

Eodem anno Comes Markenſis Ludinckhuſen potenter intravit & occupavit. Verùm nobiles & miniſteriales eccleſiæ Monaſterienſis Domini Florentii conſilio & auxilio confiſi, multis captis, multiſque interfectis, armatâ manu, quod amiſerant, opidum recuperârunt. Ob quod idem Epiſcopus cum

A ſuis à conſervatoribus pacis in Suſato citatus, & ad ſolutionem ſummæ pecuniariæ dampnatus; in quibus ipſum nobiles & vaſalli dereliquerunt, nec tamen ſe contra hæc judicata cum Domino Florentio concordare voluerunt, ſed dudum Comiti de Marka gravia dampna intulerunt; & dum idem Epiſcopus ſe cum Comite concordâſſet, ipſi compoſitionem acceptare renuentes, ſpem in Ducem Gelriæ poſuerunt; de cujus potentia confiſi ſe ſuáque ejus protectioni commiſerunt; â quo tamen poſtea derelicti, ſuccumbentes in omnibus, ſua fata doluerunt.

Carolus Imperator hoc anno Junio menſe in Italiam cum
B maxima ſuorum Theutonicorum manu armatorum venit contra Babtiſtam, Bernardi vicecomitis filium; ſed tamen cum tantâ exercitûs mole nichil efficere potuiſſet, ad mandatum Urbani Avionem venit, ubi ſimul, aliquot diebus ſoli, conſiliati ſunt, tandem Romam unà ambo perrexerunt; ubi Imperator, tanquam ſtrator Papæ, ejus equum frœno ducens, ipſe pedeſter Papæ ſequenti talem reverentiam fecit, quam Imperator debet, juxta decretum & privilegium Conſtantini Imperatoris, Papæ Romano; ubi Urbanus prædictus ſummus Pontifex coronavit Imperatricem uxorem Caroli præfati ſumma cum ſolempnitate, pro ut Imperialem Majeſtatem decebat.

C
1371. Hoc anno, Urbano ſummo Pontifice mortuo, Gregorius ejus nominis undecimus ex Diacono ſanctæ Mariæ novæ ſuffectus eſt, vir multæ innocentiæ & placabilitatis, quibus ex virtutibus ab omnibus plurimùm dilectus fuit. Is cùm â ſuis cognatis apud Avionem plurimum in petitionibus & ſupplicationibus fatigaretur, exiens de terra & cognatione ſua Romam venit; cujus tamen aliam cauſam fuiſſe aſſerunt: moverant enim eum cujusdam Pontificis verba, cui cùm Gregorius cum quadam confidentia familiari diceret: *quare ad eccleſiam tuam Epiſcope non vadis?* ille intrepidus reſpondit, *cur*, inquit, *ſumme Pontifex, cæteris exempla daturus, tuam Romanam eccleſiam non repetis?* Quibus verbis permotus Romam

Curia Pontificia Avenione Romam redit.

mam Januario menſe pervenit, anno videlicet 1376 Pontificatûs ſui anno ſexto, migrationis autem Romanæ eccleſiæ in Galliis LXX: Clemens enim quintus, Benedicto undecimo mortuo, in Galliis agens electus eſt, continuóque Lugdunum ex Burdogalliis ſe contulit; ad quem vocati Cardinales ſinè mora profecti ſunt; quo proficiſcentes, per LXXIV annos ibidem Curia Romana cum maximo Chriſtianorum dampno & incommodo detenta eſt; verùm per hunc Gregorium Romam reducta eſt, maximo & incredibili populi Romani lætitiâ. A

Bellum cruentum inter Brabantiæ & Juliæ Duces.

Eodem anno grave in terra Juliacenſi prælium factum eſt inter Wenſelaum Caroli Imperatoris fratrem Brabantiæ Ducem & Wilhelmum Juliacenſem: Wilhelmus enim latrunculos, qui viatores in terra ſua ſpoliârunt, exſtirpare etiam ab Imperatore admonitus detrectavit, nec familiares ſuos inſtitores ſpoliantes corripuit. B Miſit igitur Carolus Imperator fratrem ſuum Brabantiæ Ducem Wenſelaum, hujusmodi nephas Imperiali auctoritate corrigere, qui multa pugnatorum milia ex Italia, Hiſpania, Francia, Lothoringia, Flandria cæteríſque circumjacentibus regionibus & provinciis congregans in Wilhelmum exercitum movit; ediverſo Wilhelmus ex Germania, Weſtphalia, Saxonia, quos potuit, contraxit, Comitémque Montenſem prælii ſocium accepit. Qui ipſi, non quaſi ad pugnam, ſed perinde ad detrahenda ſpolia venêre; norant enim Brabantinorum exercitum opulentiſſimum ditiſſimúmque ſibi occurſurum. C Inito igitur certamine in ipſa beati Bartholomæi Apoſtoli vigilia primo impetu Juliacenſem Ducem cum ſuis, multis cæſis, repulerunt, Montíſque Comitem fugârunt, & quaſi jam triumphatores, Brabantini tripudiârunt. Interim Edwardus Gelriæ Dux, Wilhelmi ſororius ex nuptiis ſibi jam jam præparatis, quia Comitis Hollandiæ ſororem uxorem ducturus erat, ad arma cum ſuis fugit, Wilhelmo auxilium præbiturus; qui Brabantinum Ducem Wilhelmi terga inſequentem videns, clamore facto, in hoſtem irruit, ac fugientes animoſiores faciens, in perſequentes retraxit ac in præ-

lium revocavit, ſed & triumphatores conſtituit. In quo præ-
A lio Brabantinus Dux cum omnibus ſuis penè captus aut occi-
ſus; numerus autem captivorum nobilium, baronum, mili-
tum, capitaneorum ad duorum ſe milium numerum extende-
bat, occiſorum ſeptingentorum nobilium præcipuorum, in-
ter quos ſancti Pauli Comes, quem Sympolitanum dicunt,
Edwardus quoque Gelriæ Dux occiſi ſunt; numerus autem ab
utroque exercitu tam nobilium quam vulgarium occiſorum
octo milium fuiſſe dicebatur; inter quos Comes, ùt diximus,
Sympolitanus occiſus eſt, filiúsque ejus captus: dum enim
Sympolitanus Comes jam vulneribus debilitatus, ſolo proſtra-
B tus jaceret, quidam ſpolia capturus, ipſum armis exuit, ac
quæ circa ſe habuit, monilia abſtulit, quem dum, ne occide-
retur, Comes peteret, Sympolitanúmque ſe eſſe Comitem
diceret, latro peregrinæ linguæ ydeoma haud intelligens, in-
ter occidendum Sympol Sympol ingeminans, virum memo-
randum ac celebrem crebrioribus vulneribus interfecit, qui
tamen latro non longè pòſt hujus ſceleris pœnam apud Colo-
niam capitali punitione ſolvit. Finito itaque, ùt præmiſſum
eſt, jam bello, Edwardus Gelriæ Dux, caſſide levatâ, ut au-
ram ſe recreaturus captaret, nudus frontem ſtitit; quod dum
quidam Hermannus, ejusdem Ducis famulus, animadvertit,
& quia ejus uxorem polluerat adulterio, occaſionem nactus,
C frontem Ducis pugione percuſſit & occidit; ſícque factum eſt,
Edwardi ſponſam, Hollandiæ Comitis filiam, & virginem
manſiſſe & viduam ſimul eſſe. In cujus rei monimentum in
ſuis famulantiúmque ancillarum manicis textili arte inſcribi fe-
cit: yd ſy Godde geclaget, dat ick ſy wedewe und maget, hoc
eſt latinè dicere: *conqueror hoc Domino: manſi vidua quoque
virgo.*

1373. Eodem tempore, mortuo Johanne Oſnaburgenſis eccle-
ſiæ Epiſcopo, ſacræ Theologiæ Doctore, quem ſummus Pon-
tifex de ipſa Pontificali ſede præfata primùm providit, Mel-
chior Brunſwicenſis Dux, qui Johanni ſucceſſerat, ab Oſna-
burgenſi

burgenſi eccleſia in Swerinenſem eccleſiam â ſummo Pontifice translatus eſt, in cujus locum ordinatus eſt Theodericus de Horne ejusdem eccleſiæ Præpoſitus. Vix aliquis Pontificum ipſius eccleſiæ tantam bellorum vim ſuſtinuit, quemadmodum hic vir ſanctus; veruntamen, Deo auxiliante, induſtriosè ac prudenter omnia in pacem reduxit; quin ymmò ab hoc Theoderico usque ad Conradi de Deypholte ejusdem eccleſiæ Epiſcopi tempora, rara ſolida pax in dioceſi fuit, ymmò bella, ſeditiones & turbationes quaſi continuæ emerſerunt. A

Hoc anno controverſia inter Florentium Monaſterienſem Epiſcopum & quosdam de ſuis vaſallis & miniſteriales orta eſt, cujus diſſenſionis hæc cauſa fuit: Conradus de Monte, jam olim contra Ottonem de Rethburg intruſus, multa multis pro libitu contra jus phásque, ymmò contra Regalia & privilegia Epiſcoporum, ut favorem ſibi caperet, conceſſit, dedit & ſigillavit, quæ tamen omnia & ſingula Clemens quintus casſavit, pro ùt ſupra diximus, Florentius igitur, nolens hujusmodi ſic conceſſa, data, ſigillata, iterúmque ab Apoſtolico caſſata admittere, ſicuti etiam non debuit, perſequutiones, odia, adverſitates pro juſtitia ſuſtinuit, quæ tamen omnia, forti animo ſemper permanens, flocci pendit. Unde quidam æmulorum ſimilem, qualem in Ottonem prædeceſſorem ſuum machinati ſunt, injuriam exercere, & pro ejus dejectione & depoſitione ſolicitiùs laborare; verùm quia id vi perficere non poterant, dolo patrare conati ſunt: conſpirationem enim in unum contra Florentium facientes ſub pacis ſpecie totam in unum diœceſin confœderârunt, Florentio ſemper â fœdere excluſo. Unde factum eſt, dum unâ dierum Epiſcopus amicorum ſcitu ſpecialium ultra Renum certis pro cauſis iret, æmulos famam nugacem ſeminare, quaſi Romam prædeceſſoris ſui Ottonis inſtar acturus, eccleſiam ſuam reliquiſſet. Famâ frivolâ ubique fulgatâ, unanimi conſenſu Capitaneum Provinciæ tutorem ſibi fecerunt; & quod majoris dementiæ fuit, ſanguinis judicium, quod Epiſcopo modò cum regalibus con-

1374. Rebellio Monaſterienſium contra proprium Epiſcopum. B

C

A ceſſum fuit, ſibi uſurpârunt, ſpecie quaſi ipſis ultro reſignâſſet. Reverſo itaque, expeditis cauſis, Epiſcopo, dictu mirum! non niſi ſub certis conditionibus, juramentíſque præſtitis ſubditi Dominum ſuum in confœderationem recipere voluerunt. Quæ machinatio doloſa ubi in publicum prolata fuit, alii ſe deceptos proclamaverunt, circumventos ſe alii dixerunt, multi autem ſe ſubtraxerunt, ſícque calidæ machinationes fumi inſtar in nichilum, ymmò in deriſionem fabricatorum evanuerunt, adeò ut & pueri in platearum compitis tam inſanam, indignam & injuſtam deceptionem veſpere publicè decantarent; de qua tamen impia machinatione Epiſcopus XLVI annum ætatis vix agens, præ triſtitia & dolore contabeſcens canos primùm accepit.

B Eodem anno idem Florentius ſpei anchoram in Deum figens ſinè ſuorum auxilio, in quibus ſpem ponere non debere didicerat, unà cum auxilio Comitis de Marka caſtra Odynck, Brockhuſen, Lonckenhuſen cepit, deſtruxit & ſolo æquavit: Stromburg ſuo cum dominio indomitum & eccleſiæ ſuæ rebelle domuit & eccleſiæ ſuæ ſubegit: oblationes inſuper ſanctæ Crucis ibidem, quæ in poteſtate Burgravii & Caſtellanorum fuerant, ſibi ſucceſſoribúſque ſuis recuperavit. Quod quidem caſtrum, inopinatè poſtmodum â Padeburnenſi Epiſcopo Comite de Rethburgh unà cum Suſatienſibus expugnatum, idem Florentius recuperavit.

Burggraviatus Stromberg cum offertorio S. Crucis incorporatur eccleſiæ Monaſterienſi.

C Ipſo item anno, proximâ poſt Miſericordias Domini, commotio populi facta eſt in civitate Brunſwicenſi, Conſulatúſque cum Burgimagiſtris capite plexi ſunt, multíque ex primoribus civitate pulſi ac, ſuis ablatis, exilio miſſi; unde innumerabilia penè mala ſequuta ſunt.

1374. Hoc anno Saxonum leges in eo libro, quem ſpeculum Saxonum, linguâ vulgari Saxonicâ compoſitum (*nominant*) contentæ, magna ex parte â Gregorio ſummo Pontifice condempnatæ ſunt; eſt autem hæc bulla:

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus Fratribus

Digitized by Google

tribus Archiepiſcopis eorúmque Suffraganeis &c. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad extirpationem errorum & exaltationem fidei Catholicæ atque juſtitiæ animarúmque ſalutem quædam execrabilia legis ſeu Speculi Saxonum connominati, multâ examinatione & maturitate in hac parte præhabita, auctoritate Apoſtolica reprobamus & decernimus irrita & inania, & carere omni robore firmitatis, pro ut continetur in noſtris literis inde confectis, quarum tenor talis eſt: A

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Salvator humani generis Dominus noſter Jheſus Chriſtus, cujus licèt indignè vicem gerimus & tenemus in terris, ipſum humanum genus, quod ad delicias creavit paradiſi, ex lapſu protboplaſti, diabolica fraude decepti, per peccatum inobedientiæ corruiſſe & in perpetuum deſcendiſſe profundum conſpiciens, ipsíque compatiens, ſua ineffabili pietate & miſeratione ſubveniens, ut illos pretioſiſſimo ſuo cruore redimeret & ſecum in cœleſtibus collocaret, deſcendit in mundum, factus homo, in eóque conſiſtens præſentia corporali & tam ſanctiſſimam fidem & inaudita ſalubria docuit diſcipulos ſuos, ut ea per illos in terram transfunderet univerſam, & cuncta humana creatura jam redempta ſanguine pretioſo, fidéque firmata, & ſalubribus confidentiis & mandatis inſtructa, per ipſam fidem & juſtitiæ opera ad perpetuam ſalvationis gratiam perveniret; iidémque diſcipuli plenitudine Spiritûs ſancti concepti, mandatáque diverſa promptis affectibus & effectibus conſequentes, hujusmodi doctrinam continentem fidem, ſpem & caritatem, aliáque virtuoſa opera, nec non & conſilia, mandata ſalubria, bonósque mores univerſi orbis populis prædicaverunt, documentíſque ſanctiſſimis, per quæ animæ credentium & facientium ea ad æternam ſalutem pervenirent, univerſam eccleſiam inſtruxerunt. Et quia futurorum præſciens Deus prævidit inter præmiſſum tritici immundum hoſtem ſeminare zizaniam, ac inter ſacra prophana, inter ſincera fermentum, inter recta iniqua machinatione hoſtili, callidíſque ſuis aſtutiis poſiturum,

Bulla contra Speculum Saxonum.

B

C

cultores

cultores agri ſui videlicet &c. Et poſt pauca ſequitur: *Sanè* A *fide digna, admodum moleſta, pluriésque inculcata relatio plurimorum ad noſtrum perduxit auditum, quod in Saxonia ac in multis aliis partibus mundi quædam deteſtabilis ſcriptura legis, Speculum Saxonum vulgariter nuncupata & inferiùs annotata apud nonnullos tam nobiles quàm plebeos reperiatur, quam judices & incolæ partium earundem, obmiſſis canonibus & legibus ac bonis moribus procul pulſis, a longis citra temporibus obſervarunt & obſervant etiam de præſenti, ex quorum obſervantia Deus offenditur, proximus gravatur, vera juſtitia & æquitas rumpitur, canones & leges contempnuntur enormiter, re-* B *ctum judicium ſubvertitur, veritas impugnatur, contra bonos mores & legem naturæ agitur, dehoneſtatur honeſtas, libertas eccleſiaſtica conculcatur, & quod eſt deterius, Apoſtolica poteſtas denegatur, veritatíque Catholicæ fidei derogatur. Nos igitur de hys dolentes tantò amariùs, quantò exinde illa ſervantium animæ longioribus temporibus & ſtrictioribus laqueis alligatæ fuerunt; & propterea paternis deſiderantes affectibus, tot & tantis malis & periculis obviare* &c. poſt pauca: *habita deliberatione matura, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reprobamus, dampnamus ac decernimus irrita & inania & carere omni robore firmitatis* &c. poſt pauca: *univerſis* C *Chriſti fidelibus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ipſis ſcriptis ſeu legibus reprobatis de cætero non utantur, & Domini terrarum tam eccleſiaſtici quàm ſæculares ſuos ſubditos eis uti non permittant, alioquin contrarium præſumentes, cujuscuncque præeminentiæ, dignitatis, ſtatûs, gradûs vel conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali, Imperiali, Regali vel alia qualibet præfulgeant dignitate, excommunicationis ſententiam incurrere volumus ipſo facto; & ut hujusmodi noſtrum mandatum debitum effectum conſequatur, univerſos & ſingulos Principes & Dominos tam eccleſiaſticos quàm ſæculares per præſentes requirimus, monemus & rogamus, ut per eorum conſtitutiones & ſtatuta perpetuata ordinent & mandent ſub gra-*

vibus

vibus ac temporalibus pœnis, quod nullus eorum ſubditorum deinceps utatur reprobatis ſcriptis ſeu legibus memoratis, ipſáſque pœnas in contrarium facientes totaliter exequantur, quod eorum ſcriptorum ſive legum deteſtanda iniquitas de terris eorum totaliter extirpatur. Tenor vero dictorum ſcriptorum ſive legum talis eſt: primus articulus continet, quod quidquid homo fecit extra judicium, quantumcunque notorium, ſe liberare poteſt per ſuum juramentum, nec contra talem valet aliquod teſtimonium, *& habetur lib. primo cap. XII. 2dus: quod* Papa non poſſit, nec aliquis alius Imperatorem excommunicare, poſtquam conſecratus vel coronatus eſt, niſi ſolùm in tribus caſibus: ſi ſit dubius in fide, ſi repudiat uxorem legittimam, vel deſtruat eccleſias, *& habetur lib. 2. cap. quinquageſimo. 3tius: quod* excommunicatio neminem debilitat in jure terræ vel feudi, niſi ſequatur Regalis proſcriptio, *lib. 2. cap. XLVIII. 4tus: quod* Papa non poſſit aliquod jus condere vel ſtatuere, per quod valeat jus, hoc eſt, ſtatutum terræ vel feuda Saxonum deteriorare, *lib. primo cap. XII & lib. 2do cap. XII. Quintus: quod* nulla ſententia tam juſta dari poterit in Saxonia coram Rege vel judicio Regali, quin, ſi Saxo talem ſententiam reprehendat, teſtans in manum dexteram ſuam ad majorem comitatum, ſeptimus pugnare volens contra tales alios ſeptem pro dicta ſententia, quin tunc, ubi major pars triumphaverit, talis ſententiam obtinebit, *& habetur lib. 2. cap. XII. 6tus:* Si aliquis interfectus fuerit in ſpolio vel furto, pro quo conſanguineus interfecti ſe præbeat ad duellum, talis per duellum repellit omne teſtimonium, nec talis mortuus ſinè duello poterit convinci, *& habetur lib. primo cap. LVIII. 7mus:* Si duo dicunt contradictorias ſententias, tunc quicunque habet majorem ſequelam, talis ſententiam obtinebit, *lib. 2. cap. XII. 8vus: quod* quicunque fuerit appellatus ad duellum ſecundum libri iſtius formam, talis non poſſit negare duellum, nec appellans, cùm minùs bene natus fuerit, *lib. primo cap. LVII. 9nus:* quicunque perdit ſuum jus ratio-

Articuli damnati.

A

B

C

A ne furti vel ſpolii, talis incuſatus 2do de furto non poteſt ſe liberare juramento, ſed electionem habet ad ferrum, *lib. primo cap. XXXIII.* *Decimus:* qui cognovit violenter aliquam mulierem, ſi poſtea ducat eam in matrimonium, nunquam poterit prolem legitimam generare, *lib. primo cap. XXXI.* *Undecimus: quod* quicunque cognoverit aliquam publice, vivente marito, & eo mortuo, uxorem eam ducit, nunquam prolem legitimam ex ea generabit, *lib. primo cap. XXXI. Iſte articulus in omni caſu intellectus, non diſtinguendo prout canones diſtinguunt, eſt erroneus.* *Duodecimus*: quod hæres non teneatur de furto vel ſpolio reſpondere, perpetrato per illum,
B cui ſuccedit in hæreditate. *Quod eſt erroneum, ſaltim in foro conſcientiæ. lib. primo cap. VIII.* *Tertius decimus: quod*, quicunque vir ſuccinctus gladio, clipeum tenens, non poteſt de ligno vel lapide unius ulnæ altitudinis ſuper dextrarium ſcandere, talis non poteſt cedere, dimittere, infeudare, nec mobilia bona dare, *lib. primo cap. XLVI.* *Quartus decimus: quod* nullus ſinè licentia ſuorum hæredum in judicio, quod Saxonicè dicitur: Hoggedinge, poteſt dare proprietatem vel honores ſuos, & ſi talia daret alicui, hæredes acquirerent illa per judicium, ac ſi dans illa mortuus eſſet. *Iſti duo articuli ſunt erronei, in quantum eleemoſinas & alia pietatis opera pro-*
C *hibent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ* &c. *Datum ſexto Id. April. Pontificatûs noſtri anno quarto.*

1375. Ipſo anno Carolus Imperator Aquisgrani venit vel maximè liberandi â captivitate Brabantiæ Ducem, fratrem ſuum, causâ; quod & per preces minásque perfecit. Verùm nobiles milites & cæteri armigeri, abs Juliacenſi capti & ad diverſa loca per Alemaniam ducti, ſeſe ære multo redimere compulſi ſunt; æs tamen ipſum â Duce Brabantino liberaliter ſatìs, ùt par erat, receperunt; pro quo ſolvendo patria ipſa ad novies centena florenorum milia exactionata eſt. De quibus Religioſi habentes hæreditates intra Brabantiam per violentiam

Contributio Brabantina.

Ducis

Digitized by Google

Ducis compulſi ſunt centum florenorum milia ſolvere, maximâ eccleſiarum ſuarum jacturâ. A

Eodem anno nova ſecta virorum ac mulierum Aquisgrani Alconniæ ex partibus venit, aſcendítque usque Avionem & Franciam. Illudebantur autem â dœmonio, ita ut nè in domibus modò, verùm & in plateis publicè, omni remotâ verecundiâ, unà ſe manibus tenentes, coriſando & ſaltando tripudiarent, & quædam dœmoniorum nomina, videlicet frisch, frisches, & horum ſimilia inter ſaltandum, aſtante populi catervâ, ſinè omni erubeſcentia inclamarent. Quâ ſaltatione completâ, circa præcordia tantâ torturâ vexabantur, ut ab amicis, qui cum dolore ipſos inſequebantur, peplis ac funibus cingerentur quaſi furioſi, ipſis interim ſe jam mortuos clamitantibus. Verùm ubi Leodio appropinquârunt, presbiteri exorciſmis ipſis, quibus ante babtiſmum infantum utimur, multos liberaverunt, qui ſanati dicebantur; quia videbatur ipſis in hujusmodi ſaltationis hora quaſi in ſanguinis rubri fluvio incederent, háncque ob cauſam in altum ſic ſaltâſſent. Vulgus autem apud Leodium maximè infamare Clerum volens, hanc rem ob ſacerdotum ſcelera fieri dicebat: quia babtiſati fuiſſent â ſacerdotibus concubinariis, ceperuntque perſequi Clerum, volentes etiam in ipſum inſurgere & occidere, bonáque ipſius diripere. Quod utique opere perfeciſſent, niſi Deus per hujusmodi exorciſmos ipſum Clerum ab inimicorum manibus eripuiſſet, & majorem honorem ſibi exhiberi per hujusmodi opera procurâſſet.

Secta ſaltantium. B C

Eodem anno Comes de Monte prope Tremoniam cùm multis captus & duriſſimè exactionatus eſt, quadraginta ſcilicet milibus ſcudatis.

Ipſo item anno in feſto ſancti Corporis Chriſti Florentius Monaſterienſium Epiſcopus caſtrum Löe per fideles ſuos adjutorio Dei miraculosè prorſus cepit, tametſi cuſtodum negligentiâ & incuria haud longè pòſt iterum amiſſum ſit.

Circa hæc tempora, Johanne Oſnaburgenſis eccleſiæ Epi-

A *Melchior Dux Brunſwicenſis Ep. Oſn. br.* ſcopo jam vita functo, poſt triennium vacationis ipſius ſedis Epiſcopalis Melchior de Brunſwick ſucceſſit; qui aliquando per Comitem Hoygenſem captus eſt, ac demum in Epiſcopum Swerinenſem per Gregorium undecimum translatus eſt. Conſtitutus igitur Theodericus de Marka Comes, Oſnaburgenſis eccleſiæ Tutor, per triennium iterum vacante eccleſiâ, quia non placuit, confœderati ejusdem eccleſiæ miniſteriales & caſtellani cum Monaſterienſi Epiſcopo Florentio, eidem fidelitatem præſtiterunt. In qua tamen confœderatione Theodericus Oſnaburgenſis eccleſiæ Præpoſitus per Gregorium undecimum præfatæ Oſnaburgenſi eccleſiæ eſt præfectus ac prælatus.

B Eodem anno Florentius Epiſcopus Monaſterienſis auxilio Domini Melchioris Oſnaburgenſis eccleſiæ Pontificis & Ottonis Comitis in Teckneburg, Conradi quoque de Oldenburgh ipſo die ſancti Lamberti Epiſcopi fortiſſimum caſtrum Dincklage cepit & deſtruxit. In quo etiam anno idem Florentius Epiſcopus turrim in Walbecke incepit & totum quaſi â fundamento caſtrum reædificavit: Volen quoque caſtrum eccleſiæ ſuæ rebelle, vi armisque ſibi ſubjugavit: cæterùm caſtrum Oeſtbeveren jure devoluto cum pluribus vaſallis & miniſterialibus, redditibus, piſcinis, paſcuis ac quibusvis aliis eccleſiæ ſuæ acquiſivit.

C Hys temporibus maximum inter Magdeburgenſem & Hildenſemenſem ſuis cum adhærentibus bellum fuit, in quo Dux Brunſwicenſis per Hildenſemenſem cum multis aliis utriusque dignitatis viris captus eſt, nec minor occiſorum quam captivorum numerus extitit.

Eo tempore ipſo ſanctæ Praxedis virginis die Chriſtianus Comes de Oldenburg cum Mauricio fratre ſuo, Bremenſis eccleſiæ Decano unà cum nongentis armatis Friſiam intravit, ipſam ſibi ſubjicere cogitans; verùm Friſonibus ad arma concurrentibus, dum prælium committunt, Comes cum toto armatorum exercitu peremptus eſt. Quo etiam tempore Bremenſis

Digitized by Google

menſis civitas abs Epiſcopo ſuo capta, & ad obedientiam, quam præſtare negaverant, potenter reducta & revocata eſt. Verùm cives præſtitam fidem haud longè poſt frangentes, fœdifragi facti ſunt. A

Wenſelaus, Caroli Imperatoris filius, hoc anno Franckfordiæ Romanorum Rex â patre declaratur; quem præſente patre & Principibus Aquisgrani Fredericus Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus coronavit; quam ob rem quadraginta florenorum milia pro munere accepit. In qua coronatione lis maxima orta eſt inter Brabantiæ Ducem, Caroli Imperatoris fratrem, Ducéſque Saxoniæ: quis ipſorum ante jam jam electum Regem enſem ſolito more ferret. Duxit autem idem Wenſelaus Johannam Angliæ Regis filiam, quâ peſte, quæ tunc in Bohemia ſævit, mortuâ ſinè liberis, ſecundas nuptias cum Sophia Bavariæ Ducis filia intravit; & quia homo luxurioſus adulterinis ſe amplexibus fœdavit, juſto Dei judicio ſinè liberis etiam diſceſſit. Is Wenſelaus duorum annorum erat, quando Bohemorum Rex factus eſt: quindecim, quando Romani Regni ſceptra accepit: octo annis cum patre, viginti duobus poſt patris mortem regnavit; Imperii tamen benedictionem a Papa non obtinuit. Vir certè patri in omnibus diſſimilis, ignavus videlicet & ſinè prudentia, qui totum tempus vitæ ſuæ in extrema Germania in otio & libidinibus conſumpſit; propter quod tandem ab Electoribus, procurante Roberto Bavaro Duce, Imperio depoſitus eſt. Nam idem Robertus animadvertens Imperii dignitatem & hominis ſecordiam, zelo commotus, & vitiorum inimiciſſimus illum deponi procuravit; unde & ipſe nolens ſubfectus eſt. Magis enim ſtuduit Wenſelaus vino refertis calicibus epotandis, quàm in Regni negotiis curandis; unde & illud quaſi vulgare proverbium in ore habuit: ſi Italiam ire contingeret, prædam omnem exercitui partiendam daret, ſi modò ſibi vinum ſervare liceret. Unde & Norimburgenſes poſt ejus depoſitionem a juramento ſibi præſtito abſolutionem petentes, viginti florenorum milia

[Margin: 1376. Wenceslaus fit Rex Romanorum. — B — C — Sed ob malum regimen deponitur.]

A ſe daturos ſpoponderunt; ipſe autem quatuor vini optimi plauſtra præeligens, cives abſolvit.

1377. Bellum inteſtinum Coloniæ.

Inteſtinum ac perniciosum valde bellum inter Conſulatum Colonienſem ex una, & lanifices ejusdem civitatis partibus ex altera ortum eſt. Vehementer igitur confligentes inteſtino bello, tandem Conſules victores facti ſunt, ſicque multis in foro civitatis publicè capite plexis, multis quoque exilio relegatis, pax reddita eſt. Hac tempeſtate ſopita, in Epiſcopum ſuum Fredericum arma ſumpſerunt, auxilio Comitis de Marka, multorúmque aliorum ſtipendio conductorum animati; unde & plurima dampna Epiſcopo intulêre. Cæterùm & Dominum Capellarium, Monaſterienſis Epiſcopi fratrem, Frederici Epiſcopi Redditüarium, nullis præcedentibus inimicitiæ ſignis, in civitate ceperunt. Quam ob rem univerſitas civium banno Imperiali proſcripta eſt, ſimul & per Dominum Apoſtolicum excommunicata, adunatóque exercitu, Fredericus biduo civitatem potenter obſedit, ac in circuitu omnia ferro & flamma vaſtavit. Sub qua etiam depopulatione, permittentibus Frederici inimicis, ſinè reſiſtentia Tuitienſe oppidum captum & deſtructum eſt; & quod reſiduum fuit, brevì locuſta comedit: nam ipſum monaſterium cum eccleſia, quæ Fredericus illæſa reliquerat, Colonienſes cives Cerberea rabie funditus deſtruxerunt.

B

Tuitium cum monaſterio deſtruitur.

C

Incubus quidam.

Eodem fermè tempore incubus, nominans ſe Regem Goldemarum, cuidam armigero, mundanis actibus admodum dedito, quâdam ſe familiaritate conjunxit. Dicebatur autem miles Wenelungus de Hardenberg, fortalicium haud longè â Rura flumine in Comitatu Markenſi habens. Loquebantur duo mutuò, perinde cum amico amicus, cum familiari familiaris loqui ſolet: muſicali inſtrumento, cordis ad hoc aptato, invicem uſi ſunt: luſit & ad teſſeras: æs abunde expoſuit: vinum bibit: crebriùs unà cum milite dormivit: unà uno cubitu ſe cum ipſo repoſuit. Multi utriusque ſexûs ipſum viſitabant, quibus & reſponſa quævis dabat; Religioſos autem ad

ſuæ

Digitized by Google

ſuæ conditionis revelationem anhelantes, ſceleribus palàm expoſitis, publicè confudit: hoſpitem ſuum prædictum de adventu inimicorum admonuit, & quomodo hoſtium machinationes evaderet, conſilium dedit: manus duntaxat palpandas præbuit, ſed videri ſe poſſe negavit. Erant autem manus ejus graciles & molles, perinde quis murem tangeret; Chriſtianos fidem in verbis, Judæos in lapidibus, paganos in herbis ponere aſſeruit. Habuit autem hic Menelungus, apud quem hoſpitabatur, germanam admodum pulcram, cujus gratiâ incubum hunc nonnulli moram ſecum trahere, familiaritatémque habere opinati ſunt. Docuit autem, hoc ſe verſu ſignaret: *increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus ſanctus.* Demum poſt triennium elapſum ſinè cujusquam læſura fantaſticus receſſit. A B

Circa ea item tempora Johannes de Solmis cum ſibi adhærentibus nobilibus Emeslandiam, Florentii Monaſterienſis Epiſcopi provinciam, ſpoliandi Friſones gratiâ intravit, quem idem Epiſcopus captum, in vincula conjectum durè exactionavit.

Cæterùm Burchgravius de Stromberg, qui ultra omnes prædeceſſores ſuos gloriâ & divitiis â Florentio Epiſcopo præfato exaltatus fuit, accepti beneficii immemor ac ingratus, in & extra provinciam contra Epiſcopum lites movit ac moleſtiſſimum ſe exhibuit. Quem cùm paterna admonitione Epiſcopus compeſcere nequiret, conceſſit inimicis ſuis Craſſenſteyn caſtrum ac turrim in Stromburgh unà cum domo ſua deſtruere, & Imperiali banno Burgravium condempnare, ac extra diocesim expellere. Qui illico in tyrannidem verſus, poſthabitis inimicis, arma in eccleſiaſticas perſonas tulit, eccleſias, monaſteria, Deo dicata loca ſpoliando, cremando, vaſtando & eccleſiarum miniſtros perſequendo, infeſtando, profligando vexare. Quam ob rem Florentius Epiſcopus ipſum cum omnibus ſuis complicibus excommunicavit, nonnullósque ſuſpendio finivit. Ubi autem Burgravius deficere ſeſe perpendit, C

A dit, auxilium ab Ottone Teckenburgenſi Comite poſtulavit & accepit, qui ipſum aliquanto tempore tenuit & fovit. Exacerbatus igitur in Ottonem Florentius, adjuncto ſibi Oſnaburgenſi Epiſcopo, caſtrum Haſtenbecke deſtruxerunt, nec longè pòſt unà cum Padeburnenſi Epiſcopo opidum Reda cum caſtro vallatum obſedit ac artavit; & ut Florentius obſidionem ſolveret, Teckenburgenſis compulſus eſt, Burgravium de Comitatu ſuo expellere, dampnáque eccleſiæ Monaſterienſi ea cauſa illata reſtituere. Verùm quia Comes, ſoluta obſidione, promiſſa non ſervavit, Oſnaburgenſis Epiſcopus ipſum Burgravium ultra Weſeram fugavit, ubi in caſtris Retburg &
B Grupenhagen apud Saxones aliquanto tempore latuit; propter fidem autem fractam in Teckenburgenſem cum Florentio bella movit. Qua tempeſtate Oſnaburgenſes caſtra Gronenbergh, Wedele, Voerden, Comiti hactenus obligata armis recuperarunt, opidúmque ante Weſtermölle unanimi obſidione vallatum expugnarunt.

Eodem tempore maxima pax locis & perſonis eccleſiaſticis, ſed & mercatoribus, villanis quoque rus colentibus à Carolo Imperatore ſub banno Imperiali data eſt, in qua quidem pace Malemans caſtrum fortiſſimum ad requiſitionem & procurationem Florentii Monaſterienſis Epiſcopi per pacis conſervatores deſtructum eſt, eò quod ipſum Epiſcopum præfa-
C tum & ſuos Canonicos diffidavit & ſpoliavit. Quo quidem tempore renovatæ & confirmatæ ſunt omnes libertates Monaſterienſis & Oſnaburgenſis eccleſiarum per eundem Imperatorem ſub bulla aurea & banno Imperiali; in pacémque Cleri idem Florentius oculum figens, univerſis perſonis eccleſiaſticis cujuscunque ſexûs, ſed & omnibus, armis non utentibus, per dioceſim Monaſterienſem contra ipſos vel bonorum ſuorum invaſores magnum conſervatorium generale a ſummo Pontifice procuravit.

1378. Sciſma omnium certè peſſimum & ſcandaloſum, quod per novem & triginta annos duravit, hoc anno initium ſumpſit:

A

ſit: mortuo enim Gregorio Pontifice & ejus exequiis ex more celebratis, cùm in conclave ad novum eligendum Cardinales procederent, Clerus populúsque Romanus Cardinales obnixè rogavit, ut Romanum Pontificem aut Italicum omnino eligere dignarentur, qui eccleſiam & Romanam rempublicam integre ſanctéque gubernaret, præcaventes ſcilicet, ne ſi Gallus eligeretur, & Romanam curiam transmigrare contingeret, Romana respublica periclitaretur. Elegerunt ergo Bartholomæum Archiepiſcopum Barenſem in ſummum Pontificem, natione Neopolitanum, qui Urbani ſexti nomen ſibi uſurpavit; ipsúmque electum publicaverunt tam infra quàm extra civitatem, ac ejus coronationi & intronisationi interfuerunt, nec non in conſiſtoriis tam publicis quàm privatis eidem tanquam ſummo Pontifici reverentiam præſtiterunt; miſſis etiam per orbem nunciis ad Reges & Principes, qui per literas commonerent, ut & ipſi per legatos id facere dignarentur. Verùm cùm Urbanus jam præfatus ſtatim poſt ſuam electionem Cardinalium ſtatum reſtringere tentaret, turbati contra ipſum inſurgentes allegaverunt, ipſum non fore Apoſtolicum, quia coacti à populo Romano ipſum delegiſſent. Itaque poſt ſeptem menſes à prima electione Cardinales Româ exeuntes Anagniam petîerunt & inde Fundam transmigrârunt, ibique alium Pontificem elegerunt, Robertum ſcilicet Cardinalem Gebenenſem, qui antea Legatus in Italia fuerat miſſus; cui & ſeptimo Clementi indita eſt appellatio, ac ſic per totum orbem literis disſeminant, hanc ſcilicet veram Pontificis electionem, Clementémque verum & indubitatum Chriſti Vicarium; & hinc maximæ diſcordiæ, magnúmque ſciſma in eccleſia Dei oriri cepit, ut duo in ea dicerentur capita. Urbano autem Chriſtianorum Principum pars, & pars æquè Clementi favit: Italia enim cum Germania & Pannonia Urbano, Clementi verò Gallia, Hiſpania, Cathalonia & Britannia adhæſerunt. Clemens autem poſt multas datas acceptásque clades in Galliis tandem cum ſua curia profectus eſt, ubi apud Avionem, ùt hactenus

Schiſma peſſimum in eccleſia Romana.

B

C

A Pontificum mos erat, ſedem conſtituens, verus Pontifex à Gallis omnibus veneratus eſt, & ſedit annis quindecim. Urbanus verò, cum naturâ inquietus eſſet atque omnino inhumanus, apud Nuceriam quoſdam Cardinales creans, ſeptem ex veteribus in carcerem conjecit, quaſi contra ſe cum Clemente conjurâſſent; è quibus quinque, cùm Genuam proficiſceretur, in mare demerſit. Eò quippe ob timorem Caroli Apuliæ Regis acceſſerat, ubi & usque ad obitum ipſius Caroli permanſit. Tandem Romam reverſus, ad inſidias devitandas novem & viginti Cardinales uno die creavit; ex quibus Romani tres, cæteri Neapolitani fuerunt. Quibus creatis, paucos ſupervixit dies; mortuus denique Romæ in baſilica beati Petri ſepelitur, Pontificatûs ſui anno duodecimo, paucis tanquam ruſticum & inhumanum flentibus.

B

Poto 39. Epiſc. Monaſt. Eodem anno Florentio, dudum Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopo, in Trajectenſem eccleſiam per Urbanum ſextum translato, Poto de Potenſteyn natione Bohemus ejusdem Urbani proviſione Monaſterienſis eccleſiæ ſedem adeptus eſt; qui dum valido gentis ſuæ Bohemicæ comitatu dioceſim intraturus, Hammonem applicuiſſet, ab armigeris invaſus, qui ad hoc ſe ibidem unârant, vix fugâ ſalvatus eſt. Itaque à Capitulo & civibus magnificè ſuſceptus, introniſatus & circumductus eſt. Verùm alienigena, conſuetudinem provinciæ ignorans, perſuaſione ſuorum dum eccleſiam obligare diſpoſuit diſſentiente Capitulo, grandis controverſiæ fomitem adminiſtravit; & dum ad breve tempus in ipſa eccleſia pontificaſſet, ad Swerinenſem eccleſiam translatus eſt, eccleſiam Monaſterienſem minùs providè relinquens, in diripientium manibus poſuit: Horſtmariæ enim caſtrum cum opido in manibus Comitis de Hogge reliquit, pro cujus liberatione plurimæ expenſæ fiebant. Unde & de ipſo ſcriptum eſt: *Providus ex toto non fuit ille Poto.*

C

Statutum fuit in Padeburnenſi Conſulatu hoc anno, ne in
1379. exequiis defunctorum quiſpiam incolarum ſub pœna unius

marcæ

Digitized by Google

marcæ plus quàm in uno altari oblationem faceret; ad tres enim miſſas ùt plurimùm offerri moris erat. Unde & duæ miſſæ in exequiis defunctorum ſubtractæ ſunt, ac ſic pernicioſiter animæ fidelium defraudatæ; & quia nemo de Rectoribus eccleſiarum, ægrotantium vulneribus vinum infudit, putreſcentibus interioribus, ſolo fotis oleo, cicatrices denuo ruptæ ſunt. Hujus tamen ſtatuti autor primò ab inimicis captus, ſubſtantiam, de qua Dominum honorare recuſaverat, & proximo indigenti impendere miſericordiam renuerat, ad hoſtem transferebat; dein contemptibilis omnibus, miſeria ſimul tabeſcens, in paupertate demum defunctus eſt. A Statuitur offertorium ad unum altare Paderbornæ.

Anno ſecundo Urbani Papæ prima die menſis Martii Hinricus Spegel ex Abbate Corbienſi in eccleſia Padeburnenſi pontificare cepit, ac plenus dierum Pontificatûs ſui anno XIX vitam finivit, Symonémque de Sterneburg ejuſdem eccleſiæ Decanum ſucceſſorem accepit. Hic Friderico Colonienſi Archiepiſcopo, ut ipſum apud ſedem Apoſtolicam promoveret & potenter in poſſeſſionem introduceret, magnam auri vim, in qua ratione officii Marſcalcatûs, quod idem Hinricus exercuerat, eccleſiæ Padeburnenſi obligabatur, ſinè Capituli conſenſu remiſit. Unde conſecrationis munere Romæ ſuſcepto, ad ſedem ſuam reverſus XV Julii ſolempniter admiſſus eſt, non tamen Pontificale officium exercuit, ymmò duas modò miſſas in octo Pontificatûs ſui annis celebravit; anno autem Domini 1389 die XXV menſis Januarii in obſidione cujuſdam caſtri occupatus, ſagitta percuſſus, poſt menſis ſpatium inter medendum occubuit. B 1381. Henricus Ep Paderb. Symon Ep. Paderb. C

Translato, ùt dictum eſt, in Swerinenſem eccleſiam Potone Bohemo, Heydenricus Wulff, equeſtris ordinis vir, ſuffectus eſt in Monaſterienſem eccleſiam. Is primùm Hertfeldenſis eccleſiæ Plebanus, ubi ſcilicet corpus ſanctæ Idæ, viríque ejus Egberti requieſcere in ſuperioribus diximus, pòſt ex Canonico Monaſterienſi Scolaſticus, dein Præpoſitus factus eſt; qui Præpoſituræ ſuæ jura tam ſtrenuè armata manu tueri Heidenricu s 140 Ep Monaſt.

A didiſcerat, ut etiam duellum contra Comitem de Solmis præfatæ eccleſiæ expugnatorem ſuſcipere non recuſaret, ymmò ob deſidiam Potonis, caſtra ac eccleſiæ bona in aliorum manus transferre volentis, ipſo anno, quo Potoni ſucceſſit, adhuc Præpoſitus in Auguſto menſe caſtrum Wolbecke obtinuit, & eodem die propugnaculum in Telgeth armatâ manu cepit. Quâ re animadversa, hunc ſibi Epiſcopum, Potone translato, petierunt; quem Comes Markenſis ſolempni pompâ introduxit, & gloriosè ſuſceptum in ſede Epiſcopali locari fecit. In cujus introduxione Otto Tekenburgenſis Comes juxta antiquorum morem campanam per ſe ipſum pulſavit, centúmque marcas poſtulare, ac de transactis annis multa petere cepit; ſed re ſpatio mutatâ, ſpe ſuâ fraudatus eſt.

B Hic jam Epiſcopus factus adjutorio procuratorum pacis Engelradinck deſtruxit; auxilio item Oſnaburgenſis Epiſcopi opidum Lyngen unà cum caſtro vallo circumdatum obſedit & artavit, Comitémque Tekenburgenſem ad compoſitionem induxit. Cæterùm caſtrum Bevergerne cepit, Pauelsburg contra eundem Ottonem erexit, ſed & Hetzenart loco caſtri Slipſen, per Teckenbùrgenſem deſtructum, ædificavit.

Eâ tempeſtate diſcordiarum ſator, concordiæ hoſtis, pacis prædo, tranquillitatis æmulus, totius humani generis inimicus bellum durum inter Lippenſem & Tekenburgenſem

C Comites movit; quibus & Monaſterienſis Epiſcopus Heydenricus ſe miſcuit, alteri partium præſidium allaturus. Bellum utique multis flebile exitium minitans, maximâ profectò ambarum partium animoſitate ſuſceptum, nec brevi temporis termino finem habiturum. Audires hìc bellorum ſtrepitus: illinc fugientium ullulatus: oppreſſorum querimonias: jam ædificia diſcerpta, jam rogo data: nunc villas, nunc ſata in herbis creſcentia conculcata, hysque ſimilia, quæ inſolens illud hominum genus in ſibi adverſos exercere ſolet imbecilles.

Ludwicus Thuringiæ Lantgravius, Miſenenſis Marchio

1381. in Epiſcopum Magdeburgenſem electus eſt. In ipſo Pontificatûs

Digitized by Google

catûs ſui anno primo in carnis-privio caſu miſerabili finitus eſt: nam eo tempore Calvæ cum ſuis erat, ac veſpere in theatro cum cæteris coreas duxit; cúmque theatrum ipſum populi multitudine oppreſſum eſſet, qui ſcilicet Epiſcopum coreas ducentem videre appetebant; viſum eſt ſubitò unam theatri partem ab igne arreptam, timoréque perculſi, dum fugere ignem ſinguli ſtudioſiùs cupiunt, in ipſius domûs gradibus comprimuntur, adeò ut alter ab altero impeditus, ſe movere loco non poſſet. Inſilüit in comprimentium ſe turbam Præſul, ſedare diſcrimen cupiens: factúmque eſt, ut & ipſe inter comprimentes ſe medius comprimeretur. Rupto itaque a mole comprimentium ſe & fugere cupientium violentia, quo ſtabant, gradu, plus quàm trecenti præcipiti caſu ceciderunt; ſolus autem Præſul cum duobus de ſuis caſu mortuus eſt: plures tamen debilitati ſunt. Repertum eſt poſtmodum ignem nichil mali intuliſſe & inferre eò loci potuiſſe, ſed vindictâ Divinâ rem ſic in cæterorum cautelam ordinatam fuiſſe.

A Bacchanale Ludovico Epiſc. Magdeburg. fatale.

B

Heydenricus Epiſcopus Monaſterienſis, inprimis ſpem ſuam in Markenſem Comitem conſtituens, graviſſimis ſumptibus in perlamentis ac cæteris mundi vanitatibus ejus familiaritatem ſervare niſus, ubi nichil ſtabilitatis ac fidei in ipſo reperit, deſerto Comite, cum Colonienſi Archiepiſcopo amicitiæ ſe ligans vinculo, bella in Comitem agere diſpoſuit, multáque ferro ac flamma vaſtavit, villam dictam ton Weſthoven bis flammis ſolo æquavit. Exacerbatus igitur Comes diœceſim Monaſterienſem armis preſſit, ac tribus diebus, totidémque noctibus rogo vaſtavit: ipſam cæterùm Monaſterienſem civitatem milite cinxit, Epiſcopi adventum præſtolaturus. Properanti itaque cum exercitu Heydenrico, adjuncto ſibi Oſnaburgenſi Epiſcopo, in Comitem aciem direxit. Qui jam unâ urbem in prælium ituri exeuntes, receſſiſſe Comitem ſuo cum agmine, falſo nuncio referente, didicerunt; & creduli nuncii ſermonibus, falſis licèt, in ſuum ſuorúmque jacturam urbem reingreſſi, diſſipato exercitu, mendacio decepti trium-

1381. Bellum inter Epiſc. Monaſt. & Comitem Markenſ.

C

A phum, quem ſibi polliciti ſunt, re falſa comperta, jam amiſſum luxerunt.

1383. Peſtis in Weſtphalia. Ea tempeſtate maxima in Weſtphalia peſtilentia fuit, ita ut in ſex menſium ſpatio plus quàm octo hominum milia mortem obiiſſe numeratum ſit. Et præcipuè in utriusque ſexûs juvenes dira lues ſævit, multíque qui ſpe peſtem evadendi loca mutârunt, aliquando reverſi mortem, quam fugere tentârunt, invenerunt.

Werlæ opidum Weſtphaliæ Colonienſis diœceſis hoc anno ipſo die Dioniſii martiris in manus Comitis de Marka traditum & reſignatum eſt, & per eundem ſpoliis ablatis, innumeris flammis penitus devaſtatum.

B

1385. Colonienſis, Monaſterienſis ac Padeburnenſis eccleſiarum Epiſcopi Tremoniam Imperialem civitatem unà cum Markenſi Comite Engelberto maximo vallatam exercitu ultra duos annos continuâ & durâ obſidione coanguſtaverunt.

Eodem anno Johanna Ducis Brabantiæ filia, mortuo Wentzelao, cum quo ſecundas inierat nuptias, ſola ducavit, & centum milium armatorum exercitum in Ducem Gelriæ movit, civitatésque quasdam obſedit. Verùm Wilhelmus Gelriæ & Juliacenſium Princeps, tanto in articulo poſitus, & ipſe exercitum contraxit, ſed & quosdam Brabantiæ Proceres, C ſubdolè datis muneribus, ſibi adhærere fecit. Unâ igitur dierum in Johannæ exercitum impetum faciens ac ſuperior factus multos ſtravit, compluréſque cepit. Implorato itaque â Franciæ Rege, patruo ſuo, auxilio, mulctam in Wilhelmum cogitans, Francos in Juliacenſem Ducatum traxit. Erant autem in exercitu Regis Principes viginti duo, armatorum fortiſſima manu ſtipati, qui quaſi valida tempeſtas circumquaque provinciam devaſtantes, dum in Gelriam iter arripiunt, pluviis ac inundationibus crebris præpediti, irato Neptuno, progredi nequeunt. Acceſſit & in Regis exercitum aliud incommodi malum, ſanguinis ſcilicet fluxus ſævior ac peſtilentiæ lues. Et ſi Principes cis Renum inter ſe non diſcordaſſent, profectò

cum

cum toto tam immenſo exercitu & Regem & Principes Francos, faciliter prorſus, ſuis in terminis incluſos, in perpetuum Germaniæ decus obtinuiſſent. A

Incipitur Univerſitas Colonienſis auctoritate Urbani Papæ, eisdem, quibus & Pariſienſe ſtudium, privilegiis dotata. Ordinatus eſt autem Decanus Cancellarius Univerſitatis præfatæ. Quæ ſingula & omnia poſtmodum Bonifacius Papa Apoſtolica auctoritate confirmavit & corroboravit. 1388. Univerſitatis Colon. initium.

Ropertus, Ducis Montenſis primogenitus, hoc anno in Padeburnenſem Epiſcopum poſtulatus eſt. Proviſum enim ei erat de eccleſia Patavienſi, ſed abs adverſario, quem hac in re habuit, præpeditus, cui & Auſtriæ Duces favebant, ad reſidentiam nondum pervenerat. Adventum ergo ſuum in Padeburnenſem eccleſiam, propter imminentia pericula ferventiùs deſideratum, per quindecim ferè menſes diſtulit; conglutinati enim, qui dudum contra Symonem prædeceſſorem ſuum conſpiraverant, rapinis & incendiis dioceſim ipſam ac circumjacentia loca demoliri ceperunt, Capitaneum ſibi quendam Fredericum de Patberg conſtituentes, &, quod nephas eſt dicere, in ſanctum Dei Liborium ejusdem eccleſiæ patronum (cujus etiam corpus in ipſa majori eccleſia per ſanctum Maynolphum maximo labore abs urbe Cenomannorum delatum requieſcit) blaſphemiæ ſacrilegium perpetrarunt: aſſerebant enim hy nequam, hunc Sanctum caſtratum eſſe nec ad reſiſtendum virilia habere; proſperati tamen ad tempus, dum ultio Divina in blaſphemos illico non ſævit, patientia & benignitate Dei abuſi ſunt, ut aliquando gravior in eos ira Divina ſæviret, ſi ex ſententia peccatoribus agere permitteret: nam quos hìc diu, ut convertantur, tollerat, non converſos poſtea duriùs dampnat. Una igitur dierum Divinæ iræ calicem blaſphemis propinare volens, ad rapinas & incendia concitavit. Dum itaque cædi & rapinis intenti etiam in locis Deo dicatis adulterium commiſiſſent, Ropertus Epiſcopus prope Buren opidum cum LXXVIII armatis Fredericum blaſphemum 1389. Robertus Ep. Paderb. B C

&

A & ſacrilegum captum & in vincula conjectum exactionavit;
maximam ſuorum jacturam, debito tamen minorem, blaſphe-
mus accepit.

Quo quidem tempore res miranda ibidem facta eſt: nam
cùm victores ſingulos captivos perſpicerent, ecce! caprea ſil-
veſtris per planiciem è ſaltu viciniori ſeſe in medium præcipi-
tem dedit; dúmque celeri curſu feſtinavit, omnium in oculis
inopinatè fractis cervicibus cecidit & expiravit, certum præ-
bens indicium, vehementem fortunæ mutationem haud longè
futuram. Nec omen fefellit: nam ab illo die Ropertus Epi-
B ſcopus victor duobus vix annis ſupervixit; hy autem, qui
captivi abducti ſunt & nervis clauſi ac aliquamdiu detenti vin-
culis, tandem aliquando data pecuniarum ſumma emiſſi, li-
bertatem receperunt; nec multò pòſt dum ſe iterum Frede-
ricus contra Epiſcopum erigeret, caſtrum ejus Papburg obſi-
dione vallavit, opidáque inter ipſa caſtra ſita expugnavit, ac
defenſores omnes loca relinquere ac fugere compulit; cúm-
que omnis ſpes a Frederico receſſiſſet, ſubitò Ropertus peſte
infectus viceſimo octavo menſis Junii mortem obiit, ſícque,
obſidione ſoluta, res ipſa imperfecta relicta eſt.

Engelbertus Comes Markenſis hoc anno circa Bartholomæi
1391. C Apoſtoli feſtum, contracto exercitu, in Colonienſem Epiſco-
pum Fredericum arma movit: erat enim ea tempeſtate inimi-
citias agens in eundem Fredericum Colonienſem, Magunti-
nenſem, Treverenſémque Archiepiſcopos, Monaſterienſem,
Leodigenſem, Padeburnenſem, Oſnaburgenſem quoque Epi-
ſcopos, alióſque nobiles & Comites. Fudit igitur exercitum
ac trajecit in Colonienſem dioceſim, tranſitóque Rheno, no-
vem diebus ac noctibus violenter in ipſam agens manſit. Miſ-
ſis igitur nunciis, ut determinato ſibi in loco in bellum occur-
reret, reſpondit, Præſuli dicerent, eò Comitem loci reper-
turum iri, quo incendii ſui fumus altiùs aſcenderet, ſícque
novem per dies & noctes ſingula rogo occurrentia devaſtans
caſtra & fortalitia deſtruxit, quæ ſe pecunia redimere recuſa-
runt.

Digitized by Google

runt. Viginti ſex caſtra datâ pecuniâ ſalvata ſunt. Summa exactionati æris octo milium aureorum Renenſium numerum excreviſſe famatum eſt. Verùm & ipſo anno idem Comes in Monaſterienſem dioceſim phalanges ducens, tribus item diebus noctibúſque ſingula devaſtans. Et licet Epiſcopus Monaſterienſis Heydenricus ne ab Markenſi modò, ſed & â pluri- A
mis etiam ſuis perſequutiones multas perpeſſus eſt, inultum tamen ſe non reliquit: nam quoſdam malicioſos & pertinaces cepit & incarceravit, alios ab officiis depoſuit, computationes quorundam frivolas non reſpexit. Qua ex re accidit, ut multi de ejus morte tractarent; quod ubi Epiſcopo innotuit, aliis fugâ ſalvatis, alios occidi & rotari fecit. B

Eodem etiam tempore Colonienſis, Monaſterienſis & Oſnaburgenſis eccleſiarum Epiſcopi cum Duce Brunſwicenſi & Comite de Marka Haſſiæ provinciam, infinitis penè dampnis illatis, devaſtaverunt.

Ipſô anno Wenſelaus Romanorum Rex abs Bohemiæ Proceribus & regni Primatibus Sigismundi Ungariæ Regis juſſu captus ac Pragæ primariâ Bohemiæ nervo clauſus cuſtodiæ mancipatus eſt; ſed fratris ſui Johannis Ducis operâ iterum ſolutus eſt. Is enim exercitu congregato, vi Bohemorum Proceres compulit, ut Regem ſolutum, liberum abire permitterent. Verùm ſolutus, nichil emendatus, pejor factus eſt, C
quàm antea fuit, cum Pharaone verberibus non mollitus ſed induratus magis.

Otto de Hoyge Monaſterienſium Epiſcopus, hoc anno defuncto Heydenrico, omnium conſenſu electus eſt tertio Idus Aprilis, qui tunc Cœnæ Dominicæ dies fuit, vir ſanè bonus, tanto faſtigio dignus; habuit tamen in fine ac principio ſui Pontificatûs ſucceſſus minùs ſecundos, fortunámque æmulam, ymmò adverſam ſœpe expertus eſt. Verùm flebile principium melior fortuna ſequuta eſt: in medio enim ſui Præſulatûs ſub aliquali tranquillitate vixit: in introitu enim Markenſem & Tekenburgenſem Comites ſucceſſuum ſuorum

1392. Otto 4. 41. Epiſcopus Monaſt.

A æmulos virili animo ſuſtinuit & dorſo ictus ſuſcipere didicit, redderéque adverſariis vicem novit.

Eodem anno, qui fuit primus ejusdem Ottonis, in octava Paſcæ idem Otto cum Clivenſi Comite ob infeſtationes præfatorum Comitum compeſcendas in Lunen opido dietam ſtatuit, ac ſuperveniente nocte equis, quos in Cappenberge locaverat, ſpoliatus, quibusdam ex miniſtris exſtinctis, quibusdam captis, ipſe pedeſter evaſit, & in Boesler venit. Habiti autem ſunt ejusdem loci monachi de proditione ſuſpecti, quaſi ſcilicet in Ottonem ſceleris perpetrati conſcii. Unde quaſi in finem vitæ Ottoni exoſi, ita ut nec locum ob inhabitantium perfidiam quaſi exoſum exin nunquam intrare voluit. Verùm ut nephas in Præſulem patratum in publicum venit, alia ſuper ipſo negotio dieta in caſtro Horne prope Lippiam ſervata eſt; ubi tractatibus hinc inde habitis concluſum eſt, captivos ſine exactione dimittendos, equos reſtituendos, de armis & dampnis militarium ſatisfaciendum eſſe, datis ſuper hoc per Adolphum Clivenſem Comitem & filium ejus Adolphum poſtea Ducem litteris, amborum ſigillis munitis. Quas quia poſtea non ſervavit, vi compulſus abs Epiſcopi militibus & vaſallis, poſt illata dampna, juſte ob infidelitatem accepta, ſecundùm placitum ſingulis ſatisfecit.

Ejus averſio à Cappenbergenſibus.

B

C Eodem anno militares quidam dicti Stekens ſpoliandi causâ Monaſterienſem Ottonis præfati dioceſim ingreſſi ſunt; qui dum ſe prædam conſequi poſſe credunt, irrumpentibus incolis, omnes unà capti ſunt; pro quorum ſolutione dum poſt multos habitos tractatus in Hammonæ Markenſis Comitatûs opido inter Colonienſem, Monaſterienſem, Padeburnenſémque Epiſcopos ac ejus opidi Comitem pax generalis facta eſt, concluſúmque, captivos mille florenorum Rhenenſium ſummâ redimendos fore. Verùm captivis juxta condictum dimiſſis, vix jam tertio elapſo die inita ac promulgata pax violata eſt. Sed hæc ante Ottonis confirmationem acta ſunt; at confirmatus magni-

Digitized by Google

magnificentior habitus, multis in bellis glorioſus ſecundiſſimè triumphavit. A

Eodem anno rogatu caſtrenſium ſuorum Otto præfatus Epiſcopus in Twenta in Hinricum de Buren arma ſumpſit; Brunick caſtrum ejusdem Hinrici inſtantia illorum, qui de novo caſtro Epiſcopo militabant, obſedit, cepit, combuſſit & ſolo æquavit.

Otto Epiſcopus præfatus hoc anno, adjuvante ſe Theoderico tum Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopo, Cloppenburg caſtrum Auguſto menſe obſedit ac expugnavit; dein maximis cum laboribus Oyte opidum Friſonibus contiguum vallavit ac induſtrioſè tandem cepit & expugnavit. 1398. B

Habuit circa hæc tempora Otto præfatus bellum cum Comite de Steynfordia & Solmis. Unde Ovelgunne ejusdem Comitis caſtrum vallavit & expugnavit. Verùm ubi deſtruere ac demoliri ipſum caſtrum ſtatuit, intervenientibus tractatibus concluſum eſt, caſtrum ſine ſuî deſtructione ad unius menſis ſpatium ſervandum: interim pro pace & amicabili compoſitione tractandum. Verùm Otto inter hæc, nondum menſe elapſo, abs Steynfordenſi Comite captus eſt; qui mox captus, leonina animoſitate non vinctus duci, ſed equo inſidens, multis contradicentibus, Steynfordiam imperterritus ultro cum victoribus pergere voluit, dáns ſuis in mandatis, ne ſiniſtro eventu perterriti deficerent, ſed Epiſcopi ſui fortunam parvipenderent: neminem tam deploratum rerum ſuarum aliquando exitium vidiſſe, cui non liceret ſperare meliora, nec aliquem tam depreſſo jacuiſſe loco, cui non liceret ſurſum levare oculos; & item: ut concitò, menſis jam elapſo ſpatio, ne ipſe rupiſſe pactum videretur, caſtrum ita, ùt præmiſſum eſt, captum deſtruerent, ac ad ſolum usque diſcerperent, inſuper ſinè omni amicabili compoſitione pro ſe ſuæque eccleſiæ libertate militarent, nec animum probâre viri, dextrámque recuſent. Quod & perpetrârunt: elapſo enim menſis ſpatio, armati caſtrum ipſum, prout Epiſcopus juſſit, ſolo

Bellum Ottonis cum Comite Steinford.

C

A æquârunt, convenientéſque in unum cum Monaſterienſibus Johannes Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopus, Ottonis germanus, ac Comes ipſe de Hoege, quibus ſe miſcuit Symon de Lippia cum ſuis phalangis, inſuperabilem pene exercitum fecerunt, ac unanimi conſenſu ſtrepentibus machinis Steynfordiam vallantes expugnare ceperunt. Anguſtiatus itaque dictus de Solmis, qui tunc Steynfordiam rexit, pacem petiit & accepit. Verùm quia nepos ejus impiè ſatis & crudeliter cum Ottone Epiſcopo egit, redemptus eſt ſeptem milium & quingentorum florenorum ſummâ ac ſic libertati reſtitutus.

Bonifacii PP. IX. encomium.

Eâ tempeſtate Romæ Bonifacius nonus pontificavit. Is juvenis licèt in annis fuit, vix triceſimum quartum ætatis annum excedens, nichil tamen juveniliter egit, ymmò juventutem B ſuam omnibus in rebus totóque Pontificatu ſuo cum ſenectute permutâſſe viſus eſt: etſi ſcire minùs peritus eſſet, bonæ tamen conditionis, magnæque prudentiæ, maximi tum animi, tum conſilii Pontifex fuit. Is inter cætera primus omnem Romani populi vim in Pontificem tranſtulit, creatis ſuo nutu nigrantibus; & ut ne ſe urbis modò ſed & totius orbis dominum oſtenderet, cupidúſque augendæ dignitatis eccleſiaſticæ primus item eccleſiaſticis beneficiis anatharum uſum impoſuit, hac ſcilicet conditione, ut qui beneficium conſequeretur, dimidii anni proventus Apoſtolicæ cameræ perſolveret. Quam C rem licèt incepit, exequi, ùt præ ſe ferebat, non prævaluit.

Annatarum origo.

1394. Igitur, ùt dictum eſt, Pontificante Bonifacio Romæ, plurimi Epiſcopatus per Alemaniam vacaverunt, multíſque eccleſiis perſonæ prorſus inutiles prælatæ ſunt: infamis facta eſt curia Romana propter Symoniacam pravitatem; quia non pro meritis ſed ære beneficia & prælaturæ vendebantur, ipſéque Pontifex ſummus ſe infamavit, quia nimis largiter plenarias ſinè diſcretione ubique per orbem terrarum indulgentias dedit, quas tamen in fine vitæ revocavit: ſed & tres fratres carnales eccleſiæ bonis ad ſumma faſtigia vexit, quorum tamen filii poſtea depauperati exemplum dederunt, quod eccleſiæ

the-

Digitized by Google

theſaurus indignis expenſus in finem non ditat ſed depauperat. Unde ditior pauperi in curia Romana prævaluit: nam per expeditionem circa talia oportuna multi in decuplo expoſuêre cameræ Apoſtolicæ, quàm prædeceſſores ſui fecêre: nam quidam Archiepiſcopatus impetrantes LX, nonnulli LXXX milia florenorum ſolverunt. A

Joannes Ep. Paderb.

Igitur vacante ſede Padeburnenſi per Domini Roperti mortem, Johannes de Hoege Ottonis Epiſcopi Monaſterienſis frater electus eſt. Quo facto Fredericus de Papburgh Roberti præfati inimicus & perſequutor, jam miles factus, nova in noviter electum Epiſcopum moliri bella ſtatuit, auxilio autem Comitis de Marka ingenti exercitu adunato, diocesin rapinis moleſtare ac flammis demoliri cepit: Borchentrike opidi cives, ne eos incendio vaſtaret, indictâ pecuniarum ſummâ exactionavit: opidum Lechtenowe ſuccendit; verùm civium animoſitate repulſus opidum intrare, prout voluit, non prævaluit. Interim Johannes, ſuis convocatis, cum hoſte dimicare ſtatuit, ſed longioris viæ impedimento præpeditus, qui in ipſius auxilium venire debuerunt, ipsâ morâ Fredericum abire permiſerunt. Confirmato aùtem Johanne, unâ dierum in inſidiis conſtitutum Fredericum, fratrémque ejus Johannem unà cum Godeſcalco de novo Paburg caſtro Epiſcopus cepit & in vincula conjecit; at Godeſcalcus longiore laceſſitus morâ, dato auro Præſuli, è nervo ſe liberavit; fratres autem Fredericus & Johannes, compedibus fractis, fugam arripiunt; at Fredericus pedum languore laborans, dum fugere voluit & non potuit, â familiaribus Epiſcopi inſequutus eſt, captus & nervo clauſus. Demum intervenientibus multis tractatibus, fratres jus ſuum hæreditarium in præfatis caſtris obtinendis retinuerunt: Epiſcopo tamen & Capitulo fidelitatem in futuro ſervandam juramento firmaverunt, datis etiam fidejuſſoribus, ſicque, magnâ pecuniarum ſummâ ſolutâ, libertati reſtituti ſunt. B C

Ubi autem præfatus Johannes unico luſtro eccleſiæ Pade-

A Wilhelmus Epiſc. Paderb. burnenſi præfuit, per Bonifacium Papam in Hildenſemenſem eccleſiam translatus eſt. Unde conſilio inito cum Epiſcopo, Canonici Wilhelmum, Wilhelmi Ducis de Monte filium, quondam Roperti Epiſcopi fratrem, duo de viginti annorum adoleſcentulum, in Johannis locum elegerunt.

1396. Coloniæ diſcordiæ ſemen ſatum in meſſem cruentam maturavit, in quo novus Conſulatus, repudiato veteri, ordinatus eſt.

Chriſtianorum infelix pugna contra Turcam. Hoc item anno grave & forte bellum cum Turcho Chriſtianorum fuit, in quo fideles infeliciter pugnârunt: inferiores enim facti Chriſtiani, ſexaginta milibus cæſis, reliqui fugâ ſalvati ſunt. Fuit inter eos Franciæ Rex, Burgundiæ Dux Philippus, Nurenburgenſis quoque Marchio; Ungariæ Rex Sigiſmundus cum quatuordecim aliis ad Conſtantinopolitanum Imperatorem veniens, Turchorum & ipſe manus effugit. B

1397. Bellum inter Clivenſ. & Montenſem. Bellum cruentum hoc anno factum eſt inter Clivenſium Comites adoleſcentulos ex una & Wilhelmum de Monte Ducem partibus ex altera: duos enim filios ex Wilhelmi ſorore Adolphus Clivenſis, jam pridem defunctus, reliquerat hæredes, in quos Wilhelmus nec ſororis ſuæ lacrimis nec ſanguinis commixtione motus, elatus animo plusquàm debuit, exarſit, ac adoleſcentulos expugnare ac à paterna hæreditate excludere quæſivit. C Indicto itaque & die & loco futuræ pugnæ, in proximo habendæ, adoleſcentuli, quos potuêre, in unum contraxere. At Wilhelmus, multo & gravi contracto exercitu, ùt tempeſtas in adoleſcentes contendit; rem autem jam penè deſperatam Clivenſes aggredi ſtatuêre. Miſcent igitur & ſuperantur, qui cum Comitibus militabant; at Weſalienſes ſupervenientes, à novo exordiri bellum ſtatuunt, Markenſis quoque Comes, adoleſcentulorum fortunam miſertus, ſuo cum exercitu ſupervenit; qui cùm in hoſtem acies dirigere diſpoſuit, vocato Themone, equeſtris ordinis viro, giganteæ molis milite, qui ſœpiùs clam palámque, etiam coram Comite, magna ſe, ſi caſus accideret, acturum ſpoponderat: *noſti*, inquit,

inquit, *mi Themo! quanta abſens corámque pollicitus es: en! jam probaturus, quantum me meóſque diligas, caput in acie te conſtituo, ages ùt ſpero.* At ille nec animum probare viri dextrámque recuſans, maledicto æternæ dampnationis ſeſe obſtrinxit, ſi non facta verbis pro viribus & pôſſe compenſaret. Miſcuit igitur Markenſis, tenuitque aciem Themo, & viriliter agens occurrentes proſtravit, aciem adverſariorum fregit, ut leo pugnavit; cujus caput, crebrioribus pulſum tunſionibus, ex ore naribúſque ſanguinis rivos emiſit. Unde ne ſanguine ſuffocaretur, in gallea hauſto fluxu ore patulo caſſidis per orificium, cruorem in hoſtem exſpuit, proprio occurrentes ſanguine defœdans. Perterriti tali monſtro alii, ab eo fugâ dilapſi, ultro ſe in mortem, fugere non valentes, alii obtulêre. Qui demum continuis ictibus enſe diſrupto, cùm ferrum, quo cædem in hoſtem ageret, non haberet, ante ſe ſolo proſtratum hominem armatum impetu ſpiritûs pede apprehendens, contravenienti utrâque manu obicem dedit, homine præmortuo pro mucrone uſus & clipeo. Hac tempeſtate ad vexillum Ducis venit, quod impetu apprehendens, nullo reſiſtere audente tulit & clam involutum ocreâ, qua indutus erat, abſcondit; unde jam animoſior factus & quaſi de triumpho ſecurus, ad fornicem triumphalem, quem ſibi Dux erexerat, acceſſurus, viam ferro ſequentibus ſe militibus pandit, inventóque in curru, roſis rubentibus circumamicto, Duce cum hys, qui in eo erant, belli jure cepit, ac ad Dominum Comitem, adoleſcentulóſque item Comites bellicam prædam triumphator præſentavit, ſícque multis occiſis, plurimíſque captis triumphalem currum cum Duce, qui ſuperbè triumphum ſibi promiſerat, abduxit. Quo facinore glorioſo Clivenſes jam Comites glorioſiores effecti, Principum etiam nomen haud longè pôſt etiam acceperunt. Capti autem ſunt Wilhelmus præfatus Dux Montenſis, belli caput, Juliacenſium quoque Princeps, Comites de Solmis, Lippia, Hynsburgh, Ripſcheyden, de Seyne, Weſterburg, multíque alii nobi-

A Themonis generoſitas

B

C

A nobiles, barones & milites. Diviſis itaque cum gaudio ſpoliis, de vexillo Ducis inquiſitio fit. At Themo jam fatigatus, ſolo procumbens: *ego*, inquit, *neſcio quid pepli inter pugnandum rapui*, extractúmque ex ocrea vexillum in triumphi monimentum Domino ſuo miſit.

Themonis haſtiludium in ſenio.

Et ut tanti viri major gloria refulgeat, quid in ſenecta ſua egerit, exponam: cùm enim confectus ſenio pacificus domi reſideret, congregatio Principum Coloniæ indicitur; ubi inter cætera, quò tempus leviùs deducerent, ſtatuêre, unusquisque Principum unum de ſuis in haſtiludii certamen poneret. Haud immemor Clivenſis victoriæ per Themonem ſibi partæ, hunc vocari jubet & certamen proponit. Ille ſenectam ſuam allegans, nimium ſe gravari, jam ſe diu armis valedixiſſe aſſeruit: junioribus hanc pugnam quadrare, non ſibi. Sua in ſententia perſiſtente Principe, derelictam jam diu militiam demeritus miles, novus tiro ad horam aſſumpſit, inventóque equo annoſo, veteranus in pugnæ ſocium accepit; adjunctis ſibi quibusdam cum flagellis, qui pigrum in hoſtem obvium impellerent caballum. Risêre, qui aderant, ſpectaculum: an ſeriò an ludicra res ageretur, ſubdubitârunt. At ubi in Principum præſentia primo aggreſſu primò ſe amicè, hac ùt in re aſſolent, haſtis mutuò tengunt, Themo interrogatus à Comite, quid de ſua ſenecta ſentiret? *veſter eſt*, inquit, *o Princeps! veſter eſt, dum libet.* At ille: *libet*, inquit, *o miles! ne cuncteris.* Impetu ergo facto, occurrenti caſſidem cum capite tridenti cuſpide abſtulit, novum in ſenecta Principi ſuo triumphum oblaturus, jam ex hoc dignus cum Vejanio Herculis ad poſtem, ampliùs non vincendus, arma figere.

B

C

1398. Theodericus Comes Markenſis Eversvelde obſidens, inter pugnandum à quodam Saxone ſagitta percuſſus, quarto decimo Martii vitæ finem dedit.

Perfidia Vredenſium præſumpta.

Eodem anno orta eſt ſuſpicio certis ex ſignis, quaſi Vredenſes Ottoni Monaſterienſi Epiſcopo Domino ſuo in bellis, quæ cum Domicello Borclöe habuit, infidelitatem facturi deficere

Digitized by Google

ficere proponerent, Clivenſique Comiti opidum reſignare vellent, caſtrúmque in ipſo opido in Ottonis ac eccleſiæ ſuæ præjudicium & jacturam erigere ſtatuiſſent. Prævenire itaque Clivenſem volens Otto, clam validâ manu opidum intravit, mœnia munivit, caſtrum ibidem erexit, quo ſcilicet Swederum de Vorſt Domicellum in Ahus, Hinricúmque de Solmis, cæteróſque rebelles eccleſiæ ſuæ domaret atque compeſceret. A

Eodem anno idem Otto capit Comitem in Limburg multis cum armatis ante opidum Lünen; ſequenti item die cepit Dominum Swederum de Vorſt Domicellum in Ahus cum LXXX armigeris, qui ipſum nimiùm infeſtârant, quem & per biennium in captivitate tenuit: tandem exactionatus ac triginta florenorum milia dare compulſus eſt; quorum in promptu XVIII milia dedit: pro duodecim milibus caſtrum ſuum Ahus Ottoni obligavit, certo ſub expreſſo tempore redimendum. Quod ſi præfixo in termino ſummam præfatæ pecuniæ non ſolveret, Ahus caſtrum Ottoni ac eccleſiæ ſuæ hæreditario jure in perpetuum cederet. Et quia ſtatuto tempore, ùt decreverat, caſtrum ipſum non redemit, ad dictamen illuſtris Principis Gelriæ, redditis Swedero quatuor florenorum milibus, caſtri dominium ſuis cum attinentiis pro eccleſiæ ſuæ utilitate Otto in perpetuum â ſe ſuíſque ſucceſſoribus poſſidendum accepit. Ahus incorporatur eccleſiæ Monſter. B C

Hoc anno infra Paſcha & Penthecoſten Comes Markenſis in Montenſem Ducem exercitum movit, ac totum ferro & flamma Ducatum depopulavit, &, quod vix credibile fuiſſet, Mollenheym vi & armis expugnatum cepit. 1399.

Eâ tempeſtate Bertrandus de Arnaſſavis Canonicus eccleſiæ Ravennatenſis, natione Longobardus de civitate Ferraria, decretorum Doctor, Auditor cauſarum in pallatio Apoſtolico, Domino Johanne Padeburnenſi Epiſcopo dudum in Hildenſemenſem eccleſiam tranſlato, proviſione Domini Apoſtolici Padeburnenſem Epiſcopatum accepit. Dum enim lite- Bertrandus Epiſc. Paderb.

A ræ Apoſtolicæ ſuper translatione Johannis præfati expediebantur Romæ, & nemo inſtaret ſuper proviſione alicujus electi ad Padeburnenſem eccleſiam, ipſe Bertrandus hanc ſibi ſedem petiit & accepit. Qui tandem Padeburnis veniens quorundam favori innisus, qui per eum in temporalibus poteſtatem Epiſcopalem ſibi obtinere ſperabant, â Capitulo, multis mirantibus, XXVIII. menſis Octobris ejusdem anni ſuſceptus eſt, miniſterialibus tamen eccleſiæ contradicentibus, ac in Wilhelmum Ducis Montenſis filium, Roperti quondam ejusdem eccleſiæ Epiſcopi fratrem, quem Johannes jam pridem moriens ſucceſſorem deſignaverat, conſentientibus; B quod & ipſum per interpretem (erat enim noſtræ linguæ, uti Longobardus, penitus ignarus) coràm poſiti intimârant. Timens ergo periculum ſibi imminere, ſalvo conductu â civibus accepto, in Dringenberg caſtrum ſeſe contulit, processúsque graves contra Capitulum & cives, necnon in Wilhelmum in valvis eccleſiæ ibidem, quaſi per edictum publicandos, affixos emiſit, â quibus ad ſedem Apoſtolicam appellatum eſt. Unâ autem dierum quidam opidani in Dringenbergii, diſſimulante Comite, ibidem ipſum capere deſiderantes, dum in ipſorum inſidias venit, captus ad novum caſtrum, Padeburnenſi opido vicinum, quod tunc Wilhel- C mus tenuit, vinctus perductus eſt ac cuſtodiæ mancipatus; donec reſignans eccleſiam, propriâ manu Domino Apoſtolico ſupplicationem pro Wilhelmo tam de eccleſia quàm ſuper ætate legittima ſcriberet. Interim dum hæc in curia Romana expediebantur, Bertrandus ſpiritualium regimen per diœceſim habere cenſebatur, Wilhelmo & Comite diviſim temporalia moderantibus. Sic eccleſia Padeburnenſis filia cum eccleſia Romana matre ſuâ contagioſo partitionis morbo decumbens, unionis ſolatium toto præſtolabatur affectu; liberata tamen eſt: nam poſt temporis curſum Wilhelmus admiſſus eſt, Bertrandus, confuſione ſuſceptâ, dimiſſus.

Eodem anno corpus ſancti Viti martyris plus quàm per

ſeptem

Digitized by Google

ſeptem menſes in caſtro Lippeſprinck ſtetit, ac multi de civitate Padeburnenſi veris ac æſtatis temporibus ipſum ſanctum corpus ibidem viſitârunt. Ortâ enim diſſenſione inter Abbatem & Conventum Corbeenſem, ſancti Viti corpus â monaſterio abſtractum ſub tuitione Wilhelmi præfati ac Capituli Padeburnenſis eccleſiæ â Conventualibus monaſterii eò deductum eſt, ac XIII menſis Junii reſtitutum. A

Quia Wenſelao Regi minùs curæ erat de regni negociis quàm Bacchi ſacrificiis, múlta ubique mala inſurrexêre: viæ publicæ latrunculis obſidebantur, nullum iter tutum, nullibi pax firma habebatur; unde & penuria rerum ubique ſequuta eſt: dum enim alter alteri ſua communicare non potuit, defectus neceſſariorum ubique venit. Wenſelaus autem Baccho & Veneri libans, Bohemiæ, ventris curam gerens, quietus reſedit; admonitus crebriùs â Principibus curam regni agere, neceſſitatibus publicis ſuccurrere, in fœcibus ſuis, admonitione ſpretâ, requieſcere maluit, quàm reipublicæ opem ferre. Convocatus eſt igitur hoc anno Principum conventus Franckfordiæ, ubi Wenſelaum deponunt ac Ropertum Palatinum, Bavariæ Ducem, invitum ac renitentem ſubſtituunt, qui Coloniæ â Frederico Epiſcopo in ipſa Domini Epiphania ſolempniter coronatur proximo poſt electionem ſuam anno: Aquisgrani enim cives ob præſtitum Wenſelao juramentum Ropertum recipere recuſârunt. Qua re motus ne Rex modò ſed & Principes indignati ſunt, ac cives ipſi Regiæ Majeſtati contumaces judicati. Quam quidem notam nonniſi maximâ ſuorum jacturâ expiare potuerunt. Vixit autem poſt depoſitionem præfatus Bohemiæ Rex Wenſelaus annis ſedecim, nichil mali & luxuriæ intenptatum relinquens. Ob quam cauſam juſtè indignatus Ungarorum Rex Sigismundus frater ejus ipſum capi & ad ſe adduci fecit; qui tamen pauco pòſt tempore libertati per alium ſuum fratrem reſtitutus, in Bohemiam venit, & vitam beſtialiter vivendo conſumavit.

1400. Wenceslius Imp. ob malum regimen exauthoratur. B C

Ropertus itaque Bavariæ Dux ſic electus quartus & viceſi-

A Robertus Imper. ceſimus Germanorum Auguſtus imperavit annis novem, homo ſanè Chriſtianus juſticiæque cultor; quas ob res & â Bonifacio ſummo Pontifice quàm libentiſſimè Imperii coronâ donatus. Hunc Florentini propter ipſius animi magnitudinem contra Galeatium Mediolanenſium Ducem ultimâ quaſi deſperatione ducti auxiliatorem ſibi in Italia vocârunt, hac tamen conditione, ut non priùs promiſſam acciperet pecuniam, quàm Galeatii Ducatum attingeret; quod & factum eſt. Brixianum itaque agrum cum exercitu ingreſſus, partem pecuniarum â Florentinis accipiens, cum Galeatio pu-
B gnare cepit, ſed ab ipſo ſtatim ſuperatus cum paucis Tridentum fugit, rémque Florentinorum magno in diſcrimine reliquit. Inſtaurato dein exercitu Patavium venit, hinc Venetias accedens, honorificentiſſimè ſuſceptus cladem ſuſceptam lamentabiliter expoſuit. At Veneti, eo audito, multis promiſſionibus donísque donatum abire permiſerunt, dignus habitus, ut pro juſtitia pateretur.

Nefandum facinus Comitis de Waldeck. Itaque dum ſic, ùt præmiſſum eſt, Principes, electo Roperto Rege, menſe Majo ab invicem deceſſiſſent, Rodolphus Dux Saxoniæ, Fredericus Brunſwicenſis ac Sigismundus Comes de Anholt aliis cum nobilibus Regem viſitaturi, Maguntinam per dioceſim, nichil hoſtile ſuſpicantes, ſe versùs Saxo-
C niam dirigerent, ac juxta Friſlariæ opidum iter peragerent, Hinricus Comes de Waldegh, collectâ armatorum multitudine, in Principes præfatos aciem dirigit. Unde ſuis hinc inde diſperſis, Saxoniæ Ducem cum quibusdam aliis cepit; Fredericus autem Brunſwicenſis Dux cecidit, â milite quodam de Hartingeshuſen occiſus; qui tamen miles ſequenti anno comprehenſus ac quatuor in locis rotæ impoſitus eſt pro hujusmodi ſcelere. Verùm quia Hinricus Comes præfatus, pro tunc advocatus in Reſteberge, facinus hoc â ſe ſic, ùt præmiſſum eſt, perpetratum ex mandato Archiepiſcopi Maguntinenſis aſſeruit, coram Principibus ſe expurgavit, & ſpo-

liis

liis reſtitutis, captivos etiam dimiſit, mortuos tamen vitæ reſtituere non potuit. A

Eodem anno menſe Julio Otto Monaſterienſis Epiſcopus bellum cum Markenſi (*Teckenburgenſi*) Comite habuit. Qua quidem tempeſtate Comes Werne opidum flammis demolitus eſt, Otto verò vicem reddere cogitans, ſequenti anno caſtrum Bevergerne obſeſſum quarto obſidionis die expugnavit; videns autem, quia tempus eum juvat, poſt unius ebdomadæ requiem Tekenburgh & Lyngen caſtra ſimul vallata obſedit: Thekenburgh quidem auxilio Epiſcopi Oſnaburgenſis, Lyngen verò auxilio Brunſwicenſis & Lunenburgenſis Ducum ac de Hoyge Schewenburg & Homburgh Comitum aliorúmque conſanguineorum familiis. B Poſt diuttinam itaque obſidionem laceſſitus Comes Tekenburgenſis, obſidionem ultrà ferre non ſuſtinens, nec reſiſtere valens, neceſſitate compulſus compoſitionem intrare, civitatem Monaſterienſem petiit, & caſtra Bevergerne, Cloppenburg & opidum Oyte cum omnibus villis, quarum quaſdam minùs juſtè poſſederat, eccleſiæ Monaſterienſi reſignavit.

Bevergern, Cloppenburg & Oite eccleſiæ Monaſt. incorporatur.

Maxima hoc anno peſtis regnavit, quæ Colonienſem civitatem ſpecialiter devaſtavit, adeò ut etiam, ne contagione ſani inficerentur, ultimum jam ſpiritum trahentes concitò cum mortuis ſolo conderentur. C Factum eſt ergo, matrem familias, quæ jam pridem maritum acceperat, hoc morbi genere deficere. & jam mortuam habitam humo claudi. Reliquit autem in digito uxoris ſignum ob amoris, quo ipſam jam brevi deſponſaverat, ex auro annulum fabrefactum. Quod ubi duobus ex his, qui terræ hujuſmodi corpus mandârant, innótuit, reconditum terræ aurum appetentes, clam noctu aperire ſarculo terram, ſarcophagum ſolvere, annulum eripere incipiunt. Aperto ſarcophago, mulier mortua credita ſpiritum reſumpſit, ſuſpirare, loco ſe movere ac ſe erigere cepit. Percuſſi timore ſacrilegi, qui furti cauſâ advenerant, fugam arripiunt; mulier autem jàm pallida & ex-

Mulier Coloniæ ad S. Apoſtolos ſepulta reſurgit.

A ſanguis, tremula, paulatim ſeſe erigens ſurrexit, mariti ſui domum lento petere cepit veſtigio, & crebriùs noctu ſeratas pulſare valvas ac introitum poſtulare. Quærit familia, quid ſibi pulſus velit, nec iterum iterúmque aſſerenti, ſe Dominam ſuam eſſe, credere voluit. Petit igitur maritum adduci; quo adducto, *ego ſum*, inquit, *illa uxor tua, quam tanto huc usque amore dilexiſti; familia enim tua & mea nullum mihi clementiæ ſignum tanta inter noctis frigora nudæ mihi præſtat: vel tu mihi ſaltem miſericordiæ quippiam impendas precor. Vivam ſepulturæ dediſti, ſed per quem neſcio, hac nocte effoſſa, videns huc ad te veni.* Exhilaratur homo,
B ſeras aperit, uxorem introducit, focum accendit, tremulam calefacit, reſtituitur in brevi ſana, & matris familias curam, ùt priùs, multos in annos egit, tréſque filios marito temporis ſucceſſu peperit.

Hinricus Dux Lunenburgenſis & Bernardus frater ejus,
1401. adjunctis ſibi Bremenſi Archiepiſcopo Haſſiæque Lantgravio, ymmò omnibus penè Principibus, Comitibus ac nobilibus Saxoniæ & Weſtphaliæ, in Hinricum Comitem de Waldegh, Frederici fratris ſui mortem vindicaturi immenſæ molis exercitum duxerunt. Quia autem exercitus magnus admodum erat, propter victualium defectum, antequam quicquam per-
C ficerent, unde venerant, regredi compulſi ſunt, & exin inter Maguntinùm Archiepiſcopum & Hinricum præfatum Comitem ex una & Haſſiæ Lantgravium partibus ex altera, bella graviſſima continuata ſunt, neutrâ parte vel locis religioſis aut perſonis quibuscunque parcente; nam clerici ſæculares & religioſi ſinè differentia capti ac incarcerati ſunt.

Eodem anno Cometa in longum caudam ſpargens, peſtis & bellorum, quæ ſimul oriebantur, præſagium, apparuit. In ipſo enim anno Wilhelmus & Fredericus Miſenenſium Marchiones cum Roperto noviter electo Rege Pragam Bohemiæ Regalem urbem obſederunt, compulſuri Wenſelaum Roperto Regalia reſignare. Unde & ſequenti anno Sigismundus

dus Ungariæ Rex, captis Wenſelao & Johanne fratribus, in
Ungaros duxit ac vinculis injectis, cuſtodiæ mancipavit. A

Wilhelmus Epiſcopus Padeburnenſis inimicicias ſingula- 1402.
res in Hinricum de Oer, qui caſtrum Ravesburg â fratre ſuo
Adolpho Comite de Ravesburg obligatum tenuit, exercuit.
Unde dum Wilhelmus patri fratríque auxilium præſtiturus,
versùs Reni partes iter faceret, â præfato Hinrico quadam in
villa, ubi cum ſuis noctu requievit, captus eſt.

Wilhelmus Dux Montenſis præfatus abs Adolpho filio 1403.
ſuo hoc anno captus eſt in Nüenburgh carceri mancipatus,
ac pro patre ducavit. Verùm haud longè pòſt â quodam
Hinrico de Oer Conſiliario Frederici Colonienſis Epiſcopi B
clam liberatus, Epiſcopóque reſignatus eſt, eâ tamen condi-
tione, ut Hinrico, qui Wilhelmi inimicus fuerat, ſatisface-
ret pro cauſis, quibus dudum ipſum alloquutus fuerat; Fre-
dericus autem Ducem honorificentiùs ſuſcipiens Coloniam
duxit. Unde ſequenti anno Anna Wilhelmi uxor in filium
Heydelbergæ coram Rege querimoniam fecit, ac ſe defendi
maritúmque rogavit. Sororis lacrimis Rex motus duriùs in
Adolphum egit. Demùm lite ſopitâ, compoſitione factâ,
Adolphus Ravesburgenſis Comes deſignatus patri ducatum
dimiſit, ſícque iram Regis placavit. C

Bernardus Comes nobilis de Lippia bellum in Hinricum 1404.
Lunenburgenſem Ducem movit, quem & vinctum &
captum hoc anno è campo ſecum triumphator abduxit, ipſo
ſcilicet die S. Eliſabeth viduæ; qui ut ſolveretur â vinculis,
præſtito juramento ſuper ſolutione centum milium floreno-
rum, ſolutus eſt. Verùm quartâ vix parte ſolutâ, Dux ad
ſummum Pontificem iter faciens Romam venit, ac ab hujus-
modi juramento abſolutionem petiit & accepit, cautè qui-
dem, ſi juſtè, ipſe viderit. Unde aliquando ab Italia rever-
ſus, igne & ferro totum penè Lippenſem Comitatum deva-
ſtavit.

Eodem anno Dux Sleſwicenſis Gerhardus cum Hollandiæ
Comi-

A Comite Theoniratiam Friſiæ inſulam quingentis cum armatis ingreſſus eſt, qui omnes ibidem occiſi ſunt, nec unus, qui in poſteris, quid actum eſſet, renunciaret, ſuperfuit.

Ipſo item anno Dominus Apoſtolicus Romanorum Regi Roperto decimam a clero Alamaniæ accipere conceſſit, datis etiam certis executoribus, qui contradicentes ad ſolvendum vi compellerent; contradicentibus autem Archiepiſcopis & Epiſcopis cæteríſque eccleſiarum Prælatis, colligi quidem incepta eſt, ſed exactio penitus prætermiſſa.

1406. Hoc anno quinta ante Nativitatis beati Johannis Babtiſtæ B feſtum feria, quæ fuit ſanctorum Viti & Modeſti martyrum dies, hora ſexta ante prandium eclipſis ſolis facta eſt, futuri mali præſagium, ùt ſæpe ſolet, præſeferens: nam eodem anno inter cætera mala maxima inter clerum & populum Wormacenſem diſſenſio orta eſt, ita ut clerus, derelicta civitate, tribus annis exularet. Miſcuêre ſe huic negotio Reges & Principes: nam cleri partem Ropertus Rex Romanorum valida manu tuebatur; civitas verò Maguntinum Archiepiſcopum cum nonnullis aliis Principibus adhærentem habuit. Demum clerus Principum vires poſt tergum projiciens, arrepto ſpirituali gladio pugnare cepit, ſícque cives compeſcuit, C ut poſt elapſum biennium poſtulata pace ac inita concordia, compoſitionéque petita, ad loca ſua, unde exierat, ſeſe clerus etiam rogatus reciperet. Aliud etiam malum eclipſin hanc ſequutum eſt: nam quidam nobiles noctu clam Moguntinam civitatem intrantes, ipſam depopularunt, & multis civibus gladio cæſis, cum ingenti rapina receſſerunt.

Diſſidium inter clerum & civitatem Wormatienſem.

Cæterum obîerunt ipſo anno inter cæteros Principes Otto Bremenſis Archiepiſcopus, Rodolphus Halverſtadenſis, ſed & Verdenſis, Mertzeburgenſis, Brandenburgenſis Epiſcopi, Thuringiæ Lantgravius, frater Wilhelmi Miſenenſis Marchionis, Rodolphi quoque Saxoniæ Ducis primogenitus qui in caſu turris fuit oppreſſus.

Eodem anno Wilhelmus Padeburnenſis Epiſcopus, inito

certa-

Digitized by Google

certamine contra Comites de Spegelborgh, ipſos unà cum A opidanis de Hamelen in beatæ Cæciliæ virginis die ſuperavit, multis cæſis, complurimis captis, aliis in opidum fugâ elapſis; de Wilhelmi verò exercitu multi quidem vulnerati, nullus penitus occiſus eſt.

Ipſo item anno durum admodum bellum initum eſt inter Ottonem Epiſcopum Monaſterienſem & Hinricum Comitem de Solmis. Cujus rei hæc cauſa fuit: propter occaſionem quippe Hinrici, ejusdem Comitis ex fornicario concubitu fratris, per Hermannum quendam de Merfelde dudum factam idem Comes Novicaſtrenſibus dampna inferre, bella movere, prædas diripere, pauperes facere, multáque mala inferre B cepit; qui auxilio Ottonis poſtulato, tueri ſe rogabant. Advertens autem idem Epiſcopus, quod Hinricus præfatus decimam in Matuſen prope Grolle, nonnulla quoque alia eccleſiæ ſuæ bona, ſcilicet curtim in Kernebecke injuſtè poſſedit, cepit hæc ſingula quaſi ab injuſto poſſeſſore repetere, ſimul & ſuis vaſallis ac miniſterialibus, quos idem Comes moleſtârat, reſiſtendi locum dedit. Demum attendens oppreſſorum clamores, quos undique idem Hinricus moleſtavit, bellum ſecum iniit, ac Ottenſteyn Comitis caſtrum obſedit circa feſtum ſancti Michaëlis, non veritus Clivenſis & Markenſis Comitum faciem cum Hinrico confœderatorum. Secundo autem obſidionis anno circa Lamberti feſtum, deficientibus C jam obſeſſis victualibus, adjutorio multorum Principum, Roperti ſcilicet Regis Romanorum, Johannis Burgundiæ Ducis, Comitis de Morſa, Haſſiæ Lantgravii, Comitis de Hennenbergh & aliorum quorundam Hinricus de Solmis præfatus potenter caſtrum munivit, ac hys, quæ ad victum neceſſaria ſunt, ditavit. Quæ ſingula parvipendens Otto Epiſcopus omnium contra voluntatem biennio ante caſtrum tutiſſima in obſidione cum ſuis perſeveravit, donec vi captum ipſo ſancti Jacobi Apoſtoli die cum tripudio triumphator intravit. Quæ res ubi per regiones innotuit, Otto

Ottenſtein expugnatur ab Ottone Epiſc. Monaſt.

A presbiter, Aldricus Diaconus & Drudwinus Subdiaconus. Et ut eò propenſiùs votis ſuis ſatisfacerent, Maynulphus Cenomannis conſtitutus voto ſe aſtrinxit, monaſterium ſanctimonialium fœminarum in honore beatæ Mariæ Virginis ac ſancti Liborii in loco Bödeken dicto ſe conſtructurum. Quæ primùm, ùt is ſexus ſolet, ferventiùs incipere, ſed re ſpatio mutatâ, turpiùs ac ſceleſtiùs declinare: traditæ enim deſideriis ſuis fœminæ in vanitatibus evanuêre, ut ne ipſæ modò, ſed & locus contractione mutuâ vileſceret; unde quia deviis â veritatis via Veritas ipſa dicit: *auferetur â vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus*, præ ſe tu-
B lit Epiſcopus, vepribus & ſpinis â Dominico agro exſtirpatis, novellis olivarum plantis fœcundare. Conſentientibus itaque tam Abbatiſſâ quàm Canonicis, parochialis quoque eccleſiæ Rectore, cæteríſque eccleſiaſtici juris in ipſo loco ſibi quicquam vendicantibus, ac ſingulis jus ſuum reſignantibus, conſilio Capituli Padeburnenſis eccleſiæ præhabito, Abbatiam præfatam in manus ſuas libere cum omnibus prærogativis, privilegiis, libertatibus, bonis, terris, agris, paſcuis, aquis, viis & quibuſcunque aliis ad ipſam pertinentibus ſibi reſignatam Priori Conventûs in Swollis Trajectenſis dioceſis tradi-
C dit, conceſſit & reſignavit in Canonicorum regularium religionem perficiendam. Et quanquam hujuſmodi mutatio toti ferè clero ac civitatis potioribus, multíſque eccleſiæ miniſterialibus diſpliceret, attento tamen fundatoris intento ſcilicet ſancti Maynulphi, juxta ſæculum nobilis admodum viri, quem beatæ memoriæ Carolus magnus ſacro de fonte levavit, & quia partim negligentia partim caſibus fortuitis & malo ſtatu intervenientibus, monaſterium jam penè deſolatum & dirutum finem hinc præ ſe tulit, timore Dei ſibi præpoſito, ab incepto opere non ceſſavit.

Univerſitas Pragenſis ob hæreſes transfertur Lipſiam.

Eodem anno generale ſtudium, quod Bohemiæ diu fuerat, propter hæreſes introductas per Fredericum Miſiæ Marchio-

chionem Liptzich translatum eſt, perſeverans ibidem magno cum fructu usque in præſens.

Hoc anno Alexander Papa Penthecoſtes die mortem obiit, ſed & victorioſiſſimus Princeps Ropertus Romanorum Rex diem clauſit extremum. Poſt ejus mortem convenientibus in unum Electoribus Franckfordiæ, quidam Marchgravium Brandenburgenſem, alii Sigismundum Ungariæ & Bohemiæ Regem Imperatorem elegerunt. Verùm Jodoco Marchione brevì poſt electionem mortuo, Sigismundum futurum Imperatorem unà deſignârunt, virum utique omni laude digniſſimum, multis Imperatoribus præferendum, Carolo magno, Theodoſio, Conſtantino, Ottoni primo comparandum, qui multa pro fide exercuit bella, novies cum Turco congreſſus eſt, unitatem eccleſiæ diu violatam multis laboribus reddidit & jam penè deſolatam priſtinæ formæ reſtituit. 1410.

FINIS LIBRI VII.



BER-

A gem in regnum ſuum reduceret, dixit. Unde & continuò cum Domino ſuo veluti miles in armis equitavit, futura & fauſta multa prædixit, in multis bellis victorioſa fuit, tótque mira perpetravit, ut nedum Francia ſed & tota Chriſtianitas ſtupebat; quinymmo, nondum Francia adepta, Bohemis jam hæreticis per literas minas intentavit. Scripsêre multi magiſtrorum ſuper hac virgine ne modò diverſa ſed & adverſa ſuis in tractatibus.

Cometa hoc anno apparuit, & ſtatim pòſt Leodium cecidit, triginta & ſuprà milibus interfectis. Cujus rei præſagium haud longè ante belli initium obſervatum eſt Leodien-

B ſi in agro: nidum ſuum in rupe ſive in arbore falco ſibi paraverat, ováque fovens, pullos avidus expectabat. Hunc corvi ſupervenientes loco deturbarunt, ovis ejus effractis & voratis. Spectaverunt id a proximo bubulci, fugientémque trepidum falconem annotavêre. Poſtridie, mirabile dictu! falcones corvíque quaſi ex toto orbe in pugnam vocati, iſti ſeptentrionem, illi meridionalem partem tenentes, ordinatis aciebus, tanquam rationis capaces eſſent, aliis, qui cornua ſervarent, aliis, qui media ducerent agmina, diſpoſitis, atrox & ferociſſimum bellum in aëre commiſerunt, in quo cùm

Bellum corvos inter & falcones.

C modò corvi, modò falcones cederent, & iterum, reſumptis viribus, certamen inſtaurarent, totus undique ſubjectus ager & pennis & cadaveribus obtectus eſt; ad extremum victoria penes falcones fuit, qui non modò roſtris ſed etiam unguibus acerrimè diſcertantes, corvos omnes ad internetionem delevêre. Exin parvo tempore interjecto, cùm duo de Leodienſi eccleſia contendentes, alter a Gregorio XIII, alter a Benedicto XII in Epiſcopum electus erat, cùm inter illos de Romano Pontifice diſceptantes ambo cum copiis in eundem locum pugnaturi venerunt, Johannes Dux Burgundiæ alterum armis juvit, alterum Leodienſis populus ſequebatur. Pugnatum eſt collatis ſignis, ſumma utrimque contentione horrendum cruentúmque prælium factum, in quo tandem

victor

Digitized by Google

victor Johannes Dux Burgundiæ triginta milia hoſtium cæcidit. Sed de illo falconum atque corvorum ſuam cuique opinionem relinquimus, veri periculo penes famam dimiſſo. A Simile bellum hoc illi eſt, quod in agro Bononienſi factum legimus: non longè a Bononia pirum quandam aridam ſtetiſſe ferunt, quam ex minoribus formicis paſtûs cauſa plures conſcenderant. Supervenêre majores non parvo numero, quæ illas partim occiderunt, partim dejecerunt. Poſt duas fermè horas tanta minorum formicarum vis exorta eſt, ut totus ager nigro tectus agmine videretur. Accessêre ſtipatæ omnes, & arboris undique ſtipitem circumdantes paulatim aſcendere ceperunt. Majores formicæ ubi adeſſe hoſtem advertunt, conglobatæ ſupernè pugnam exſpectaverunt; poſtquam ſimul acies convenêre, commiſſo prælio majores morſu rabido modò illas modò iſtas de minoribus interemêre, totóque brevì ſpatio confecerunt, ut cadentium morientiúmque cumulus ad piri radices non parvus in terra ſuccreverit; ſed cùm pertinatiùs inſtarent minores, ſempérque acies aciem premeret, vigintíque aut plures unam ex hoſtibus circumdarent, & â tergo & â fronte pugnantes, undequaque latera confoderent, victæ tandem majuſculæ & ad unam omnes necatæ, illati priùs temerè prælii pœnas dedere. Hæc acta ſunt, ſpectantibus Romanæ eccleſiæ copiis, cùm Petri cathedram Eugenius quartus teneret.

Simile formicarum bellum. B C

Wilhelmus Padeburnenſis eccleſiæ Epiſcopus monaſterium in Bödeken reformavit ac, expulſis fœminis, Canonicis regularibus dedit. Fundatio hujus monaſterii tale exordium habuiſſe legitur: anno enim Imperii Ludwici primi viceſimo tertio tranſlatus eſt ſanctus Liborius de civitate Cenomannica Galliæ, in qua ipſe quondam Epiſcopus fuerat, ad Padeburnenſem eccleſiam, Aldrico Cenomannenſem & Badurando Padeburnenſem eccleſias regentibus, cujus tranſlationis ex Badurandi Epiſcopi parte fuêre legati Folodagus ejuſdem eccleſiæ advocatus, Maynulphus Archidiaconus, Adalbertus

1409. Monaſterium in Bödeken, occaſione tranſlationis S. Liborii fundatum, expulſis monialibus, traditur Canonicis regularibus.

 pres-

A magnificatus eſt vehementer, ac circumjacentibus Principibus ex re patrata terrorem incuſſit.

1407. Comes de Lippia fit feudatarius eccleſiæ Paderborn.

Hoc anno Wilhelmus Padeburnenſis eccleſiæ Epiſcopus, Principum ac Procerum multitudine ſtipatus, opidum Horne Lippenſis Comitatûs cum exercitu vallavit, ac etiam Lemego obſedit, Symonem de Lippia Comitem unà cum filio ſuo Bernardo cæde & incendiis laceſſivit, donec ſequenti anno Lemego exercitûs mole premeret, ac Bernardum cum genitore ſuo ad hominium fidelitatíſque juramentum præſtandum coartaret; receperúntque â Wilhelmo Horne, Valkenbergh & nonnulla alia eccleſiæ Padeburnenſis bona feudi nomine. B Unde inpoſterum ſibi ſuæque eccleſiæ providere volens, Imperatorem Romanum Ropertum genere ſibi & ſanguine proximum adire ſtatuit, ac innovationem & confirmationem Imperialium privilegiorum eccleſiæ ſuæ ſuper bonis quondam conceſſorum obtinuit; inter quæ ſpecialiter Lemego & Deypmoldia, præfati Comitis opida ſunt expreſſa.

1408. Hoc anno, Ottone Monaſterienſium Epiſcopo in obſidione caſtri Ottenſteyn occupato, feriâ quintâ poſt Dominicam Lætare Johannes Gotſwinus & Hinricus Steken, viri præpotentes & famoſi, nomine Comitis Markenſis diœceſim Monaſterienſem intraverunt, dampnáque non parva intulerunt. C Verùm ſupervenientibus Hinrico de Gemmen & Renoldo de Coeforde parvo cum comitatu, de Dei adjutorio ac beatiſſimi Pauli Apoſtoli Patroni ipſius diœceſis confiſi, prope villam Geſcher congredientes, Markenſis Comitis exercitum proſtraverunt, captis centum ac viginti quatuor armatis, qui omnes propter conflictûs acerbitatem vulneribus debilitati fuerunt; factúmque eſt, ex Epiſcopi exercitu vix tribus aut quatuor occiſis, multos ex Comitis phalange cecidiſſe. Nec, tantâ tamen ſuorum cæde & jacturâ acceptâ, Comes inultum ſe reliquit: paulo enim pòſt Theodoricum de Hamen officiatum in Dulmen cum triginta ſex armatis & ipſe cepit. Ex hinc habiti ſunt tractatus inter Epiſcopum & Comitem in Ilſenburg prope Bockholte; pax reddita eſt, captivi Epiſcopo

Digitized by Google

ſinè aliqua exactione redditi ſunt; Comes verò pro ſuorum liberatione viginti aureorum milia Epiſcopo ſolvere compulſus eſt. In qua quidem amica compoſitione uſque ad Ottonis mortem permanſerunt. A

Eodem anno Wilhelmus de Monte Padeburnenſis eccleſiæ tutor vallavit ac obſedit Lipperode caſtrum haud longè ab urbe Lippenſi ſitum, poſitiſque machinis, expugnare niſus eſt; ſed continuò ſuperveniens nobilis Dominus Bernardus Comes de Lippia, præfati caſtri poſſeſſor ac Dominus obſidionem armis ſolvit, ac Wilhelmum ipſum repulſum propoſitum mutare compulit. B

Eodem anno Burgundiæ Dux Johannes Pariſium Franciæ, toto penè orbe celebrem civitatem, aliquamdiu obſeſſam vi cepit, maximámque Epiſcoporum, Doctorum, magiſtrorum, ſtudentium, populique catervam gladio occidit. At proximo anno præfatus Burgundiæ Dux a Francorum Rege captus eſt, ac coram Rege & Proceribus capite plexus, non attenta compoſitione inita & religione juramento firmata, ymmò, quod mirabere, ſacra ipſa Dominici Corporis communione vilipenſa & oblita, quam uterque ſuper percuſſo fœdere inviolabiliter ſervando de ſacerdotis manibus acceperat. Quod ſcelus a fidefrago Rege commiſſum in cruentam poſtea meſſem maturavit: Philippus enim, decollati Ducis filius, adjuncto ſibi Hinrico Anglorum Rege, Frantiam ingreſſus eſt, Pariſienſem iterum civitatem armis cepit, dein etiam Regem regno ſuo expulit, ditiſſimum quoque ac florentiſſimum Franciæ regnum demolitus eſt. Dum autem nimiùm humiliati Franci civitates & caſtra ultro relinquerent ac vagabundi hinc inde exularent, miſertus calamitati eorum Deus pauxillulum quid adjutorii ipſis contulit: puella enim, Johanna nomine, tam prophetico ſpiritu quàm miraculorum virtute, ùt putabatur, clarens, veſte virili ſemper utebatur, nec ulla ſapientium perſuaſione hanc deponere voluit, a Deo autem ſe miſſam, ut Carolum Francorum Regem

Decapitato Burgundiæ Duce, filius ejus Franciam devaſtat.

C

Mira de virgine quadam Joanna.

BERNARDI WITTII LIESBORNENSIS

HISTORIA

ANTIQUÆ OCCIDENTALIS SAXONIÆ

SEU NUNC

WESTPHALIÆ.

LIBER VIII.

Sigismun dus Imper.

Sigismundus Imperator, Lucisburgenſis Caroli, Bohemorum Regis, filius, Ungariæ & Bohemiæ Rex hoc anno, Johanne Pontifice XXIII creato Papâ procurante, XXV Germanorum Imperator creatus, imperavit annis XXVII. Duxit autem uxorem Mariam Ludwici Ungariæ Regis filiam, cum qua & Ungariæ ſibi regnum accidit, quæ ubi ſinè liberis mortua eſt, ſecundas nuptias cum Barbara Siciliæ Comitis filia iniit, â quâ Eliſabeth futuram Auſtriæ Ducis uxorem genuit. Fuit autem idem Imperator Princeps ſingulari prudentiâ, magnitudine animi, beneficen-

tiâ

tiâ & liberalitate inſignis, corporis quoque majeſtate ac decore illuſtris; cæterùm bello prorſus infelix, quem nec Turci duntaxat, ſed & Bohemi ſæpiùs acie fuderunt. Uxor ei prima, ùt diximus, Maria Ludwici Ungariæ Regis filia fuit, cum qua regnum accepit. Illius causâ duos & triginta Regulos in Ungaria primarios, quod aliquando rebellâſſent, gladio percuſſit. Ob quam rem & ipſe paulo pòſt â Regina in vincula conjectus eſt, mulieríque viduæ, cujus virum interfecerat, in cuſtodiam traditus, donec regni Proceres de ſupplicio determinarent. Sed non defuit capto in extremis rebus providentia: qui, ùt erat facundiâ potens, mulieri longè melius eſſe oſtendit, Regium ſanguinem conſervare quàm fundere. Dimiſſus ab ea, confeſtim comparatis auxiliis, regnum vendicavit, de proditoribus ſupplicium ſumpſit, mulieris viduæ filios & honoribus & opibus inter primos regni Proceres cumulavit. Multa hujus Regis præclara facinora prodita ſunt memoriæ, inter quæ hoc præclariſſimum, quòd eccleſiam catholicam in tres partes diviſam, coacto apud Conſtantiam generali conſilio, ad unitatem redegit. A B

Eodem anno orta eſt diſſentio inter Padeburnenſem ex una & Fredericum Archiepiſcopum Colonienſem partibus ex altera, factúmque eſt Archiepiſcopum & Comitem Markenſem validâ armatorum manu Padeburnenſem diœceſim ingredi ac quandam inſulam, foſſatis paludibus undique cinctam, Delbrugge dictam, XVIII menſis Decembris intrare; quibus vulgus gens ruſtica diutius viribus obſiſtens introitum negavit; tandem armatis penè oppreſſi incolæ cedere ac in paludinoſis ſe locis recipere compulſi ſunt. Diſtabat autem locus hic â Wilhelmi Padeburnenſis Epiſcopi caſtro, ubi pro tunc reſidebat, ſtadiis fermè ſexaginta; unde faciliter flammarum aſcenſu hoſtium præſentiam perpendere potuit. Inſtructus autem de adverſariorum multitudine ac armorum vi, bellum inire detrectabat. Verùm hoſtis, qui illo in loco per- C

Delbrugenſium, maximè fœminarum generoſitas.

A noctare ac reliquam domorum partem in craſtinum igni reſervavit, mulierum inſolenti animoſitate præpeditus eſt; vicit enim furor fœmineus virorum animoſitatem: animadverſo enim illato jam dampno, quod ab igne hoſtili ſuſtinuerant, hanc reſiduam domorum partem, quam pro unius duntaxat noctis ſolatio ſibi inimicus reſervavit, fœmineus furor accendit, & hoc modo inimicum vi flammarum exire compulit. Dum autem per introitûs viam & exitum tenptabant, jam jam inviam factam foſſatis & ſudibus repletam invenerunt; unde de via declinare coacti per paludes egredi tenptârunt, víxque Archiepiſcopo Colonienſi cum
B Markenſi Comite, paucíſque aliis tranſito accurſu ruſticorum, pars cætera hoſtium progredi prohibita eſt; plauſtra inſuper, vel quæ bombardos vel cætera arma bellica ferebant, viarum anguſtia tranſitum non invenientia ſubverſa ſunt, & quia jam ruſtici telis deſtituti erant (quatuor enim jaculorum milia in hoſtem jecerant) hoſtium armis arreptis, propria inimicorum jacula in hoſtem, præcluſum artiori viâ, mittunt Inopinatis igitur incommodis fatigati Principes, ab invicem ſegregati, per devia totâ errantes nocte tenebras labore maximo peragrabant, & tandem, vexillis & ſignis cum maxima populi ſuæ multitudine relictis, ruſticis terga dantes
C recessêre. Interim Wilhelmus, ſuorum collectâ multitudine, diluculo ſuis auxilium allaturus advenit, initòque certamine inter paludes & invia, cæſos & captivos, dum exire nequeunt, abduxit; tandem, horâ quaſi poſt meridiem ſecunda inſtructis aciebus, equeſtri bello quaſi coire volentes incipiunt. Verùm dum ambæ partes equorum aciem inſtruentes, curſum calcarium ſtimulis excitârunt, priusquam ferri probaretur acumen, & equorum impetu armorum colliſio lancearum objectu exhiberetur, pars hoſtium, declinans in obliquum, ſubitò in fugam verſa eſt; ſícque ſtrati paſſim per agros ab equis, â curſu devio palude defixi, trecenti ſexa-

ſexaginta ſex armati capti ſunt, ex peditibus autem ſexaginta, pauci tamen occiſi vel ſubmerſi, quorum numerus ad XVI viros æſtimatus eſt; numerus autem equorum, quos perdiderunt, ad octingentos equos fuit numeratus. Sequenti verò die, acceptis à ſingulis juramentis, poſt menſis ſpatium redeundi, vulgo nervis clauſo, milites abire permiſſi ſunt. Suſatenſes autem, cæteris popularibus famâ celebriores, militarium privilegio gaviſi ſunt, ſimilésque inducias acceperunt. Elapſo igitur menſe, militares juxta condictum reverſi ſunt, ac Suſatenſes armati cum ſedecim ſervis inter redeundum à Comitis Clivenſis Capitaneo, ſtudioſè quidem procurante ſcilicet Comite, ne in captivitatem redirent, capti & in cuſtodiam mancipati ſunt. Inſtauratur igitur à novo bellum, Archiepiſcopus cum Comite quatuor in locis exercitum partitur, ac in Soſatia, Lippia, Geſeke, Raden præſidia ponit; Wilhelmus autem opida & caſtella muniens ac in locis oportunis præſidia ponens, viginti uno ſe ſibi opponentibus Principibus & Comitibus, diſcrimini dedit ac viriliter reſtitit. Hinc fuit hominum cædes, hoſtium incurſus, incendiorum ſtrepitus, prædæque multiplices; nunquam tamen Archiepiſcopus vel Comes propriis in perſonis Wilhelmi dioceſim ingredi primam poſt fugam præſumebant. Wilhelmus verò ùt leo rugiens nichil, quod menti pro utilitate ac libertate eccleſiæ ſuæ incidit, intenptatum reliquit. Dum autem hoſtium præſidia in victualibus artari incipiebant, ipſe prædâ inimicorum locupletatus, aquilæ inſtar rapta cum ſuis dividens ſpolia, ore etiam inimicorum munificentiſſimus declamatur; unde & plures exteris ex partibus militares, famâ ejus tracti, ad ipſum convenerunt. Videntes autem Principes, Wilhelmum quottidie bello proficere, poſt novem hujusmodi tempeſtatis menſes rem novam moliri ſtatuêre: Epiſcopus enim Leodienſis, qui favore Epiſcopi Colonienſis jam pridem electus fuerat, à promotore ſuo Frederico inductus, diffidationis literas Wilhelmo miſit; cujus potentiâ adverſarii

A

B

C

Digitized by Google

A Wilhelmum plurimùm terreri poſſe atque ad compoſitionem ducere arbitrati ſunt. Verùm concitò cum Archiepiſcopo Comes immenſo contracto exercitu, curribus & quadrigis armis & victualibus onuſtis, ſpecie Wilhelmum invadendi, re autem verâ terrendi propoſito, ad præſidiorum ſuorum ſe primùm loca contulit, clam tamen ſequeſtres ſuper pace tractanda Wilhelmo miſit; at leo ad nullius pavens occurſum, amicorum functus auxilio, tria armatorum milia exterorum ſuis exercitibus adjecit, ac ſic pro eccleſiæ libertate diſcrimini ſe commiſit. Videns hoſtis indefeſſum viri animum, ac acies in bellum jam ordinatas, coire timuit; unde ad arbitrum ſuaſionem ſextâ menſis Septembris tempeſtas per viam amicabilis compoſitionis ad pacis tranquillitatem reverſa eſt, & hinc quartam exactionatæ pecuniæ partem â captivis acceptam, hoc eſt, decem florenorum milia ad redimenda caſtra ac Epiſcopalis menſæ bona impignorata liberaliter aſſignavit; factúmque eſt ejus nomen celebre, nec erat, qui ipſum aut ſuos jam inquietare præſumeret.

(B in margin beside "mum, ac acies in bellum jam ordinatas")

1412. Ordo ſeu congregatio ſancti Benedicti, quæ ſanctæ Juſtinæ vulgariter nuncupatur, hoc anno in provincia Tarviſina apud Pataviam inſignem urbem in monaſterio videlicet ſanctæ Juſtinæ orta eſt, & cùm in ea innumerabiles exiſtant viri, Divinâ humanâque ſcientiâ præditi, qui licet pauca ſcripſerunt aut populo publicè declament, tamen cùm religioſiſſimi ſunt, & multis non modò ſæcularibus, ſed & ipſis quoque religioſis obſervantibus & virtuti & ſaluti operam dantes, ſuo cum exemplo & bonis operibus piis opem afferunt.

(C in margin beside "ctæ Juſtinæ orta eſt")

1413. Initium Concilii Conſtantienſis. Conſilium Conſtantienſe ad ſciſma tollendum, quod novem & triginta annis duraverat, Sigismundi Cæſaris juſſu & induſtriâ hoc anno in Conſtantia urbe celebrari ceptum eſt; in quo quidem aderant nationes: Itali, Galli, Germani, Hiſpani & Angli, quorum ſuffragiis omnes conſilii res geſtæ ſunt. Numerus autem curtiſanorum dicebatur eſſe triginta mi-

milium octingentorum quadraginta duorum. Expenſæ ibi à Principibus, Epiſcopis & nobilibus, aliiſque Prælatis factæ nullo æſtimari pretio potuerunt. Multa eo in Conſilio pro fide Chriſtiana acta ſunt. Johannes XXIII licet invitus ſe Pontificatu abdicavit, quem per violentiam ſibi uſurpârat: cùm enim Bononiæ potiùs Dominus quàm Legatus eſſet, multa hys, qui ad eligendum Pontificem venerant, interminatus eſt, nisì gratum ſibi Pontificem eligerent, multiſque eâ causâ productis, neminem approbare voluit. Cùm autem obſecrarent, quem vellet, oſtenderet, *date*, inquit, *mihi Petri clamidem & ego eam dabo Pontifici futuro.* Quam ut accepit, propriis humeris imponens: *Papa*, ait, *ego ſum.* Is igitur cùm citatus ad præfatum Conſilium veniſſet, multis ſibi enormibus objectis criminibus, clam fugam, mutato habitu, petiit. Quo audito, è veſtigio emiſſis militibus comprehenſus, in inſula ſancti Marci prope Conſtantiam in carceribus conjectus eſt. Graviſſimi viri & doctiſſimi judices, qui fugæ cauſam diligenter inquirerent, objectáque crimina diſcuterent, eadem ex ordine referrent, delecti ſunt à Conſilio, qui quadraginta & eò ampliùs capitula contra fidem Chriſtianam in eo probata adjudicârunt. Quibus jam meritò à Conſilio ejectus eſt, datúsque decreto Conſilii Ludwico Bavariæ Duci cuſtodiendus, donec de ipſo diſcerneretur, qui in Aldeberga caſtello munitiſſimo per triennium eum conſervavit. Gregorius verò, qui in Piſano Conſilio fuerat dampnatus, miſſo eò Legato, ſponte abdicavit. Benedictus autem quondam Galliarum adulterinus Papa auctoritate Conſilii improbatus fuit. Eliminatis itaque ſciſmaticè intruſis, Conſilium cum Sigismundo Imperatore, qui ſemper Conſilio inerat, electionem ordinaverunt, in quo cum plauſu & lætitia & Imperatoris & omnium fidelium concorditer Otto Columpna Romanæ eccleſiæ Diaconus in ſummum electus eſt Pontificem, quem & Martinum appellârunt, cujus mox pedes Imperator hilaris amplexus eſt ac deoſculatus. Hys aliiſque patratis,

A anno Domini 1418 Conſilium Pontificis Imperatoríſque juſſu diſſolutum fuit.

Hæreſis Wicleffii damnatur. Item Joh. Hus, & Hieronymus Pragenſis exuruntur.

Eo etiam in Conſilio inter cæteras hæreſes Johannis Wichleff hæreſis dampnata eſt, duóque ejus diſcipuli Johannes Hus & Jeronimus flammis exuſti ſunt in præſentia Imperatoris, impoſitis ſibi coronis nigris, dœmonibus circumpictis, eò quòd dicerent & prædicarent juxta Dulcinum hæreſiarcham, mulieres eſſe debere communes & alia multa enormia. Deinde deprehenſi, qui Catholicæ eccleſiæ eſſent detractores & Romani Pontificis oppugnatores, Cardinalium hoſtes, Prælatorum perſecutores ac cleri, Chriſtianæque religioni, inimiciſſimi, quorum unus Jeronimus ſcilicet B vir & eloquentiâ & ſcientiâ eximius fuit; ad quem cùm viri eruditiſſimi plurimi & magni eccleſiæ Romanæ Prælati acceſſiſſent, dum in vinculis tenebatur, ut ipſum a ſententia ſua dimoverent & ad viam rectam flecterent, nichil profecerunt; pertinatiùs enim ſua in ſententia perſeverans a Conſilio dampnatur & igni poſt ſuum diſcipulum Johannem Hus datur; quod ſupplicium jocunda fronte & alacri vultu ad exitum ſuum acceſſit. Nullus unquam Stoicorum fuit, qui tam conſtanti animo mortem apetiiſſe quàm hic appetiiſſe viſus eſt. Hunc Pogius Florentinus, orator facundiſſimus & literarum Apo- C ſtolicarum ſcriptor diſertiſſimus, qui ad ſpectaculum funeſtæ mortis interfuit, miris ejus doctrinam & ingenium, inſignémque eloquentiam laudibus effert, dicens, eum trecentis quadraginta diebus in carceribus ſtetiſſe in multis ſordibus, in ſqualore & ſtercore, in compedibus & omnium inopia rerum, ut nec legendi nec videndi quidem ullam habere potuit facultatem, & idem tamen ſuam tam disertè & magna cum omnium admiratione ſententiam diſſeruit, ut ipſe Pogius fatetur, nunquam ſe vidiſſe hominem, qui in cauſa dicendi magis ad facundiam priſcorum accederet, quos tantopere admiramur: tantos enim doctiſſimos viros in teſtimonium ſuæ dementiæ adduxit, ut ſatisfuiſſet, ſi toto tempore

ſuæ

ſuæ incarcerationis ſummo in otio ſtudiis & lectionibus operam dediſſet. Dicebat enim idem Pogius orator, eum eſſe virum memoria ſempiterna dignum, admirans doctrinam ejus & rerum plurimarum ſcientiam, eloquentiam & dicendi ſuavitatem & argutiam reſpondendi. A

Adolphus hactenus Clivenſium Comes hoc anno in civitate Conſtantienſi a Sigismundo Imperatore ſibi ſuiſque ſucceſſoribus Ducatûs dignitatem obtinuit, ſolitóque more enſe infeudatus inter Principes annumerari promeruit. 1414. Comitatus Cliviæ fit Ducatus.

Eodem anno, nono Aprilis Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus D. Fredericus Colonienſis Archiepiſcopus poſt quadraginta quatuor regiminis & principatûs ſui annos, multis jam gloriosè perpetratis facinoribus, diem clauſit extremum, multas ſucceſſori ſuo divitias relinquens, qui & in cathedrali ſua eccleſia ſepulturæ honorificæ traditus eſt, in cujus locum Canonici Theodericum quendam Morſenſem Comitem elegerunt. In qua electione diſcordia facta eſt inter Canonicos: alii enim Wilhelmum de Monte, Ravesburgenſem Comitem, Ducis de Monte fratrem, tunc Padeburnenſem Epiſcopum poſtularunt. Quod ipſum jam capitulariter Adolpho fratri ſuo Canonici ſpoponderant. Alii verò Theodericum præfatum, Frederici defuncti ex ſorore nepotem, tunc in Bunna Præpoſitum elegerunt. Quæ diſcordiæ nonniſi multo effuſo ſanguine, multiſque dampnis hinc inde illatis ſedari potuit: Adolphus enim Montenſis in Comitem de Morſa, Comes è diverſo in Adolphum, quæ potuit, mala exercuit, nec dioceſis ipſa Colonienſis ymmò nec civitas ipſa Agrippina ſinè maxima jactura evaſit. Tandem Theodericus ſuperior factus, Epiſcopatûs dignitatem obtinuit. B C

Theodericus igitur poſt diuturnam contentionem quinquageſimus nonus Colonienſium Archiepiſcopus pontificavit annis quadraginta octo, qui eccleſiæ ſuæ poſſeſſiones multipliciter amplificavit, Keiſerſwerd, Blanckenberg, Comitatum in *Bilſteyn*, Fredeburg, Horneburg dioceſi ſuæ adjecit, Theodericus 59. Archiep. Colon.

mul-

A multáque caſtra ac fortalitia prædonum funditus deſtruxit; maximam autem ne modò in civitate Colonienſi, ſed & per totam provinciam in reformatione monaſteriorum utrorumque ſexuum diligentiam fecit. In hujus Theoderici electione Coloniæ Aſtrologus quidam, dictus Johannes Swyneſtert, ſiderum curſus ſuo more obſervans divinavit, electum diu in Epiſcopatu victurum, proſperúmque ſucceſſum habiturum, maximè usque ad triceſimum regiminis ſui annum, ex tunc autem adverſa plurima paſſurum. Quod ſi aſtrologis fides adhibenda eſt, verum divinavit: nam triceſimo Præſu-
B latûs ſui anno â Suſatenſibus primas infidationis literas in caſtro Arnesburg conſtitutus accepit anno ſcilicet 1444 pro ut infrà dicetur.

Eodem anno Sigismundus Imperator cum Imperatrice Aquisgranum veniens â Theoderico Colonienſium Archiepiſcopo, primam tunc celebrante miſſam, in altari beatiſſimæ Mariæ ſemper Virginis coronatus eſt, tam Imperatori quàm Imperatrici Dominici Corporis & Sanguinis communionem tribuens. Sequenti quoque die ipſius urbis glorioſiſſimæ reliquiæ publicè in præſentia multorum Principum oſtenſæ ſunt.

C

Eloquentia Sigismundi Imp. ſeptem linguarum gnari.

Eodem anno feriâ ſextâ poſt feſtum ſancti Martini Epiſcopi Imperator hominium a civitate Colonienſi accepturus, illò acceſſit, ubi & idem Imperator ſeptem linguarum peritiſſimus latinam coram omni populo orationem publicè fecit, tam diſerte & elimatè, ut ejus eloquentiam & prudentiam omnes ſapientes urbis admirarentur, ac Spiritum ſanctum per os ejus loquutum fuiſſe publicè proteſtarentur.

1416. Fames ac peſtis ſubſequens in Weſtphalia &c.

Maxima fames Weſtphaliam aliáſque provincias vaſtavit, ita ut multi inediâ conſumpti animam exalarint: pauperes fruticum herbarúmque radices in edulium ſumpſerunt, nonnulli canum muriúmque cadaveribus veſcebantur, per quadrageſimam pecudum equorúmque càdaveribus præ fame uſi ſunt. Optarunt cuncti brevì peſte aut gladio vitam finire, quàm tanto cruciatu demum morituri miſerabiliter vivere.

Famem

Digitized by Google

Famem hanc gravis peſtilentia ſequuta eſt, maximè in Saxonia & Weſtphalia ſæviens, in qua præter cæteros Brunſwicenſium Dux Hinricus & Schwartzenburgenſis Comes Gunterus carnis debitum ſolverunt. A

Wenſelaus Bohemorum Rex, quondam Imperator, poſt 1418.
multa mala, quibus etiam Bohemorum hæreſim augmentavit, hoc anno diem clauſit extremum. Ex tunc nichil mali intenptatum hæretici reliquêre, expellentes ſacerdotes ab urbibus, fideles eccleſiæ multo tormentorum genere trucidantes, eccleſias, monaſteria ac Deo dicata loca igne devaſtantes. Impi Wenceslai obitus & Huſſitarum inſolentia. B

Univerſitas Roſticenſis hoc anno ſummi Pontificis & Im- 1419.
peratoris autoritatibus primùm inchoata eſt, ſcola liberalium artium haud contempnenda. Eſt autem ipſum Roſtachium opidum nobile inter Promeranos, qui orientem Saxoniæ incolunt, ſitum, mari proximum, multis divitibus negotiatoribus habitatum. Univerſitas Roſtochii incipit.

Eâ tempeſtate Bohemi ab unitate eccleſiæ ſe ſegregârunt, 1420.
multiſque hæreſibus implicati ab eccleſia dampnati ſunt. Quam ob rem Sigismundus Imperator omnibus per totam Chriſtianitatem Principibus, populis, provinciis, civitatibúſque principalibus ac magis nominatis & famoſis pro pecunia ſibi transmittenda ad Bohemos reducendos ad fidem per arma, literas & mandata direxit, ſed nichil accepit. Miſit ergo Domino Apoſtolico legatos, hac in re quid opus foret, conſulturus; qui, miſſis Cardinalibus, plenariam indulgentiam per totam Chriſtianitatem prædicari fecit hys, qui per ſe in hæreticos arma verterent, vel pro aliis certantibus adjutrices manus porrigerent, ne modò pecuniarum maximam, verùm & Principum, nobilium, vulgíque catervam in ipſum opus ſanctum contraxit. Inter quos & Theodericus Colonienſis Archiepiſcopus, immenſo contracto exercitu, unà cum civitate Colonienſi ſeſe pro fide Catholica in Bohemos diſcrimini dedit. Concurrentibus itaque Principibus, Bohemorum Expeditio Catholicorum Principum in Bohemos. C

A fines armis vaſtare, villas & caſtella cum inhabitantibus igne, demoliri, infantes ex cunis trahentes unà cum parentibus rogo imponere ceperunt. Demum inito conſilio, Principes regnum inter ſe partiti ſunt, ut ſcilicet quamcunque quis partem armis caperet, hæreditario jure vendicaret. Quæ ubi auribus Sigismundi innotuêre, indignatus eſt ſuper hujusmodi temeritate. Accerſito itaque ad ſe Principum conventu, hanc ſe ferre ſententiam poſſe negavit, eos, non ut ſua diriperent, ſed ut eccleſiam defendentes, ac pro fide Chriſti militantes, peccaminum remiſſionem conſequerentur, veniſſe, indignabundus reſpondit. Hys verbis auditis, Principes, B petitâ ab Apoſtolico Legato repatriandi licentiâ, ne quid pejus contingeret, in ſua reverſi ſunt. Contentionem hanc Principum percepêre Bohemi; unde animati in fideles ſævientes diverſis tormentis occiderunt, multis etiam captis & vinculis colligatis, fame cruciârunt; ſicque factum eſt, Bohemos fidelibus multò majus dampnum inferre, quàm ipſi jam pridem à fidelibus acceperant; maximum quoque theſaurum, quem Principes attulerant, ibidem Bohemis reliquerunt.

Sed irrito ſucceſſu.

1422. Milites quidam de diſtrictu Recklinckhuſen, inter quos Wenemarus Sobbe & Johannes de Aſchelebrock, compoſitionem inter Monaſterienſem Epiſcopum & Markenſem Co- C mitem factam parvi pendentes, furtis & rapinis dioceſim moleſtare ceperunt ac prædas abigere. Unde aliquando peditum caterva adunata, in Capenbergenſem Præpoſitum miſſa, dampna intulit ac latrocinia peragere tenptavit. Ablatâ itaque aliquantulâ rapina, dum cum præda abeunt, incolæ latrunculos inſequentes, quatuordecim item captivos ſecum ducunt, quos unà ipſa Exaltationis ſanctæ Crucis die Otto Monaſterienſis Epiſcopus per gulam ſuſpenſos jugulari, ut digni erant, fecit.

Prædonum juſta pœna.

Eodem tempore Sigismundus Imperator ad Weſtphaliam deſcenſurus Novimagium venit, Gelriæ Ducatûs civitatem non

Digitized by Google

non ignobilem, cui occurrens Monaſterienſis Epiſcopus Otto,
nobilium ſuorum honeſta ſocietate comitatus, honorificè ab A
Imperatore exceptus eſt, ubi & Regalia feudaliáque ſua ſuſce-
pit. Porro tanta largitate & munificentiâ Epiſcopus ibidem
fulſit, ut ſuâ gloriâ aliis quoque Principibus admirationi eſſet.
Venerat & ibi præfatus de Solmis Comes, quem jam dudum
Otto de provincia expulerat, interpellare Regem ſuper Epi-
ſcopum, ſpe recuperandi caſtri Ottenſteyn, ac amiſſarum
poſſeſſionum recuperationem ſibi adjudicari ſperans. Verùm
adveniens Epiſcopus quæſtionibus coram Rege ſatisfacturus,
interpellator gloriam Præſulis ac ejus cum Imperatore ami-
citiam, cui & ſanguine junctus erat, videns, ſéque irriſum B
perpendens, fugâ lapſus, Sutphaniam ſe tranſtulit, ubi &
anno Dominicæ incarnationis 1425 diem ultimum clauſit.

Quo quidem tempore Ericus Comes de Hoyghe litem
militarem cum Brunſwicenſi Duce ac Myndenſi Epiſcopo
magnis dampnis inſectatus eſt. Audiens autem Otto Mona-
ſterienſis eccleſiæ Epiſcopus, Erici frater, ſe patrimonii ſui
jacturam præcipuè circa Sydenburg abs fratris ſui hoſtibus
depopulationes ſuſtinuiſſe, ſuper hæreditate paterna miſer-
tus, dampnáque ſua ægre ferens, germani in bellum ſe ſo-
cium fecit. Recepit igitur ſui ſuorúmque in munimine Da-
benburg caſtrum, quod ipſum armis & milite munivit, di- C
verſóque Marte ſœpius cum hoſte conflixit. Hæc inter orta
eſt peſtilentia, quæ adeò in Epiſcopi exercitum ſævit, ut bre-
vi ultra quinquaginta viri vi veneni ab humanis diſcederent;
quæ lues, ùt facile eſt perpendere, plus exercitum quàm
gladius inimicorum afflixit; magnis tamen ſumptibus & ſua
& fratris jura tutatus eſt: exceſſerunt enim expenſæ, ibidem
factæ Epiſcopi nomine, duodecim milium aureorum ſum-
mam.

Renoldus Juliacenſis & Gelriæ Dux hoc anno mortem 1423.
obiit in vigilia ſancti Johannis Baptiſtæ, nullo hærede poſt
ſe relicto. Gelrienſes autem Egmundiæ Comitem Arnoldum,

A

Ducatus Juliacenſis mediante matrimonio unitur Montenſi.

Juliacenſes Adolphum de Monte ſibi defuncti loco præpoſuerunt. Conſilio autem inito, Adolphus cum Theoderico Colonienſium Archiepiſcopo relictæ Renoldi filium ſuum Ropertum matrimonio copulavit, talique induſtriâ ac ſollertiâ Juliacenſem Ducatum Montenſi copulavit; ſicque filius duos Ducatus poſſidens, viribus & poſſeſſione major Gellarienſi Duci reſiſteret. Factæ ſunt autem hujusmodi nuptiæ Coloniæ ſolemni pompâ ipſo die ſancti Mathæi Apoſtoli tempore quadrageſimali non minori tripudio quàm ſi in carnisprivio factæ ac celebratæ fuiſſent.

B

Hoc ipſo item anno Rodolphus ac Albertus Saxoniæ Duces, Imperiique Romani Electores ſinè hæredibus vitam finierunt. Unde Ducatus horum in manus Sigismundi Imperatoris venit; & quanquam Ericus horum frater ſuperſtes fuerit, Leuwenburgenſémque Ducatum hæreditaverit, Imperator tamen Saxoniæ Ducatu electionísque privilegio ipſum privavit. Verùm quia multi Principum ipſum Ducatum & electionis dignitatem jam diu faſtu nimio ſibi uſurpare optârant, diſſenſio poſt Rodolphi & Alberti mortem orta eſt, quisnam hujus Principatûs ac dignitatis hæres vel ſucceſſor fieret: Fredericus enim Brandenburgenſis Marchio ſeſe hæredem conſtituit, ac â provincia hominia ſolita accepit; cæterùm Fredericus Miſenenſium Marchio, Thuringorúmque Lantgravius apud Imperatorem, pro hujusmodi honore ſollicitus, inſtantiùs inſtitit.

Titulus Ducalis Saxoniæ cum Electoratu â domo Saxo-Lauenburgica transfertur ad Marchionem Miſnenſem.

C

Sigismundus itaque, animadverſo in Bohemos à Miſenenſium Marchione ſervitio, jam dudum propria in perſona facto, Ducatum Saxoniæ, júsque electionis ei conceſſit, ac rubro enſe, ùt in hys moris eſt, inveſtivit; compulſus tamen eſt Brandenburgenſi Marchioni pro libera reſignatione viginti octo florenorum milia appendere; ſícque Saxoniæ Ducatus cum electionis jure (quod abs Hinrico Leone ablatum Fredericus primus Imperator Alberto Lowenburgenſi Comiti Moguntiæ in ſolempni curia, multorum Principum præſentia dederat) jam jam demum per Sigis-

giſmundum Cæſarem in Miſenenſes Principes Fredericum & A Wilhelmum translatus eſt; quorum alter Electorem Imperii gerit, alter Bohemiæ regnum ſuum aſſerit: alter eorum natu ſenior robuſtiſſimus venator, junior autem belli appetens & in armis exercitatus, crudelia inter eos diu bella exercuerunt hæreditatis paternæ causa; & quamvis ſæpe de pace mentio fieret, impedientibus tamen Apollonio, quem Vicedominum appellant, & aliis plerisque potentibus, quibus ea diſcordia queſtui erat, fruſtra omnis tractatus abſit. Sed cùm, vaſtatis jam agris, tota provincia peſſumiret, Apollonius verò fraternarum incenſor diſcordiarum per annum jubilæum Romam petiiſſet, rogavit Fredericus germanum ſuum, ut ad Libeream veniret, ſecum de pace acturus. An- B nuit Wilhelmus, iter ingreſſo dixêre conſiliarii, paratas ſibi &, qui cum eo irent, inſidias eſſe: caveret, ne ſe perditum iret, néve ſuos ad necem traderet. Quibus ille: *at ego,* inquit, *libens moriar, ſi vos priùs necatos videro, qui fraternas contentiones alitis:* atque ita loquutus ſequi juſſis, qui ſe armarent, urgénsque calcaribus equum, feſtino curſu fratrem adiit; quocum, ſemotis arbitris, è veſtigio pacem compoſuit, fœdúsque pepigit. Magnus vir, qui ſeſe tam libenter in poteſtatem dederit hoſtis! magnus alter, qui hoſtem ex fratre factum rurſum fratrem atque amicum reddiderit! Apollonius interim Româ, & qui cum eo ſentiebant, ex C Thuringia, ubi plurima opida poſſidebant, exterminati ſunt. Apollonius in Carbuca, quod eſt Franconiæ opidum, aliquamdiu ſe defendit, ſed cùm ſalutem in eo loco deſperaret, nullius auxilio fretus, cum theſauris ſuis clam fugiens, ad Bohemos migravit. Ex illo tempore quietem habuêre Saxones, quamvis Bohemi caſtella quædam ab eis repetentes, ſæpe bellum minati fuerint. Hys autem Saxoniæ Ducibus parva verè Saxoniæ portio patet: ſunt enim in ea provincia multi alii Principes, multæ civitates Imperiales, multi Epiſcopi proprium territorium habentes; jus tamen eligendi Romanum

Imperatorem Saxoniæ Ducibus ex parvo quodam Principatu competit, inter Miſenam Sletiámque jacente, cujus caput opidum Wiſſenburg eſt appellatum.

Fridericus Marchio Miſenenſis, Thuringorum Lantgravius.

Hic Fridericus Saxoniæ Ducatum ac Imperii Electoris dignitatem, mortuo Alberto Lowenburgenſi Duce, primùm obtinuit, tradente Sigiſmundo Imperatore Auguſto.

Hæc Margaretha fuit Frederici Auſtriæ Ducis filia, Frederici Imperatoris ſoror.

Fredericus Margaretha uxor ejus.

Hy duo fratres: Erneſtus & Albertus ambo infantuli clam Aldenburgenſi ex caſtro â quodam Conrado patri ſublati ac in ſilva quadam occultati fuerunt. Raptor deprehenſus capite plexus eſt; pueri autem patriæ parentibúsque reſtituti ſunt. Is Albertus fuit Dux exercitûs Maximiliani Regis, multáque glorioſa facinora in Flandria perpetravit. Demum contra Friſones bella gerens, ſagittâ percuſſus obiit, cujus filius Georgius paternæ cædis ultor totam penè Friſiam oppreſſit.

Hedewigis Abbatiſſa in Quedelenburg.	Margaretha uxor Ludwici Bavariæ Ducis.	Anna hæc nupſit Alberto Marchioni Brandenburgenſi.	Erneſtus Dux Eliſabeth Duciſſa Bavariæ uxor.	Albertus duxit filiam Bohemiæ Regis uxorem, â qua accepit Georgium Fredericum Hinricum Katherinam.

Johannes.	Fredericus	Erneſtus Archiepiſcopus Magdeburgenſis	Albertus Archiepiſcopus Maguntinenſis.	Criſtina nupſit Regi Daciæ Johanni.	Margaretha nupſit Hinrico Lowenburgenſi Duci.

Hy duo fratres: Johannes & Fredericus concorditer duârunt; verùm Fredericus, quia primogenitus, Elector Imperii manſit, Johannes autem Ducatum cum Frederico adminiſtravit.

1474. Ottonis obitus ac præclara facinora.

Otto Epiſcopus Monaſterienſis vitio epatis laborans deficere viribus cepit: ſpongioſa quidem materia inter epar & coſtas, utrumque conjungens creverat; unde morbo invaleſcente, fatiſcens artubus, Epiſcopatûs ſui anno 33 V nonas Octobris vitæ finem dedit, omni laude dignus Monaſterienſis Eccleſiæ Præſul & Oſnaburgenſis conſervator ſollicitus, â

ſummo

Digitized by Google

ſummo Pontifice conſtitutus; quam etiam eccleſiam in multis promovit: nam ex Vorden caſtro quaſi ex caulis ovium Principis aulam fecit: in Witlagen pari modo aulam conſtruxit & novo molendino ditavit: in Gronenberge lapſum ædificium erexit, ac à Theoderico Marſcallo novam domum lapideam comparavit: multa quoque alia memoriæ digna in utraque dioceſi fecit tam in caſtris novis ædificandis, quàm in antiquis reſtaurandis, multámque pecuniam in redemptionem obligatorum ac impignoratorum expoſuit: redemit enim judicium Gograviatûs in Sandwelle mille aureis, officium in Bockholte mille octingentis marcis, officium in Emeslandia duorum milium ſeptingentarúmque marcarum ſumma, dominium & officium in Vechta ſex milibus & quadringentis florenis, officium in Reyna mille marcis, officium in Werne mille item marcis, officium cum caſtro in Saſſenberg quinque millibus & ducentis aureis, judicium in Beckem ducentis florenis, judicium in Alen trecentis florenis, judicium Gograviatûs in Sendenhoſt ducentis marcis, caſtrum Dulmen cum attinentiis mille quadringentis marcis, officium ibidem mille quadringentis marcis, in reſtauratione opidi & caſtri in Werne, à Comite Markenſi combuſti, ultra quinque millia florenorum expoſuit; inſuper circumquaque omnes Principes & gloria & magnificentia præceſſit. Demum, ùt dictum eſt, mortem obiit; in ejus locum elegerunt Hinricum de Morſa Colonienſis Archiepiſcopi fratrem. A B C

Hinricus itaque de Morſa in omnium ſanctorum vigilia electus eſt, ac in præſentia Decani & Canonicornm, Theodericíque Colonienſis Archiepiſcopi ac Lippenſis Comitis, conſecrationis munus accepit Telget in eccleſia ſancti Clementis, ſedem tamen ſuam nonniſi poſt biennium occupavit, civibus ab eo petentibus, quod contra eccleſiæ ſuæ libertatem vergebat. Hic ædificavit caſtrum Ramerſtorp, ſed & caſtrum in Stromburg, aulámque ſuam Epiſcopalem in emunitate majoris eccleſiæ Monaſterienſis; cæterùm caſtra Ahus

Hinricus 42. Epiſc. Monaſt.

&

A & Ottenſteyn in multis reformavit. Verùm poſtquam eccleſiam in Aſchendorpe violavit, Pompeji magni fortunam expertus, ultrà proſperatus non eſt.

Eodem anno Gerhardus de Marka, Adolphi Clivenſis Ducis frater, adunante ſe Theoderico Colonienſium Archiepiſcopo, opidum Swerte cum caſtro vallatum obſedit, ubi dum diu fruſtra laboratum fuiſſet, tandem caſtrum Urſoye flammis incendit, & quia, Sole deſuper coquente, calidiſſimum tempus fuit, multi calore ſuffocati & extincti ſunt.

Eodem anno tanta inter præfatos Principes facta eſt concordia, ut Gerhardus Comes Markenſis caſtrum Keyſerſwerd

B cum theloneo libere Epiſcopo reſignaret. Quam ob rem Clivenſis Dux, Gerhardi frater, exaſperatus ne modò in Epiſcopum ſed & in fratrem, pernicioſiſſima bella accepit; qui tamen poſt pauca, ira ſopita, concordati ſunt. Unde factum eſt eo ipſo anno Epiſcopum pecunia indigere, ac ſuper Berka Xantis aliáque caſtra dioceſis ſuæ appenſum optimæ & antiquæ monetæ aurum ab Adolpho Clivenſi accomodatò accipere, æquo pondere & valore reſtituendum; adveniente autem ſolutionis tempore, juxta condictum reſtituere quidem, ſed non eo modo, ùt accepit & reddere promiſit, voluit.

C Contentio ergo facta eſt inter Principes: ſollicitavit Theodericus Gerhardum contra fratrem arma ſumere, ſpecie quaſi Epiſcopi adjutorio in ſe Ducatum retorquere deberet. Congregantes igitur ambo maximum exercitum, Clivenſem Ducem expellere conati ſunt. Erat profectò exercitus magnus valde & fortis: fuerunt enim in ipſo exercitu Colonienſis, Maguntinenſis, Trevirenſis Archiepiſcopi ac Imperii Romani Archicancellarii; cæterùm Herbipolenſis, Leodienſis, Monaſterienſis Epiſcopi, Saxoniæ inſuper. Lothoringiæ, Brunſwicenſis, Lunenburgenſis ac Montenſis Duces, ſed & Naſſawienſis, Ilſenburgenſis, Caſſenellenburgenſis, Markenſis, Sarwardenſis, Lichtenbergenſis, Wirnenburgenſis Comites, aliique plures nobiles, ſcilicet de Bitſch, Slutz, Weyde,

Expeditio contra Ducem Clivenſem.

Vol-

Digitized by Google

Volmerſteyn, Blankenheym, Zegenhayn, Gerhardſteyn, Riſenberg, Domicelli quoque generoſi de Riferſcheyt, Vynſtingen, Hensberg, Cronenberg, Sleyden, Moynſchove, milites præterea numeroſi. Erat autem exercitus ſex milium equeſtrium, XV milium peditum, habens currus quingentos. Ingreſſi itaqne Ducatum locuſtarum inſtar terram cooperuerunt, ac tres per ebdomadas devaſtârunt. Verùm per Ducis Burgundiorum proceres, illuc eam ob cauſam miſſos, compoſiti fratres ſunt; qua in compoſitione nulla de Theoderico Colonienſi, totius mali autore, mentio facta eſt, licèt tantis in ſumptibus omnia eccleſiæ ſuæ bona penè conſumpſerat. Verùm poſt diſceſſum Principum, exercitúſque diſperſionem Adolphus Clivenſis in Theodericum arma ſumpſit; unde aliquando hanc in ſententiam convenêre, ut ante judicium ſeſe reciperent, ſententiam ſuper cauſis ſuis accepturi. Epiſcopus ergo, contracto exercitu, non quaſi ad judicium ſed ad pugnam pergeret, condictum ad locum venit; Dux verò ſollertiùs agens, Epiſcopi faſtum flocci pendens, pompam in ſuî ac dioceſis jacturam facere permiſit, ipſe autem quietus pro tunc, aliquando animoſiùs Epiſcopo occurſurus, ſuſtinuit, tempus congruum talionis expectavit. A B

Hinricus de Morſa Monaſterienſis, Nicolaus Bremenſis Epiſcopi, contracto in unum gravi exercitu, in Friſones caſtra moverunt. Fuêre autem in ipſorum comitatu inter cæteros Principes & nobiles Brunſwicenſis & Saxonum Duces, Colonienſis, Oſnaburgenſis, Hildenſemenſis Epiſcopi. Quæ res ut præfatæ genti innotuit, tacitè adventum hoſtium ſuſtinentes, arte, quos vi ſuperare non poterant, incluſerunt. Ubi enim interiora provinciæ jam quaſi victores intraverunt, Friſones aquarum ſuſtentaculis perforatis, mare ſuper ipſos induxerunt, & mediam pene hoſtium partem ſubmerſerunt; inter quos ſeptem Principes aquis præfocatos fama fuit; erat enim exercitus trium milium equeſtrium, inter quos quingenti milites numerabantur, reliqui autem, 1416. Irrita in Friſios expeditio. C

 qui

A qui aquarum occurrentium impetum evadere potuerunt, relictis ſociis, velocitate non viribus ſalvati ſunt.

Eodem anno ipſo die Nativitatis Dominicæ Colonienſes cives, expulſis Judæis, ipſorum Synagogam in eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ ad Jheruſalem appellatam conſecraverunt.

1427. Brabantiæ Dux hoc anno diem clauſit extremum. Is jam paucos ante annos, anno ſcilicet Domini 1424 ob pacem terris reddendam Jacobæ tum Duciſſæ Brabantiæ nupſit; verùm dum cum viro diſcordaret, marito repudiato, novum matrimonium inire præſumpſit; ingreſſa enim Angliam, Hunifrido Anglorum Regis germano, primo aduc vivente B viro legitimo, nupſit, ſicque multitudine Anglorum ſtipata, Brabantiam, Selandiam, Hollandiam cæteráſque provincias quondam ſuas cum viro nuper accepto poſſeſſura intrare diſpoſuit. Verùm ſpe ſua fruſtrata, unde venerat, reverſa eſt: Philippus enim Burgundiæ Dux ſe ipſi oppoſuit, & quia Brabantiæ Dux ymmò & Jacoba præfata Philippo genere & ſanguine juncti erant, ipſe quaſi hæreditario jure præfatas provincias vi, multo effuſo ſanguine, in ſuî ditionem accepit, ſicque primùm Brabantia, Hollandia, Selandia, Flandria Burgundis ceſſit.

C

Hyems calida & inde ſecuta peſtis.

Hoc item anno hyemps calidiſſima fuit, ita ut in Domini Adventu arbores gemmas floréſque emitterent, in arvis ſementa quaſi in æſtate in altum ſeſe erigerent, prata inſuper graminibus læta etiam floribus riderent. Unde ſequenti anno inaudita peſtis ſequuta eſt, incepítque in Quadrageſimæ diebus, perſeveravit autem usque ad Chriſti nativitatem.

Bohemi hæretici (exuſto jam in Conſtantienſi Synodo 1428. Johanne Hus) qui inter cæteros errores dicebant & affirmabant, eccleſiaſticos omnes, ſi ſalutem conſequi volebant, ad imitationem Chriſti omnino pauperes eſſe debere atque oportere; cùm ex tanta rerum copia & luxu populi omnes ſcandaliſarentur. His temporibus ſuâ Uſitanâ hæreſi Germanos Catho-

Catholicos crudelem in modum armis vexare ceperunt; ad quos dum Martinus Pontifex & Sigiſmundus Imperator legatos miſiſſent, qui eos commonefacerent, ut rationi & eccleſiæ obtemperare dignarentur; ſed cùm bene monentibus obtemperare recusâſſent, Martinus alios legatos in Germaniam transmiſit, qui unà cum Sigismundo Catholicos contra eos concitarent; ſed cum nichil ob hoc proficerent, Julianum Cæſarium Cardinalem ſancti Angeli poſtremò miſit. Unde mandato Domini Apoſtolici ac Sigismundi Imperatoris edicto, conſenſu quoque Principum & Procerum generalis exactio facta eſt contra præfatos hæreticos, ita ut ducentorum vir aureorum dives medium florenorum exponeret, vulgus promiſcuum famulorum ſervorúmque, quintum decimum annum excedentium, Bohemicum album pro capite daret. Congregata autem hujusmodi pecunia ac Norembergæ transmiſſa eſt, in expeditionem præfatam dirigenda. Verùm nichil profecerunt, ymmò ſuorum militum ignavia & inobedientiâ maximum ab eisdem accepêre incommodum, pro quo, re infectâ, domum cum dedecore redire neceſſe fuit.

A Expeditio in Huſſitas Bohemos ſed irrita.

B

Eodem anno Marcellus quidam vir literatiſſimus ejus Cardinalis, qui hac tempeſtate ex Anglia in Germaniam venerat Cancellarius, ſuſpectus habitus eſt à Domino ſuo, quaſi ſpe lucri Bohemis & Huſſitis ſecreta Chriſtianorum conſilia, ſua per ſcripta clam ſignificaret. Unde imprimis acceptis hys, quæ poſſederat, Cardinalis, congregato conſilio Coloniæ, præſentibus ibi Juliacenſi & Montenſi Ducibus ad ſcalas & ad mortem condempnatus eſt. Verùm Colonienſis Epiſcopus, ejus prudentiâ delectatus, multis ipſum precibus abſolvit, ac ſecum detinens ſatis copiosè ditavit. Qui aliquando ad Datiæ Regem veniens in Salitenſem Epiſcopum primùm, nec multò pòſt in Drontenſem Archiepiſcopum promotus eſt; injuriæ autem ſuæ haud immemor; quam Coloniæ ſuſtinuerat, multa in cives Colonienſes & ipſorùm bona, quæ in

Perfidia prætenſa Cardinalis Marcelli.

C

A Datia erant, mala exercuit. Potuit homo hic, quantum utriusque fortunæ caſus valeat, ſuis complicibus expertus enarrare.

Trajectenſis eccleſiæ ſtatus. Eâ tempeſtate in Trajectenſi eccleſia magna in Epiſcopi electione diſſenſio fuit. Eſt autem Trajectum nunc Germaniæ, aliquando verò Friſiæ opidum fuit, Principatus ejus eccleſiæ tamen Imperatori ſubjicitur, latámque poſſidet terram, diverſis Rheni meatibus interclusam, civitas autem ipſa populata eſt. Epiſcopus quadraginta milia pugnatorum, ſi quando neceſſitas ingerit, educit in prælium. Diſſenſiones in ea hac tempeſtate variæ, ſeditionésque multæ fuêre, cùm B Epiſcopum uni parti acceptum altera recuſaret. Deſiderius aliquando quietum Epiſcopatum tenuit, deinde â civibus ejectus Romani Pontificis & vicinorum Principum adversùs ſubditos auxilia imploravit. Illi Deifoldienſem quendam contra jus pháſque ſibi Præſulem aſſumpſere. Martinus Papa anathema in eos promulgavit. Contempsêre eccleſiaſticum gladium obſtinati homines, experiri arma oportuit: ingentes Burgundiorum Ducis, vicinorúmque Principum copiæ, adversùs Trajectum ductæ infeliciter pugnavêre. Victor contumax populus ſeptem annis eccleſiæ mandata contempſit. Deſiderius in exilio obîit. Canonici, qui propter eum patriâ C pulſi erant, Walramum Morſenſem, Archiepiſcopi Colonienſis germanum, ſucceſſorem elegerunt. Agitata eſt in Conſilio Baſilienſi cauſa & confirmata electio. Iterum dampnata in Synodo Trajectenſi rebellio: iterum fruſtra pugnatum. Poſtremò miſſus ab Eugenio legatus Johannes Coroſonenſis Epiſcopus (qui poſtea ad Cardinalatûs honorem vocatus, Morinenſis appellatus eſt) cum retuliſſet unicam pacandæ provinciæ viam eſſe, Deifoldio ignoſci, eíque gentis Præſulatum committi, excluſo Walramo, rebelli populo ſatisfactum eſt. Sanè nullæ victoribus leges favent, ſacróſque Canones potentia vincit. Voluerunt Calixti quoque imperium illudere Trajectenſes, qui, mortuo Deifoldio, Epiſcopum ab eo da-

Trajectenſium rebellio.

tum

tum recipere recuſârunt, ſed apparatibus Philippi Burgundiæ Ducis ac potentiâ territi, & primis conatibus infeliciter uſi, furore depoſito, paruerunt. A

Auſtriæ Dux, Ungarorum auxilio ſtipatus, apud Viennam urbem cum Bohemis hæreticis pugnam iniit, cæsíſque plus quàm XIV milibus, triumphavit. Unde Bohemi irritati in Brandenburgenſem Marchionem aciem dirigentes, civitates & caſtra deſtruxerunt, & multis malis jam illatis, per eundem Marchionem vi expulſi & fugati ſunt. Unde eodem anno ingens in ipſos Bohemos & Huſſitas expeditio fidelium facta eſt, in quo exercitu Colonienſium Epiſcopus gravi manu ſeſe pro eccleſiæ tuitione obtulit. Verùm contentione inter Principes iterum ortâ, peſtilens traditio Epiſcopi Colonienſis, nonnullorúmque aliorum Principum ſubſequuta eſt, qui ſcilicet vix maximâ cum jactura bonorum ſuorum fugâ ſalvati ſunt: currus enim & clenodia, quotquot ſecum tulerunt, Principes ſinguli ſed & gaſas amiſerunt, Bohemiam auro & argento ac ſupellectili diverſâ ſupra modum ditantes. 1431. Huſſitæ cæduntur ſed mox iterum triumphant. B

Sigismundus Imperator hoc anno pro coronatione ex Ungaria Romam forti manu ſinè Principum auxilio viribus propriis ſtipatus ire perrexit. Habuit autem adverſarios Venetos Helvetióſque; Mediolanenſes verò Cæſaris partem tuebantur. Facto autem in Venetos impetu, octo milibus occiſis, usque ad annale tributum præſtandum humiliavit. Inde Romam veniens coronatus eſt, ac demum cum multis triumphis in patriam ſuam glorioſè reverſus eſt. 1432. C Veneti ſiunt tributarii Cæſari

Horrendum hoc anno in cœlis ſpectaculum viſum eſt: irides ſeptem, ex transverſo ordine dorſum unius adversùs dorſum alterius ponentes, ſimul viſæ ſunt, & â multis miraculo habitæ. 1434.

Ventus item vehemens, domos evertens, arbores evellens, Coloniæ grandem lapidem de ſummo ſolvens, eò loci deorſum projecit, quo trium Magorum corpora unà requi-

A eſcunt; quæ quidem corpora, parumper à loco declinantia, lapidi cadenti locum dediſſe reperta ſunt.

Huſſitæ tandem Pragæ ſuccumbunt.

Eodem anno Pragæ in Regali Bohemorum civitate bellum inter fideles hæreticóſque exortum eſt: exeuntes igitur in bellum, multitudine hæretici prævaluerunt, ſed inter pugnandum fidelibus ſuis Deus auxilium præſtitit, occiſiſque plus quàm ſedecim milibus hæreticorum, octingentis quoque captis, Ducem ipſorum ſimul occiderunt; quotquot autem in civitate reperti ſunt, absque miſericordia ſinè ſexûs aut ætatis diſcretione gladio interemerunt.

B Ipſo item anno Portugalliæ Rex Granatorum Regem paganum bello ſuperavit, ac multitudine exercitûs occiſâ, ad fidem catholicam recipiendam vi & armis compulit: fuerat enim Chriſtianus, ſed à fide Chriſti apoſtataverat & paganiſmum aſſumpſerat.

Cæterùm ipſo anno Theodericus Colonienſium Archiepiſcopus auxilio civitatis Colonienſis ac totius dioceſis ſuæ Weſtphaliam ingreſſus eſt forti cum exercitu, ac Lippeſpring obſedit ac cepit, & expulſis hys, qui intus erant, ſuos ibi milites conſtituit.

C

1425. Initium belli Suſatenſis, de quo infrà ſpecialis Tractatus.

Theodericus Colonienſium Archiepiſcopus clam deſcriptionem totius dioceſis ſuæ per civitates, opida, caſtra, villas, domos ac per nomina ſingulorum utriusque ſexûs hominum ſinè diſcretione ſtatûs, qualitatis ac ætatis ſcribi ac numerari, quantúmque in equis, bobus, pecudibus, poſſeſſionibus & agris habent, diligenter per eccleſiæ Paſtores & Curatos notari fecit, clerúmque ymmò Judæos pari modo ſignari procuravit, poſtulavítque contributionem, ſecundùm quod deſcripſerat, per ſingula capita ſibi dari, exegitque vi à nolentibus, à volentibus & conſentientibus plus quàm dare poterant, extorſit; cujus exactionis indiſcretionem in hunc usque diem multi lugent. At hy, qui Weſtphaliam incolebant, indignati contributionem omnino negabant, aſſerentes publicè, ſe huic contributioni conſentire nolle, malle Principa-

cipatum mutare, quàm tantæ Principis indiſcretioni obtemperare. Unde Suſatienſes, quaſi Angariæ caput tenentes (eſt enim Soſatium prima Angariæ Ducatûs civitas) hos ſollicitabat, volens eò loci, deputato ad hoc loco, gazophilatium ponere, in quod cives contributionem ymmò exactionem mitterent, ut, capite preſſo, membra cætera faciliùs peſſundaret; & ut minus reſiſtentiæ haberet, tertiam exactæ pecuniæ partem in uſum præfatæ civitatis cedere debere affirmavit. Negabant poſtulatum cives, nec integrum ſibi videbatur, opes ſuas ſuorum civium inopiâ augere velle; adhæsêre vicinæ civitates capiti ſano, ùt par erat, ſed poſtea Theoderici aſtutiâ deceptæ, â capite ſe ſegregabant, ac â concivium contubernio ſeſe diſmembrabant, & futuri pondus belli in Suſatenſes reflectebant. Pugnæ multæ, congreſſus crebri habiti ſunt, provinciæ depopulationes, hominum cædes; ſed ùt Præſul voluit, in ſervitutem cives redigere non prævaluit; verùm inferior ſœpe factus, ſtragem ſuorum luxit, nec ceſſavit quaſſatio, donec demolita provincia, quod ferro diſcerpi, igne exterminari potuit, non ſuperfuit. Citati cives ad Imperatorem, Saxoniæ Ducem judicem acceperunt; a quo ad ſummum Pontificem quaſi ad Theoderici judicem ordinarium appellarunt, qui, miſſo legato, habitis tractatibus ac cauſis diſcuſſis, partes utrasque ſtudiose compoſuit.

A

B

C

Hoc anno Chriſtianiſſimus Imperator Sigismundus, Bohemorum Ungarorúmque Rex, ſpiritum Deo reddidit, ſepultus in Alba Ungariæ civitate, omni memoria dignus, fidei propugnator fidiſſimus, qui ſepties a paganis captus, prudentia ac ſollertia ſua totiens liberatus fuit. Obiit autem pauper quoad tantam dignitatem mundo, dives Deo, dignus ſanè, ne modo inter Chriſtianiſſimos Imperatores poni, verùm cum ſanctiſſimis cœli civibus ſolempnis laudibus honorari. In hujus Sigismudi locum gener ejus Albertus electus eſt Princeps magnificus. Statura ejus procera fuit, nervoſum

1437. Moritur Sigismundus Imper.

&

A & validum corpus, facies terrifica more gentis, craſſa barba, ſuperius labium intenſum, veſtem haud ſplendidam balteus auro gravis cinxit, nec unquam lateri ejus defuit enſis.

1438. Albertus ne duorum quidem annorum Imperator.

Albertus Auſtriæ Dux & Sigismundi Cæſaris gener hoc anno, ſocero in Snoynia Moraviæ opido vita functo, cum in regna Bohemiæ, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sareviæ, Moriaviæque Principatum ſucceſſiſſet, & apud Albam Regalem urbem primùm cum dilectiſſima conjuge Eliſabeth eorum regnorum diadema maximo cum triumpho etiam ſuſcepit. Cujus felicitatem admirati Germaniæ Principes & ipſi ſuum ſanguinem extollere decreverunt, Romanum ei com- B mittentes Imperium; quod tamen Alberto ſuſcipere non licebat, niſi Primores Ungariæ indulgerent; quibus haud ex uſu videbatur, ſuum Regem Theutonibus imperare, atque ob eam cauſam jure jurando Albertum obligaverunt, ne ſuo injuſſu Imperium acceptaret. Vocati tamen ad Regem, qui tunc Viennæ fuit, victi precibus præbuêre conſenſum; & ſic etiam in Franckfordia tempore quadrageſimali Romanorum Imperium ſuſcepit; nec tamen duobus annis regnavit: dum enim in Turcas acies dirigeret, copiáſque majores exſpectaret, mox diſſenteria laborare cepit; unde & Viennam C repetere ſtatuit, ſive moriturus inter ſuos, ſive quod aërem, in quo fuerat enutritus, conſervare aliquid ad ſanitatem ſperabat; ſed in itinere magis ac magis morbo affectus, relicta uxore prægnante, obſignatóque teſtamento, in villa, quæ Longa dicitur, 6 kal. Novembris è vita diſceſſit. Maximus potentatus, vita brevis! Religioſus ſanè Princeps, in quo liberalitas ſimul & juſtitia plurimùm reſplenduerunt, in bello audax & manu promptus: unde & Moravos primùm, poſtea Bohemos armis ſubegit, Polonos quoque latè vagantes intra regnum ſuum cohercuit. Quas ob res magna de ſe Chriſtianæ religionis opera promittere videbatur; nec minora populi de ſua virtute conceperant; magna forſan paraſſet, ſi diuturnior vita fuiſſet; verùm pulcherrimæ ſpei

ſatis-

Digitized by Google

ſatisfieri brevitas vitæ non ſinit: repente occidit, qui brevì ad ſummum potentia creverat; neque enim biennio toto imperavit. A

Eodem anno in vigilia Conceptionis Mariæ Virginis manè hora nona factus eſt circulus permaximus, quaſi ex lana confectus, in aëre, ad cujus orientis partem dum Sol oriebatur & creſcens in perfectam lucem, præfatum circulum tangeret, mox ab occidentali circuli parte aurora, quaſi orientis novi Solis ſplendor, enituit. Creditum eſt, maximam Romani Cæſaris in electione concordiam Principum cœleſti ſigno Deum oſtendere voluiſſe. Genuit autem ex uxore ſua Eliſabeth, Sigismundi Imperatoris filia, filias duas: Annam, quæ poſtea nupſit Saxoniæ Duci Wilhelmo, & Eliſabeth, quæ Caſſimirum Poloniæ Regem maritum duxit; poſt Imperatoris autem mortem genuit poſthumum Ladislaum Ungariæ & Bohemiæ Regem, qui decimo octavo ætatis ſuæ anno Pragæ veneno interiit. B

Conſilium Baſilienſe hoc anno Martini Papæ decreto congregatur, lenta tamen & perparva admodum mortalium frequentia, auctoritatéque priùs ipſius Martini nutritum, in quo Hiſpaniæ, Galliæ, Germaniæque ac Panoniæ Principes convenêre, qui & Philippi Mediolanenſis Ducis ſuggeſtionibus communem reipublicæ cauſam in arbitrio ipſius Concilii, ut Eugenium deponeret, reponebant. Pulcherrimum certè principium habuit ſed turpiſſimum exitum propter ſciſma excitatum & ſubſequutum, in quo Eugenius privatus & Amadæus heremita, dudum Subaudiæ Dux ad Pontificatum invitus eſt electus ac Felix quartus nominatus. Fuit hic Amadæus, ùt dictum eſt, in Subaudia Dux, qui cùm annis XL poſt patris obitum provinciæ gubernacula tenuiſſet, demum relictis Principum & gloriæ faſtibus in heremum ſe recepiſſet, & ſumpta pennula & retorto baculo, cum ſex viris equeſtris Ordinis ætate provectis, mundo & pompis ejus renunciaſſet, ad extremum ſummi Pontificis honorem ex Baſi- 1438. Concilium Baſileenſe incipit. C

 lienſi

lienſi congregatione ſibi delatum in eccleſiæ diviſione accepit,
A barbam totondit, quam promiſſam nutrîerat, Ducatum primogenito ſuo tradidit, eccleſiaſticas cerimonias & orandi morem repente didicit, ſtipatúsque magna nobilium caterva & illuſtri comitatu circumdatus Baſileam perrexit, ubi ab hys, qui generale Conſilium facere arbitrabantur, in maxima populi multitudine, quæ undique ad ſpectaculum tantæ rei confluxerat, inter duos filios, egregia facie adoleſcentes, alterum Subaudiæ Ducem, alterum Gebennarum Comitem, ſolempnibus pro more ſervatis, Pontifex Romanæ eccleſiæ coronatus eſt. Celebravit ſœpe Divina, benedixit plebibus, officia curiæ ordinavit, Cardinales auctoritate doctrina præſtantes aſ-
B ſumpſit; fuerunt ei cum Rege Franciæ Carolo, cum Adolpho Rege Arrogonum, qui tunc hoſtis Papæ Eugenii fuit, cum Philippo Duce Mediolani, cum multis aliis de recipienda ejus auctoritate tractatus, qui omnes incassùm abiêre. Fuit & Fredericus Imperator apud eum in Baſilea, ſed clam nocte intempeſta, ne adoraſſe ydolum videretur, abîit. Reverentiam ei tanquam Vicario Jheſu Chriſti ſubditi ejus tantùm & Suicenſes populi, & Baſileenſes & Argentinenſes & qui Alberto parebant Bavariæ Duci, præbuerunt: fuit enim magna ſpes obtinendi Germaniæ (*conſenſum*) cùm ſex Principes Electores in eam ſententiam fœdus iniiſſent, ut niſi Eu-
C genius poſtulatis eorum annueret (poſtulabant autem res prorſus negandas) in Amadæi, quem Felicem quintum appellârunt, obedientiam tranſirent; ſed cùm illorum conſilia Fredericus pervertiſſet, & qui ſub nomine Synodi degebant, abire juſſiſſet, deſperato meliori ſucceſſu, interveniente per legatos ſuos Carolo Franciæ Rege, eccleſiæ pacem dedit.

Verùm Eugenius, cognita Conſilii injuſtitia, indignatione permotus, bis térque citatus ire recuſavit; & cùm inter Carolum Francorum Regem & Philippum Burgundiæ Ducem pacem compoſuiſſet, Delphinum Caroli Regis filium cum magno comitatu in Baſilienſes concitavit, cujus impetu con-

Digitized by Google

conventus ille ſtatim diſſipatus eſt. Inter cætera autem facinora Ludwicus Delphinus Viennenſis ea in obſidione patrata unum præcipuum fuit: dum enim in Baſilienſem agrum, omnem fermè miliciam Gallicam eduxiſſet, ingentémque metum Baſilienſibus induxiſſet, Svicenſes ex fœdere ſociæ civitati quatuor milia militum lectiſſimæ juventutis auxilio miſêre, quos cùm Delphinus appropinquare animadverteret, medium inter Baſileam & Suicenſes cum toto exercitu ſe oppoſuit; nec detrectavére illi certamen, quamvis pedibus pugnaturi, triginta milia equitum ſtare contra ſe in aciem, cernerent. Pugnatum eſt ſummis utrimque viribus, ad extremum non tam victi quàm vincendo feſſi Suicenſes nimis audaces præſumpti facinoris pœnas dedêre: nam paucis fuga dilapſis, obtruncati omnes in campo jacuêre; rarus tamen ex Suicenſibus inultus perîit: ex quibus plures experti ſunt, qui lanceis perforati ad obtruncandum hoſtem per medias haſtas dilapſi, vindictam accepti vulneris expetiere.

A

B

Sciſma ergo in eccleſia factum eſt, & Chriſtiana reſpublica triphariè diviſa: nam alii Felicem, alii Eugenium ſequentes, alii quoque neutrales erant. Verùm mortuo Eugenio, Felix nullius pulſatus precibus Nicolao Pontifici ejus ſucceſſori humiliter ceſſit & ad locum priſtinæ humilitatis redîit. Quo cognito, Nicolaus cæteríque Patres omnia per eum geſta confirmârunt & in patria ſua eum Legatum ex latere creaverunt, in quo Cardinalatûs & legationis titulo & honore paulo poſtea non ſinè boni viri opinione diſceſſit, felix Princeps & nimiùm, ſi ſenium ſuum eccleſiaſticis titulis non fœdâſſet.

C

Hoc anno Florentiæ Concilium contra Baſilienſe ab Eugenio Pontifice celebratur, in quo Orientalem eccleſiam cum Occidentali maximo cum impendio & labore univit, ubi & Patriarcha & Imperator Conſtantinopolitanus cum Archiepiſcopis, Epiſcopis & ingenti doctiſſimorum virorum atque nobilium totius Græciæ (*concurſu*) interfuerunt; qui omnes ſump- 1439. Concilium Florentinum.

Digitized by Google

A ribus Romani Pontificis ac Romanæ eccleſiæ enutriti & in Græciam reportati ſunt. Eóque in conſilio affuerunt Armeni, Æthiopes, Georgiani, Jacobitæ Libiam Aſiámque incolentes, atque alii ex Aſia minori, Ponto, videlicet Cicilia, Syria & Affrica, qui omnes fidei Catholicæ, eccleſiæ Romanæ ſe tandem ſubmisêre, confitentes Spiritum ſanctum â Patre Filióque procedere, homuſiónque eſſe, non â Patre tantùm, ùt ipſi credebant, provenire, esséque purgatorium, Romanum Pontificem verùm Chriſti Vicarium, Petri ſucceſſorem, primum in orbe Chriſtiano tenere locum.

B Ipſo anno peſtis graviſſima totam per provinciam, regionésque circumjacentes inhumaniſſimè ſævit. Peſte infecti poſt continuum triduanum ſompnum, dum evigilarent, mox mori incipiebant.

Obitus Alberti Imp.

Eodem anno in vigilia Symonis & Judæ Apoſtolorum obiit Illuſtriſſimus Princeps Albertus Auſtriæ Dux, Romanorum Rex electus, in futuro Imperator fiendus, ſinè filiis hæredibus, opulentiſſimis Reginis dimiſſis: cùm enim intellexiſſet, Turcos Smederonam Raxiæ urbem obſidere, ad eam liberandam multo cum exercitu eò proceſſit. Verùm morbo diſſenteriæ in via contracto, aut forſan veriùs, ùt alii volunt, veneno ſumpto, â quodam Epiſcopo ſibi miniſtrato, C infecto negotio, Viennam repetere ſtatuit, ſed in itinere fatiſcens artubus, relictâ uxore prægnante, confecto teſtamento, in villa, quæ Longa dicitur, 6 kalend. Novembris vitam cum regnis amiſit. Epiſcopus autem ſceleſtus hujusmodi patrator, tantæ (quod mirabere) opulentiæ ac reddituum fuiſſe perhibetur, ut poſſeſſio ejus major Treverenſi ac Colonienſi ſimul unitis provinciis credita ſit; nichilominus mulierculæ inſtigatione emollitus, ad tantum ſcelus perpetrandum inductus eſt. Regis autem corpus, in Albam delatum, Regiis exequiis, ùt dignum erat, conditum eſt; at Eliſabeth ejus uxor cùm poſthumum edidiſſet Ladislaum, mox ut in lucem venit, in Alba ipſa Regali urbe & Chriſtianæ fidei ſignacu-

gnaculum & ſacram Ungariæ coronam uno eodémque die accepit & ablactatus ſub Cæſaris Frederici tertii tutela duodennio manſit. A

Fredericus Auſtriæ Dux, ex fratre præfati Alberti genitus, jam mortuo ipſo Alberto, Franckfordiæ omnium unanimi Principum conſenſu Rex Romanorum declaratur; imperavit autem annis quinquaginta quinque. Hic tametſi hoc anno Cæſar electus ſit, tamen, ſciſmate perhibente, usque ad Nicolaum quintum ſummum Pontificem deſtitit coronari. Quo pontificante, Eleonora Regis Portugalliæ filiâ uxore acceptâ, unà cum eadem anno ſalutis 1451 ſeptímo Idus Martii Romam veniens, maximo cum apparatu gaudióque a Nicolao Pontifice, benedictis primùm novis nuptiis, Imperatoria corona donatus eſt; quo coronato, dum ad ſanctum Johannem in Laterano ex more proficiſceretur, nonnullos in Adriani ponte aureatos milites creavit. Accepit autem hic Imperator ab Eleonora uxore ſua Maximilianum filium Auſtriæ Ducem, aliquando Cæſarem futurum, ſed & Kunegundam filiam, quæ Alberto Bavariæ Duci nupſit. Hic itaque Princeps a principio ſuæ juventutis Chriſtianæ religionis zelotes eſſe cepit, & ideo necdum viginti ætatis annos habuit, dum Chriſti amore incenſus ſancta loca Jeroſolimitana inviſere voluit; factus autem Rex primùm omnibus formidabilis eſſe cepit, magníque pretii Princeps; ſed paulo pòſt ejus cupiditas & ignavia a Principibus Chriſtianis cognita, contemptui habitus eſt. Habuit hic Cæſar Albertum fratrem, qui ipſo in regno ſuſcepto ducavit, longè utique Cæſari fratri diſſimilis: quia ſicuti in agendis rebus Cæſar tardus & remiſſus habebatur, ita econtrario celer iſte fuit: Cæſar erat pacis & otii cupidus, at hic belli & gloriæ appetens periculorúmque contemptor, audax & laboris patiens, manu & ingenio promptus: Fredericum tenacem omnes accuſabant & ad promiſſa minùs attentum, hunc autem Albertum ajunt pecuniarum omnino fuiſſe effuſorem, adeò ut inter opes pau-

1440. Fredericus Imper.

B

C

A per & dives in paupertate diceretur, nullius rei quàm famæ avarus.

1441. Suſatum repudiato Archiepiſcopo Colonienſi, tranſit ad Ducem Clivenſem, uti & media ex parte Lipſtadium

Theodericus Colonienſium Archiepiſcopus, undecunque exercitu congregato, Soſatium dioceſis ſuæ ac Weſtphaliæ civitatem eximiam obſedit, ipſam capere ac ſuæ poteſtati ſubdere cupiens. Verùm cives pro patriis legibus, privilegiis ac plebiſitis ſuis morti ſe tradere, quàm, his conculcatis, Principis ſui faſtui ſatisfacere maluerunt. Ordinatis igitur militum Ducibus primiſceriis ac cæteris ad bellandum, ſe contra obſidentes diſpoſuerunt. Interim Principes ſe quidam medium poſuêre; unde Epiſcopus videns, quia pro vita res agi-

B tur, infecto negotio, ſolutâ obſidione, in ſua reverſus eſt; ſícque vellet nollet, privilegia antiqua â prædeceſſoribus ſuis communitati conceſſa, quæ infringere ac tollere diſponebat, relinquere coactus eſt. Ab illo ergo die alteri ſe Principi ſubdere cogitârunt: eligentes igitur Johannem Clivenſem Ducem, Adolphi filium, repudiato Theoderico, perpetuum pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus Principem delegerunt. Duxit autem idem Johannes ex materna linea proſapiæ ex Francorum & Burgundiorum ſanguine originem: nam mater ejus fuit ſoror Philippi Ducis Burgundiæ. Hac conventione civium cum Johanne initâ, mox feriâ quintâ proximâ poſt Corporis Chriſti feſtum quendam Johannem Steken armige-

C rum cum LXXX armatis Dux in civitatem præfatam miſit, qui in proximo futurum Principis electi adventum nunciaret, quem illico decem milium martyrum die cum duorum milium quadringentorum equorum phaleratorum exercitu inſequutus eſt, ac in vigilia beati Johannis Babtiſtæ, tractatibus habitis, juramentis præſtitis, lætum novo cum Principe diem celebrârunt; & item mox ipſo die ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum cum exercitu Lippiam civitatem ingreſſus eſt, ubi in præſentia Domini Bernardi, ejus opidi Comitis, cives in forma, qua Duci patri aliquando præſtiterant, hominium præſtiterunt: civitas enim Lippenſis pignoris loco Duci aſſignata erat.

Digitized by Google

erat, multo redimenda auro, ſiquando Comes prævaleret; verùm eâdem tempeſtate fœdus initum eſt inter Clivenſem Johannem Lippenſémque Bernardum unà in Præſulem bella movere, civitatémque aliquot annis Duci impignoratam ſtipendii loco media ex parte ſuî in dominium recipere, altérque alterum ne tunc modò ſed & impoſterum pro poſſe & viribus tueri. Fuit idem Comes Bernardus aduc adoleſcentulus, fratrem ſe minorem Symonem habens, quorum avia ex Mörſenſi proſapia, mater verò amborum ex Ducibus de Brunſwick originem traxit. A

Quia civitas Suſatienſis, repudiato Epiſcopo Colonienſi, Clivenſem Ducem ſuî defenſorem & Principem delegerat, grave bellum inter partes utraſque ortum eſt: imprimis enim Theodericus in caſtro Arnsburg cum exercitu contra Suſatenſes ſe recepit, unde & ſe civium animoſitatem compeſcere poſſe credidit; at cives, qui jam hominium Johanni præſtiterant, pro libertate vel vivere vel mori indifferens penè duxerunt: præſentiâ enim Principis jam ſui animoſiores redditi, nichil timoris ex inimicorum comminationibus ſumebant, quinymmo ob violentiam ſibi â Theoderico illatam bellum etiam indixerunt, ferro & flammâ cuncta per circuitum devaſtârunt. Theodericus autem ſuorum auxilio eodem anno, dampnis multis Cliyenſi hinc inde illatis, Bilſtein, Fredeburg caſtra expugnavit, ac eccleſiæ ſuæ in perpetuum poſſidenda dedit, civitatem ipſam Suſatenſem omnibus, quibus potuit, modis profligavit, villas circumjacentes depopulavit ac rogo ſolo æquavit.

1444. Continuatio belli Suſatenſis. B C

Eodem anno pax & tranquillitas inter Franciæ Angliæque Reges compoſita eſt: bellum enim inter ipſos XXX circiter annos duraverat, ab eo ſcilicet tempore, quo Burgundiæ Dux Philippus, adjuvante ſe Anglorum Rege, Frantiam in ultionem paterni ſanguinis depopulaverat.

Eodem ipſo anno Fredericus Imperator, auditâ præfatâ compoſitione Regum, miſſis legatis, centum milia peditum

viro-

A virorum peſtiferi generis, quos linguâ noſtrâ arme Gecken dicimus, â Francorum Rege ſibi mitti, ſalvo ſolario, rogavit contra Helvetios ſive Suicenſes bella acturus; qui venientes Baſileam civitatem imprimis obſidêre. In auxilium igitur obſeſſorum Swicenſes octingentos fortes viros, ex ſuis delectos, miſerunt; qui dum directè ſinè metu animoſiùs civitatem ingredi volebant, contradicente, qui ipſos duxit, Baſilienſi, omnes unà occiſi ſunt. Alſatiam igitur intrantes, locuſtarum inſtar decem milia in longum totidémque in latum terram occupârunt, XXVI civitates & caſtra expugnârunt, vineta ſatáque ubique demoliti ſunt, virgines, puellulas ac matronas ſecum rapientes immani libidine vexârunt, totámque provinciam, Maguntinenſem quoque diocefim devaſtârunt. Demum & ipſi occiſi & diſperſi perierunt.

Alſatia ac diœceſis Moguntina devaſtantur

B

1445.

Deſtruuntur varia caſtra.

Caſtrum dictum Brock, non longè â Lippia civitate ſitum, per Suſatenſes & Lippenſes hoc anno deſtructum eſt; ſed & Johannes Dux Clivenſis cum earundem civitatum incolis Uffen caſtrum expugnatum ſolo æquavit. Cæterùm ſabbato poſt Dominicam *Vocem jocunditatis*, qui fuit dies Johannis ante portam latinam, Heydemolle caſtrum præfatis civibus redditum eſt ac penitus deſtructum; ſed & circumquaque militarium habitationes alternis incurſibus demolitæ ſunt. Rarus erat, qui ſemel excitatum civium furorem evadere prævaluit.

C

Item Tuitium.

Inſuper hoc anno Clivenſis cum exercitu cis Renum prædam acturus, Tuitium igne appoſitò conſumpſit, ablatis primùm omnibus, quæ in prædæ diviſionem digna viſa ſunt; Judæos quoque, qui ſe ibi collocârant, ſuis cum divitiis, ſed & præcipuos opidi viros captos ac turribus impoſitos ſecum duxit: tot enim ibidem veſtimenta prædæ patuerunt, ut currus decem bigam unam replêſſe dicantur. Hys patratis, cum præda ad ſua reverſus eſt.

Ipſo anno tertiâ poſt *Lætare* Dominicam feria præſentata fuit abſolutio generalis a ſanctiſſimo in Chriſto patre & Do-

mino

mino Domino Eugenio Papa, Duci Clivenſi conceſſa in perpetuum ſuper Ducatûs ſui incolas duratura. Paulo pôſt ipſo Paraſceve die Ducis nomine a præfato ſummo Pontifice Eugenio privilegium per Ducem obtentum in Suſatenſem venit civitatem de interdicto per Clivenſem Ducatum non ſervando; cæterùm nec criſma a Colonienſi Epiſcopo ſed a Trajectenſi Præſule ejus Ducatûs incolæ petere haberent; qui quidem Trajectenſis Vicarium in Pontificalibus generalem ſuper præfato Ducatu in cleri regimine ac beneficiorum collatione ordinare poſſet. A Jurisdictio ſpiritualis ſuper Ducatu Clivenſi transfertur in Epiſcopum Trajectenſem.

Eodem anno proxima poſt Symonis & Judæ feſtum Theodericus Colonienſis Archiepiſcopus, miſſo in Suſatenſium agrum depopulandi ſegetes cauſa copioſo equitum exercitu, civibus prædæ patuit: exeuntes enim opidum cives, ducentos ex ipſis optimatibus captos intra civitatis mœnia clauſos nervis tenuerunt, inter quos Comes de Witkenſteyn, ſancti Georgii Præpoſitus, Philippus Comes de Naſſau; at Theodericus de Burſcheyt vexillifer cum aliis fuga elapſus eſt. Graviſſima hæc ſtrages dampnum & jacturam haud modicam Colonienſi eccleſiæ intulit, quam in brevi recompenſare non prævaluit: in armis quippe & equis novem milia & LX aureos amiſère; pro captviis redimendis triginta duo aureorum milia appendere compulſi ſunt. 1446. Continuatio belli Suſatenſis. B

Eodem anno Suſatenſes unà cum Lippenſibus Neme opidum igne ſolo æquârunt, octo ſolummodo domus incendii flammas evasère, ſed & Calenhart Theoderici item opidum captum ſpoliatúmque eſt ab eiſdem, vexillis, clavibus prætorii ac portarum multa cum præda ablatis, opido ipſo igne ſuccenſo ac in cinerem redacto, ad ſua reverſi ſunt. C

Theodericus præfatus Colonienſium Archiepiſcopus tantam pro tunc cum Romanorum Rege Frederico familiaritatem contraxerat, ut Imperialibus ſignis Epiſcopo, fratris validâ manu miſſis, licentiârit omnes & ſingulos, qui Epiſcopum, Regalia quoque ſigna ſequi vellent, Regiâ auctoritate fulti li- 1447. Continuatio belli Suſatenſis, vocatis in auxilium à Theoderico Bohemis

 citè

A citè poſſent. Amicitiam inſuper cum quibusdam Bohemorum nobilibus ac Huſſitarum proceribus contraxit: unde Comes de Sterreburg Bohemus eadem ex regione XXVI milium Bohemorum ac Huſſitarum exercitum contrahens in Weſtphaliam fudit, habens & Marchiones Brandenburgenſes & Miſenenſes, Ducéſque Saxoniæ, multos inſuper alios Principes & nobiles ſingulis cum exercitibus belli ſocios; nomen tamen Bohemicum â multitudine magis, aut â feritate totus ſibi uſurpavit exercitus. Tanto igitur agmine circumfuſus, magno belli apparatu exercitum in Weſtphaliam traductum Epiſcopus fudit, & penè ſinè Marte victor ad tempus evaſit,
B Lippenſem Comitatum diſcerpſit; nam ſolo aſpectu hoſtium incolæ attoniti torpeſcebant; quidam etiam ſolo barbarorum adventu audito, fugâ ſalutem quæſierunt: grandis enim cunctos Bohemici nominis timor invaſit. Verùm ubi ad probam ventum eſt, nichil famâ nugacius fuiſſe compertum: ex eo enim, quia armis diffuſi, palantes urbes & opida in itinere occurrentia tumultuoſo agmine devaſtârunt, eccleſias, oratoria, utriusque ſexûs oratoria & monaſteria rapinis inhoneſtârunt, non vis modò, verùm furor barbarus timorem incolis circumquaque incuſſit. Acceſſit, quod jam pridem Bo-
C hemos fidem orthodoxam deſeruiſſe ac fideles trucidâſſe auditum eſt.

Imprimis igitur Depmoldiam, Blombergum, Brakel, ablatis ſpoliis, ſolo æquavit: Lemgo, Horne opida durè exactionavit, & ad præſtandum hominium compulit: Valkenburgium vallavit, ſed animoſiùs exceptus, infecto negotio, maximâ jacturâ obſidionem ſolvit: Hervordia quoque Imperiale opidum maximo auri pondo Præſulis impetum redemit: Padeburnenſem civitatem demoliri, ni a Suſatenſibus Lippenſibúsque, fœdere ſoluto, deficerent, ipsóſque confœderatos inſidarent, comminatus eſt. Hæc inter Bernardus Comes ſuis cum primoribus hoſtium furorem declinans, Hamelen navigio per Wiſeræ fluenta pervenit, Schowenburgenſem

genſem Comitem aditurus (ejus enim gener erat) quid animi Præſul haberet, ſuſtinere. Oſnaburga civitas timore percuſſa ad unam ſolam requiſitionem, Hoggenſem Comitem Johannem, jam eò loci ſeptennio mancipatum, nigris veſtitum, liberum Wilhelmo Duci remiſit, qui dimiſſus ſatum terræ ſemen commendavit, quod poſtea cruentam in meſſem maturavit. Demum aliquando multa poſt facinora Lippenſem civitatem agmine denſo aggreſſus, diverſo machinarum genere expugnare tenptavit. Cives autem, primo ejus adventu pavidi, hoſtium præſtolabantur adventum: creditum eſt enim a ſimplicioribus, fama mendace præcone, caudatos eſſe homines, murilegorum inſtar urbium muros machináſque ſcandere, omnia inſuper loca non teſtudinata facilè capere poſſe. At cives peritiores animare puſillanimes, homines eſſe ſuî ſimiles, morti obnoxios, qui cædi, ſauciari ac occidi poſſent, aſtruebant; quod experimento verum probantes, erubuêre primam puſillanimitatem, animoſioréſque facti, cum hoſtibus pugnare, ludum æſtimabant. Itaque diverſo ſœpe Marte pugnatum eſt, variúmque machinarum genus tenptatum, maximo tamen ſemper Præſulis dampno. Duæ tantùm domus Vulcani jaculis ſuccenſæ ſunt, ne conſumptæ dicam: diligentia enim civium ignis continuò ſopitus eſt. Una igitur dierum civitatem aggreſſi expugnare, magnam exercitûs partem vulneribus ſauciatam reliquêre; præter eos autem, qui in diuttina obſidione diverſo Marte interempti ſunt, hoc uno aggreſſu ſupra quadringentos armatos Præſul morti libavit; ſed & in ipſa obſidione, dum in unum quinque ſedentes, ſortem ſuper calice rapto, cui contingeret, mitterent; accidit quendam è civibus ſaxum grande, è tormento vi pulveris emiſſum, in incertum jacere, quinque viris præfatis ſcilicet uno ſaxo manus auſferri, Deo utique ſacrilegium ulciſcente, Demum poſt duarum fermè ebdomarum tempus, cognita civium animoſitate ac loci munitione, cùm ſe nichil proficere, ſuóſque quottidie occidi ac

A

B

C

A minui cernerent, duobus ſolùm ex civibus occiſis, ſoluta obſidione, ſexta poſt Petri & Pauli Apoſtolorum feria receſſuri, aſſumptis armis, pedibus calcaria nectunt.

Hinc Præſul tanto agmine ſtipatus ad oppugnandum Suſatium, obſtrepentibus machinis, acceſſit; quem & cives, Principis ſui præſentia animati, imperterriti ſuſceperunt. Erat autem juxta civitatis mœnia ſanctimonialium fœminarum monaſterium, in quo Johannes Clivenſium Dux ſe collocarat, quod primo aggreſſu, expulſo Duce, Præſul expugnavit, ac eò ſe loci recipientes, uti triumphatores tripudiarunt. Poſt menſem itaque cum ſcalis muros aggredi tentant B noctu, tribus in locis ſcalas cum exercitibus applicantes tanto ullulatu, ùt Jericho, muros accedentium vocibus obruere ſe poſſe crederent, at cives non viribus ſuis confiſi, nec humano ſe ſubſidio tueri poſſe ſcientes, frequentes ad Deum fundere preces clerum ac religioſos quosque urbis ſuæ poſcebant. Unde inter pugnandum noctu clerus a ſecunda noctis hora usque ad quintam ſequentis diei ante ſancti Patrocli reliquias proſtrati, tanto ſui patroni auxilio liberari optabant. Et, dictu mirum, inter orandum & pugnandum ſtrepitus ingens bis circa ſancti Viri tumbam ab omnibus auditus eſt, quo ſe præſentem auxiliatorem ſignificaret. Animati ob hoc C cives, tantique auxilio Viri roborati, ſpe præſumpta, animoſiùs hoſti reſiſtebant: aſcendebant hy ſcalas, aſcenſum iſti prohibebant. Verùm incaſſum laboratum eſt; fecit hoc tum ſcalarum brevitas, tum illorum, qui intus erant, animoſitas, qui non clamore, ſed armis viribúsque ingreſſum prohibere noverant. Abire igitur coacti, cederéque compulſi, magnam ſuorum ſtragem perpeſſi ſunt: mille enim quingenti & octo viri ante urbis mœnia de Bohemorum & Huſſitarum, cæterorúmque, qui Præſulem ſequebantur, occiſi ſunt, octo tantummodo de civibus interemptis. Inter illos autem, qui intra civitatis mœnia ſeſe cum Duce receperant, quidam Gerwinus de Swanenberg, Comes nobilis genere, natione &

ipſe

Digitized by Google

ipſe Bohemus, miles in armis ſtrenuus, aprime & Principi & civibus dilectus. Hic jam ante aliquot annos apud Montenſem Ducem militiam agens, aliquid ignominiæ â commilitonibus accepit: dum enim de ignobilitate generis crebriùs, falsò licet, calumpniaretur, ſutoris ſe filium, non Comitis audiret, plebejum non nobilem: factum eſt unâ dierum, ut arma ejus & galeam in Principum cis Renum conventu auſferrent, ac in ipſius contumeliam ſtercoribus fœdarent. Acceptâ itaque contumeliâ, declinans æmulos, apud Clivenſem Ducem magno in pretio habitus, ſcalares inter alas militavit. Is igitur obſeſſus cum Duce, ubi Comitem de Sterrenburg, Bohemorum Ducem & patria confinem & affinem ſanguine, adeſſe in exercitu novit, ejus ſibi colloquium exhiberi petiit. Quo conſecuto, multa ſuper Montenſem Ducem, multáque ſuper Theodericum Archiepiſcopum Colonienſem querulari cepit: quia ne modò ejus genus dehoneſtârant, verùm & quæ poſſederat accola, injuſtè flammis & rapinis vaſtârant, rogavítque obnixiùs, animadverſo & genere & patriâ, ſuper hys vindictam exerceret. Videntes igitur Bohemi ſuorum ſtragem, incaſſóque labore ſe conſumi, & quia de hoſtium præda ſtipendium, uti ſpoponderat, exercitui dare non potuit, exacerbati quoque Gerwini querimoniis, obſidionem ſolvunt; & ni Epiſcopus fugâ ſe ſalvâſſet (opidum enim Geſeke pro ſuî tuitione intravit) Bohemorum gladiis occubuiſſet. Sícque contumelia Gerwino illata, per Bohemos vindicata eſt, imprimis in Epiſcopum; cæterùm nec Montenſem Ducem immunem reliquerunt: inter eundum enim in patriam ſuam Ravesburgenſem ejusdem Ducis Comitatum totaliter deprædati ſunt, igne cuncta itinerantibus obviantia devaſtantes, nec ætati nec ſexui nec religioni parcentes, eccleſias & capellas, vaſis ſacris & ornamentis ablatis, ſpoliantes, & proh nephas! Dominico Sacramento excuſſo, aurea argenteáque vaſa aufferentes, monaſteria ſanctimonialium fœminarum, ablatis junioribus, cum remanentibus ſenioribus

igne conſumebant. Eadem ſcelera & in hoſtes & amicos A perpetrabant. Sic ſic demum ſolutâ obſidione, infecto opere, qui cum LXXX armatorum milibus ad urbem expugnandum venerat, cum maximo eccleſiæ ſuæ incommodo reverſus eſt. Hujus belli dampna Colonienſis eccleſia in præſentem usque diem plangit: nullum caſtrum, nullum officium præfata eccleſia habuit, quod non acceptâ pecuniâ aliis impignoraverit, ymmò omnes penè menſæ ſuæ redditus Epiſcopus vendidit, tantisque debitis ſe capitulúmque ſuum obligavit, ut in præſens usque tempus ad integrum reddere non prævaleat, velint nolint. Ecce quanta ex ſcintillula quantus B ignis crevit!

1448. Fit compoſitio inter Ducem Clivenſem & Epiſc. Colon., poſtquam hic ùt alter Samſon combuſſerat Suſatenſium ſegetes.

Hoc anno in ipſa Epiphaniarum Domini die Legatus Domini Apoſtolici ſedandæ diſcordiæ inter Colonienſem Epiſcopum ex una, Clivenſem Principem partibus ex altera causâ in provinciam venit, habitisque hinc inde multis tractatibus, demum condicto in loco convenientes compoſiti ſunt. Veruntamen ante compoſitionem hoc anno Colonienſis Epiſcopus, conjuncto ſibi Magno Hildenſemenſi, Alberto Myndenſi, Hinrico Monaſterienſi Epiſcopis, ſegetes in arvis conculcavit ante Suſatenſem urbem, & Sampſonis opus attenptans, congregatis murilegis ante urbis portas cum accenſis C faſciculis, caudis ipſorum alligatis, diſcurrere fecit, ut tali arte civitas incenderetur. Verùm hujus mali autores comprehenſi dignam pœnam operis receperunt. Compoſitio autem Principum talis fuit: ut civitas Suſatenſis Apoſtolicæ diffinitioni daretur, cui ex Principibus cederet, interim caſtra Duci ablata Epiſcopo manerent. Hæc in ſuperiori Trajecto conſilio Burgundiæ Ducis acta ſunt.

Eodem anno fames in provincia fuit, ſed placidiſſima æſtas ſequens malum ipſum citiùs abſtulit.

Ipſo anno Suſatenſes prope Tremoniam quadringentos & quinquaginta ejus opidi viros captos ſecum prælii jure duxêre.

Jubi-

Digitized by Google

Jubilæus magnus Romæ refertiſſimus fuit, maxima ſcilicet hominum frequentia, quo tanto multitudo hominum acceſſit, quanta nunquam antea acceſſerat. Unde cùm è Vaticano ſemel, ſummi Pontificis benedictione acceptâ, peregrini ad urbem redirent, factum eſt, cujusdam Cardinalis mulam obviam venire, ita ut neque venientes, neque redeuntes ob ſequentium multitudinem cedere poſſent, cadente uno ſuper alio ſuper mulam illam â multitudine jam oppreſſam, ubi ad ducenta hominum corpora & equi tres ſuffocati ſunt; multi etiam, â latere pontis in flumine cadentes, in undis periêre; multi eorum in ſancto Celſo haud longe â ponte, alii in Vaticano in campo ſepulti ſunt; eorum autem pecuniis, qui mortui fuerant, duæ capellæ aduc extantes ante pontem ædificatæ ſunt. Pontifex autem eorum vices non mediocriter dolens, totum ferè annum illum in celebrationibus & ſtationibus conſumpſit; eo enim in jubilæo Pontificis prudentia & indulgentia nulla ad victus neceſſaria tantæ multitudini unquam defuerunt.

A 1450. Confluxus maximus Romæ tempore Jubilæi.

B

Eodem anno Fredericus Marchio Miſenenſis, Dux Saxoniæ, exercitum in Bohemos duxit, habuítque ſecum inter cæteros nobilem quendam Geronem nomine. Hujus cùm abſentiam percepit Hinricus Comes Schwartzenburgenſis, terras ejus invaſit, ac ferro & igne demolitus eſt. Quam ob rem grave bellum ortum eſt: Fredericus enim Marchio cum Gerone Schwartzenburgenſem Comitatum vaſtavit; Schwartzenburgenſi autem Fredericus Brandeburgenſis Marchio, Haſſiæque Lantgravius Wilhelmus adhæſêre, qui & ipſi in Miſenenſem & Geronem bella movêre; Fredericus fratris ſui Wilhelmi provinciam vaſtavit, qui vim vi repellens talionem Frederico recompenſavit. Unâ autem dierum occurrentes ſibi Saxones Brandenburgensésque, inito certamine, Brandenburgenſis ducentos quinquaginta equos, centúmque captivos amiſit, inter quos Barones duo, militares XIV capti ſunt.

C

Poſt

A 1451. Indulgentiæ promulgatur à Cardinale de Cuſa.

Poſt Paſcæ feſtum Reverendus in Chriſto Pater & Dominus Nicolaus Cuſa Cardinalis, Treverenſis diœceſis ex plebejo patre natus, Apoſtolicus a latere legatus, Theologorum ſui temporis facilè princeps, maximas indulgentias & gratias in provincia publicavit, infinitúmque pene theſaurum (ùt talibus moris eſt) accepit, congregatóque Conſilio particulari apud Coloniam, præſentibus ibidem Prælatis & totius diœceſis clericis, multa ibidem pro confirmatione ipſius eccleſiæ propoſuit, ſed nichil profecit, ædificavítque ex bonis paternis hoſpitale pulcherrimum apud Cuſam, nativitatis ſuæ B villam, quod quidem & redditibus & prædiis plurimis ditavit, moriens quoque in anno ſalutis 1463 ætatis verò ſuæ 63 cor ſuum in patriam ſuam remiſit, ac in loco a ſe conſtructo ſepeliri juſſit.

Ipſo item anno Philippus Burgundiæ Dux, tributum inſolitum a Flandrenſibus poſtulans, bellum ſuſcitavit: nam ante urbis Gandavi mœnia, dum ſe Dux cum civibus miſcuit, multis hinc inde occiſis, magnam civium ſuorum ſtragem fecit, tributum tamen non accepit.

Eodem anno Hinricus de Mörſa Epiſcopus Monaſterienſis viceſimo ſexto Epiſcopatûs ſui anno III nonas Junii, hoc C eſt in profeſto Corporis Chriſti diem clauſit extremum in Ahus caſtro ſuo, ſepultúsque eſt in eccleſia ſanctæ Crucis in Stromberg.

Eodem anno Fredericus Romanorum Rex Romæ a Nicolao ſummo Pontifice coronatus eſt, & Portugalliæ Regis filiam Leonoram matrimonio ſibi copulavit, ùt jam dictum eſt.

Cauſa & origo belli inteſtini Monaſterienſis, de quo infrà integer Tractatus.

Mortuo, ùt dictum eſt, Hinrico Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopo & Oſnaburgenſis eccleſiæ conſervatore, multi nobiles pro ſuis ſupplicationes coram Dominis Decano & Capitulo fecerunt: imprimis Comes Johannes de Hoyghe pro fratre ſuo Erico Colonienſis eccleſiæ Præpoſito, quondam Oſnaburgenſis eccleſiæ Adminiſtratore, preces fudit, ſed & Rodolphus Epiſcopus Trajectenſis pro Conrado nepote ſuo,

tunc

tunc Oſnaburgenſis eccleſiæ Præpoſito, multa quidem eccleſiæ Monaſterienſi promittens contra c. *Illud* VIII q. II. & q. III. c. *alia*, ſupplicaturus advenit, & ut, multiplicatis interceſſoribus, propenſius exaudiretur, duxit ſecum nobiles quosdam Stenfordenſem, Benthemenſem, Rethburgenſem, Calenbergenſem ac Bremenſem Comites; quin ymmò Duciſſa Clivenſis pro filio ſuo juniore preces obtulit, Johanne ſeniore in peregrinatione terræ ſanctæ exiſtenti. A

Hys ſic in unum adunatis, exequiæ piæ memoriæ Hinrici Epiſcopi ſolempniter celebratæ ſunt, ùt talem decuit Principem; quibus celebratis, Rodolphus omnes natu majores lautè ſatis refecit, ſpe potiundi deſiderii. Verùm ſpe fruſtratus ad ſua, quò venerat, abîit; móxque cum vulgo capita populi pro Erico preces fudêre, admoventes piæ quondam memoriæ Ottonis bene merita, qui in multis provinciæ moram geſſit, Walramum Hinrici fratrem, quem ſuſpicabantur eligendum, ſe nolle Præſulem habere aſſeverantes; & ſi minùs Erico, utì optabant, electio accederet, Walramum ſaltim non poſtularent: miſerat enim Theodericus Colonienſium Archiepiſcopus epiſtolas Monaſterii, petens ſalvum conductum, ſéque ſuperventurum ac pro fratre ſuo Walramo preces fuſurum, promittens omnibus per eundem dampnificatis ſe ſatisfacturum. Quæ ſupplicatio denegata licèt fuerit, ſuſpicio tamen civium de ejus electione manſit. Compromiſſio igitur facta eſt, ac in Dulmen caſtro compromiſſoribus ſe præſentantibus, præſentibus ibidem Theoderico Colonienſi Archiepiſcopo ac Gerhardo Duce Montenſi, Walramus poſtulatus eſt. Quæ res, ubi Comiti ac civibus, qui jam conſpiraverant, innotuit, inito conſilio Comitem contra Walramum ſuî tutorem ordinaverunt, conglobatíque caſtra & fortalitia, quæ Capitulo erant, expugnârunt, dampnísque hinc inde illatis, non niſi bellum poſcebant, quod & acceperunt. Belli hujus inteſtini argumentum jam biennio & ſuprà animadverſum eſt: viſæ ſiquidem ſunt igneæ nubes ſu-

(margin: B; C; Walramus 43. Epiſc. Monaſt.)

A per civitates & villas dioceſis hujus ùt faculæ accenſæ flammantes, deſignantes utique ignem in proximo ſuper civitates & villas devaſtatorium caſurum, ſicut teſte Egeſippo ante Jeroſolomitanum excidium igneæ acies per biennium viſæ ſunt, antequam per Titum & Veſpaſianum tota ipſa Judæorum provincia deſtrueretur.

Sic ſic, ùt dictum eſt, Walramo per compromiſſi modum poſtulato, decretóque electionis Romam miſſo, â Nicolao quoque quinto conſecrationis munus accepit. Appellatum eſt â civibus usque ad Domini Papæ meliorem informationem; interim ſinè diſcretione ſtatûs aut ætatis diverſo Marte inter partes pugnatum eſt, ſed & Walramns cum ſuis in- B terdictum auctoritate Apoſtolicâ per dioceſim promulgavit. Itaque Steynfordiæ partibus dieta ſignata eſt, deductúmque negotium, ut poſtulatio Walrami caſſaretur, cùm, reclamantibus omnibus, invitis non eſt dandus Epiſcopus, ùt 67 diſ. c. *Nullus invitis*, & ſecundùm magiſtrum in hiſtoriis ſuper Levitico de electione & conſecratione ſummi Pontificis, in electione Pontificis electio plebis deſideratur, allegantes inſuper, ſe probaturos Walramum duplici notatum homicidio; unde indignum Pontificatu judicabant ſecundùm c. *bene novit* diſ. 62 & c. *Epiſcopum* diſ. 61, ſicque repudiato, Ca- C pitulum, nobiles, collegia & monaſteria literas ſupplicatorias Apoſtolico darent, ut pace patriæ inſpectâ, Erico de Monaſterienſi eccleſia provideretur. Signatæ ſunt literæ, ſed ad Apoſtolicam præſentiam non venêre. Unde cives in ſua appellatione perdurantes craſtinâ *Lætare*, ſynodo more ſolito congregatâ, appellationis copias ante majoris eccleſiæ valvas affixerunt. Verùm, neſcio quis, nocte per paradiſum ſcalis ſublevatus clam valvis proximans, propriis ſuis fœcibus affixas pridie literas defœdavit, ſcandalúmque non parvum, orto Sole, intrantibus præbuit. Continuóque officiales amoti, horum eccleſiaſticus abrogatus, clerici & monachi captivi ducti,

Digitized by Google

duᴄti, Canonici quidam nervis clauſi, in vinculis & compedibus conra eccleſiaſticam libertatem ſervabantur. A

Eodem anno Johannes Clivenſis Dux certis cum militaribus rediens à peregrinatione Jeroſolomitana, jam ad ilicem Mambre militari cingulo redimitus, confœderationem cum Monaſterienſibus in die beati Urbani martyris inîit. Quam ob rem duo caſtra: Stromburg & Dulmen ſuis cum attinentiis impignorabant pro viginti florenorum milibus aliquando redimendis. Cujus rei gratiâ, quia Apoſtolica mandata flocci pendit, ipſe quoque Clivenſis Ducatus eccleſiaſtico etiam Interdiᴄto ſubjacuit. Confœderati itaque, ùt diᴄtum eſt, cum Duce Monaſterienſes, Rameſtorp & Vreden expugnatis, ſuis adverſariis terrorem auxêre, omnibúsque formidini eſſe ſtudebant. B Ceterùm menſe Oᴄtobris Ahus caſtrum Comes vallavit, Ottenſteyn inſuper cum Monaſterienſibus obſedit; verùm per Rodolphum Trajeᴄtenſem Epiſcopum, ſtipendiarióſque ſuos defenſatur. In profeſto igitur ſanᴄti Martini, dum exercitûs pars major, ſolutis caſtris, ad ſua anhelaret, inter cætera dampna ibidem accepta, bombardam maximam, quam vulgari ſuo Stúrwalt nominabant, Monaſterienſes amisêre, quam Steynfordenſis Comes quadringentis florenis appenſis pro ſe ſuíſque à viᴄtoribus comparavit. Ex tunc Comes monaſterium Varler incaſtellavit contra præfatum Comitem, ut eò propenſiùs caſtrum Ottenſteyn, caſtrum quoque Ahus in ſua reciperet. C Etſi obſidio continuata ſit usque ad Agnetis virginis diem, ſoluta tamen eſt per Comites de Benthem & Gemen, qui partis adverſæ erant, capto fortalitio Comitis ad expugnandum reliᴄto cum ſtipendiariis centum & ſuprà ibidem reliᴄtis. Igitur Arnoldus Gelriæ Dux ſequeſter fieri cupiens, Zutphania pro concordia dietas præfixit, ubi pro parte Monaſterienſium Ambaſiatores Clivenſis Ducis ſe præſentârunt, nobiles quoque nonnulli Canonicorum tueri partes ſatagârunt, ſed nichil ibi concluſum, nichil ad perfeᴄtum adduᴄtum eſt. Eâ tempeſtate Dominus Nicolaus

A laus Cuſa Cardinalis Apoſtolicus Legatus ſub pœna maledictionis æternæ partes in Arnhem citari fecit pro dieta ibidem ſervanda, ſed Monaſterienſes hoſtium metum opponentes, uti jam dudum Domino Apoſtolico, ita quoque ipſius Legato obſecundare detrectaverunt.

1452. Hoc anno Monaſterienſes unà cum Comite Hoygenſi Johanne Widderen, Domini Gerhardi de Kepplen militis caſtrum, vallatum capere ſatagârunt, at ubi ſe nil proficere ſentiunt, Coeſtfeldiæ dietam figunt, ubi in certos compromittentes articulos pacem petunt; qui articuli ſi ab utrisque partibus ſervati fuiſſent, pax quoque ſequuta fuiſſet. Verùm Comes, fratris ſui fortunam cognoſcens, contradicere B cum ſuis compromiſſo cepit, rémque utiliſſimam, diſcordiæ ſemine ſato, in vilipendium duxit, promiſsúmque ſuis cum adhærentibus ſervare noluit. Unde turbatio non minima ſequuta eſt, ita ut nonnulli ex civibus, ſed & ex clericis complures, timore cenſuræ eccleſiaſticæ urbem egreſſi, voluntarium ſuſtinuêre exilium.

Conſtantinopolis cum Orientali Imperio à Turcis occupatur.

Eodem anno Conſtantinopolis, totius Orientis culmen Imperialísque civitas ac unicum totius Græciæ ſapientiæ domicilium, quarto kal. Julias à Mahumeto, magno Turcorum Principe per quinquaginta dies acriter obſeſſa & expugnata, tandem capta, direpta & fœdata eſt, in cujus planè captivi-C tate idem Mahumetus tantam exercuit crudelitatem, quantam factitatam fuiſſe non legimus. Tradita autem fuiſſe dicitur per Januenſem quendam, quem Regem conſtituere velle, ſi modò traderet, ſpoponderat. Juxta promiſſum triduo traditor Rex haberi præcipitur, ſed die quarto, juſto Dei judicio, in deteſtationem ſceleris à Turco decollatur. Quæ res ut in Occidente innotuit, maximum planctum & grandem timorem in tota Chriſtianitate generavit: nam & cum ipſa periit penè tota fides Chriſtiana in Græcia; capite enim potito, cætera facillimè Turcus obtinuit: nam Peloponeſum confeſtim omnem armis divicit, & populum ea in in-

ſula

ſula repertum ſimiliter in ſervitutem peſſimam redegit: hoc itidem & in Acharnia, Epiro, & Macedonia atque Bulgaria & Raſia, Servia denique & Valachia fecit. A

Johannes de Capiſtrano, Legatus Apoſtolicus, mira hoc anno in Germania perpetravit, prædicatione & miraculis multos â ſœculi vanitatibus convertit; & quia Italus erat, minúſque Theutonicâ linguâ eruditus, primùm publicè latino eloquio ſermonem fecit, poſt quem aſcendens, quem circa ſe habuit, prædicator ſolempnis, quæ vir Dei latino deprompſit eloquio, vulgo expoſuit. Unde ad ejus pedes poſt ſermonem congregata eſt omnium vanitatum materia tam â viris quàm mulieribus arte diabolicâ excogitata, quam unam in congeriem congeſtam publicè flammis vorandam tradidit. Verùm, eo recedente, novas quottidie vanitates didicêre & docent usque in præſens. B

1453. S. Joannes â Capiſtrano venit in Germaniam.

Bresloe Pameranorum civitas eſt, in qua, quæ ſequuntur, anno præſenti accidiſſe relatum eſt: Judæi, quorum grandis eò loci copia erat, parochialis cujusdam eccleſiæ cuſtodem prece pretióque induxerunt, ut Dominici Corporis Sacramenta illis venderet; qui aliquando avaritiâ uxoriſque conſilio ſtimulatus alter Judas, XXX aureis acceptis, votis petentium ſatisfecit. Panem itaque cœli accipientes Judæi, diverſis primùm obprobriis, pòſt multis etiam tormentis affecêre, pupugêre ſubulis, diviſêre cultris, & continuò nova emersêre miracula: nam ex ipſis punctis abundantiùs, quàm credi potuit, roſidus cruor emanavit, ita ut menſa, in qua Divinum poſitum fuerat corpus, ſanguinem reſperſum redundaret. Perterriti Judæi ac tanto miraculo attoniti, quid agerent neſcii, ſtabant ſtupefacti. Perſpicit eminus turris in cacumine noctis agens vigilias crebra ipſa in domo micare luminaria, domum ipſam ſuccenſam reputans, elevatâ voce inclamat. Concurrit populus & rem, ùt erat, è veſtigio advertit, pulſantur campanæ, clerus cum populo vocatur, partes cœleſtis jam diviſi panis colliguntur ac in eccle- C

 ſiam

A ſiam honorificè portantur. Ortâ luce, XXX ex Judæis combuſti ſunt, omniúmque Judæorum bona confiſcata ſunt, cuſtos Judæ traditoris pœnâ plexus, animam laqueo extorſit, uxor ejus conſentiens cum ſceleſtis flammis imponitur.

Continuatio belli Monaſterienſis.

Eodem anno Monaſterienſibus ſua in pertinatia perſeverantibus, Rodolphus Trajectenſium Epiſcopus, Walramo confœderatus cum adhærentibus ſibi nobilibus diocеſis, ipſam diocеſim armatâ manu ingreſſus eſt & XIII Auguſti igne & cæde cuncta vaſtavit, aciémque in civitatem Monaſterienſem direxit, ac in circuitu civitatis omnibus depaſtis, eò loci tentoria fixit. Itaque poſt bidui requiei tempus, hoc eſt, Aſ- B ſumptionis beatæ Mariæ Virginis die meridionalem urbis partem aggreſſus, ventimolas quatuor, quarum tres ſancti Ægidii Monialibus erant, rogo dedit, totáque penè dioceſi usque Sendenhorſt depopulatâ, dives prædâ exercitus non longè ab urbis mœnibus requiei locum accepit. Nondum exercitus ad quietem ſeſe collocârat, & ecce! ſigno dato caſtrorum acies in eam urbis partem, unde receſſerat, noctu ſe recepit, & tribus item molendinis combuſtis, ſaxa ingentia, ignem ſtillantia, in urbem miſit, & niſi Cõmes â Clivenſi Duce veſpere reverſus fuiſſet, Rodolphi exercitus cum Walramo, faventibus ſibi Primatibus, civitatem obtinuiſſet. Unde con- C citò manè Telget opidum expugnavit, Warendorpenſes invadit, monaſterio Campi ſanctæ Mariæ quotam pro libitu imponit, quâ etiam ſolutâ, Comes indignatus æqualem ſibi ſummam dari popoſcit; ſicque duplici contritione contriti, dum hoſtes evadunt, domeſticorum præda fiunt. Demum exercitus, depopulatâ provinciâ, in ſua reverſus eſt. Unde in Nativitatis perpetuæ Virginis Mariæ vigilia Walramus Coeſtfeldiam ingreſſus, juramentiſque ſolitis acceptis, opidum ipſum milite munivit. Fuerunt eò loci ex civibus, qui Erici partis erant, qui fugientes ſine perſequutore molendinum opido vicinum incaſtallarunt, quos licèt Walramus leviter reducere potuit, tamen diſſimulans, data fide, pacificè revocavit,

Digitized by Google

vit, & ut a recidivo cohiberet, fidelitatis juramenta a ſingulis accepit. Capti ſunt inſuper eò loci duo: Minor unus, A
ſæcularis alter, ambo ſacerdotes, qui eccleſiaſticis contemptis cenſuris, Erico adhærentes, civibus Sacramenta miniſtrarant. Hos plerique militum quaſi hæreticos igne cremandos judicarunt, ſed benignitate Walrami erepti, errore publicè confeſſo, exire dioceſin, donec reddita pace revocarentur, compulſi ſunt. Ex tunc inter opida ejus dioceſis partialita orta eſt: quædam Monaſterienſibus adhærebant, Walramo quædam favebant, ac Warendorpenſes, Beckemenſes, Alenſes & nonnullæ aliæ civitates maturiori deliberatione neutrales erant. B

Ipſo anno in die ſancti Lamberti Epiſcopi Walramus Coſtfeldiam egreſſus acies in Monaſterienſes duxit, multámque & abundantem tam ex hominibus quàm jumentis prædam abduxit. Comes igitur inſequi hoſtem cupiens, multitudine adverſariorum retractus, tumultu facto, furorem hoſtilem in cives efflavit, convocatíſque tirannidis ſuæ complicibus, armata manu civitatis forum veſperi vallavit, multóſque de magiſtrantibus primíſque civitatis capi ac incarcerari fecit, quos ſcilicet de zelo pacis ſuſpectos habuit. Unde ingens clamor vulgi exortus eſt, innoxios capite plecti. Fuêre in- C
ter captivos Magiſtri civium duo, Conſules ſeptem, cives viginti, quorum ſeptem, cautione facta ſuper fidelitate Comiti ſervanda, ſoluti ſunt, reliqui proſcripti & relegati. Unde tanta partialitas in civitate orta eſt, ut in patrem filius, in fratrem germanus, in matrem nata, in ſocrum nurus conſpiraret, & inimici hominis domeſtici ejus; nemo ſecurus, qui Comitis partes non fovebat, quin ymmò ipſa religioſa loca Deo dicata violabantur: illa enim ipſa nocte præfata ſancti Georgii capella, multis privilegiis ditata, violenta civium manu violata eſt, capto in ea viro, qui de carcere effugerat, ſed &, cellulis ejus loci perluſtratis, Fratres ipſos ſpoliarunt; & ni Comes quoſdam de civibus evaginato gladio compeſcuis-

A peſcuiſſet, necem etiam quibusdam ex Fratribus Belial filii intuliſſent.

In hys diebus omnis honor eccleſiaſticus periit, factúsque eſt clerus in deriſum populi & opprobrium gentis: non parcebatur monachis, non ſanctimonialibus fœminis, nec ipſis ſacerdotibus, qui pari modo cum vulgo incarcerabantur & exactionabantur. Hæc inter craſtina Lamberti Bernardus Lippenſis cum Schowenburgenſi Comite clam veſpere Harſewinckel accedentes, monaſterium Campi ſanctæ Mariæ in multis dampnificarunt. Verùm ultio Divina ſequuta eſt: caſtrum quippe Regale ejusdem Comitis, Valkenburg dictum, B haud longè pòſt igne abſumptum eſt, & qui divæ Virgini ſua abſtulit, Deo judice & pro genitrice ſua Chriſto pugnante, ſua in duplo amiſit, & qui aliena igne conſumpſit, flammâ ultrice ſuorum bonorum exitum accepit.

Ea tempeſtate Magiſtratum Monaſterii tenuére duo viri integerrimi: Conradus de Wick & Themo quidam Schenkinck. Hy videre non valentes tantæ civitatis plebisque contritionem tantam ac libertatis violationem, quarum defenſio ac conſervatio ipſis jure incumbebat, zelo Divinæ legis accenſi, ſe innoxios ſervare cupientes a cæde & ſanguine concivium ſuorum, accerſito etiam ejusdem civitatis Secretario, C craſtina Criſpini & Criſpiniani martyrum unà civitatem Monaſterienſem egreſſi, rem, ùt erat, exitúsque ſui cauſam epiſtolis Clivenſi Duci primùm, deinde civitatibus pro conſervandis juribus conſtitutis, quas ſtanguinarias, vulgariter autem *Henſe* dicimus, ſignificarunt, ipſarum ſe ſibíque adhærentes examini & deciſioni offerentes. Verùm obligatione hujusmodi non obſtante, Comes cum ſuis propriæ temeritatis audacia bona ipſorum invaſit, ſibíque uſurpavit, &, quod mirabere, majoris malitiæ ymmò inſaniæ habenas laxans, judicem propria ſua auctoritate, irrequiſito Imperatore, quaſi Principatûs dignitatem jam jam ſuper diœceſim Monaſterienſem obtinuiſſet a Cæſare, ordinavit, qui inter æquum ini-

iniquúmque, phas nephásque diſcerneret, ſed & qui in- A
noxium ſanguinem, datâ mortis ſententiâ, judicaret, inſon-
tem opprimeret, nocentémque abſolveret.

Ipſo anno Halteren opidum Monaſterienſis dioceſis, quod 1454.
Walrami partis erat, Februario menſe, muro perfoſſo, ab
Erici fautoribus dolo captum & ſpoliatum eſt. Quidam Mo-
naſterienſes ære civium ditati & locupletati famabantur. Fuit
tunc videre miſeriam: ante fores eccleſiæ majoris ipſa in
emunitate ad teſſeras ludentes, ſpolia dividentes, ſeſe pugnis
cædentes &, quod dicere pudet, ſcelus perpetrantes. Jam
divi Pauli domus ſinè omni honore quaſi vidua ſola in tene-
bris per dies & noctes ſtetit, omniſque decor â filia Syon B
egreſſus eſt, & facti ſunt Principes ejus veluti arietes non
invenientes paſcua, quæ quotidie â prophanis & ſtipendia-
riis aſſumebantur; abierunt itaque abſque fortitudine ante fa-
ciem ſubſequentis, quoniam ipſorum hæreditas verſa eſt ad
alienos, domus quoque ipſorum ad extraneos. Paſtores ru-
rales â nulla partium tuti erant & a dotibus ſuis expulſi ine-
dia & macie tabeſcebant, ac ſuis privati, quorſum ſe verte-
rent, ignorabant; ſed & ipſæ ſanctimoniales, quæ famaban-
tur Walramo favere, dictu mirum! carceribus mancipantur,
ut impleretur, quod ſcriptum eſt: *Sacerdotes ejus gementes* C
& virgines ejus ſqualidæ, ipſa autem oppreſſa amaritudine.

Eodem anno tertia poſt octavas ſancti Mathiæ Apoſtoli
feriâ obiit nobilis Everwinus Comes de Benthem, Dominus
in Steynfordia, cujus exequiæ ſolempniter celebratæ ſunt
Steynfordiæ in profeſto ſancti Ambroſii Epiſcopi. Quibus
celebratis, Symon de Lippia cum Gerhardo quodam de Keppel
milite aureato in Monaſterienſes cuneos duxit, miſſis quibuſ-
dam, qui cives è portis in portas traherent, inſidias; ve-
rùm egreſſo Comite cum ſuis, habitóque conflictu, hoſtes
fudit & afflixit. Quidam autem ex ruſticis Gerhardum ſe
bello cepiſſe mentitus eſt; nimiùm autem creduli cives (fa-
cilè enim volentibus perſuadetur) ruſtico credunt. Verùm

A ubi res in palam venit, miles egregiè ſe excuſans, contra cives ſententiam obtinuit; imprudentiæque aſſcriptum, tam leviter ruſtico impudenti contra militem armis & genere ſtrenuum litigantem credidiſſe. Ovans igitur cum ſuis poſt victoriam Comes civitatem ingreſſus eſt, ac ſequenti die in unum congregati divisêre ſpolia. Unde factum eſt, ut ex præda equus pro ſtructura eccleſiæ beatæ Mariæ Transaquas aſſignaretur, quem unus civium LX florenis Renenſibus ab eccleſiæ præfatæ proviſoribus compararet; dum promiſſum proviſores aurum petunt & non accipiunt, in jus debitorem trahunt, & quia non ipſis ſed Divæ Virgini debuit, ejus B imaginem conſultò ſecum in judicium accipiunt. Quod debitor videns, ſtomachanti animo quaſi irridendo in blaſphemiæ verba irrupit, ac inter cætera, ſi non plura antiqua putridáque ligna in judicium apportanda ipſa in eccleſia præfata haberent, quæſivit. Sed impune in Deum & Sanctam quis blaſphemare poteſt? haud longè poſt miſer ante civitatis mœnia à ſtipendiariis captus, cæſus, incarceratus & durè exactionatus eſt; uxor quoque ejus, mulier petulans ac ſpecioſior, quàm marito ſuffecit, ſequenti anno cum quodam clerico item petulanti clam fugiens, depauperatum maritum ſuo C etiam contubernio privavit, & qui validus cleri perſequutor fuit, à clerico ignominiæ vicem accepit.

Eâ tempeſtate VI Idus Julii, hoc eſt, in ſanctæ Penthecoſtes vigilia Fredericus Wilhelmi Ducis Brunſwicenſis filius, comitantibus ſe Schowenburgenſi, Pirmuntenſi, Pleſſenſi Comitibus, trecentis cum equis armatus Erico ac fratri Johanni auxilium præſtiturus, Monaſterienſem ingreſſus eſt civitatem, plus jacturæ quàm comodi civibus miniſtrans; qui coacto in unum exercitu, Coſtfeldiæ per triduum agros & ſementa vaſtavit ac prædam abegit, haud tamen compos votorum Monaſterium reverſus eſt. Et hic inter urbis mœnia ſeditionem movit: quarto enim Idus Julii inter cives tumultum movit, prætorium civitatis aggreſſus eſt; reddituarius,

de

Digitized by Google

de primis quoque & ſenioribus civitatis, Tribuni & Conſules viginti capti ac cuſtodiæ mancipati ſunt, per triduúmque detenti. Dux ſeditionis autor primum ex captivis per ſe in ergaſtulum duxit; verùm poſt triduum, cautione facta de non vindicanda illata injuria, ſoluti ſunt è nervis, abiréque permiſſi. A

Haud longè pòſt menſe Auguſto Theodericus Colonienſium Archiepiſcopus, Walrami frater, adjunctis ſibi Rodolpho Trajectenſi, Symone de Lippia, Bernardo de Benthem & Steynfordia, Johanne de Gemmen cum magno exercitu Monaſterienſem diœceſim intravit, primóque impetu Dulmen opidum aggreſſus eſt, oblatâ tamen pace, ſi eccleſiæ mandatis, recepto Walramo â Sede Apoſtolica confirmato, obſecundaret. B Comes hæc inter, ruptâ morâ, Clivenſem Ducem de hoſtium adventu certificare volens, ejúſque auxilium poſtulaturus acceſſit. Interim moto exercitu Colonienſis eò loci venit, ubi Varloe monaſterium ſitum eſt; at cives Ducem ſequentes Epiſcopo obviam processêre, infeliciterque pugnavêre: captus enim eſt cum multis Dux ipſe, cæteri fugâ lapſi ſunt, ac civitatem intrantes maximum concivibus timorem incuſſerunt. Quod ſi Præſul fugientes recto calle inſequutus fuiſſet, civitatem etiam obtinuiſſet. Dux autem Coloniæ captivus ductus & detentus eſt; C Theoderici autem exercitus multâ prædâ in equis, jumentis, curribus ac diverſa ſupellectili ditatus eſt. Cecidêre eo bello ex Theoderici exercitu nobiles quidam, Coſtfeldiæ ſolempniter ſepulturæ traditi; ex Monaſterienſibus etiam & Ducis exercitu multò plures, qui unum in acervum collecti ſunt propter cenſuras eccleſiaſticas, quibus innodati erant, ſepulturáque eccleſiaſticâ carentes, aſini ſepulturam acceperunt. (*a*)

Cives Monaſter. ſuccumbunt in prælio prope Varlar.

(*a*) In cœmiterio PP. Minoritarum Monaſterienſium habentur hi verſus, lapidi ad murum eccleſiæ antiquo charactere inciſi;

Corpora proſtrata in Varlar, hic tumulata
Quadringenteno M Criſti L quadrieno
Anno in feſto Arnulphi, nunc memor eſto
Dic Ave Maria.

A Quæ res ubi Clivenſi Duci innotuit, arreptum jam iter deſerens, dimiſſo exercitu, quem in Theodericum ducere decreverat, ad ſua reverſus eſt; Comes verò conſternatus animo ad cives, qui fugâ ſalvati erant, rediit. Multi ex hinc tractatus pro pace componenda habiti ſunt, ſed nichil actum eſt; verum diſcrimini fomentum præſtitum auxit quippe diſcrimen: nam & Fredericus, qui Agrippinis clauſus mœnibus, captivus tenebatur, ad recipiendum præfatæ Monaſterienſis eccleſiæ Præſulatum ſe obtulit, ſperans ſe altercationum ſequeſtrem futurum.

B Gerhardus Juliacenſis & Montenſis Dux Montenſem Ducatum, magna pecuniarum ſumma accepta, Theoderico Archiepiſcopo Colonienſi vendidit in caſu, ſi ſine liberis è vita migraret. Verùm non longè poſt, ſpectante Deo deſuper benigniùs, ſterilem Duciſſæ uterum novo fœtu fœcundavit, quæ & filium Duci peperit, ſicque juxta placitum Ducatu reſervato filio, Comitatum in Blankenburg pro expoſito auro in poſſeſſionem ſuæ eccleſiæ Colonienſis Epiſcopus accepit.

1454. Comitatus Blancken berg incorporatur eccleſiæ Colon.

Bellum inter Lippiæ ac Tecklenburgenſem Comites ratione caſtri Rhedæ.

Circa hæc tempora cruentum inter Bernardum Lippenſem & Nicolaum Teckenburgenſem Comites diſſidium ratione caſtri in Reda factum eſt, quod ipſum ultra ſeptennium duravit. Accidit autem uno tempore Bernardum prædandi ac devaſtandi gratiâ in Nicolaum exercitum contrahere duce C quodam ſceleſto viro, qui jam pridem a Nicolao defecerat. Militari itaque manu ſtipatus Bernardus peditum phalangas è veſtigio ſequi jubet; irruit in Nicolai ſubditos, ferro & flammâ Comitatum depopulaturus. Hertzebrock itaque ſanctimonialium fœminarum eccleſiam in beatæ Criſtinæ honore conſtructam, caſáſque in cimiterii circuitu erectas igne vaſtavit, & ablatis ſpoliis, domum Dei dehoneſtavit, & omnia, quæ habere potuit, abſtulit. Quod ſacrilegium ultio mox Divina meritis ſanctæ Criſtinæ inultum remanere paſſa non eſt: motus enim illo exercitum in caſtrum Reda trajecit, ubi tunc Nicolaus Comes reſidebat, ac ductore præfato

Digitized by Google

fato ſeductus, errare fecit eum Dominus in invia & non in via, ceciditque in Nicolai manum, qui ibi armata, parva licèt reſpectu hoſtium fuit, venientis præſtolabatur adventum; & quia Bernhardi peditum phalanga tardavit, miſcuit cum milite Nicolaus ac Bernardi exercitum fudit, proſequens fugientes usque ad Widenburgenſe opidum, & centum quinquaginta ex equitibus captis, Bernardum in præfatam civitatem fugavit; ubi ſe recipiens, tueri obnoxiùs ab hoſte deſiderans, capi ſe, ne in adverſariorum manus incideret, a civibus optavit. Captus igitur cuſtodiæ mancipatur, donec Oſnaburgenſis Capituli conſilio res judicaretur: nam Comes captum a civibus poſtulavit Bernardum. Judicatur igitur captivo fidem ſervari ac cuſtodiæ mancipari. Quo nuncio exhilaratus is, qui captus erat (quippe qui ſe in Nicolai manus tradi timuit) ovans, flocci pendens in cæteris eventum ſiniſtrum, dum ipſe ſolus in manus non incideret inimicorum. Verùm etſi brevì pòſt ſolutus, patriæque per Lippenſes redditus, data priùs fide Widenburgenſes de indempnitate ſervanda, captivus tamen & manſit & manere voluit, quoad vixit. At ductor præfatus a Nicolao comprehenſus, ſuſpendio finitus eſt, &, re mira! Bernardus, qui Nicolai exercitum in quadruplo ſuperavit, & multis triumphis ſœpe clarus evaſit, dum ſacra loca violavit, quaſi enervatus ac inductus fugere coactus, in hoſtium manus cecidit. Rethenſes ſpoliis partitis, ſeptingentorum florenorum ſummam ſuæ partis æſtimarunt. Verùm haud longè pòſt treugæ inter Comites factæ ſunt, reſignatúmque eſt Reda caſtrum Nicolao, datis inſuper Bernardo duobus florenorum milibus, & pro captivis redimendis mille ſeptingentis, redimendum aliquando quatuor florenorum milibus minùs trecentis.

Eodem anno in die Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis prodigioſa coruſcatio mixta grandine ad ſimilitudinem ovorum, Colonienſem civitatem perterruit, & maximè circa monaſteria ſancti Panthaleonis & ſancti Severini ſævit, ubi etiam vi-

A neta grando penitus delevit. Sequuta eſt magna aëris intemperies & aquarum inundatio nimia, quæ frumenta & ſegetes in arvis deſtruxit & penitus annichilavit.

1455. Pueri ſancti Michaelis peregrinantur cum magno favore per turmas viam longam ad mare, & fit timor cunctis, ne ſpiritus nequam agitaret eos, ſed ſtatim ceſſavit propter tædium itineris & famem, quam patiebantur.

Ipſo anno, ſanctiſſimo in Chriſto Patre & Domino Domino Nicolao ſummo Pontifice XXIV Martii ab humanis aſſumpto, Alfonſus, prædicator magnus, presbiter Cardinalis titulo ſanctorum quatuor coronatorum ipſam ſedem occupavit, dictúsque eſt Caliſtus tertius. Hic continuò electus præ-B ſtitit Cardinalibus juramentum de Thurcis cum populo Chriſtiano reſiſtendo, etiam usque ad proprii ſanguinis effuſionem, & ad idem univerſos Chriſti fideles utriusque ſtatûs per univerſam Chriſtianitatem hortabatur per viſcera Jheſu Chriſti, cujus glorioſum nomen quottidie inter gentes blaſphematur, ut ei in hoc ſalubri propoſito pro viribus aſſiſterent ob animarum ſuarum remedium. Cujus rei gratiâ eodem

Expeditio contra Turcas. anno prædicatores crucis ne modò per Weſtphaliam & Saxoniam, verùm per univerſum orbem Chriſtianum miſit, qui multam ex noſtra hac provincia pecuniam cumulârunt; ad

C quorum etiam exhortationem numeroſa turba virorum Romam ſummi Pontificis obſecundatura votis properavit, præſertim ex civitate & dioceſi Monaſterienſi, in qua ſpecialis ad hanc rem ſacram perficiendam populi devotio extitit. Collectâ itaque in unum eleemoſina ad hoc a fidelibus data XIII triremes Dominus Papa primùm ædificavit, quibus Turcos per continuum triennium acriter vexavit, multásque inſulas cepit. Alfonſus verò Rex & Ludwicus Burgundiorum Dux plurimùm animati eam in expeditionem ſe ituros ſpoponderunt, ſed ſuorum regnorum voluptatibus irretiti rem tam ſanctam obmiſêre. Nec tamen ceſſabat Pontifex ſummus literis & nuntiis ad tam pium opus exhortari; cujus rei gratiâ etiam

ſacer-

Digitized by Google

ſacerdotibus quottidie orationem in miſſis contra paganos dicere præcepit, & ut Deus aſſiduo rogatu flecteretur, voluit, ut in meridie ſonum campanis darent ſicut in ſero ad ſalutationem beatæ Virginis, ut ea oratione eos adjuvarent, qui contra Turcos continuè dimicabant. A Cauſa & origo pulſûs meridiani.

Ipſo item anno in ipſius ſacræ Quadrageſimæ diebus, hoc eſt, ſexta ante *Oculi mei* feriâ Rodolphus Trajectenſis Epiſcopus, Walrami electi & confirmati Epiſcopi fautor indefeſſus, Gelriæ Ducis militiâ auxilióque nobilium de Gemmen & Wyſch ſuffultus Vredenſe opidum, erectis machinis, vallavit; verùm craſtino Annunciationis beatæ Mariæ Virginis Rodolpho vitâ functo, obſidio licèt duravit, impari tamen civium jacturâ haud parum elanguit: nam opidanorum labore omnis obſidentium conatus irritum ivit, qui machinis deſtruentes armíſque contendentes pericula virtute propulerunt. Quo quidem tempore cives unà cum ſtipendiariis acephali Borchorſt monaſterium armatâ manu intrantes ſpoliârunt, domos Canonicorum Canonicarúmque ac Sacerdotum habitationes igne devaſtârunt, & cum præda magna Deo Sanctíſque ſuis ablatâ, hoc eſt, cum clenodiis, libris, vaſíſque argenteis Divino cultui dedicatis, ornamentis inſuper & veſtibus multis, ad ſuos complices reverſi ſunt; compulſi tamen ſunt, ablata quæque loco ſuo reſtituere, & quæ infrunito ac irreverenti animo abſtulerant, ſua cum confuſione reddere. Continuatio belli Monaſter. B C

Eodem anno in craſtina Urbani Papæ, hoc eſt, ſecundâ poſt Penthecoſten feria veſperi quaſi ſeptima hora horribilis coruſcatio Divæ Mariæ Virginis imaginem, filium ſuum in ulnis tenentem, ſubtus turrim Transaquas Monaſterienſis civitatis ſtantem, turpiter defœdavit ac penitus denigravit, ſed & lucernam ante imaginem præfatam pendentem minutim confregit, catenam lampadis omnino deflagravit, multáque ſimilia eò loci fulmen operatum eſt.

Hoc anno, Conrado Deffeldenſi Oſnaburgenſi Epiſcopo electo, Walramus de Brederade in Trajectenſem ipſam item Conradus Ep. Oſnab.

ſedem

ſedem poſtulatus eſt. Verùm hujusmodi caſſata poſtulatione,
A Papa Davidi, illegitimo Burgundiorum Ducis filio, de Trajectenſi Pontificatu providit, qui mox ſequenti anno manu valida, repugnantibus quibusdam licèt, Sedi ſuæ redditus eſt. Sed & quinta Julii menſis cùm Monaſterienſes forti pugnatorum manu obſeſſos in Vreden eſcarum copiis cibasſent, inter redeundum Schoppingen expugnare conati ſunt; civibus autem ad arma concurrentibus, tela in hoſtes misêre; qua in contentione ſauciatus Comes, cùm equo inſidere non potuit dolore vulneris, curru ſubvectus, ſpe quoque ſua fruſtratus, quò venerat, cum ſuis rediit.

B Eodem anno ſeptima Julii hora quaſi octava, jam ad occaſum Sole declinante, ſignum in cœlo Monaſterii viſum eſt civitati imminere, globúmque igneum, quaſi ex utroque latere ignem emittentem, versùs Occidentem deſcendere atque per deſcenſionis viam quaſi lineam albam usque ad nubem aquoſam, quæ a mari aſcendebat, pro ſuî veſtigio relinquere, quæ tamen non multo pòſt a vento ſuperveniente divulſa eſt ac in nichilum redacta; ſed quid portendebat, Deus novit. Ex tunc Theodericus Colonienſis, Walrami frater, cogitavit cogitationes pacis; unde Comes vocatus a Principibus, tandem Coloniam venit, ſed nichil paci conſonum re-
C portavit: plus enim propter tibiæ ſuæ vulnus curandum, quàm pacem procurandam eò iiſſe fama fuit.

1456. Walrami obitus & encomium

Ipſo anno III Octobris in profeſto ſcilicet ſancti Franciſci Walramus Monaſterienſis Epiſcopus electus & confirmatus in pago Arnen Ducatûs Gelriæ nocte Dominicæ diei diem clauſit extremum anno ſeptimo ſuæ electionis & confirmationis. Fuit enim vir literatus, expertus & bonus, tantæ experientiæ & literaturæ quoad ſpiritualia & temporalia moderanda, ut ſummus Pontifex ipſum in ſuum confratrem pro conregenda univerſali eccleſia in Cardinalem eligeret, pileum, Cardinalis dignitatis inſigne, mittendo. Similiter fecerat Conſilium Baſilienſe, dum adhuc in plena ſua poteſtate floreret;

reret; verùm tantus vir, quo Dei judicio repudiatus ad eccleſiæ regimen non pervenerit, neſcio; forſan digni non erant tanti patris regimine; cùm ſecundùm merita ſubditorum ſœpiùs diſponantur corda rectorum. A

Itaque poſt obitum dicti Walrami diverſi inter partes tractatus fiebant; at Comes cum aliquibus ſibi adhærentibus civibus Ducem Montenſem, tunc in Brabantiæ Ducatu morantem, Burgundiæ Principis primum Conſiliarium, adiit pro fratre ſupplicaturus, & reſponſione acceptâ, quod, procurante Montenſi, Burgundus favere Erico deberet, ac pro ipſo ſummo Pontifici ſupplicationem dirigere, exhilaratus cum hys, qui partis ſuæ erant, miſſis epiſtolis Decanum Canonicóſque exules in Eliſabeth ſanctam diem ad electionem vocavit; cùm tamen laicis obſequendi non imperandi manet auctoritas, & nullum jus eligendi Pontificem habeant; quâ ratione moti venire detrectârunt. Remanſerunt autem duo tantùm ex Canonicis in urbe: Zanderus de Oer ſenior quidem, ſed in ſacris nondum conſtitutus, & Hinricus de Keppel decretorum Doctor, Monaſterienſis Curiæ Officialis. Convocatâ igitur militarium catervâ, qui tum timore tum amore Comitis ſeſe cum primatibus civitatum vocati præſentârunt, conſilium inîerunt, quid factu opus eſſet, ut Ericus eligeretur; verùm quia Zanderus in ſacris nondum erat, nec ſic jure vocem in electione habuit, Hinricus de Keppel ſacerdos conſenſu Zanderi ſe ſolum idoneum ad eligendum reputans, invocatâ Spiritûs ſancti gratiâ, in die beatæ Cæciliæ virginis, precibus præſcriptorum annuens, Ericum in paſtorem eccleſiæ Monaſterienſis elegit, tunc quidem abſentem, ſed eâdem die horâ veſperarum ſe præſentantem. Res mira! ſi per mortem Walrami eccleſia vacabat juxta Hinrici electoris verba, utique Walramus fuerat verus paſtor, & per conſequens Apoſtolica mandata ſana & vera erant; neſcio, quo jure præfatus Hinricus Ericum eligere potuit. Verùm exitus rei acta probabit. Itaque ſequenti die, hoc

Continuatio rebellionis Monaſterienſis.

B

Invalida electio Erici.

C

A eſt, Clementis Papæ poſt miſſarum ſolempnia taliter electus, ſolempniter oſculato non aſcenſo altari ſancti Pauli, inſtallatus eſt, promiſſo imprimis civibus omne dampnum ratione guerrarum habitum ſe relevaturum; cùm tamen jure cautum ſit, electum Epiſcopum nulli ſecuritatem facturum de rebus eccleſiaſticis. Pulſatis igitur campanis, ùt moris eſt, alii lugere ſuos, quos perdiderunt, alii gaudere qui pacem optabant, alii trepidare qui pejora timentes attoniti ſtabant. Innotuit Canonicis hujusmodi prophana electio, qui Steynfordiæ erant & riſêre factum; cùm excommunicati erant, qui elegerant, unà cum omnibus ſibi adhærentibūs civibus.
B Nichilominus Monaſterienſes Erico hominium fecêre, ſed & Dulmanienſes & Coeſtfeldienſes ante confirmationem Erici, exemplo Monaſterienſium juram ento præſtito, quaſi ipſum acceperunt. Hys ita patratis, Decanus & Canonici in Ahus caſtro Conradum Deipfoldum electum & confirmatum Oſnaburgenſis eccleſiæ poſtulârunt, qui jam dudum magnalia ſub Walramo pro Capitulo bellicis in rebus geſſerat; quam etiam ob rem duo caſtra Ahus & Ottenſteyn, Schöppingen quoque opidulum pro expenſis factis pignoris loco acceperat, octo florenorum milibus quondam redimenda. Romæ igitur decreta electionum mittuntur examinanda, ùt infrà patebit.
C

Victoria contra Turcas per interceſſionem S. Joannis à Capiſtrano.

Eodem anno Turcus in Ungariæ Regem exercitum trajecit, unáque die Sixti ſcilicet Papæ ter pugnatum eſt, tantâ cæde in alterutrum debacchati, ut timore Chriſtianorum Johannes de Capiſtrano urbis muros aſcenderet, & manu crucem tenens flebili voce clamaret: *O Deus meus! o Jheſu bone! ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, ſicut juraſti David ſervo tuo. Veni in adjutorium populo tuo, ne dicant in gentibus: ubi eſt Deus eorum* &c. Dedítque victoriam populo ſuo Deus, perdidítque multos Turcus & nemine perſequente fugiens, cum confuſione ad ſua rediit; Johannes autem Capiſtranus trepidantem populum ad perſequendum animavit, & facta eſt ultio magna: videbatur enim Turcis, quod nume-

Digitized by Google

numerus immenſus armatorum eos perſequebatur, adeò ut vix auſi fuerint poſt tergum retroſpicere, nil cogitantes niſi fugam, prout ipſi poſtmodum retulerunt. A

Eodem anno 4 kal. Aprilis, quæ ſecunda poſt Paſcæ feſtum feria fuit, in Colonienſi dioceſi quidam paterfamilias, timore Dei poſtpoſito, familiam ſuam ipſâ die ad vineam ſuam excolendam miſit, reclamantem quidem, quia feſtus erat dies, & quia heſternâ die Communionem Corporis Chriſti juxta eccleſiæ ſtatuta perceperat; nichilominus patrisfamilias imperium prævalebat, erátque inter cluentes puella cæteris devotior, qui zelo Dei accenſa: *o*, inquit, *Deus bone, qui heſterna die Unigenitum de morte reſurgere feciſti, quíque juſtus judex eſſe comprobaris, da gloriam nomini tuo & huic diei ſancto, & ſi nos contra voluntatem noſtram laborando coacti peccavimus, téque in hoc offendimus, fiat hæc vinea ſicut tabernacula Dathan & Abiron, quæ cum hominibus & ſubſtantia omni, hiſcente terra, abſorpta ſunt.* Et continuò terra os ſuum aperuit, totáque vinea voraginem perpetuam fecit, &, dictu mirum! erat ibi petra prægrandis, quæ ipſam vineam â vicini ſui vinea diviſit, hæc ita per medium eſt diviſa, ac ſi ferro partita fuiſſet, unáque parte permanente, altera cum ipſa vinea in abiſſum miſſa eſt, nichílque eò loci relictum, quod ad præfati patrisfamilias vineam pertinet. C

Pœna laboris in Paſchate. B

Hoc ipſo item anno in die Corporis Chriſti, cùm venerabile Sacramentum in Steynfordia de eccleſia ad caſtrum vicinum ſolito more deferretur, in proceſſione dum pontem pertranſiêrunt, fracto ponte centum penè homines in aquam lapſi ſunt, omnéſque incolumes extracti, unus ſolus, qui, ût poſtea innotuit, ipsâ nocte fornicationem commiſerat, ſubmerſus eſt.

Rethburg opidum in vigilia beati Jacobi Apoſtoli cœleſti fulmine penè conſumptum eſt, plebejus ibidem cum aliis quinque igne correptus vitam reddidit. In aliis quoque circumjacentibus locis multi ſimili caſu periêrunt. Quo fermè 1457.

A tempore Bernardus Comes Lippenſis unà cum Conrado de Rethburg Comite villas in Stromburg & Olde unà cum eccleſiis flammis demoliri fecit.

Continuatio rebellionis Monaſter. ac tandem finis.

Hoc anno XII kal. Februarii, ut eò propenſiùs ſuis in conatibus proficeret, Hoygenſis Comes Johannes Monaſterii Conſulatum appetiit & obtinuit: primùm enim ſe in civem, deinde in mechanicorum collegium aſſumi procuravit, demum per aſſertam electionem proxima poſt Dominicam *Invocavit* feria Conſulatus dignitatem accepit. Jam quaſi compos votorum grandia attenptare cepit; verùm Divina ſecus ordinante clementia, quottidie ejus audacia decreſcere, poteſtas minui cepit. B Cepêre ſerò cives ſuum errorem, Comitis tyrannidem, ſuorúmque jacturam perpendere. Acceſſit, quaſi è cœlo lapſum deſuper nonnichil pacis adminiculum: Frater enim Minorum novæ plantationis apud Hammonem ſatum optimum ſeminarium civitatem ingreſſus eſt. Is publica concione ſcelera Comitis, ejus in eccleſiam ſanctam contumaciam, ſeditionum concitationem arguens ac populum obſecrans, ſeditioſorum inſolentiam fiducialiter increpavit, nec deſtitit, etiam aliquando deſiſtere juſſus, donec, ſedata tempeſtate, tranquillitas reddita eſt.

Hæc inter Caliſtus parvipendens electiones hujusmodi, ùt præmiſſum eſt, factas, deficientibus etiam pecuniis, ſollicitationibus partis utriusque providit de dicta eccleſia C Monaſterienſi Illuſtriſſimo viro Domino Johanni Duci Bavariæ, Comiti Palatino, tunc Trevirenſis eccleſiæ Canonico, ſancti quoque Martini in Wormatia Præpoſito. Qua re audita, Comes deſperans, Burgundiæ Ducem de injuriis queſtum acceſſit, infectóque negotio, dum in reditu Gronien tendit, capitur & carceri mancipatur. Verùm ut erat vir animo ſollers & induſtrius, ſervum ſe cuſtodientem, & conditione & nomine vulpem, perſuaſionibus induxit, ut, trecentis florenis ácceptis, clam dimitteret. Solutus eſt Comes, ſed libertati reſtitutus per exceptiones a ſolutione ſe liberavit.

Illico

Illico XVII menſis Junii Johannes Bavarus, de Monaſterienſi eccleſia proviſus, primùm cum epiſtolis intimatoriis nuncios in civitatem miſit. Unde menſe Octobri ordinatione Clivenſis Ducis Kranenburg tractatus habiti ſunt, præſentibus ibidem Stephano Bavaro, futuri Præſulis germano comite, Conſulibus, Tribuníſque plebis civitatis Monaſterienſis; ubi abſentibus Canonicis, concluſum eſt, Johannem confirmatum recipiendum, certis tamen ſub conditionibus & partis Johannis & Erici fratrum Comitum commodum plus, quàm dioceſis utilitatem concernentibus; & ni Deus repentinâ morte Erici rem ſecundâſſet, peſſimum in exitum tractatus habiti maturâſſent. A

B Igitur Seneſcallo Gerhardo de Morien duce, conſenſu Decani & Capituli, armatâ manu Johannes dioceſin ingreſſus eſt; & primò quidem in Halteren & Ludinckhuſen, poſtea in Alenſi opido receptus eſt, ubi tractatibus plurimis poſthabitis, dato privilegio, præſtito juramento â Decano & Capitulo, acceptus & admiſſus eſt, & IV Idus Novembris Clivenſium Duce comite ac ductore cum ſolempnitate Monaſterienſem ingreſſus eſt civitatem, móxque proximâ luce Epiſcopatûs ſedem occupavit ac hominium â civibus accepit. Inter quos infauſto omine Comes, qui jam pridem ſibi Conſulatum uſurpârat, fidem præſtare Bavaro coactus eſt; unde & in profeſto beatæ Katherinæ Virginis communitas contra Comitem, hactenus ſibi præclarum, ſe erigens, in urbis capitolio ſedente eo in Conſulatu literas ſibi datas reddi juſſit; & ni primi de Conſulatu reſtitiſſent, abſtractum de capitolio Comitem nervo clauſiſſent. Unde mali ſibi conſcius, qui hactenus omnibus timori fuit, timere cepit & meditari fugam, urbémque relinquere diſpoſuit: igitur IV kal. Decembr. clam civibus terga dedit, & nullo ſe fugante, profugus ad ſua ſe recepit, Erico fratre in Emeslandia eccleſiæ caſtra occupante. Primò itaque unico cum ſervo in Schonenflete caſtrum ſe tranſtulit, deinde ad Saſſenburg pervenit, ubi per

Joannes II. 44 Epiſc. Monaſt.

C

A dies aliquot manſit: ipſum enim caſtrum ſed & Cloppenburg in dieta dudum celebratâ idem Comes ſuis pro laboribus ſibi dari procuravit, aliquando pro undecim florenorum milibus a futuro Epiſcopo redimenda; ſed & Erico fratri procuraverat ab eccleſia mille ſexcentos florenos dari, pro qua ſumma caſtrum Bevergerne poſſedit; ſícque, ùt dictum eſt, Comes cum Erico fratre fugatus & expulſus, qui in multis forſan recommendandus eſſet, niſì totiens eccleſias ſuis ſeditionibus perturbaſſet: imprimis enim Bremenſem eccleſiam propter fratrem ſuum Ottonem depauperavit; dein Oſnaburgenſem eccleſiam propter Ericum invaſit, ſed captus a civibus quinquennem pœnitentiam in carcere egit; jam demum ſeptem penè annis Monaſterienſem eccleſiam depaſtus eſt. Unde ſimilis factus eſt Hiſmaheli, de quo ſcriptum eſt: *erit ferus homo & manus ejus contra omnes & omnium manus contra eum.*

B

His ita patratis, multi tractatus fiebant in civitate Monaſterienſi de revocatione civium proſcriptorum, Dominis Decano & Canonicis majoris eccleſiæ, qui propter Domini Walrami electionem & metum cenſurarum diu exularant, de quibus etiam aliqui in exilio mortui ad patres ſuos appoſiti ſunt. Unde in vigilia ſancti Thomæ Apoſtoli Decanus & Canonici cum gaudio & gloria, cum plenaria libertatis, jurium & privilegiorum, rerúmque ſuarum (*reſtitutione*) ad ſedes & præbendas ſuas revocati ſunt; ſed & in octava Epiphaniarum die cives exules in urbis mœnia recepti ſunt; at Magiſtratus, Judex & Secretarius certis ex cauſis retardati ſunt, donec omni partialitate ſemota, proxima poſt *Invocavit* Dominicam feria unanimis & concors Magiſtrantium Conſulúmque ordinatio accederet: tunc enim tractatibus habitis, revocati ac domibus & poſſeſſionibus ſuis reſtituti ſunt, ſícque demum pax provinciæ reddita eſt.

C

1458. Ipſo anno Reverendus in Chriſto Pater & Dominus Dominus Johannes Bavarus Epiſcopus Monaſterienſis confirmatus,

tus, Sabbato ante *Reminiſcere* in eccleſia ſua cathedrali publicè, ſtipantibus eum clericis ſuis ac duobus militibus, Ordinem accepit Subdiaconatûs, cujus exemplo humili commonitus Canonicus ſenior ejusdem eccleſiæ ſimiliter ad eundem ordinem ſe promoveri fecit. Videre erat perquam jocundum tanti viri humilitatem aſpicientis populi devotionem: rarus erat, qui ſe a lacrymis continere potuit. Sed & paulo pòſt ſabbato, dum *Sitientes* in eccleſia canitur, eò loci Diaconatûs, in vigilia quoque Paſcæ proximè ſequenti Sacerdotii dignitate cum XXXIV fermè novis Sacerdotibus inſignitus eſt. Et, dictu mirum! ut eò devotiùs ad Sacerdotale officium accederet, cum fratribus devotis & clericis, quinque ante Paſcæ feſtum dies ſecretè ſe ſegregaverat, ut ab anfractibus mundanis ſequeſtratus orationi & devotioni ſinceriùs vacaret. Tandem in die Paſcæ, quæ tunc in Annunciationis Mariæ diem cecidit, primam ſuam miſſam in eccleſia Fratrum ad fontem ſalientem ſolempniter celebravit, vocatíſque tribus Epiſcopis, in craſtino Katharinæ virginis in cathedrali ſua eccleſia conſecrationis munus accepit, & miſſa finita unà cum Coëpiſcopis ſecundo eccleſiam ſuam circuiens, pontificali ſtola indutus populum benedixit, & præ gaudio & devotione lacrymantem in ſua ire permiſit, majoribus natu ac eccleſiæ Prælatis ſecum ad menſam vocatis.

A Ordinatio & conſecratio Joannis Bavari.

B

C Seductio parvulorum per fiſtulatorem.

Hoc anno homo quidam inviſus ignoto habitu, magna cæſarie, Treverim & Conſtantiam civitates intravit, fiſtula in plateis canens, quem ſequebatur, ubivis loci venerat, grandis parvulorum utriusque ſexûs caterva, qui ab eodem abducebantur, quorſum, nemo ſcire potuit. Magna facta eſt de hac re inter ſapientes diſceptatio. Quidam reverſi ac in amentiam verſi quæ viderant, explicare verbis non poterant. Simile accidit in Hamelen Saxoniæ opido anno Domini 1312, quem ultra centum pueri ſequentes, cùm per Weſeræ pontem tranſiſſent, nusquam comparuerunt.

Eodem

A Reformatio monaſterii ad S. Ægidium. Eodem anno Joannes Brügman Obſervantiæ Minorum Frater reputationis magnæ ac ſanctæ converſationis ad civitatem Monaſterienſem venit; ejus prædicatione compuncti multi vitam emendarunt. Ejus declamationibus inflammatæ ſancti Ægidii Moniales eò loci communem vitam inchoarunt; verùm anno Domini 1468 octava Januarii per Dominum Hinricum Abbatem in Leisborn, ſuffragante ſibi tunc Hinrico Epiſcopo Monaſterienſi, ad regularem debitámque obſervationem, plenámque reformationem perductæ ſunt.

Eodem item anno Johannes Comes de Hoyge, mortuo Erico fratre in Bevergerne XXVIII Aprilis, nuptias iniit cum

B filia Comitis Deipholdenſis; ejus frater Conradus Oſnaburgenſis Epiſcopus per matrimonii copulam ad pacem cum Hoygenſi Comite revocatus eſt: hactenus enim inimici erant.

Johannes Epiſcopus Monaſterienſis mox poſt conſecrationem reformationi monaſteriorum intendere cepit, convocatíſque ad aulam ſuam Prælatis univerſis propoſitum ſuum expoſuit. Verùm opus ſalubre ob aliquorum Prælatorum abſentiam dilatum eſt in aliud tempus; non tamen deſtitit Præſul pro reformatione monaſteriorum laborare quoad vixit.

C 1460. Cauſa peregrinationis olim in Blomberg. In Blomburg opido Comitatûs Lippenſis, Paderburnenſis dioceſis, hoc anno acta ſunt, quæ refero, poſt Paſcæ feſtum die Mercurii: mulier quædam præfati opidi inhabitatrix, neſcio quem ad prophanum uſum, clam eccleſiam intrans, Dominicum corpus è cibario excutiens in peplum, furto abſtulit, ac qua potuit diligentia abſcondit. Paſtor ſacrilegio cognito turbatur, promit in publicum, quantum ſcelus actum ſit, fit clamor, undique gemit populus, tremiſcunt omnes, Divini furoris in ſe iram concitò futuram timentes: monetur ad pœnitentiam ſacrilega, ſed obduratur, excommunicatur publicè, ſathanæ traditur ac anathemiſatur; timet confiteri ſcelus, quod commiſerat. Dum tanta ubique inquirendi ſceleſtum diligentia adhibetur, & ne in palam veniret, Dominicum, quod abſtulit, Corpus in aquæ puteum projecit,

Digitized by Google

& ut fundum peteret, unco, quo exhaurire aquas conſueverat, fruſtra perficere tentavit. Oritur quibuſdam ex cauſis in ſacrilegam ſuſpicio, ac ipſa Dominica *Vocem jocunditatis* capitur & nervo clauſa tenetur, confeſſóque ſcelere, proxima poſt Aſcenſionem Domini ſecunda feria, ut igni tradatur, educitur. Educta igitur inficiatur ſacrilegium, ac propter ſibi illata tormenta, non conſcia facinoris, culpam ſe profeſſam fuiſſe fatetur. Dubii facti cives, reverſi ad opidum retractavêre propoſitum, & ecce! concitò inſperatè tanta tempeſtas orta eſt, quantam nullus viventium unquam viderat, fulgura & tonitrua, grandines & intempeſtates contra ſacrilegam militabant. Quæ ut vidit, compuncta ac ea ſui cauſa facta perpendens, ſe ream mortis inter eundum publice inclamavit, & quod homines vindicare detrectarent, ipſa elementa, Divino imperio ſubjecta, inulta non permitterent. Igitur in vigilia Penthecoſtes educta, igne conſumpta eſt. Fit concurſus populi ſolemniſque eò loci peregrinatio, longa per tempora durans. Ubi dum ego adoleſcens voto conſtrictus, peregrinus veni, hos ſubſcriptos verſus in hujus tantæ geſtæ rei memoriam exaratos repperi, quos & huic operi inſerere tenptavi; qui tamen verſus ſcabroſi ſunt & modernorum lima carent, veritatem tamen rei geſtæ exponunt: A B C

Anno milleno & quater ſexáque geno
Mercuriíque die phaſe natúsque Mariæ
Furtim ſublatus è templo eſt hícque locatus
Intravit domum cœleſte viſere donum
Heu mihi! quid feci? per hoc me tradidi neci
Non lacrymis lota Judæ pœnitentiâ mota
Projecit in lacum Chriſtum germinánſque reatum
Vulgus cum clero Chriſti de Corpore vero
Quo ſit deductum neſciens, faciens ſibi luctum
Non eſt poëma, quod Paſtor fert anathema
Retulit hæc gama velamine prædita fama
Proditrix ----- mundi capitur vocémque jocundi

 Pedi-

A Pedibus artatur in cippo, duréque locatur
Aſcen profeſto ſionis tamen memor eſto
Chriſto prolatum per eam hoc eſſe reatum
Poſt Aſcen Chriſti die Lunæ mentéque triſti
Ut comburatur educta confiteatur
Illa die blæſa non eſt â caumate læſa
Nam confeſſa negat, contrarium dicere legat
Ubi revehitur, nondum ad tecta venitur
Aer ſonus ſævus tonitru quoque fulgure plenus
Per varios ictus peſſundans grandine victus
Domos evellens, arbuſta ruere pellens
B Tunc mulier mater nec plus ſe vivere curat
Fatetur ream ſe ſceleris utique dignam
In merita dignè magno comburitur igne
Pneumatis profeſto die martis dicere præſto
Vis Sacramenti multis extat medicina
Pocula pigmenti miniſtrat dulcia vina.

Origo falſorum quorundam miraculorum.

Eodem fermè tempore in ipſa item Padeburnenſi dioceſi in monte dicto Hallesberge (*Jacobsberg*) in deſolata quadam eccleſia, neſcio cui opilioni revelationem factam fuiſſe vulgatum eſt, quaſi ſanctus Jacobus, ejusdem eccleſiæ patronus, ſe ibi, prout in Compoſtella Gallatiæ hactenus, peregrinis ſuis patrocinium conceſſurum ſpopondiſſet. C Curritur certatim ad locum, prodigia & ſigna ibidem fieri publicatur, multa â peregrinis pecunia defertur. Fuêre tamen, qui rem profundiùs ruminârunt ac dicerent, nullum unquam ibidem verum miraculum factum fuiſſe, illuſione diabolicâ rem procuratam, ut ſcilicet novam jam aſſumptam in Corbienſi monaſterio reformationem eliminaret: locus enim Corbienſi monaſterio ſubjectus erat; hoc ipſum autem monaſterium jam diu â regulari obſervatione defecerat; unde aliquando neceſſariorum defectu reformationem accipere aut loco cedere artati ſunt. At Abbas ſancti Jacobi theſauris ac peregrinorum oblationibus ſuſtentatus, aratrum deſeruit ac poſt tergum

gum vidit, & membratim habentes, unde voluptuosè vive-
rent, expulſis, qui reformationem inducere laborabant, A
quam ob cauſam in ſanctioris vitæ propoſitum conſenſiſſent,
docuerunt. Eliminatâ autem religione, iterum inchoatâ,
paulatim & miracula & peregrinationes ſolitæ ceſſaverunt.

Ipſo anno bellum durum initum eſt inter Mauricium & 1462.
Gerhardum Comes Oldenburgenſes. Gerhardus Criſtianum
fratrem, Datiæ Regem, belli ſocium habuit; Mauricius ve-
rò Comitem de Hoyge Bremensémque civitatem adjutores
accepit. Unde Bremenſes Delmenhorſt caſtrum, in quo tunc
Gerhardus reſidebat, vallatum expugnare tenptârunt, obſes-
ſúmque eſt â feſto ſanctæ Margarethæ usque ad Galli ſancti B
diem. Rogatu igitur Datiæ Regis Wilhelmus Brunſwicenſis
Dux cum Monaſterienſi Epiſcopo obſeſſis victualia vi addu-
cere tenptârunt, ortúmque eſt bellum, Mauriciúsque cum
Bremenſibus inferior factus eſt, & multis occiſis, Otto &
Fredericus Comites de Hoyge capti ſunt.

Eodem anno Pius Papa Mantuæ conventum pro fide
Chriſtiana habuit, & in eo Principes omnes congregavit, ut
Turcis bellum indiceretur; eáque de cauſa innumerabiles vi-
ros ex Hiſpania, Germania, Gallia & Italia convocavit; quos,
dum ipſe Pontifex Anchonam proficiſceretur, invenit, quo-
rum magnam partem cum benedictione Apoſtolicâ remiſit, C
qui ſcilicet minùs idonei inveniebantur. Erant autem deriſui
Italis: quia ſuum ipſis cenſum inconſultè portârunt, quod
& revera ita factum eſt: nam multi, conſumptis in Alpibus
hys, quæ ſecum habebant, venditis equis & armis, nudi
multorum cum ſcandalo & Apoſtolicæ Sedis diffamiâ reverſi
ſunt, forſan in futurum cautiores effecti, ſi ſimilis caſus ac-
cideret.

His item temporibus ars imprimendi libros in Germania Inventio typographiæ.
enata eſt, pro qua innumerabiles autores ipſi congregaverunt
divitias, quâ certè nulla in mundo ars dignior, nulla lauda-
bilior aut profectò utilior ſive Divinior aut ſanctior eſſe un-

A quam potuiſſet. Fuêre qui hanc artem ab Germanis inventam primùm inficiari voluerunt, laudémque inventionis nobis Germanis præripere, eam facultatem multis ſœculis intermiſſam, paulo antè revocatam eſſe dicentes, divi Cipriani ſententiâ freti, qui de idolis ſcribens ait: *Saturnus literas imprimere & ſignare nummos in Italia primus in Italia inſtituit.* Qui licèt ratus apud Pompejum vetuſtatis inveſtigandæ Chriſtianus teſtis eſt, non tamen puto de ea ipſa impreſſoria arte, quâ nunc utimur, loquutum fuiſſe; ſed & Saturni tempore calami vel pennæ uſus non erat; literas fortè ferro expreſſit, cæterósque docuit, non conjunctim verò ſingulatim particu-
B lariter imprimendo debito ordine locare: vel item Saturnum docuiſſe literas imprimere eas, quæ in numiſmatis expreſſæ ſunt, non quæ nunc papiro imprimuntur: ſignavit enim primùm æs in Italia cum Jano monetam, & in æs impreſſit literas. Sic Deus etiam verus apud Jeremiam ait: *agri ementur pecunia & ſcribentur in libro & imprimatur ſignum.* Unde de hujusmodi arte quidam dicit:

Nuper ab ingenio Renanæ gentis & arte
    Librorum emerſit copia larga nimis.
Et qui divitibus vix Regi obvenerat olim,
    Nunc liber in tenui cernitur eſſe caſa.
C Gratia Diis primùm, mox impreſſoribus æqua,
    Gratia, quorum operâ hæc prima reperta via eſt.
Quæ doctos latuit Græcos Italósque peritos,
    Ars nova Germano venit ab ingenio.

In profeſto beati Valentini martyris Theodericus de Mor-
1463. ſe Colonienſis Archiepiſcopus poſt XLIX Pontificatûs ſui annum, póſtque facinora præclara multa patrata debitum carnis ſolvit, dioceſim & eccleſiam ſuam propter crebriora bella præſertim in Suſatenſes commiſſa maximis debitis gravatam relinquens, honorificâ ſepulturâ in eccleſia majori conditus eſt; in cujus locum Robertus Bavariæ Dux ac Palatinus Comes electus eſt.

Ro-

Digitized by Google

Ropertus igitur LX Colonienſium Archiepiſcopus concorditer â Capitulo ex Palatino Comite electus eſt, in cujus electione multi Principes, inter quos Burgundiæ Dux Carolus minas petitioni miſcens, quendam Burbonienſem Principem eligi rogârunt, alii autem & Clivenſis Dux, qui eo tempore ex eadem forſan cauſa per ſe Coloniam acceſſerat, Swartzenburgenſem Comitem promovebant. Verùm Capitulum unanimiter in Ropertum præfatum conſenſit. Fuit autem electio hæc celebrata pridie kalendarum Aprilium. A Robertus 60 Archiep. Colon.

Ipſo quoque anno Bremenſis Epiſcopus Gerhardus carnis debitum ſolvit. In cujus locum Hinricus Swartzenburgenſis Comes electus eſt, in cujus introductione XV Principes occurrerunt; in ipſo autem itinere, dum Brunſwicenſem Saxoniæ civitatem ingrederentur, torneamenta ſolempni in pompa celebrata ſunt. Fuit hic Hinricus vir probus & humilis, bellator fortis & omni, quæ ad Principem pertinet, virtute redimitus. Qua re moti Monaſterienſes, Præſule ſuo jam in Magdeburgenſem Germaniæ Primatum translato, hunc ſibi Hinricum poſtulârunt Epiſcopum. Pontificavit ergo ambobus in locis ſumma cum gloria, multis triumphis inſignis. B

Hoc anno Lisburnenſe monaſterium Ordinis ſancti Benedicti dioceſis Monaſterienſis in pago Dreni ſitum, a Carolo Magno Auguſto primò fundatum, quod jam penè totaliter a regulari obſervatione defecerat, per Reverendum in Chriſto Patrem & Dominum Dominum Johannem Bavariæ Ducem, Monaſterienſem Epiſcopum, reformatum ac in melioris vitæ tramitem reductum eſt, novitérque plantatæ Buriſfeldenſi unioni unitum: mortuo enim Luberto natione Lippenſi, ejuſdem monaſterii Abbate, Stephanum quendam Walraven ſibi præfecerunt, qui dum ob collapſam diſciplinam confirmationis munus ab Epiſcopo accipere non potuit, quatuor annis vicem Abbatis gerens, procurator præfatum monaſterium rexit; cepit autem paulo plus ſolito cum Fratribus, cognito Epiſcopi intento, regulariùs vivere, ac jam in C 1464. Liesbornenſe monaſterium reformatur & unioni Burſfeldenſi unitur.

A unum refectionis horâ ad cibum ſumendum convenire, Divino operi aliquanto ſolicitiùs ſolito ſe applicare; credentes ſe per hoc Epiſcopi animum ab intento poſſe revocare. Sed qui opus bonum in viro ſancto inchoavit, non deſtitit, donec perfecit. Erat ſanè præfatus Epiſcopus vir ſanctus, Deo amabilis, apprime devotus, Divinæ laudis procurator & promotor diligentiſſimus, vitiorum hoſtis, ſcelerum inimicus, virtutum zelator, bonorum promotor, ſceleſtorum expugnator magnificus, dignus planè, quem nullus non amaret, honorarent omnes, timerent univerſi. Igitur ut eò propenſiùs propoſiti ſui conſummationem videret, duos viros venerabiles Johannem Burisfeldenſem & Adam ſancti Martini Colo-
B nienſem Abbates cooperatores ſibi conſultò delegit, quibus id onus impertiri, ac ipſorum conſiliis, utpote in reformatione monaſteriorum magis expertis, uti potuiſſet; qui & ſuî nomine & Pontificali auctoritate dignum tali loco, tantóque officio præficerent paſtorem, qui ſcilicet ſanctæ religionis & regularis obſervantiæ diſciplinâ imbutus, alios etiam inſtruere verbo, & præire exemplo ſufficeret, ſe quoque illis præſidio fore, ſiquid quiſpiam illis impedimenti inferre conaretur, non jam ultrà locum ſibi commiſſum diaboli inſultibus dari paſſus. Cupientes igitur præfati Domini Abbates commiſſionem ſibi factam exequi, venerabilem Patrem Hinricum
C de Clivis Abbatem futurum, adjunctis ſibi de reformatione Fratribus, aſſumpſerunt, ſpiritualibus quoque armis arreptis, ire ad locum condictum ceperunt, ubi invenientes glorioſum ac nobilem Principis Senatum, ad ipſos pacificè ſuſcipiendum illò præmiſſum, honorificè, ùt phas erat, ſuſcepti ſunt; initóque conſilio, vocatis ſingulis ſingulariter monaſterii Fratribus, ac optione datâ, quid mallent, eligerent, ſcilicet aut reformationi colla ſubdere, aut certâ quantulacunque red截ituum portione pro vitæ ſuſtentatione ſuſceptâ, terga novis hoſpitibus dare, ac ita pacatos noviter introductos miſſos facere. Hac propoſitione artati, tanto quoque in articulo poſiti,

Digitized by Google

ſiti, quid eligerent, neſcierunt. Demum paucis Chriſti nexibus ligatis, ſeſe ſtabilientibus, reliqui, calcatis liminibus, inviti retrorſum rediêre. A

1465. Adolphus Ducis Gelriæ Arnoldi filius noctu in ſtrato ſuo patrem quieſcentem cepit, ac non ùt genitorem, verùm ùt malefactorem inhoneſtè & contumeliosè nudum per plateas ductum in Lobeck cis Renum caſtro in carcerem projecit, Gelriæque Ducatum ſibi uſurpavit. Habuit item Arnoldus Johannam Ducis Clivenſis ſororem conthoralem, Adolphi præfati matrem, quæ ob crebriora viri adulteria juſtè offenſa hanc â filio rem patrari procuravit, tribuens ſementum, quod in filiorum forſan filios cruentam meſſem procurabit. Indignatus hanc ob rem Johannes Clivenſium Dux ſequenti anno carniſprivii tempore bellum in Adolphum ſumpſit, ac multis illatis dampnis pro patris libertate fruſtra laboravit. B

Eodem anno Haſſiæ Lantgravius cum Ungaris & Bohemis Miſenenſibúsque in Symonem de Lippia Padeburnenſis eccleſiæ Epiſcopum exercitum duxit; cui occurrens ipſe Symon cum fratre ſuo Bernardo Comite ac Hildenſemenſi Epiſcopo Erneſto bellum petiit & expectavit; at Haſſiæ Lantgravius ſuorum ſtragem metuens, ante initum bellum fugâ ſalutem quæſivit.

C 1466. Convocatio civitatum, quæ Stanguinariæ (*hanſeaticæ*) dicuntur, ad Anglorum inſtantiam Octobris in initio Homburgenſi civitate facta eſt: ubi ſalvo Angliæ Regis aliorúmque Principum conductu habito & Colonienſis civitas quosdam de primoribus, ùt debuit, miſit; in reditu autem præfati Colonienſes in Monaſterienſi dioceſi in manus Nicolai Thekenburgenſis Comitis, inſidias tendentis, ceciderunt; quos omnes, uno occiſo, nervo captos claudi juſſit (erant autem numero ſedecim equeſtres viri præcipui) cauſam facinoris prætendens, quaſi Epiſcopus Colonienſis & Capitulum ſuum præfato Comiti ſex florenorum milium debitores eſſent. Verùm Dux Montenſis facinus expiare cupiens, literis Comitem

tem

A tem ad compoſitionem hortari cepit. Animoſior factus Comes prædâ captâ, in verba Ducis, nonniſi habitâ pecuniâ præfatâ, conſentire voluit, poſtulans inſuper obſides ſuper dampno, â quovis etiam hac pro re ſibi ſuiſque hæredibus non inferendo.

1467. Johannes Epiſcopus Monaſterienſis, Bavariæ Dux, Comes Palatinus cùm diocefin præfatam bene & optimè rexiſſet, & omnia in ſpiritualibus & temporalibus optimè ordinâſſet, ejúſque religio aliis etiam in regionibus innotuiſſet, poſtulatus eſt in Archiepiſcopum Magdeburgenſem atque totius Germaniæ Primatem, ubi ſanctiſſime vixit annis octo, ſcilicet uſ-B que in annum Domini 1475: tunc enim in die ſanctæ Luciæ virginis obiit, ſepultus in cathedrali eccleſia ibidem non ſinè opinione ſanctitatis, ad cujus monumentum hy verſus exarati ſunt:

Bavariæ natus Jo. Præſul & hic tumulatus
Virtutum cultor, pacis Dux, criminis ultor.

Henricus II. 45. Ep. Monaſt.

poſtquam autem præfatus Johannes ad Magdeburgenſem ſedem migravit, jam Monaſterienſis eccleſia, Epiſcopo ſuo orbata, poſtulavit Hinricum Schwartzenburgenſem, Bremenſem Epiſcopum, unum è Romani Imperii Principibus & ex-C celsâ Brunſwicenſium domo paterna ſtemmata referentem, materna ex clariſſima Clivenſium Burgundionúmque altiſſimo ſanguine ducentem. Hic Reverendiſſimus Pater, Monaſterienſis eccleſiæ Pontifex, ſanctæque Bremenſis eccleſiæ Adminiſtrator, tam alti ſanguinis Princeps, ab omni elationis ſpiritu flatúque ſuperbiæ quàm alienus, fortitudine clarus & liberalitate, annis XXX Monaſterienſi eccleſiæ non abſque præclara laude, magnorúmque favore Principum & amore præſedit; qui etſi ùt Imperii Princeps plurima bella geſſit, tantus ſuis tamen pacis amator & auctor per annos triginta extitit, ut non abs re quietis ſit temporum ſuorum fundator appellandus. Adversùs Aldenburgi Comitem longâ provocatus atrocíque injuriâ movit arma: Delmenhorſtum obſedit, ma-

Ejus præclara geſta.

Digitized by Google

gnáque clade dampníſque Comitem iterum iterúmque affi-ciens, petenti pacem dedit: adverſus Carolum, formidandum illum Burgundiæ Ducem veluti quandam belli tempeſtatem Nuſſiam toto fermè obſidentem anno, ſummis extremíſque viribus oppugnantem accitus â Frederico Imperatore, qui magnas ex Imperio vires contraxerat, per Rhenum trajecto exercitu, ad Cæſaris caſtra conſidet. Præ aliis viſus eſt unus Principibus, cui tanti exercitûs Imperator Romanas aquilas Imperialiáque vexilla in hoſtem ducenda contraderet; ubi cùm ad Cæſaris caſtra Dux ipſe præpotens ſuis & ipſe erumpens terribili at magno, ut erat, animo progreſſus foret audaciâ, totíſque trepidatum Cæſarianis eſſet caſtris, hic invictus Princeps cum toto exercitûs ſui robore irruenti ſeſe hoſti objecit, vaſtúmque ac tremendum ejus impetum ingenti gloriâ & virtute ſuſtinuit, repulit ac audaciam retardavit. Hinc iterum Aldenburgi Comitis veteranis continuíſque excitus injuriis, in eundem induens arma duxit exercitum, Delmenhorſtum, ad ea usque tempora prædonum arcem, longâ iterum ac pertinaci cinctum obſidione (in cujus & dura oppugnatione fratrem ſtrenuè obnixiſſiméque pugnantem amiſit) & Herpſtedium magnis eidem viribus abſtulit, & hujus eccleſiæ ditioni, ùt belli parta, jure adjecit poſſidenda. Friſcorum inſolentes ſpiritus] pro juribus eccleſiæ ſuæ pugnans, bello contulit, ac eos, quod vinci poſſent, edocuit, pacem tractatu interveniente conceſſit; in quos haud probè pacis pacta ſervantes cùm ingentem expeditionem eſſet meditatus, intempeſtivè ac, cùm minimè congruebat oſtendens omnibus, quàm frivolæ caducæque ſint res humanæ ac inanes cogitationes noſtræ, ſumptis eccleſiæ Sacramentis, morte ab hac luce ſubtractus eſt, quam clerus & nobilitas, plebs ſanè univerſa magno dolore luctúque tulêre ac veluti in exitu communis congemuêre parentis.

Ea tempeſtate Philippus Burgundiæ Dux, magnis rebus geſtis, felici ſenectute confectus vitâ exceſſit, vir ſuper coævos

A vos Principes laudibus extollendus, ſi modò fidem Deo ac ſummo Pontifici promiſſam ſervare voluiſſet: promiſerat enim ægrotus decumbens, ſi ægritudinem evaderet, ſe perſonaliter cum exercitu ingentíque claſſe contra Turcum profecturum; verùm quorundam Magnatum ſuorum perſuaſionibus â propoſito revocatus fuit, & qui homines fallere non conſueverat, Deum & ſummum Pontificem cum maximo Chriſtianæ religionis incommodo fefellit: nam multi Orientalium Regum & Ducum tanquam ad auguſtiſſimum Occidentis Principem ſolempnes Oratores misêre, quod nunquam lectum aut auditum aliquo tempore fuit: videlicet Orator David Trapeſundarum Imperatoris nomine, Michaël de Alguri Gorgii Alexandri magni Perſarum Regis, Aſcrimbergh Turcomani Meſopotamiæ Regis non Chriſtiani ſed Machomiſtæ, B Gorgore bellicoſiſſimi Georgianæ Ducis, & Morati Vanterch Armeniæ minoris Principis. Venit & Ludwicus Patriarcha Antiochenus cum iiſdem Oratoribus in Burgundiam ad ipſum Philippum Ducem: pervenerat quippe ad eosdem Reges & Principes Orientales fama, ipſum multa pro fide Chriſtiana & communi utilitate præclariſſima feciſſe facinora: convenerant enim inter ſe, ut communi impensâ contra Machumetum Othomarum Conſtantinopolitanum Imperatorem bellum in-C dicerent, modò in Europa eidem bellum vel parvum ipſo auctore cum Pontifice Romano moveretur, pluribus namque rationibus & oblationibus atque precibus rogabant, ne tantæ commoditati ſibi divinitus oblatæ deeſſe vellet; ſed timidus homo ymmò & avarus oblationem non contempnendam neglexit. Fuit nichilominus in reliquis ſapientiſſimus & Chriſtianæ religionis zelotes; moriens itaque in ſenectute bona Carolum filium habuit ſucceſſorem.

Legatio diverſorum Orientalium Principum ad Philippum Burgundiæ Ducem.

Carolus itaque prædicti Philippi filius & hæres ultimus, ex ipſorum Francorum Regum familia propagatus, vir ſtrenuus ſeverúſque, magnanimus atque terribilis, ſed juſtus, liberaliſſimus, ſuprà quam dici poteſt, pientiſſimus, Divinorúmque

rúmque

Digitized by Google

rúmque obſequiorum ferventiſſimus obſervator. Hic, adue genitore vivente, incredibilia præclara geſſit facinora, maximè in Gandavenſibus civibus, quos bello ſuperatos, opidóque expugnato, ſibi ſubjecit; privilegium haud honeſtum, â patre extortum, fori in medio rogo dari ac comburi præcepit, tantámque urbi calamitatem inflixit, ut nunquam antea in una pugna ex ipſis Gandavenſibus tot occubuiſſe â majoribus memoriæ traditum ſit. A Leodienſibus quoque graviter offenſus, quod ejus ex ſorore nepotem, eorum Pontificem, in vinculis conjeciſſent, iratus omnem belli vim in eos convertit: civitate itaque demum grandi fragore & furore obtentâ, univerſos in ea & trucidavit & occidit, nec ulli ſexui aut ætati ſeu dignitati parcere voluit: eo namque bello tantam cædem exercuit, quantam neque Græcorum neque Latinorum aut Barbarorum referunt hiſtoriæ; ſicque civitatem complanari juſſit, ut nec unus quidem ex ea remaneret calculus, erecta in urbis foro columna, in qua everſionis cauſam ſcribi mandavit. Inde digreſſus Edwardum Angliæ Regem ſororium ſuum è regno pulſum, commiſſo cum Ludwico Francorum Rege bello, regno reſtituit; verùm Pauli ſummi Pontificis cura pace inter Regem & Ducem confecta, Nuſſiam Colonienſis agri opidum, quod eſt in ripa Rheni fluminis, obſedit, ſed cum Frederico Imperatore, qui in civitatis auxilium venit, fœdere inito, in ſua reverſus eſt; & cùm quieſcere non poſſet, cum Ludwico Rege rupto fœdere, in Lothoringiam exercitum duxit, & cùm multas provincias ſibi ſubjeciſſet, apud Nanſiam Lothoringiæ urbem cum quatuordecim pugnatorum milibus Helvetiorum ſive Swicerorum enſe cæſus bellorum & vitæ finem dedit.

A

Horrenda devaſtatio civitatis Leodienſis.

B

C

Clivenſis Dux Johannes, congeſto in unum exercitu, in Gelriæ Ducem, qui ùt dictum eſt, patrem in vinculis tenuit, acies duxit. Vaſtatis itaque hinc inde provinciis, aliquando eò ventum eſt, ut Clivenſes opidum Doesborg captum, expugnatum, deprædatum, Gelerenſibus expulſis, inhabitarunt. 1468.

A Irritatus a patruo Gelriæ Dux, ſuis in unum coactis, Wachendunck caſtrum fortiſſimum unà cum civitate adjacente vallavit & armata manu obſedit, quo usque, omnibus cibariis conſumptis, a Clivenſi Duce auxilium poſtulare compellerentur. Qui viribus ſuis ac exercitûs animoſitate confiſus, refectis hys, qui intus erant, cum obſidente caſtrum Adolpho ſe miſcuit, & ſuorum ingentem paſſus ſtragem, multos etiam nobiles amiſit. Quod bellum fomentum incenſi contulit rogi majoris.

B Eodem anno mandato ſummi Pontificis Imperator in Bohemos exercitum fudit, multísque præliis attritos Bohemos quidem cædere, occidere & capere potuit, ſed ab hæreſi revocare penitus non prævaluit.

Proditorum merces.

Cæterùm ipſo die Symonis & Judæ Apoſtolorum Burgundiæ Dux Carolus cum Leodienſibus durum bellum habuit, multísque occiſis, civitatem ipſam non tam vi quàm dolo expugnavit & ad ſolum usque deſtruxit, pro ut jam ſuprà dictum eſt. Captâ autem civitate, traditores rotis imponi juſſit ac traditoribus dignam pœnam dedit: erat enim præfatus Dux Carolus inter cætera acerrimus juſtitiæ cultor atque defenſor, adeò ut pro illa tuenda nullius iracundiam, nullius C inimicitias, nulliúsve ſimultatem aut potentiam extimeſceret, ymmò & aliquando pro hujusmodi metas honeſtatis excedebat.

1470. Ducatu Geldriæ infeudatur Dux Burgundiæ.

Carolus Burgundus hoc anno, capto Adolpho Gelriæ Duce circa feſtum ſancti Johannis Babtiſtæ, adjuvante ſe Johanne Clivenſium Duce, fortiſſimis duobus exercitibus Gelriam ingreſſus eſt, & civitatibus expugnatis, Ducatum ipſum, Suhtphaniæ quoque & Morſenſem Comitatus ſibi ſubjecit ac ſubjugavit, Adolphíque filium Carolum ſua cum germana puerulos, Noviwagia expugnatâ, captos in Brabantiam ſecum duxit. At Fredericus Imperator hactenus negatam Regno obedientiam â Gelerenſibus animadvertens, tyrannidémque Ducum conſiderans, Carolum Ducem Burgundiæ, ho-

minio

minio ab ipſo accepto, Gelriæ quoque Ducem declaravit, ipſúmque ſolito more infeudavit. A

Cometa ſtella in principio hujus anni circa feſtum ſanctæ Agnetis apparuit igneo colore rutilans crinibus longis nigriſque, quos in occidentalem urgebat plagam. Cujus quidem corpus primùm circa Libræ principium fuit, poſtea tamen ſe in Septentrionem flexit, ut extra Zodiacum migrâſſe judicatum ſit; duravítque diebus LXXX; nam breviſſimus durationis Cometæ tempus VII dierum, longiſſimus LXXX eſſe Ariſtoteles tradit. Nec iſto nondum diſſoluto, alter apparuit, cui erat coma ignita, qui in Arietis ſigno poſtea videbatur, & caudam in orientalem urgebat plagam. Sequenti anno ſiccitas incomparabilis ſequuta eſt, & peſtilentiæ belláque crudeliſſima, præſertim in Germania, pluribus in locis evenêre. 1472. B

Eodem anno diſſenſio inter Colonienſem Epiſcopum Ropertum & ipſius Capitulum orta eſt, in qua Epiſcopus omnia penè Canonicorum bona, extra urbis muros poſita, vi abſtulit, vinearum redditus ſibi uſurpavit, muſto cellaria ſua replevit, ſynodum in Veronenſi (*Bonnenſi*) opido inſolitâ novitate ordinavit omnibus Clericis ſuæ diœceſis in ſecundam poſt Dominicam *Invocavit* feriam. Quam diſcordiam ſedandam Wormatiæ Epiſcopus cum quibusdam aliis nobilibus, â Palatino Comite miſſis, Coloniam venit ipſo die ſancti Johannis Babtiſtæ; qui dum infecto negotio iter repatriaturi arripuerunt, inſtigantibus Roperti æmulis, quidam navi ſeſe imponentes, inſidias in Reni undis locârunt; in quas dum inciderunt, qui diſcordiæ ſedandæ causâ acceſſerant, capti, cæſi ac equis impoſiti, abducti & nervis clauſi ſunt. Fuêre autem inter cæteros cum Wormacenſi Roperti Colonienſis ſuffraganeus ac in Pontificalibus Generalis, Wulfangus ejusdem Roperti ſigillifer, Abbas quoque Tuitienſis, multíque alii viri præcipui & reverendi. Schiſma in eccleſia Colonienſi. C

Unanimi omnium conſenſu Capitulum & civitas Colo- 1473.

A nienſis hoc anno elegerunt generoſum Dominum ac Principem inclitum Hermannum Haſſiæ Lantgravium, Aquenſis ac ſancti Gereonis Colonienſis eccleſiarum Præpoſitum (qui tunc apud Saxones in Hildenſemenſi dioceſi moram trahebat) in Colonienſis eccleſiæ Commiſſarium ac totius dioceſis Gubernatorem, miſſis cum epiſtolis nunciis, qui ipſum è Saxonia adducerent; cui concitò civitates, hominio præſtito, ùt Domino ſuo obſecundârunt. Unde mox coacto in unum exercitu, armis arreptis, Poppeldorff Roperti præſidium vallavit, & poſt longam obſidionem in deditionem accepit.

Eodem anno Fredericus Imperator cum Maximiano filio B Auſtriæ Duce aliíſque Principibus, hujúſce diſcriminis ſedandi gratiâ, Coloniam pacificè venit, dignéque, ùt Imperialem magnificentiam decuit, ſuſceptus ipſo ſcilicet die ſancti Andreæ Apoſtoli, multíſque donariis cum filio ſuo ac cæteris Principibus & Officialibus abundantiſſimè honeſtatus eſt; verùm poſt multa civitati data privilegia Eſcedenſem Epiſcopum Legatum ipsâ ſanctæ Luciæ virginis die ad Ropertum Colonienſem Epiſcopum pro pace componenda inter ipſum & Capitulum miſit; qui ſine reſponſo abire Legatum permittens, ſextâ proximâ feriâ quosdam de ſuis per ſe Imperatori reſponſuris direxit; erat autem reſponſio hunc habens modum: C quia Colonienſes ſibi proviſorem & gubernatorem Hermannum Haſſiæ Lantgravium elegiſſent, & ipſe ſibi Burgundiæ Principem Carolum proviſorem & defenſorem ordinâſſet; quibus in pugnam concurrentibus, cauſa mucrone diſcutienda foret. Infecto itaque negotio, alterâ beati Anthonii die Imperator Coloniam exiens, per Reni fluenta legans Treverim rediit.

1474. Dominicâ ante Purificationis beatæ Mariæ Virginis feſtum Colonienſis Archiepiſcopi ſuffraganeus & in Pontificalibus generalis Vicarius â ſuis æmulis, ùt præmiſſum eſt, captus ac ultrà quam Pontificalem decuit dignitatem, dehoneſtatus ac contemptui habitus: pari enim modo, quo ipſe pueros confirmare

Digitized by Google

firmare ſolitus erat, alapis cæſus eſt, aquáſque capiti ſuo infundentes illuſerunt, ac deſpectum & vinctum carceri mancipârunt. Tandem hoc anno auxilio Philippi Wyrnenburgenſis Comitis libertati reſtitutus eſt. A

Ipſo anno Carolus Burgundus per nuntium Coloniæ arma ſua quaſi urbis Præpoſitus Epiſcopali aulæ affigi fecit; qui item nuntius etiam in mandatis habuit, intimare omnibus & ſingulis civitatis & diœceſis Colonienſis incolis Principis ſui nomine, ut Ropertum Epiſcopum reciperent, ac ùt Domino ſuo obſecundarent, ablatáque cameræ ſuæ bona in theloneis, poſſeſſionibus, obventionibus ac quibuscuncque aliis ſinè omni exceptione & contradictione reſtituerent; ipsúmque Carolum Burgundiæ Ducem hæreditario etiam jure ſuum Præfectum & ſcirent & tenerent. Quod quidem Colonienſes inficiari penitus ceperunt, ymmò evulſis ab aula Epiſcopi Ducis Caroli jam per nuntium affixis armis, ſevo immerſis, pedibus conculcârunt ac bellum indixerunt. Unde maximum ex Weſtphalia alíſque provinciis exercitum ſtipendiariorum contraxerunt in Ropertum Epiſcopum Carolúmque Burgundum prælia commiſſuri. B

Exacerbatus igitur in Colonienſes Dux ac de victoria ſuper Franciæ Rege Ludwico jam pridem habitâ elatior factus, Nuſſiam territorii Colonienſis civitatem Reni in ora ſitam (quam ante obſidionem Hermannus præfatæ Colonienſis eccleſiæ Gubernator electus militum manu ac ſuâ præſentiâ defendendam intraverat) maximo in unum coacto exercitu, ipſo ſancti Panthaleonis martyris die primùm vallavit ac milite cinxit, ordinatiſque in circuitu pugnatorum turmis, ponte Reno ſtrato, introitum exitúmque interdixit. Perfectâ jam obſidione, diverſo diu Marte dimicatum eſt, nunc hos, nunc illos conſumente gladio. Demum Fredericus Imperator, multa Colonienſium inſtantia accerſitus pro Nuſſia ab obſidione redimenda, cum exercitu copioſo eò venit, ac in Ducem bella movere cepit; qui poſt multa glorioſè patrata faci- C

A facinora multóque fuſo ſanguine, inſtantia & labore Legati Apoſtolici, ad hoc a Papa miſſi, aliquando compoſiti, in beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli vigilia obſidio ſoluta eſt. Carolus autem Burgundus, qui in annali fermè obſidione quindecim hominum milia ex armatis ſe ſequentibus Marti libarat, in Picardiam contra Regis Francorum exercitum arma movit: Francorum enim Rex inter obſidendum Nuſſiam, Picardiam, opidis, caſtris, fortaliciiſque penè omnibus expugnatis, Francis totam fermè ſubjugavit.

Tempore autem obſidionis præfatæ vocatus in adjutorium ab Imperatore Hinricus Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopus,
B qui in unum adacta non parva militum manu, pedeſtri quoque exercitu gravi ad Imperatorem haud longè a Nurſiæ mœnibus degentem venit, ac omnibus terrorem incutiens, tantus etiam habitus eſt, quem Carolus plus quàm Cæſaris militiam formidaret. Hic proprium uno ex latere in Ducem fixis tentoriis exercitum collocavit, dignus ſolus apud Imperatorem habitus inter omnes Regni Principes, cui in hoſtem Cæſareas aquilas ducendas maximo cum honore transmitteret; ubi Princeps inclitus ob glorioſa præclaráque facinora ne omni in Chriſtiano orbe modò nomen ſibi æternum accepit, ſed ùt veridica etiam relatione poſtmodum innotuit,
C Turcus ipſe, ejus fama percepta, armorum ejus ſtrepitum & animi vires exhorruit; nichilominus ſuo ex exercitu una dierum ſeptingentos, aut enſe cæſos aut Reni undis ſubmerſos Ducis exercitus extinxit; cujus rei cauſam inferre non erit inutile: quidam enim Monaſterienſium galeam haſtæ impoſitam, quaſi pro ſigno, quo ad ſagittandum ſe exercitarent, in ſublime erexerunt; in quam dum jacula crebriora jacerent, factum eſt ex Ducis exercitu nonnullos ſauciari, aliquos etiam ſagittarum impulſu occidi. Rogati itaque ab hoſtibus inter treugas tali ab opere deſiſterent, dum preces flocci pendunt, fractis & ipſi treugis, clam ſinè bellico præmiſſo ſigno adunati hoſtes in Hinrici exercitum, nichil ſiniſtrum cogitan-

tem,

Digitized by Google

tem, imparatum & inermem irruunt, & facto impetu ſinè miſericordia occurrentes fugientéſque aut occidunt, aut undis ſubmergunt. Tanta inopinata ſuorum ſtrage, inter treugas facta, motus Epiſcopus bellum in proximo Carolo indixit, reddidiſsétque vicem hoſtibus, ſi non Fredericus Imperator ſe medium poſuiſſet, bellúmque interdixiſſet. A

Eodem anno Criſtianus inclitus Rex Daciæ, Sweciæ, Norwegiæ, Gothiæ, Dux Eſconiæ, vir quidem Chriſtianiſſimus & multis virtutum præconiis redimitus, Aldenburgenſis Comitis proles, ut Romam ſolvendi voti ſui gratia peteret, per Weſtphaliam iter ad Carolum Burgundiæ Ducem, qui eâ tempeſtate Nurſiam civitatem obſedit, ſalutandi causâ fecit, dein per univerſam Lombardiam Tuſciámque pergens, ab omnibus Potentatibus honorificè ſuſceptus eſt: eâ enim gratiâ illò proficiſci ferebatur, non modò ut votum ſolveret, ſed ut Chriſticolas contra Turcum animaret. Romam itaque ingreſſus, præcedente obviam honorato Cardinalium collegio, à Sixto Pontifice maximo perbenignè & honorificentiſſimè ſuſceptus eſt, ac pro ſingulari munere roſâ aureâ, quam ſingulis annis Pontifex in Dominica Palmarum alicui ex Principibus Chriſtianis donare conſuevit, à Sixto Pontifice donatus eſt; ibidem enim de univerſali Italorum Principum pace agere cepit, ut ſcilicet uno animo contra Turcum coirent, ſed res perfici non potuit. Demum idem abiens, ubique celebri honore exceptus domum reverſus eſt, in Weſtphalia tamen inſidias paſſus eſt, ſed fruſtra laboratum. Hic Rex in anno ſalutis noſtræ 1454, cùm Conſtantinopolis civitas à Turco occupata fuiſſet, à Cæſare Frederico in Germaniam ad dietam vocatus, ut Turco contradiceretur, ſe per literas dolens excuſat dicens, notam fore in regnis ſuis non modicam diſcordiam, ſed pollicetur, ſiquid in ipſa dieta concluſum fuerit, ſe prompto ac gratiſſimo vultu facturum. B C

Carolus Burgundiorum Dux circa feſtum ſancti Martini, 1471.

A fugato Lothoringiæ Duce, brevi temporis ſpatio potenti manu, Francis reſiſtere non valentibus, Ducatum ipſum obtinuit.

Eodem anno Gerhardus Aldenburgenſis Comes, Chriſtiani Datiæ Regis germanus, in Friſones exercitum traxit, rapinámque non minimam excuſſit. Verùm Friſones conglobati, ſeſe alterutrum animantes, conſtituto Duce, raptorem concitò inſequuntur, & prædâ revocatâ, animoſius in hoſtem irruunt, ac ducentis quinquaginta occiſis, cæteríſque fugatis, victores cum triumpho ad ſua ſe recipiunt; & quia infauſta duplicata coëunt, eodem anno Bremenſes ejusdem Gerhardi Comitis caſtrum, quod in Weſeræ ora erexerat, deſtruunt:
B nitebatur enim Comes ipſis Bremenſibus viam, ne per Weſeræ fluenta navibus mare intrarent, obcludere; cujus rei gratiâ erexerat; quod cives ferre non ſuſtinentes, caſtrum ipſum deſtruunt, viginti quinque, qui in caſtro capti fuerunt, piratorum ſententiâ decollatis.

1476. Helvecii, qui & Suicenſes, in Saphoïæ Ducatu tempore carniſprivii in Caroli Burgundi exercitum tantâ cæde debacchati ſunt, ut occiſis plus quàm octo milibus pugnatorum, omnia quæ habuit in armis bellicis, argento, auro, lapidibus pretioſis, ſibi uſurparent ac belli jure inter ſe dividerent. Oc-
C ciſi ſunt ibidem de exercitu Ducis Arragoniæ Regis filius ac Orlienſis Ducis frater, multíque alii Duces, Comites, Barones, Nobiles ac præcipui & nominati Milites.

1477. Ipſo anno Lothoringiæ Dux cum Suicenſibus ſeu Swiceris fœdere inito, contra Carolum Ducem, qui jam dudum ipſum expugnaverat, arma ſumpſit, militem congregavit, bellum petiit. Carolus autem eâ tempeſtate Nantiam Lothoringiæ civitatem diu jam obſeſſam expugnare tenptavit, habens in exercitu quatuordecim milia bellatorum, alias copias ſuperventuras ſuſtinens, ut integris exercitibus contra Helvetios maturaret; dúmque ibi exercitus præſtolaretur, Helvetii coëunt, improviſíque antelucano proximo quendam montem occupant, in quem Dux etiam pedites quadringentos, ut & ipſi

ipſi illum occuparent, miſit. Verùm ſupervenientibus cum Duce Lothoringiæ Helvetiis ac hoſtium copias fugantes & diſſipantes, Ducis ad caſtra advolant, exercitúmque profligant. Pugnatum eſt XVI Januarii, ac Carolus ſuo cum exercitu cæſus, diſſipatus, ſuperatus, crudeliterque occiſus eſt, tantáque ſtrage exercitus affectus, ut ex quatuordecim pugnatorum milibus vix quatuor millia evaſiſſe perhibeatur; alii autem, ùt dictum eſt, aut cæſi aut profligati per devia quæque fugientes Carolum Ducem deſeruerunt, quem inſequentes hoſtes, tandem ab innumerabilibus circumvallatum obtruncârunt, quem inter occiſorum multitudinem alterâ die repertum, præfatæ civitatis foro publicè impoſitum, omnium oculis expoſuerunt, licitúmque erat omnibus etiam inimicis civitatem ingredi, cupientium tanti Ducis & bellatoris exanimatum corpus cernere. Poſt tertium autem diem in eadem Nantia civitate honorificæ maximi bellatoris corpus ſepulturæ commisêre, impleto jam duodecimo ducatûs ſui anno; in cujus morte univerſa tanta illuſtriſſimorum virorum extincta eſt familia: nam ſinè liberis obiit. Reliquit autem unicam filiam Mariam ex legittimo matrimonio ſuſceptam, quam ſibi Maximilianus, Frederici Imperatoris filius, matrimonio copulavit, quam in uxorem ſuſceptam Burgundiæ quoque Principatum invaſit; cúmque unicum ex ea maſculum Philippum ac filiam ſuſcepiſſet, ipſa ex equo decidens, fractis cervicibus, expiravit, & ſic, eo mortuo, ùt præmiſſum eſt, ipſa familia Burgundionum radicitus evulſa eſt.

A

Clades & obitus Caroli Burgundiæ Ducis.

B

Burgundiæ Ducatus tranſit ad Maximilianum Auſtriæ Ducem.

C

Occiſo itaque, ùt præmiſſum eſt, abs Helvetiis Carolo, Franciæ Rex exercitum in Picardiam, quondam Caroli Ducis provinciam, trajecit, quam & brevì expugnavit, caſtráque in Flandriam movit. Unde Flandriæ Optimates Adolphum Gelriæ Ducem, quem hactenus Carolus apud ipſos vinctum tenuerat, ſolvunt ac Capitaneum contra Franciæ Regem conſtituunt; qui tamen Adolphus ipſo anno in Nativitatis beati Joannis die à Francis occiſus eſt.

A Hæc inter Ropertus Colonienſis Epiſcopus apud Weſtphalos magno temporis ſpatio latuit, qui unâ dierum Kempis dioceſis ſuæ civitatem intrans, ſe cives caſtellanósque defenſare velle abs Hermanni Gubernatoris ac Colonienſium impetu ſpopondit. Qua re comperta, adunati cum Hermanno Colonienſes caſtra, opida ac fortalitia, quæ ad Ropertum defecerant, expugnarunt, ac in Kempis opidum acies direxerunt. Ropertus igitur, animadverſa adverſariorum potentia, cognitóque proximo hoſtium adventu, ſibi civibúsque conſulens ipſe fuga ſalutem quæſivit, civibus verò cum Colonienſibus pacem facere perſuaſit.

B Eodem anno Wilhelmus Juliacenſis Dux, ſequeſter in Ropertum & Colonienſes electus terminum ſedandæ contentionis & diſcordiæ proximam poſt Remigii diem poſuit, locúmque, quo convenirent, Berka opidum deſignavit, ubi aſſignatis tribus florenorum milibus cum quibusdam caſtris Roperto pro annuis ad vitam redditibus, libere Epiſcopatum reſignavit; qui tamen paulo pòſt hoc ipſo anno ſic per Wilhelmum Juliacenſem inter partes diffinita & promulgata irrita fecit, nec ſe hujusmodi ſervaturum & verbis & ſcriptis reclamavit.

1478. C Unde ſequenti anno, hoc eſt 1478, circa feſtum Penthecoſtes, dum præfatus Ropertus ad ſuperiores partes iter faceret, abs Hinrici Lantgravii Haſſiæ militibus, iter ſuum obſervantibus, captus & comprehenſus, ac in Blankenſtein caſtrum ductus & nervo clauſus certos in vinculis conſumpſit annos, donec ſcilicet mors ipſum è carcere abſolvit.

Nova apud Gelriam belli ſata ſunt hoc anno ſeminaria: mortuo enim Carolo Burgundiæ Duce, Gelriæ Proceres occaſionem nacti, indignè ferentes Burgundis ſubjici, naturalem ſe Dominum rehabituros ſperantes, Maximiliani Auſtriæ Ducis, qui & Burgundis imperavit, imperium recuſarunt, & venienti introitum in civitates negabant. Quam ignominiam indignè ferens Auſtriæ Dux Johannis Clivenſis Ducis adju-

Digitized by Google

adjutorio Gelriæ imprimis opidum milite armato cinxit, & quaſi expugnaturus machinis vallavit. Eſt autem Gelria ejuſdem Ducatûs opidum, a quo ſimul & caſtro tota nomen ſortita eſt provincia, quod ipſum Carolus, provincia ſibi ſubjectâ, Katherinæ Adolphi Ducis ſorori pro vitæ ſuſtentatione dono dedit. Igitur Gelriæ cives Noviwagio unà adacti cum ſibi adhærentibus in Katherinæ auxilium feſtinârunt, qui cum Gelriæ incolis in obſidentes Duces irruentes, pugnâ ſuperiores facti, hoſtes in fugam verterunt, & ſpoliis ditati triumphum Katherinæ virgini attulerunt. A

Eodem anno inter Ludwicum Franciæ Regem & Maximilianum Ducem, Frederici Imperatoris filium, pugnatum eſt in die ſancti Barnabæ Apoſtoli, & incerto diu Marte dimicatum, demum victoria Maximiliano ceſſit; ubi ex Francis quinque milia, ex Maximiliani exercitu duo pugnatorum milia ceciderunt. B

Inſuper Ungariæ Rex Mathias cum Turcis pugnans quindecim milia de ſuis amiſit, cæſis ex paganis quadraginta milibus. Sed & Livonia hoc anno Ruthenorum rabie peſſundata eſt, vario tormentorum genere fideles ad æthera transmittens. Verùm haud longè poſt Sweci & Dani, in Ruthenos exercitum ducentes, Chriſtianorum necem talione recompenſârunt. Eſt autem Ruſſia provincia Livoniæ contermina, cujus incolæ Rutheni dicuntur. C

Alterâ die ſancti Jacobi Apoſtoli Ropertus Colonienſium Archiepiſcopus, ubi biennio in Haſſia carcere clauſus fuerat, deficiens hoc anno mortem obîit, portatúsque vehiculo ad Reni fluminis oram ac navi impoſitus Veronam, quam Bunnam dicunt, adductus eſt, ac in beati Caſſii monaſterio honorificè humi traditus ac ſepultus eſt; in cujus locum Hermannum Haſſiæ Lantgravium, hactenus eccleſiæ Colonienſis Gubernatorem, concorditer Epiſcopum elegerunt. 1480.

Hermannus igitur quartus Haſſiæ Lantgravius ex Gubernatore in LXI Colonienſium Archiepiſcopum proximâ poſt Hermannus 61. Archiepiſc. Colon.

A feſtum ſancti Laurentii die omnium conſenſu electus eſt, re & cognomine pacificus: nam pacem ipſe in provincia tenuit, ad pacem circumjacentes Principes induxit, ob quam etiam obſervandam plus ſolito exactionis à ſubditis poſtulavit, nichil veritus obloquutiones adverſariorum propter hoc ſibi fieri, animadvertens notabile prædeceſſoris ſui Engelberti primi reſponſum, qui licet ſanctus habitus ac martyrio utique coronatus, argutus tamen à ſpiritualibus viris, quare exactiones faceret in populum ſibi commiſſum, reſpondiſſe fertur, ſinè pecuniis ſe pacem facere non poſſe in terris. Quod quàm verum ſit, nôrunt, qui ſequeſtrum officium nomine Principum gerunt.

B
1411. Alterâ poſt Nativitatem Johannis Babtiſtæ Juliacenſis Dux Wilhelmus cum uxore Sibilla Alberti Brandenburgenſis Marchionis filia Coloniæ ſecundas nuptias intravit. Fuêre ibidem inter cæteros Colonienſis, Treverenſis Archiepiſcopi, Auſtriæ Dux, Brandenburgenſis ac Badenſis Marchiones, Comites inſuper quinquaginta, Baronum ac nobilium militum complurimi. Sponſa deauratò curru cum numeroſa nobilium virginum turma ſolempni pompâ adducta eſt.

Eodem anno Johannes Clivenſium Dux, Princeps glorioſus, vir æternâ memoriâ dignus, multorum bellorum peritus, poſt multa facinora glorioſè patrata mortis debitum ſolvit, Johannem filium primogenitum paterni Ducatûs hære-
C dem poſt ſe relinquens.

Hoc ipſo anno Hinricus Monaſterienſis Epiſcopus, Bremenſis eccleſiæ adminiſtrator in Gerhardum Oldenburgenſem Comitem contraxit exercitum, depopulatóque Comitatu, Delmenhorſt caſtrum obſedit, diuttináque obſeſſione expugnavit, militéque ſuo ac cibariis munivit. In qua quidem obſidione Gunterus Epiſcopi germanus, dum ſe animoſiùs gereret, jaculo perfoſſus haud longè pòſt vitam reddidit, totámque provinciam mæſtitiâ replevit: ab omnibus enim propter ſuam probitatem unicè diligebatur, etiam qui faciem ejus nunquam viderant. Cæ-

Digitized by Google

Cæterùm ipſo anno Wilhelmus Comes Arborgenſis cum Leodienſi Epiſcopo bellum habuit, victúmque Epiſcopum bello gladio perfodit. Oranienſis igitur Dux, Epiſcopi ſocer, Ducis Auſtriæ auxilio dura in Comitem exercuit judicia: nam ſuis ablatis, patriâ expulit, quâ re multorum malorum cauſam dedit. A

Zayllabus ſeu Zyſinius Bayſſeti Turcorum Principis frater, quem Mahumetus pater teſtamento ſucceſſorem reliquerat, hoc anno apud Biſantium à fratre majori prælio ſuperatus, relictâ Turchiâ, ſolus quaſi præ timore in Ægyptum deinde Rodium ad Magiſtrum militum Rodiorum confugit, vir certè maximæ virtutis ac ſtrenuiſſimi ingenii, apud quem cùm aliquot tempus incognitus ſubſtitiſſet, veritus ipſe Rodiorum Magiſter, ne ob hoc Turcus eidem bellum inferret, ipſo Zyſinio volente & rogante, in Gallias ipſum ad Carolum Regem honorificè cuſtodiendum navigio miſit. Quæ res poſtmodum cùm Turco innotuiſſet, perjocundè accepit, ſtatímque Legatum in Galliis idem Bayſſetus Turcus pro reconſiliatione fienda ad hunc Ziſinium & Regem Francorum miſit; idem autem Legatus ex nomine ſui Principis Francorum Regi pro taxa ſingulorum annorum obtulit quadraginta milia nummorum aureorum, dum hic viveret. Verùm cum aliquot tempus eo modo in Galliis permanſiſſet, jubente Innocentio Papa Romam remiſſus eſt, idque Pontifex ipſe feciſſe refertur, ut Turcos jam Italiam ingreſſos è finibus Italicis coërceret. Carolus autem ejus nominis octavus Francorum Rex, dum Romam in anno 1494 potiundi Parthonopæi Regni cum exercitu magno perveniſſet, Roma quondam terrarum domina ſibi ſubjugata, versùs Neapolim diſceſſurus, invito Alexandro ſexto Pontifice, hunc virum ſtrenuiſſimum fortiſſimúmque ac ſapientiſſimum, ut omnia in Turcos moliri videretur, ſecum abduxit, cujus causâ Pontifex idem ipſam pecuniarum quantitatem quot annis accipiebat. Verùm Gallus Rex dum in Regnum cum eodem perveniſſet ſua diligentia,

1481. Mahumetis filius obiit in Gallia.

B

C

gentia, hic vir illuſtriſſimus reumatiſmo vitam finivit cum
A magna certè Chriſtianorum jactura.

1483. Hoc anno hyemps maximè temperata fuit, ita ut nusquam nix viſa ſit de cœlo cadere, quod nulli unquam hominum apud noſtros viſum fuiſſe, publice famabatur. Quo etiam anno Wilhelmus Haſſiæ Lantgravius, qui jam pridem Comitatum in Caſſenellenbogen hæreditaverat, mortem obîit, fratrem ſuum Hermannum Colonienſem Archiepiſcopum mæſtum relinquens. Cæterùm hoc ipſo anno pax inter Franciæ Regem Maximilianúmque Auſtriæ Ducem, diuturna inimicicia jam ſedata, reddita eſt.

1485. Fredericus Imperator paucis ante Nativitatem Chriſti dieB bus Coloniam ingreſſus, imprimis Hermannum ejus urbis Archiepiſcopum, Weſtphaliæ Ducem & Arnsburgenſem Comitem, conſueta ſolempnitate infeudavit. Octo ibi diebus peractis, Imperator navigio Aquisgranum iter facturus undis ſe & rati commendavit (*quis obſecro hic fluvius?*) occurrente autem Maximiliano filio, Wilhelmum Juliacenſem ac Montenſem Ducem, inſtantia præfati Maximiliani Ducis, hominio ſolito accepto infeudavit & dato vexillo confirmavit.

Eodem anno Wilhelmus Brunſwicenſium Dux Fredericum fratrem, Ducatûs hæredem, qui jam pridem Comitis de Rethburg filiam uxorem accepit, in pace, ſpecie quaſi in-
C ſiperet, cepit ac cuſtodiæ mancipavit. Quod ipſum multorum malorum ſeminarium fuit: commoti itaque hac re præcipuarum Saxoniæ urbium Rectores, Principis ſui ignominiam non ſuſtinentes, inſipientiam inficere, ducandi cupiditate non provinciæ utilitate, ùt præ ſe ferebat, hoc ipſum egiſſe affirmare. At vir induſtrius Procerum ac militum animos in ſe convertens hæc omnia flocci pendit. Miſſis igitur Legatis, Johannes Comes Rethburgenſis, cujus ſorori Dux ipſe nupſerat, pro contumelia ſoceri vindicanda â civitatibus accerſitus, cum armata manu ut veniat, precatur. Qui ſororis fortunæ compatiens, fratris ſui Conradi, tunc Oſnaburgenſis

genſis eccleſiæ Epiſcopi, fultus auxilio, validâ armatorum militum manu Saxoniam ingredi, Margarethæ ſororis ſuæ maritum vinculis alligatum libertati reſtituere contendit, ſimul & Hildenſemenſibus contra Bertoldum Epiſcopum ſuum & Fredericum Brunſwicenſem Ducem dimicantibus ſub ſtipendio præſidium collaturus. Innotuit res hæc Hinrico Duci, qui & ipſe, coactâ in unum maximè ex Haſſonibus militum manu forti, clam Comitis in provinciam introitum ſuſtinuit; &, dictu mirum! in ipſo introitu in Comitem Hinricus cum ſuis irruit, & quantocius pugnâ proſtravit, omnibus penè captis, paucis occiſis, nonnullis tamen vulneribus ſauciatis; captus autem cuſtodiæ mancipatur, ſed trecenti quinquaginta, qui unà cum Comite capti ſunt, maxima pro parte ſub præſtito juramento, certo in termino redeundi dimittuntur. Exacerbati hac re urbium Proceres, qui ipſum vocaverant, Bernardum Lippenſem Comitem, Johannis capti generum invocant, ut ſe generúmque Comitem defenſurus adveniat; quippe propter Hildenſemenſes cæteræ etiam civitates diſcrimini ſe dedêre; quem Brunſwicenſes, Magdeburgenſes, Goslarienſes, Lunenburgenſes, Gottingenſes, Emikenſes, Northemenſes, cæterarúmque urbium incolæ in Saxoniam conduxerunt, Principibus reſiſtere non valentibus; ſicque Saxoniam ingreſſus exercitum in Hinricum fundens, totam penè provinciam ferro ac flammâ diſcerpſit, urbémque Saſtedem, Hinrico conſentiente, Vulcani jaculis immiſſis, ſolo æquavit, ac veluti alter Hector poſt multa glorioſa facinora victor evaſit. Habuit autem ex Weſtphalia exercitûs ſui ſocios Oſnaburgenſem Epiſcopum Conradum ac Myndenſem Præſulem, ſed & Schowenburgenſem, Hoygenſem, Deiffoldenſem Comites. Miſcuit ſe cum hys Hinricus de Grupenhagen, ſed & ex præfatis civitatibus triginta armatorum milia, duravítque hujusmodi contentio duos penè integros annos maximâ Saxonum jacturâ, Weſtphalorum gloriâ. Interea Fredericus Dux mortem obîit, Hinricúſque ducare cepit (nullum enim ex

A

B

C

Digitized by Google

A Margaretha Fredericus filium acceperat) initáque demum cum Bernardo Lippenſi ac Comite Rethburgenſi concordiâ, Margarethæ in Regali Lutteren vitaliſinum dedit, ſícque Ducatum obtinuit. At Comes fœderis promiſſi diebus elapſis, propter dampnum, quod Saxonum causâ ſuſtinuit, in ipſos hoſtiliter egit & agit, illatum ſibi dampnum expoſtulans, juxta quod promiſerat, acturus forſan quoad vixerit.

1416. Veneti à Germanis ſuperantur B Ipſo anno Sigismundus Auſtriæ & Albertus Saxoniæ Duces, â Venetis provocati occaſione confinium, cum decem milibus militum bellum Venetis movent; contra quos Veneti ſuos exercitus mittunt, & tertiâ Julii die prælium durum commiſerunt, in quo multi ex militibus Venetis occiſi, vulneratique ac capti multi. Denique Sigismundus & Albertus Duces, multis Venetorum caſtellis captis, quibusdam etiam ſolo æquatis, haud multò pòſt, relictis ſinè præſidio opidis, in patriam redierunt. Verùm poſtmodum ipſorum exercitus cum Imperatore & Ducibus præfatis & Theutonibus omnibus compoſuerunt.

Dux Clivenſ. ab Imperatore infeudatur etiam Suſato. C Eodem anno in octava Epiphaniarum Domini Imperator ab Aquis Coloniam rediens comite filio Duce honorificè ſuſceptus eſt, mansítque ibidem usque ad beatæ Agathæ virginis diem. Hæc inter Johannes Clivenſis Dux infeudandi gratiâ Coloniam nobilium manu ſtipatus ad Imperatorem venit. Facta tamen eſt difficultas ratione civitatis Suſatienſis; veruntamen aliquando Clivenſem Ducatum, Markenſem Comitatum, Genepensémque terram cum civitate Suſatienſi feudi nomine conſequutus, facto hominio ſolito, obtinuit.

Cæſar naulum pendit Ipſo verò beatæ Agnetis virginis die Fredericus Imperator, unà cum filio aliísque, qui aderant, Principibus navi ſe committens, Franckfordiam pro Rege Romanorum eligendo legârunt, & quia Renus ripas exceſſit, ob nautarum timorem naulum centum aureorum appendere compulſus eſt. Franckfordiæ ergo conſtituti Maximilianum Regem Romanorum elegerunt.

FINIS LIBRI VIII.

BER-

BERNARDI WITTII LIESBORNENSIS

HISTORIA

ANTIQUÆ OCCIDENTALIS SAXONIÆ

SEU NUNC

WESTPHALIÆ.

LIBER IX.

Maximilianus igitur Auſtriæ & Burgundiæ Dux die viceſimâ Februarii in Regem Romanorum ab Imperii Electoribus, patre præſente, electus eſt; quæ res ſenem patrem ingenti lætitiâ profectò affecit; unde mox ab Italis quaſi maximâ pompâ ſalutatus fuit. Fuit autem hic Maximilianus Frederici Cæſaris filius unicus, cui pater viginti annorum adoleſcentulo Mariam, unicam Caroli Burgundiæ Ducis filiam & hæredem uxorem duxit; cum qua, quoad vixit, in Burgundiorum Principatu regnavit. Verùm interempto ſocero, ùt ſuprà meminimus,

Maximilianus Auſtriacus Rex Romanorum eligitur.

Digitized by Google

A ab Helvetiis & Leucis, ejus Regnum ac Principatum mox Gallus occupavit. At hic Maximilianus, pietate uxoris (*matris &*) filiæ commotus, ingenti animo parvâ manu in Regnum ingreſſus maximo impetu hoſtes fudit & profligavit, & magnâ ſtrenuitate & patriam ipſam cum uxore Ducis & filiam ejus liberavit: erant namque mulieres ipſæ miſerrimæ & exſangues effectæ, ymmò ingenti mœrore confectæ, omnique humano deſtitutæ auxilio; quarum vitam & dignitatem ac pudicitiam hic juvenis ſuâ pietate conſervare decrevit, & in priſtinum ſtatum reſtituere; quod & fecit cum maxima ſuî laude. Quo immortali beneficio Duciſſa mater atque provin-
B cia omnis devictæ virginem, defuncti Ducis filiam & hæredem, ſuâ ope defenſam & recreatam, ymmò ſuis armis ab inimicis ereptam, prius a patre deſponſatam, animo ſtatim & opere matrimonio eidem collocarunt, ut videlicet mater & filia hunc haberent generum & ſponſum.

Mortua autem Maria, Annam, Regis Britaniæ filiam, uxorem duxit circa annum Domini 1491, quam tamen, cùm ad ſponſum per Gallias iret, Francorum Rex rapuit ac matrimonio ſibi copulavit, Margaretham quoque Maximiliani filiam, adhuc admodum puellam, quam penes ſe Gallus habebat, penitus intactam patri remiſit; quod inter Gallos Germanóſque
C maximæ diſcordiæ ſemen præſtitit.

Coronatur Aquiſgrani.

Eodem anno quinta poſt Paſcæ feſtum feria Fredericus Imperator cum Maximiliano jam Rege electo Coloniam venit, multis comitantibus Principibus, ut & coronam Aquis cum benedictione acciperet; quod & ipſum ipſa Dominica *Miſericordias Domini* factum eſt per Hermannum Colonienſem Archiepiſcopum, præſentibus ibidem Maguntinenſi & Treverenſi Archiepiſcopis, Leodienſi, Spirenſi, Wormatienſi, Ausburgenſi, Miſenenſi Epiſcopis, Philippo Comite Palatino, Erneſto Saxonum Duce, fratréque ejus Alberto, Wilhelmo Juliacenſi, Bavarienſi ac Gelriæ Principibus, duobúſque Marchionibus Badenſium, cæterùm Comitibus, Baronibus

ac

Digitized by Google

ac Nobilibus aliis multis; ſícque Rege coronato cum gloria, A proxima pòſt quinta feria totus cum Imperatore & Rege exercitus Principum & Nobilium Coloniam redîit, atque aliquot dies in lætitia & tripudio conſummavit. Ubi inter cæteros Principes haſta ludentes Rex ipſe noviter inunctus cum Palatino Comite, patre Imperatore diſſuadente, haſta luſit, qui Regem ex equo, cui inſederat, armatum in terram haſta projecit. Quod argumentum futuræ calamitatis in Regem plurimi interpretati ſunt.

Hoc anno Maximilianus Romanorum Rex a Brugenſibus 1488. capitur ac in vincula projicitur, cujus rei ac facinoris hæc cauſa fuit: Capitanei ac Gubernatores, quos ſuî nomine ſuper provincias poſuerat, duriùs exactionare populum, ſolitóque crebriùs gravare tributo Regio cepêre, æsque exactionatum, B ùt multis videbatur, non in uſus, ùt debuit, Regios aut publicos ſed privatos vertebatur. Itaque poſtulatur ratiocinatio levati æris ab Officialibus Regis, ut ne ipſi primi urbium, verùm & Rex ipſe ſciret, in quos civium ac provinciarum theſauri uſus hactenus veniſſet. Juſtas civium preces Rex audire diſtulit; unde concitati animis in unam hanc clam coëunt ſententiam, ut in quam primùm Rex civitatem ingrederetur, captus in ea cuſtodiæ manciparetur, donec poſtulatum perficeret. Cùm itaque unâ dierum, conſilii in ſe jam C habiti neſcius, apud Burgem exercitum equitum quadringentorum, peditum verò mille quingentorum adunâſſet, & majori copiarum parte jam omiſsâ, urbem ingredi vellet, abs Burgenſibus captus & in vincula conjectus eſt, affirmantibus ipſis, non priùs ipſum ſe de vinculis educturos, quàm, pace cum Rege Francorum firmatâ, rationem æris poſtulati ab officialibus ipſis præſentibus accepiſſet, ipſum inſuper Ducatum filio ſuo infantulo reſignâſſet. Nec Burgenſes eo facinore contenti, quin & duodecim ipſius Regis Proceres ad terrendum Regem variis tormentis necarunt. Quæ res ubi ad aures Frederici Imperatoris veniſſet, vehementer ſuper filio

A Brugenſibus Flandriæ incarceratur.

A indoluit, & quamprimum Electorum Imperii concilium convocans, apud eos de atroci Burgenſium injuria, videlicet filii captivitatem, ſuorúmque nobilium indigniſſimam mortem propoſuit. Qui quaſi in furorem & in indignationem verſi clamore ſublato arma in Burgenſes omnino accipienda eſſe vociferabantur. Itaque menſibus duobus elapſis, Fredericus Cæſar hujusmodi injuriam bello vindicaturus, quadraginta pugnatorum milia, exercitu coacto, die tertiâ Maji ad urbem ipſam phalangas duxit; cúmque civitati ad octo milia paſſuum appropinquâſſet, cives advertentes, impares ſe viribus, tantóque exercitui ſe reſiſtere non poſſe, generali conſilio habito, B decreverunt injurias Maximiliano inſensè illatas novis obſequiis redimere: ideo in magno ipſius urbis foro magnum erexerunt tribunal, quo erecto, confeſtim Maximilianum hunc â vinculis abſolutum, quantum poſſibilitas patiebatur, in eodem honorificentiſſimè collocârunt, & ùt verum Regem ſalutaverunt, veniámque errori ſuo, ac ne paternum exercitum propiùs occurrere ſinat, deprecati ſunt. Quibus Maximilianus, ùt erat clementiſſimus Princeps, hilari vultu, magno atque Cæſareo animo non ſolùm veniam dedit, ſed & Burgenſium legatus ad patrem accedens exoravit, ut exercitum retroduceret. Quo impetrato, cum patre & exercitu gauC dens abîit; verùm pacem Flandriæ non reliquit: ordinatus eſt enim Albertus Saxonum Dux, qui equeſtri exercitu Flandrenſes Regi ſubderet, & Brabantiæ opida, quæ cum Flandrenſibus in captione Regis conſpiraverant, pro hujùsmodi ſcelere puniret. Quod & fecit: nam totam provinciam ad Regis obedientiam animosè ſatis induxit, & in maxima pecuniarum ſumma Burgenſes ipſos Regi condempnavit.

Libertati reſtituitur.

Cum gravi Brügenſium damno.

1490. Burgenſis Flandriæ civitas hoc anno per Albertum Saxoniæ Ducem in ſervitutem Regiam redacta eſt, multo theſauro Regium in Fiſcum appenſo, quo ſcilicet inobedientiæ notam extingueret, cæteris civitatibus exemplum facta, ne Principibus ſuis ſe opponerent.

Eo-

Eodem anno & ſequenti maximæ ymmò inauditæ præteritis ſœculis indulgentiæ pro terræ ſanctæ recuperatione per Raymundum tunc Romanæ curiæ Prothonarium & Apoſtolicum Legatum, univerſum penè noſtrum per orbem perlatæ ſunt, infinitáque pecunia collecta. Verùm in eum uſum, ubi hactenus translatus fuerat, & hic theſaurus collocatus eſt. O auri ſacra fames quantum te Domina mundi cruciat! A Indulgentia pro recuperanda terra ſancta

Hoc item anno venerabilis ac religioſus Pater & Dominus Hinricus de Clivis, primus Liſeburnenſis cœnobii Ordinis ſancti Benedicti Monaſterienſis dioceſis reformator & Abbas, ipſo die ſanctorum Marcellini & Petri martyrum, completis jam XXV optimi regiminis ſui annis feliciter migravit ad Dominum; in cujus morte, cùm ipſe ego adoleſcens novitiatûs habitu veſtitus dolens ſuper tanti Patris morte præſens aſſiſterem, hoc lugubre carmen rudiori compactum Minervâ deplanxi: B Wittius hoc anno novitius.

Carmen dattilicum tetrametrum hipercatalecarum:

Compellit lugubrem jam dolor ingens
Proch animum traïco promere verſu:
Nam michi mors curas contulit, ergo
O dolor! o pietas! quid miſer inquam?
Quis michi det lacrymas, flebile carmen
Condere? congeminans triſtia fata
Singultare placet, lumina quamvis
Exhaurire licet, fata movere
Eſt labor, hys ſtudium eſt poſſe placere
Ignicomos radios ſubtrahe lampas, C
Jam Phebæa, precor, claude coronam,
Inſultet rabidis pallida fatis
Luna, ſimul rutilum fundere lumen
Sidera detrectent, herbida tellus
Mæſta gemat, denſis nubibus æther
Conſperſus doleat triſtia fata,
Et fugiant propriis ſedibus aſtra,

Cetus

Cetus & æthereûs, ſede relicta,
A Conveniant mæſtos reddere voces:
O dolor! o gemitus! nempe corona
Jam capitis cecidit, ſcenáque mors &
Dejicit ingenti turbine mentem,
At gemitus magni eſt grande doloris
Solamen, relevat cordaque queſtus,
Et medicina quidem maxima mæſti eſt,
Pectoris in patulo copia flendi,
Dulce loqui miſeris, ſed tacuiſſe
Id nimium nocuit ſœpe dolenti.
B O dolor! o pietas! quid miſer inquam?
Nam mihi mors curas contulit, ergo
Oſcula flens figam, dulce cadaver
Amplectar, lacrymis ſœpe rigabo.
O mors ſæva nimis! tu malefida
Cerbereâ rabie quare parentem
Aufers, atque tuos vertere caſus
Infauſtos thalamis vis, rogo, noſtris?
Cur jacis in patrem beſtia noſtrum
Jura tua & horridos tartareóſque
Mores? fers triſti pectore nomen
Terribile, es fortis, tu niſi tecum
C Bella geras cunctis fortior, atque
Inſontes rapido turbine verſas,
Parcens exaltas colla nocentum.
Eſt domus alta tibi, mœnia dura,
Poſſunt quaſſari cuſpide forſan,
Non poterunt ſterni turbine ſaxi,
Nec quisquam Regum, belliger etſi,
Calcavit turres, mœnia, muros.
Jam victor factus, namque triumphans
Sola tenes ſemper bellua campum,
Alcidæ, Craſſi & Hectoris atque

Arcturi,

Arcturi, Priami ſeu Policratis,
Achillis, Julii, Paladis atque
Macedonis vires exſuperâſti.
Germanus, Slàvus, Barbarus, Arabs,
Hiſtricus & Medus, Gangicus, Afer,
Ponticus & Perſes atque Pelasgus,
Libicus, extrema & incola Tylæ
Colla tibi nolens ſubdit armata,
Eſt tibi mors ſedes & domus arcta,
Semper fixa manens, ſed modo volvat
Caſu præcipiti turbidus Auſter.
Niteris incaſſum, dummodo vitam
Rumpere moliris, concitò namque
Servilem claudis libera vitam,
Jam cernis tumulum ſaxa ſepulcri.
Hic jacet en Pallas, terra cinísque
Factus & ætherea ſpiritus arce
Vivit, & inde videt ſemper amicos,
Perpetua & animam gloria veſtit.
Sta procul infauſti nuncius orci,
Huic nil namque potes, gaudia ſervat.
I procul atque gradum ſiſte, ſuperna
Hunc Deus eſſe poli gloria cenſet
Dignum, & cui præſtet gaudia cœli,
Eſt fleviſſe ſatis, jam exhilaranti
Congaudere decet, jam vale felix

Ad Mauſolæum Epitaphium

Hæc rogo, quisquis adis limina ſacra
Quem pedibus calcas, noſcito quis ſim.
Abbas Hinricus nomine dictus
Nunc cinis in cinerem hic ſum reſolutus.
Tempus judicii ſpecto ſupremi.
Hinc Chriſti Domini tu per amorem
Pro me quæſo preces fundito crebras.

A
B
C

A Ob hoc me petii hic ſubſepeliri
Quarto nonas obii Junii menſis.

Hoc ipſo anno Mathias Ungariæ Rex in Vienna, urbe primaria Auſtriæ, morbo extinctus eſt; cùm enim Pannoniam & alias provincias a Turcorum impetu tutatus fuiſſet, multíſque vicibus diverſis præliis ſuperaſſet, Regnúmque ipſorum incendiis, populationibus ac cædibus involviſſet, & paterno more militaris gloriæ appetentiſſimus, bellóque fortunatus extitiſſet, tandem Fredericum Cæſarem adverſarium ſuſtinuit. Unde cum Turco pace confecta, in Cæſarem arma vertit, ac Viennam urbem & alia ſibi ademit; quam tamen poſt mortem Mathiæ Fredericus jam veteranus per filium Maximilianum Regem in ſuam poteſtatem iteratò redegit. Hunc Fredericum Imperatorem nunquam juraſſe compertum eſt, niſi cùm in civitate Aquenſi apud Belgas & cùm Romæ coronatus eſt; cùm enim jurejurando promiſiſſet, quæ bona poſſideret Imperium, nullatenus alienaturum, & modò hoc, modò illud ab eo peteretur, maluit avarus negando, quàm concedendo perjurus videri. In eum quoque cùm nonnulli dicta probroſa jactaſſent, referentibus aulicis: *an neſcitis*, inquit Fredericus, *Principem quaſi ſignum ad ſagittas poſitum eſſe? turres quidem fulgura prælaltas feriunt, humilia tecta prætereunt; at nobiſcum bene agitur, ſi verbis tantùm impetimur.* Is item Fredericus extra cœnam nunquam utitur vino, in cœna leviſſimum bibit, & id aqua perdomitum. Leonoræ Auguſtæ, quæ cùm paterna in domo nunquam vinum guſtaſſet, ſuadebant medici in Germania, regione frigida, ſi mater fieri vellet, vinum biberet; quod cùm accepiſſet Fredericus, Ænea Silvio vocato: *abi*, inquit, *atque Imperatrici dicito, ſterilem me conjugem quàm vinoſam malle; proinde ſi me amat, vinum oderit.* Ad id nuntium Leonora: *etſi viri juſſioni tam libenter pareo quàm vino, ſi tamen vini uſum mandaverit Imperator, mori optaverim, quàm parere.*

Encomia Friderici Imperatoris.

Eodem anno tempeſtas ingens, priùs inaudita, die XII

menſis

Digitized by Google

menſis Julii in Regia urbe Conſtantinopolitana admodum deſævit: turbato enim aëre, ingentia primùm tonitrua audita ſunt; exinde fulmina ardentia viſa, ubi antiqua columpna imaginem Conſtantini Imperatoris habebat, fulgur & horridus impetus nedum partem ejus dejecit, ymmò octingentas domos ignis conſumpſit, & hominum tria milia, ut nec lignum nec forma ædificiorum remanſit. Chriſtiani eò loci id Divinæ providentiæ attribuunt.

A

Maxima fames multis in locis, maximè autem in Weſtphalia ſævit; unde quidam fame defecêre, alii ſiliquas, fabam, lentem in far redigentes in panes vertebant. Vidi ego quosdam, quibus fagi, aliarúmque folia arborum trita edulium præſtabant; vendebatur enim modius ſiliginis aureo.

1491. Fames in Weſtphalia

B

Eodem anno, defuncto jam Ungariæ Rege Mathia, Maximilianus Romanorum Rex Auſtriæ Ducatum, quem idem Mathias Frederico Cæſari abſtulerat, recuperavit, magnámque Ungariæ partem armis cepit, filiámque ſuam Margaretham parvulam Carolo Francorum Regi uxorem deſponſavit; quo conjugio Flandriam Maximiliani provinciam, quæ ad Regem Franciæ defecerat, recepit, ipſéque Annam, Britanniæ Ducis filiam, ſibi deſponſavit; quam nichilominus Carolus gener ſuus, relictâ Maximiliani filiâ, dum per Frantiam ſalvo conductu ad ſponſum iter faceret, vi rapuit ac in uxorem duxit, Margarethámque penitus intactam patri remiſit cum innumerabilibus muneribus, ad infamiam puellæ abſtergendam. Quam ob rem maximæ lites & bella inter Germanos & Gallos exortæ ſunt. Tandem intercedentibus multis, pax optima inter Reges ſubſequuta eſt.

C

Rex Franciæ raptor alienæ ſponſæ.

Maximilianus Rex dum in ſuperioribus partibus Regni negotiis occupatus detineretur, Gelriæ Proceres conſenſu totius provinciæ occaſionem nacti, Caroli Ducis ſui, apud Franciæ Regem in captivitate detenti, reditum poſtulare ac vehementer optare ceperunt, miſsóque Comite de Morſa pro ſua liberatione Francorum Regi ſupplicationem miſêre. Comes igitur,

1492. Geldrienſes à Maximiliano deficiunt.

A tur, qui miſſus erat, promissâ magnâ pecuniarum ſummâ, dato proprio filio obſidis loco, Ducem diu deſideratum terræ ſuæ reſtituit. Cui hominio præſtito, ea quæ Principis ſunt, egit. Quæ res ſic per Gellerenſes acta multorum bellorum ſeminarium fuit, cruentámque in meſſem maturavit.

1493. Obitus Friderici Imperat. Decimo nono Auguſti menſis Illuſtriſſimus Princeps ſemper Auguſtus Fredericus Imperator in Lynſa civitate Auſtriæ ſpiritum Deo reddidit, Viennæ ſepultus. Hic in ultimis vitæ diebus in uno crurium irremediabilem infirmitatem incurrit, quæ nonniſi abſciſſionis ferro curari potuit; abſciſſum igitur crus videndum ſibi præberi jubet. Quod videns *ach*, inquit, B *quæ, rogo, inter Imperatorem ruſticúmque diſtantia eſt? melior eſt enim ſanus ruſticus Imperatore languido.* Vulnus tamen abſciſſi cruris antequam ſanaretur, ſecundam abſciſſionem temporis ſucceſſu requirebat; quam Imperator magnanimus jam decrepitus fortiter ſuſtinuit. Defuncto igitur Frederico Cæſare, Maximilianus ejus filius, eidem ab Electoribus Imperii ſubrogatus, viceſimus octavus Germanorum Imperator effectus eſt.

Regnum Granatenſe ab Hiſpaniarum Rege debellatur. Eodem anno Ferdinandus & Eliſabeth Rex & Regina Hiſpaniorum illuſtres ſuâ operâ felicibúsque auſpiciis, ſummo labore, incredibili virtute, Divino conſilio poſt decennalem obſidionem potentiſſimam urbem Granatam, Gandelis Maurorum Regis ſedem, cum omni ejus regno, provinciis, civi- C tatibus, caſtellis & opidis ſcilicet ſibi ſubjectis, quæ per octingentos fermè annos impio Mahumetis dominatu oppreſſa fuerat, jugo ſervitutis excuſſo, Deo duce, Reginâ cœli Mariâ, divo Jacobo Hiſpaniarum patrono ſuffragantibus meritis, capto Rege Gandele, Chriſtianæ fidei reddiderunt, & ex impia & tenebroſa Mahumetana ſervitute erutam, in veri Dei lumen translatam ſibi ſubdiderunt. Verùm quia Maurorum Rex jam captus, quemadmodum Porus Indorum Imperator ad Alexandrum Magnum, ipſemet ad Ferrinandum Regem ſupplex acceſſit, & ſe regnúmque ſuum totum Ferrinando

tra-

tradidit, expoſitâ primùm fortunâ ſuâ ſtatúque, à qua rerum mutabilitate decidit. At Rex clementiſſimus miſertus humanas conditiones, viciſſitudinéſque rerum, ipſi Regi ſeni & mœſto, ſena milia ducatorum pro annuo redditu mox conſtituit, ut ſi non Regiam, ſaltim Regiæ Majeſtati proximam vitam ducere poſſet, in hoc quantum quanta Chriſtiana pietas faceret, oſtendens. A

Eſt autem Granata ipſa Regni Maurorum caput, urbs munitiſſima, quam, toto jam jam Regno adepto, obſidens præfatus Hiſpaniarum Rex, dum obſtinatiùs repugnantes Mauros Granatinos cerneret, confiſos naturâ loci, munitionibúſque, quibus urbem ſuam inexpugnabilem reddebant, ad imitationem Moyſi Prophetæ, ne exercitus ejus difficultatibus rerum, jam diu obſidendo eam urbem, terreretur, civitatem munitiſſimam vicinam Granatæ ad quinque paſſuum milia conſtruxit, quam Sanctam fidem appellari voluit; quo & exercitus ſuus incommoda tam diuttinæ obſidionis faciliùs ſuſtineret, & hoſtibus nullam requiem aut nullum in reparandis viribus tempus, commeatúſqne aliunde proſpiciendos traderet. B

Novarum inſularum in India Occidentali per Criſtoph. Columbum inventio.

Eodem anno inſulæ quatuor permaximæ videlicet: *ſancti Salvatoris, ſanctæ Mariæ conceptionis, Ferrinanda* & *Hiſpagnola* poſt captam Granatam & ejus Imperium ab inclitis Ferrinando & Heliſabeth Regibus per Criſtoforum, eorum claſſis imperatorem, in India extra orbem inventæ & captæ ſunt. Ferrinandus enim, captâ Beticâ provinciâ, ne ſui milites ocio marceſſerent, Criſtoforum præfatum cum plurimis militibus ex Gadibus inſulis verſùs Orientem navigare juſſit, ut ſcilicet Orienti oſtenderet, quas vires haberent Occidui. Qui modico temporis ſpatio prædictas ad inſulas pervenêre, in quibus numeroſam hominum multitudinem reperiens, poſſeſſionem pro ſuis Regibus pacificè accepit, & ſupradictis eas nominibus appellavit. Mira de illarum inſularum fertilitate, divitiis in auro & argento aromatibúſque dicuntur, prout etiam in quadam epiſtola præfatus Criſtoforus conteſtatus eſt. C

Maximilianus Frederici ejus nominis tertii Imperatoris
A 1494. filius hoc anno, patre jam defuncto, eidem ab Electoribus Imperii ſurrogatus, XXVIII Germanorum Imperator efficitur. Perplurima de Principe iſto jam ſuprà dicta ſunt, ſed pro meritis virtutum dignè narrare non ſufficimus; reportavit enim hic glorioſus Cæſar etiam ſub ipſa ſua viridi juventa varias celebrésque victorias, quas longo ævo obtinuiſſe etiam fuiſſet glorioſum. Is Imperator glorioſus hoc anno, ablatâ ſibi Britanniæ Ducis filiâ, ùt præmiſſum eſt, ac Regi Francorum nuptui traditâ, denuo cepit animum ad rem maritalem flectere, cùm meminiſſet, quia matrimonium eſt venerabile fidei
B & honeſtatis templum, ſuaviſſimúmque humanæ vitæ condimentum, ne ſcilicet ſolutus & infrænus ferarum ritu in varias cupiditatum illecebras evagaretur; unde Divino ſpiritu ductus, tandem animum ad Blancammariam vicecomitem Galleacii Ducis Mediolanenſis filiam adjecit, quam tandem hoc anno ſibi deſponſavit, cui in dotem conſtituta fuerunt quatuor centena milia aurei nummi, inſuper in parafrena advecta fuit ſumma aureorum ſexaginta milium pro localibus veſtimentis, pretioſo ſupellectili ac reliquo mundo muliebri, quam cum ingenti dote, ut jam dictum eſt, in Isburg ſuo opido ex
C Mediolano maximâ pompâ transmiſſam, hoc anno quinto kalend. April. ſibi deſponſavit uxorem.

Eodem anno poſt Penthecoſtes feſtum timore Romanorum Regis, cujus adventus in inferioribus partibus innotuit, Carolus Gelriæ Dux, provincia ac Ducatu ſuo deſerto, ſororium ſuum Lothoringiæ Ducem, refugium apud ipſum habiturus, inviſere petiit. Unde proximo Julio menſe Rex Gelriam armata manu ingreſſus, civitates quaſdam vi expugnare voluit; verùm infecto opere, non ſine ſuo dampno ſolutis caſtris, abiit; erant enim proviſæ civitates de omnibus, quæ ad bella pertinent, & fruſtra jacitur rethe ante oculos pennatorum. Ipſe autem Imperator cum ſua Imperatrice Auguſta alterâ Albani die navigio Coloniam venit, ubi cum pompa ſuſce-

ſuſceptus ac magnificè donatus, in beatiſſimorum Petri & Pauli Apoſtolorum die hominio dato & accepto, modo, quo pater ſuus Fredericus jam quinquaginta duobus annis elapſis, fecerat coram multis Principibus; tandem alterâ Julii cum Imperatrice per Aquenſem civitatem iter in Brabantiam fecit, quorum auxilio in Gellerenſes iterum bella movit. A

Ipſo item anno circa feſtum ſancti Gereonis Carolus Gelriæ Dux inſtantiâ & precibus Imperatricis reverſus eſt in patriam ſuam, ac in Brabantia apud Reginam ſeſe recepit, factúmque eſt ejusdem Reginæ precibus hanc Regem ſuper Carolum ſententiam ferre: ſi ſcilicet probare poſſet, ſe verum Gelriæ Principem fore ſinè Regis aut ſuorum moleſtatione, Ducatum obtineret. B Quæ ſententia examinanda quatuor Principibus Electoribus cis Rhenum commiſſa eſt; qui probârunt, ipſum Gelriæ Principem non eſſe: cùm Reynardus ultimus Gelriæ Dux ſinè liberis diſceſſiſſet, avúsque Caroli Arnoldus cum Adolpho filio Egmundiæ Comites fuiſſent, ymmò nec ipſe Carolus Gelriæ Ducatum â Romanorum Rege in feudum accepiſſet; unde non Gelriæ Ducis ſed Egmundiæ Comitis ſibi nomen maneret. Quâ ſententiâ non obſtante, Carolus Ducatum magnificè rexit, & conjurantibus ſecum civitatibus ac nobilibus Regi & ſuis Principibus in hunc usque diem animosè reſtitit, & crebrioribus bellis fudit. C

Hinricus de Swartzenburgh, Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopus ac ſanctæ Bremenſis eccleſiæ conſervator, menſe Septembri hujus anni collecto magno peditum equitúmque exercitu, potenti manu Emeslandiam hactenus eccleſiæ ſuæ ſubjectam recuperaturus intravit, ac Friſonum Comitem Iſardum armis compeſcuit, atque ad hoc induxit, ut Emeslandiæ Comitatum ab ipſo feudi jure, ùt hactenus factum fuerat, quaſi Monaſterienſis eccleſiæ poſſeſſionem acciperet, Epiſcopóque ùt Domino & Principi ſuo hominium faceret, quod hactenus facere recuſaverat. Glorioſiora quidem Princeps in Friſones facinora perpetraſſet, ſi conſiliis quorundam a propoſito revocatus

1495. Embslandia feudum eccleſiæ Monaſt.

catus

A catus non fuiſſet. Pace itaque cum Iſardo Friſonum Comite inita, Emeslandiáque, ùt dictum eſt, eccleſiæ ſuæ iterum ſubjecta, reverſus eſt cum triumpho & gloria in ſua.

1496. Symon Padeburnenſis eccleſiæ Epiſcopus, jam ſenio confectus ac ob debilitatem corporis inabilis ad regendam diœceſim factus, conſenſu Domini Bernardi de Lippia fratris ſui, conceſſit & dedit Canonicis ejusdem eccleſiæ electionem Coadjutoris, qui quod ipſe præ ſenio & debilitate impeditus facere nequiret, per alium perficeretur. Conſenſu igitur, ùt præmiſſum eſt, Epiſcopi ſui Canonici Hermannum Colonienſem Archiepiſcopum Coadjutorem poſtularunt & acceperunt,

B cui & hominium ſolitum per dioceſim fecerunt.

Eodem anno pax & unio permaxima inter Clivenſem & Juliacenſem Ducem inita eſt: nam Juliacenſis Dux Johanni primogenito Ducis Clivenſis aduc adoleſcentulo filiam ſuam unicam uxorem futuram deſponſavit, ac inaudito hactenus fœdere amborum Principum nobiles & plebeji per Ducatus & provincias utrisque Principibus fidelitatem jurejurando promiſerunt, & in perpetuam rei memoriam hæc omnia & ſingula literis ſigillatis roboraverunt ac apud ſe ſinguli in arcis ſuis repoſuerunt.

C

1497. Obitus Henrici Epiſc. Monaſt.

Ubi Hinricus Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopus Friſonum inſolentes ſpiritus bello contudit ac eos, quod vinci poſſent, edocuit, tractatúque interveniente, pacem conceſſit, dum haud probè pacis pacta ſervantes in ipſos ingentem eſſet expeditionem meditatus, hoc anno intempeſtivè ac cùm minimè congruebat, oſtendens omnibus, quàm frivolæ caducæque ſint res humanæ ac inanes cogitationes noſtræ, ſumptis eccleſiæ Sacramentis, morte ab hac luce ſubtractus eſt, quam clerus & nobilitas, plebs ſanè univerſa magno dolore luctúque tulêre, ac velut in exitu communis congemuêre parentis. Sepultus eſt in eccleſia ſua majori, ubi & hy verſus exarati ſunt:

Lætus

Digitized by Google

Lætus adeſto	Epithaphium circa Mauſolæum
Quisquis candide Lector	Ænea Pontificis calcans monumenta viator A
Quisquis amator	Noſce aquilas: magni Cæſaris arma tuli.
Principis alti	Viribus Harpſtedium cepi, prædone fugato,
Livide túque	Et Delmenhorſti mœnia ſæva nimis.
Triſtis abito	Senſerunt Friſiíque truces mea tela, vel armis
Inclita geſta	Edocui, vinci quod potuêre meis.
Præſulis hujus	Hinc morior læto ſucceſſu, quíque ſuperbis,
Rumperis etſi	Diſce mori, properat mors cita, diſce
Fama loquetur	mori. B

Sub Romanis aquilis vexillo expreſſis, ſuper Principis tumulo ſuſpenſis:

Cæſareas aquilas infeſtáque ſigna viator
Suſpenſa ad tumulum Præſulis, oro, vide.
Principis hæc meruit virtus, cùm Nuſſia durâ
Burgundia quatitur obſidione Ducis.
Quæ ferat in magnum, ni cedat, Cæſaris hoſtem
Eſſe & in Imperio diſcet & arma viros.

Defuncto itaque, ùt præmiſſum eſt, hoc anno XXIV Decembris Reverendiſſimo Patre ac Principe illuſtri Hinrico, Canonici concorditer poſtulaverunt Dominum Conradum de Rethburg Oſnaburgenſis eccleſiæ Epiſcopum, quem poſt confirmationem Hermannus Colonienſis Archiepiſcopus cum multa Comitum, Baronum ac Nobilium comitina in Monaſterienſem introduxit civitatem & ſolempni pompa intronifavit. Fuit inter hos duos Principes tantum amiciciæ fœdus, ut unus alterum ùt pater filium, & è diverſo ùt filius patrem alter alterum & veneraretur & amaret. Qua ex re factum eſt, ut tota provincia in pace quieſceret & Principes ambo pacificorum nomen obtinerent, ita ut Hermannus pacificus, iſte Conradus item pacificus cognominaretur & eſſet. [Conradus 46. Epiſc. Monaſt.] C

Hoc anno Tekenburgenſis Comes Nicolaus a filio ſuo item Nicolao clam noctu in caſtro ſuo capitur ac cuſtodiæ mancipatur. 1498.

A Diffidium inter patrem & filium Comites in Tecklenburg.

tur. Cujus rei hæc cauſa eſt: habuit enim uxorem Nicolaus Juliacenſis Ducis cognatam, ex qua duos liberos Nicolaum & Ottonem procreavit; quorum unus Nicolaus apud Juliacenſem Ducem, alter Otto cum Conrado tunc Oſnaburgenſium Epiſcopo militavit, cui & fratris ſui Johannis Comitis de Rethborch filiam amborum parentum conſenſu deſponſavit; Nicolaus autem pater uxorem ſuam Juliacenſis, ut diximus, cognatam jam antea repudiaverat, ac meretricum blanditiis illectus genus ſuum adulterino concubitu fœdavit. Quæ res & Ducis & Nicolai filii, qui apud Ducem militavit, animum juſtè quidem offendit. Crebriùs admonitus deſiſtere uxorémque repudiatam recipere, non modò non obtemperavit,
B verùm inverecundiùs inſipuit. Annuente itaque Duce, noctu cum conſentientibus ſibi quibusdam militibus clam paternum caſtrum, patrem nichil tale cogitantem, ſcilicet cum pellice cubantem in cubiculo unà cepit ac cuſtodiæ mancipavit, caſtrúmque opulentiſſimum in deditionem accepit. Conradus autem Epiſcopus, adjuncto ſibi fratre Comite, facinus in Nicolaum patratum ægre ferens (maximè eâ causâ, quia primogenitum Nicolaus (*Conradus*) hæredem ſecum militantem habuit, cui & fratris filiam deſponſaverat) contracto non parvo exercitu, Tekenburg caſtrum obſedit, & quaſi expu-
C gnaturus vallavit; interventu tamen quorundam nobilium fœdus initum eſt, datóque patri ad vitam Lyngen caſtro, cætera filiorum juri aſſignantur, redditus ac proventus totius Comitatûs inter fratres partiendi judicantur.

Eodem anno Hinricus Brunſwicenſium Dux, adjunctis ſibi multis Principibus, Comitibus, Baronibus ac nobilibus & præclaris viris, coacto in unum magno ac innumerabili penè exercitu, Brunſwick permaximam opulentiſſimámque Saxoniæ civitatem vallatam obſedit, & quantum potuit, artavit, ac per circuitum caſtra & fortalitia Primatum civitatis vi expugnavit, villas ſuccendit & circumjacentia vaſtavit. Cæſi ſunt ibidem diuttinâ obſeſſione & crebrioribus congreſſibus multi,

Digitized by Google

multi, maximáque illata dampna in hominibus & equis, præſertim qui de Ducis exercitu erant, per ſagittarios urbis; ſed demum poſt longam obſidionem ambo fatigati, Principum judicio ceſſavit quaſſatio. A

Philippus magnus Eduorum ſive Burgundiorum Dux, Maximiliani Imperatoris filius ex Maria, Caroli Burgundiæ Ducis unica filia & hærede, uxore ſuſceptus hoc anno quinque & viginti annorum ætatis exiſtens, ſuum maternum & avitum Imperium per ſeſe adminiſtrare cepit, & Johannam ſereniſſimorum Regum Ferdinandi & Heliſabeth Hiſpaniarum primogenitam cum promiſſione omnium Regnorum illorum duxit uxorem. 1499.

Jubilæus hoc anno Romæ non eâ frequentiâ, ùt hactenus, fuit; ísque ſextus extitit Jubilæus â primo abs Bonifacio octavo primo Romanorum Pontificum inſtitutore. Parvam ideo enim habuiſſe hominum frequentiam dicimus, quia bella in Italia perplura exardeſcere ceperant, & peſtis jam ubique incepta populos deterruit. B 1500.

Circa Mathiæ Apoſtoli feſtum collecto immodico exercitu, Clivenſis Dux Gelriam, prædandi pratiâ ac quandam civitatem expugnandi, manu armatâ intravit: Maximilianus quippe Imperator Clivenſem ac Juliacenſem Duces ſuî nomine in Gelrienſes incitaverat. Itaque Clivenſibus, ùt diſpoſuerant, in ordine ſuo incedentibus, Gelerenſes hujus rei non ignari maximè Noviwagii civitatis incolæ adunati Clivenſem Ducatum ſimili cauſâ intrantes, dum obviantia ferro & flammâ vaſtare incipiunt, ab obſidione Clivenſes in pugnam vocant: ut enim innotuit Clivenſibus, quod Gelriæ Dux in ipſorum ſe provinciam recepit, concitò hoſtibus, relictâ obſidione occurrunt, & maximâ cæde perfectâ, mille quingentos ex Gelerenſibus captos nervis claudunt, multos ferro occidunt, plurimos quoque undis eò loci fluentibus præfocârunt. C

Gens quædam effrœnis & exlex ex diverſis circumquaque regionibus in unum collecta, cui Guardorum inditum nomen Prædonum agmen.

A fuit, cujus etiam exercitus ad ſeptem milium armatorum nu-
merum excrevit, hac tempeſtate Gelriam, Friſiam, Weſtpha-
liam, nonnullásque alias Germaniæ provincias perambulando
in pleriſque locis devaſtavit, eccleſias ac utriusque ſexus mo-
naſteria deprædavit, ſanctimoniales fœminas defloravit, ſacra
prophanavit, bella & ſeditiones movit. Unum, quo cætera
faciliùs intelligas Lector, facinus interſerere curavi, ut ſcilicet,
pum perpendis, quanta in Deum ſacrilegia egerunt, adver-
tas, quanta & in homines perpetrârunt: venit gens hæc pro-
phana, eccleſiam quandam depopulatura; unus autem ho-
rum, qui eccleſiam ſpoliaturi intraverunt, ciborium, in quo
B Dominici Corporis Sacramenta pro infirmis continebantur,
apprehendens, eccleſiámque exiens non longè à cimiterii mu-
ris Corpore Dominico (proch nephas) in ſtercore excuſſo
palam projecit; prixidem autem argenteam, quo loculo ſuo
faciliùs aptaret, conculcans pedibus complicavit. Affuit mu-
liercula quædam villæ, in qua ſcelus hujusmodi actum eſt,
inhabitatrix, tridentem, quo fimum diſperſerat, manu te-
nens, quæ Creatoris ſui contemptu viſo, Finees zelo accen-
ſa, in ſceleſtum irruens tridente occidit. Volens autem Do-
minus, cujus honorem zelaverat, mercedem devotæ ſuæ re-
tribuere, martyrio ipſam dignam cenſuit: nam re præfata vi-
C ſa ſceleſti hominis mortem videntes, in fœminam cæteri ir-
ruunt ac fruſtatim ipſam ſecantes, gladiis martyrem conſecra-
runt. Gentis hujus ob ſceleſtioris vitæ notam nomen ſolum
bonis viris terrori fuit, at quibusdam Principibus animum de-
dit, qui ipſorum auxilio fulti in alterutrum bella movêre.
Poſt multa itaque ſcelera perpetrata, volens iræ ſuæ calicem
& ipſis propinare Deus, incitavit Datiæ Regis animum, Theo-
mantiam Friſiæ inſulam ſibi ſubdere; contracto igitur exerci-
tu, hanc exlegem effrenémque gentem conduxit ſub pretio,
initóque bello, Regis exercitus proſternitur, aliis ferro cæſis,
aliis aquis occurrentibus ſubmerſis, vix Rex cum germano
ſuo Holtſaxiæ Duce fugâ ſalvatus eſt. Reliquit ibi numero-

Digitized by Google

ſam nobilium multitudinem Rex, ſed & theſaurum ſuum copioſum. Occiſi ſunt ibi inter cæteros de genere Regis duo Comites de Oldenburg. Hujus cædis monimentum etſi multi metro poſteris reliquère, elegantiori tamen elegia contextum in rei memoriam hìc notare ſtatui: A

Perculſo gravitate rei vox faucibus hæret
Mens hebet, & tremulum cor ſtupet ecce mihi.
Eſt unus calicum, Domini datur una propina
Gentibus, & fœcis pocula quæque furent.
Pridem Gorgoneum circumliveſcere virus
Expertus, noſtros ſentio adiſſe lares. B
Occiduâ id veniſſe plagâ, longos modò tractus
Perrepens (certum eſt) aluit, arctor item.
Unde citus nuper Rex, Aldenburgia proles
Danica ſceptra tenens, cum duce fratre ſibi
Indicit bellum terræ, Theomantia nomen
Cui latè pollet, fit metus, horror adeſt.
Eſſet opus pingui venâ, traicóque boatu,
Nil dignè tenuis prorſus avena canit
Grande Sophocleo carmen cantare coturno
Aut pede Meonio, cur pie Phœbe fugis?
Qui reſonis fidibus canat id, cis Baltica ſtagna C
Non eſt, fundo elegos ſegniter ergo meos:
Procedunt Regis alæ peditum equitúmque
Cultu ſpectandæ, protinus arma micant.
Congreſſu primo Meldorpim infeſtat & artat,
Artatamque tenet ſub ditione ſua.
Prominet è turri labarum victoris, ovatur
Undique, ſpes belli fauſtior inde venit.
Mox Lunæ ſectante die tibi turbide, quæ tunc
Februe poſt decimam ſeptima quippe fuit.
(Et poterat ſuſpecta dies Ægyptia dici
Vana ſuperſtitio ni modò pulſa foret)

A Egreſſi, ſtipante Ducem Regémque catervâ
Ordine, quisque ſuo villica tecta petunt.
Æthere echonantes, paſſim quibus aera pulſant,
Quis numeret lituos, timpana, plectra, tubas?
Sic prætendebant albi præſagia ſigni,
Pro gemitu cantum, qui moriturus, habet.
Pars adverſa ſilet, Theomanci limite certo
Quos plaudens acies Regis itura fuit.
Hic via ſtricta nimis, ſquallens, limoſa, reclivis,
Agger, foſſatum, ſcrobs, lacus, arva palus.
Hic circum haud æquo vallat Marte agmina primum
B Dimidiæ terræ dum manus iret eo
Hic circumcluſas facile eſt ambire phalangas
Implexâ captas ùt modò caſſe feras
Auxilio fuerint nonnulla ſatellitis arcti
Proditio ſeriem qui malè pandet heri
Et ſitus indigenis ſatis agnitus, hinc animantur
Nempe ſolo fiſi quod juga ferre negat
Non minùs alternè facie mutata per illos
Quis prope, deinde procul fas ibi ſtare fuit?
Præcipuè juvat hos Virgo Puerpera, cui ſe
Votivos dederant relligione pari,
C Confecti macie, confeſſi corde ſereno
Et delibuti quàm bene pane poli
Disjungunt cuneos habitudo loci, mora, currus
Et ſpes vincendi teláque durà nimis.
Circum errant equites palantes, turba pedeſtres
Obvia conſternit, beſtia læſa ſtrepit.
In ſtricto coëunt, bellandi nulla facultas,
Seſe conculcant, nec fuga præſtò patet.
Miliciam Regis vidiſſes, arma ſinè ictu
Ducere, vel ſtupidam brachia mittere humi
Non haſtas quatere, non arcus tendere poſſunt
Vibrandos gladios ydola ùt ipſa tenent.

Imbelles

Digitized by Google

Imbelles (res mira nimis) tot artibus apti
    Pugnandi, totiens eſt data palma quibus A
Nam contra Dominum non eſt vis conſiliúmve,
    Quisquam aut conatus, æquanimum eſſe decet.
Cælitus attonitis animus quis manſerit, hauris:
    Pes tremit, exerrant arma, manúsque rigent.
Quid ſi conſtiterint hoſtilia ſimbola parti
    Adverſæ, non referunt, dampnifer error hic eſt.
Heu mox caſuri quantâ ſplendeſcere pompâ
    Niſi ſunt, tantâ poſtmodo ſorde jacent.
Hic tormentali cecidit pars maxima glande, B
    Ac reliqui ferro, turbine, fuſte, jaclo.
Nusquam tanta manus ævo ſeu climate noſtrô
    Uno in conflictu ſtrage ruiſſe datur.
Quot forſan quæris, ſex milia circiter & bis
    Hos cano, vult me plus ſcribere fama dicax
Ex acie Regis Proceres Holtſaxia perdit
    Complures, pereunt & civis, arator, eques.
Æréque conducti ſumpsêre ſtipendia mortem
    Hys internecio cepit adeſſe minax.
Intererat jam magna cohors & guardia dicti
    Sectam hanc exlegem ſed vocitare licet
Sacrilegos facto, blaſphemos ore notâſſes C
    Et deſertores in pietate truces,
Quorum demeritis (non auſim dicere) juſtè
    Sublatam reliquis Summitonantis opem
Judicium Domini multum quis neſcit abiſſum?
    Majeſtatis opus nemini in ungue liquet.
Altera tunc acies ſi centum perdidit iſtic
    Contuitu primæ ſoſpita nonne redit?
Virgo pudica mori mallens, quàm vivere fœda,
    Hæc vexilliferæ munia vexit ovans.
Quis nunc Divinum ſibi Numen defore planget,
    Cùm ſic ſupplicibus faverit omnimodè?

Nec

A Nec ibi procerum corpus, nil rumphea nilque
Strictum iter egiſſet forte vacante ſibi.
Nemo flagrum Domini dubitet; jam noſce tot horrens
Armigeros, horum ſubcubuiſſe tribus.
Plaudunt victores, ſpoliis lætantur opimis,
Nec Grajos Theneris tanta tuliſſe putant
Omne paramentum Regis cœtúsque perempti
Jure manet prædæ, carum ibi quidquid habet:
Scilicet ornatus & belli & pacis abundans,
Veſtes, gemmæ, aurum, machina, currrus, equi,
Armorum genus omne decens unius & omnis.
Jam tutos penſent ſe retinere lares.
B At vos non vobis temere blandimior, oro;
Cornu in præſumptum cœlitus ecce patet
Nec probra devinctis date, nec præconia vobis,
Migrat circuiens præcipite axe rota.
Cæteri ubi non ſunt auſi mutire, ſtupetis
Cur laxem calamum; credite, zelus egit.
Quisquis ades Lector, ponatur paſſio, & audi,
Si verus geſti ſim modò præco tui
Non minùs ingenio famant quàm ſorte beari
Talibus in rebus, te modereris eo.
C Segnis ovatio, rara trophæa, minórque triumphus
Sint tibi, dic ſupplex: exitus ille Dei eſt.
O Bellona potens quàm pendula ſtamina ducis!
Principio eſt finis conſona raro tuo
O Vertumne vices Protheo qui tegmine vertis
Cur pia bifrontis vincula fratris odis?
O quantî conſtas victoria ſanguine parta
Ancipiti titubans lance, nec usque rata.
Diſcite juſticiam moniti hinc ſervare potentes
Diſcite ſubjecti non relatrare nimis.
Et tu terra quidem fatali munere victrix
Pone ſupercilium, diſce timere Deum,

Nuda-

Digitized by Google

Quando tuos in tot ſævire cadavera cernis A
Nudatis, ut vix ipſa verenda tegant.
Nec poſt fata datur patria tellure potiri.
Extinctos durum eſt tela ſecunda pati
Cunctorum Eliſeos animas gaudere per agros
Si dubium eſt, ſaltem molliter oſſa cubent.

Cæterùm eodem anno in diverſis Germaniæ partibus cruces, clavi, lanceæ & alia pleraque Salvatoris noſtri inſignia maculæque diverſorum colorum cœleſti quadam pluviâ humanis corporibus delinita, ymmò & veſtibus, fœminarúmque peplis indelebiliter impreſſa videbantur. Quæ res portentoſa B maximum cunctis timorem incuſſit & ad pœnitentiam pleroſque induxit. Nec id mirum, nam

Attoniti ſpectant homines, ac Numina paſſim
Inſcribunt puro delapſa inſignia cœlo,
Sanguinolenta crucis claris memoranda triumphis
Effigies latè ſpectatur; ſpongia, flagra
Viſuntur, tunica inconſutilis intima, clavi
Cernuntur multo madefacti ſanguine, telum,
Quod ſacram ſævo diſcreverat impete coſtam,
Pingitur, excubitor criſtâ ſpectabilis ales,
Ter geminíque micant tali, quos inclita Chriſti
Jecerat innocui ſortitus tegmina miles. C

Raymundus titulo ſanctæ Mariæ novæ, ſanctæ Romanæ ecclesiæ Presbiter Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis ad Germaniam Datiámque &c. Legatus miſſus, ut Chriſti fideles ad recuperationem terræ ſanctæ ac in Turcos Chriſti inimicos in pugnam animaret, promiſſâ peccatorum indulgentiâ cunctis, qui contra Turcum militare vellent, parum quidem profecit, æs autem inopis & ſimplicis vulgi Romanæ eccleſiæ gaſis impendit; cùm ex divitibus & potentibus paucos admodum, ſi tamen aliquos, in arma contra Turcum jurare fecit. Surdent profectò opulentum aures evangelio, nec Divinus ſermo Principibus auditus eſt; contenti præſenti rerum ſtatu potentes fu-

1503. Indulgentiæ pro recuperanda terra ſancta

A turum Chriſti regnum nonniſi morientes inquirunt. Credulâ paupertas facilè prædicatoribus obedit. Et quia nullam cruciatæ ſpem invenit, epiſtolam in Brunſwick Saxoniæ opido editam ad omnes Principes, Prælatos, Comites, Nobiles ac civitates Imperii miſit, ut cum bona illorum venia legationi cedere poſſit; cujus rei gratiâ ſummum Pontificem etiam ex Erfordia per expreſſum nuntium & literas pro legationis ſuæ abſolutione inſtantiſſimè rogavit. Epiſtola autem ad Germaniæ Principes miſſâ hunc modum habuit:

Literæ Raymundi Cardinalis ad Principes &c. Imperii.

Illuſtriſſime ac Excellentiſſime Princeps amice & frater noſter chariſſime. Duos jam integros ferè annos Germaniam de mandato ſummi Pontificis incolentes, cum omnibus noſtris exhortationibus, literis, nunciis & præſenti colloquio, licèt jam plena ſit Germania noſtris ſcriptis, non tamen efficere B *potuimus, quod in generali aliqua dieta ſacra Cæſarea Majeſtas, omnes Principes, Prælati, Comites, Barones ac reliqua nobilitas ac civitates Imperii convenirent, nobiſque reſponſum darent de capeſſenda vel non capeſſenda militari contra perfidiſſimos Turcos expeditione tam ſancta & neceſſaria, corruentibus undique fidei rebus, pro quibus principaliter ad Germaniam venimus. Enimverò parum, ut nobis videtur, ad memoriam reducunt Germani, quod nullam ob aliam cauſam Im-* C *perium à Græcis ad eos in perſona Caroli, ſedente Stephano ſecundo, translatum eſt, quàm quod Conſtantinopolitanus Imperator Conſtantinus & ejus filius Leo afflictam a Longobardorum Rege Aſtulpho eccleſiam Romanam audire & defenſare nolebant; quod ſi frequentiùs ſecum reputarent, vereri deberent, ne ipſis tanta ſegnitie atque negligentia ad defendendam Catholicam fidem torpentibus ſceptrum etiam aliquando aufferretur, maximè cùm tot literis & Legatis Apoſtolicis non ſolùm moderni Pontificis, verùm etiam Innocentii, Sixti, Pauli & Pii, qui omnes noſtra ætate floruerunt, pulſati, duras proch dolor! avertunt aures, nec conſiderant claram progenitorum ſuorum virtutem, & ad ulciſcendam eccleſiæ injuriam*

atque

Digitized by Google

atque defenſandam Catholicam fidem ſereniſſimos & devotiſſimos animos, quibus ſibi immortalem propagarunt gloriam atque triumphalem Imperii coronam meruerunt. Horum ſi annales atque hiſtorias mente volverent, occurreret fortaſſe Carolus Aquis, quorum duo præcipuè: alter Martellus, alter verò cognomine magnus eccleſiam & Romanos Pontifices perſæpe non ſinè maxima laude a Gothorum, Longobardorum, Bunventorum & Sarracenorum ſæviſſima tirannide & oppresſione liberarunt. Occurreret Arnulphus Carolomanni Regis Bavariæ filius cum ſuo Formoſo: in manus veniret Otto aliquis, quorum primus Johannem XII a Berengario, tertius Gregorium quintum a Creſcentio Romano Conſule officioſiſſimè defenſarunt. Denique inter legendum ſe offert Hinricus tertius cum ſuo Clemente ſecundo, Lotharius Imperator II. patria Saxo cum ſuo Rogerio Siculo, quem Innocentio II. bella ingerentem ex Apulio in Siciliam usque profugavit. Quod ſi hy & plerique alii ex majoribus veſtris Germani Principes, Reges & Imperatores in privatis eccleſiæ ac Pontificum cauſis tantam diligentiam, tot expenſas, labores & pericula adherunt, quantò magis vos talibus parentibus progeniti in communi totius Chriſtianitatis periculo atque extrema neceſſitate adjutrices porrigere manus & ad expugnandum audaciſſimum hoſtem Turcum, aſſidua delendi Chriſtiani nominis cupiditate flagrantem, armata manu proficiſci debetis: cùm nichil vobis obſtare videatur, quin res tam claras ac magnificas pro fide agatis, quas veſtri progenitores egerunt. Neque enim vires, neque pecuniæ, neque homines deſunt. Quod ſi quisquam dicat parvas eſſe pecunias, qui ex ſacratiſſimo Jubilæo provenerunt, nec ad tantum exercitum alendum uno bene ſufficerent menſe, reſponſum illi volumus, probatúmque offerimus, hinc nos quinquaginta milia hominum in Germania ſignata, inter quos multi devoti Principes, Prælati, Nobiles, mercatores & nonnullæ viduæ ditiſſimæ, quorum magna pars corporali præſentia, pars verò propriis expenſis aut ſubſidio pecuniario prædictum nume-

 rum,

A *rum, ſi per Cæſarem & Imperium bellum decernatur, ad integrum usque annum fovere & admiſcere nobis promiſerunt, nec quidquam aliud a nobis poſtulant, interrogant aut expectant, quàm videre & intrare Chriſtianorum cuneos & ſub crucis ſcuto arma gerere. Magna laus & pietas & devotio veſtræ gentis! utinam Deus non requirat aliquando ſanguinem fidelis populi ſui, qui tam pio & ſancto deſiderio fruſtratur a nobis & Imperio, maximè illis, quorum humeris ſimul nobiscum incumbit hoc ſaxum volvere, licèt quantum ad excuſationem Pontificis, ſacri Collegii & noſtram attinet, ſatìs, quotiens eorum conventum in aliqua dieta percepimus, literis & nunciis eos*

B *hortati ſumus, ùt magìs ac magìs ex copiis illis eluceſſit, quas Excellentiæ veſtræ mittimus, quarum aliquas ex Ulma ad dietam Norenburgenſem direximus, quasdam in propria in eodem conventu oravimus, nonnullas etiam ad Geilenhuſen & Herbipolim factas, licèt hæ propter ſubitos Principum receſſus non ſint omnibus redditæ. Quod ſi, quotiens congregantur Germani Principes, decerneretur aliquid, quod foret in utilitatem fidei Chriſtianæ vel ſacri Romani Imperii, jam diu Germania, ſicut eſt omnium nationum fortiſſima, ita etiam eſſet glorioſiſſima: nam inſtructo a pugnatiſſima gente veſtra exercitu, cæteri Chriſtiani vos tanquam primores, ſicut honeſtas exigit,*

C *obſervaret, & ſæviſſimus draco Turcorum jam dudum ultra Boſphorum eſſet effugatus; nec Imperatoria veſtra illa dignitas, qua cæteras nationes antecedere debetis, contemptum vobis & ludibrium potiùs pareret; cùm, ùt ait Piticus Mitilenus, unus ex ſeptem ſapientibus, Græciæ Magiſtratus virum oſtendit. Profectò jam ſatis animum noſtrum in hac re maceravimus, ſatìs dierum & noctium mœrore conſumpſimus, labore contrivimus, infirmitate languimus. Nam cùm facti ſumus Germani, beneficio totius Imperii, quo ſupplicante in capite & in membris, quod etiam ante ſæpe confeſſi noſtris literis inſeruimus, nullis noſtris meritis fuimus ad Cardinalatûs honorem exaltati; non debet cuiquam videri mirum, ſi animo conſternimur,*

nimur, ſi rubore perfundimur aut languore premimur, quod gens de nobis optimè merita, & a nobis ſæpiſſimè laudata tum in ſacro conſiſtorio, cùm eſſemus Romæ, tum multis exemplis, de virtute veſtra ad tutandam religionem zelo ac fervore, ad omnes nationes ſcriptis, ſic de ſalute ſua tam parum ſollicita, atque utinam rubori noſtro non addatur brevì devaſtatio Germaniæ & exitium tantæ nobilitatis! nisì fortaſſis expectatis, quod dormientibus ac ſtertentibus vobis ſalutem inopinatus aliquis caſus, ut Policratis annulum in mari projectum piſcis in menſa poſitus afferat; quod de tantæ ſublimitatis Principibus *audiri ridiculum eſſet. Verùm rebus veſtris aduc conſuli poterit, ſi ipſi volueritis: nam quantum nos videre videmur, nichil reſtat nisì communis & plenus Cæſareæ Majeſtatis & totius Imperii conventus, non quidem, qualis hactenus celebrari ſolitus eſt, ſed talis, in quo maturo conſilio & deliberatione prima mox contra perfidiſſimos Turcos inſtruatur exercitus, fiátque belli apparatus; nam ùt Saluſtius ait, priusquam incipias, conſulto, & ubi conſulueris, maturè opus eſt facto. Quòd ſi Cæſareæ Majeſtati & Imperio, obſtrepentibus domeſticis litibus ſive alia interveniente cauſa, nondum capeſcendæ expeditionis commoditas ſe offert, neceſſarius tamen erit ſummopere bujusmodi conventus propter pecunias ſacratiſſimi jubilæi, quæ periculis ubique expoſitæ, nisì aliter ordinentur, in privatos ſingulorum uſus ſive potius abuſus contra omnia Divina & humana jura vendicabuntur; cùm nemini liceat res* Deo *dicatas ſæcularibus inferre negotiis. Præterea nos, qui a* pleno *Imperiali Senatu* Norembergæ *cum honore admiſſi & ſuſcepti fuimus, ita etiam, ne inſalutato, ùt ajunt, hoſpite abiiſſe dicamur, cum favore & bona gratia Imperii in dicto conventu abeundi veniam rogare cupimus, atque præſens ſingulorum factorum noſtrorum rationes & computa in medium proferre. Nam licèt Illuſtriſſimus Imperii Senatus conſiderans, quod omnem ſtatum, quem Romæ habebamus, propter zelum illius ſalutiferæ legationis dimiſeramus, videlicet ſex mille an-*

A *nios ducatos, & quod innumerabiles expenſas in publicatione ſanctiſſimi jubilæi facere cogeremur, ſatisfaciendo Commiſſariis, prædicatoribus, confeſſoribus, nunciis, impreſſoribus & aliis rebus, prout etiam grandem pecuniæ ſummam in via conſumpſerimus, priusquam ad legationem admitteremur, demolientibus ingreſſum noſtrum quibusdam malevolis, qui privatum ex* Principum *diſſenſione lucrum facientes, noverunt nos amatorem eſſe pacis, atque tanquam angelum pacis veniſſe. Nichilominus ut omnes homines cognoſcant, nos non veniſſe propter quæſtum ad Germanos, cùm in urbe nichil nobis deficeret, de eadem tertia parte nobis aſſignata nichil recepimus, niſi quod*
B *ad neceſſitatem & inevitabiles uſus exponere coacti ſumus, ſic quoque Pontifici ſcripſimus, atque impreſſoriæ editioni mandavimus. Verùm quantò nos magis iſtis pecuniis pepercimus, tantò inhoneſtiùs quidam ex noſtris Commiſſariis eas diſperſerunt: in pluribus enim dioceſibus, ubi non fuimus in propria, nichil penitus de tertia parte remanſit propter eorum exceſſivas expenſas atque immoderatos uſus: ſunt enim plures, quorum avaritiæ nec hodie poſſit ſatisfieri; ob quam cauſam etiam ſæpe apud Imperium inſtitimus, quatenus ſe de conſtituendis & ſubconſtituendis Commiſſariis ſimul nobiscum intromitteret; ne tanta eis diſpenſandi licentia foret; cùm magis timerent verba dare Imperio quàm nobis.*
C *Sumus tamen ſemper rogati atque perſuaſi, ut negotium apud nos totum voluerimus; quod licèt pro virili effecerimus, non tamen contenti erimus, niſi Cæſaream Majeſtatem & Imperium de ſingulis informaverimus, antequam ex Germania divertamur. Quare, Illuſtriſſime Princeps! Excellentiam veſtram per viſcera miſericordiæ Dei nomine Pontificis ac ſanctæ Sedis hortamur ac requirimus, quatenus in dieta ad Wormatiam aſſignata vel alibi a Cæſare & Imperio aſſignanda ad conſulendum & ſubveniendum ruinantis eccleſiæ Catholicæ & quaſſatis fidei rebus in propria compareat, neque cauſas aliquas, niſi legittimè præpediatur, effingat, quò minùs veniat, prout hactenus ab aliquibus eſſe con-*

fictum

fictum timemus; cùm in tanta Chriſtianæ reipublicæ neceſſitate, qualis a mille annis non fuit, nemo ſe excuſare debeat aut poſſit: dicunt enim, quod Turcus indies terra marique vires augeat, militem conducat & copias inſtruat, quibus hinc Italiam, hinc Ungariam & Germaniam uno impetu invadat. Nam de pſeudo illo Perſarum propheta, quem credulum vulgus arbitrabatur Turco bella illaturum, arcturúmque, ne de Chriſtianis infeſtandis cogitare quidem amplius poſſet, actum eſt: nam inſtar venti evanuit potentia ejus, atque ſicut ſubitam fecerat nominis ſui famam, ita repentinum etiam habuit caſum; nec Turcus nunc alios habet inimicos, in quos arma ſua & milites exerceat, quàm Chriſtianos. Dignetur igitur Illuſtris Excellentia veſtra nobis cum præſenti latore vel alio quodam benignum dare reſponſum, ſi hujusmodi dietam viſitare velit, an non velit: nam ſi neque hæ noſtræ literæ Excellentiam veſtram aut alios, quorum intereſt, moverint ad dandum nobis reſponſum aut in dicta dieta comparendum, virtute præſentium teſtamur & proteſtamur Pontificis, ſacri Collegii & noſtram innocentiam, & veſtram negligentiam, deſidiam, & malè conſultos ad ſuam ſalutem animos; neque miremini, ſi poſthac, cum ipſa neceſſitas & periculorum præſentia vos coget, fruſtra ſanctæ Sedis implorabitis auxilium, quia tunc vobis fortaſſis ſuccurrere non poterit, quæ jam a veſtris inaudita remigrat laribus, contingétque vobis meritò, quod fatuis virginibus contigit, quibus nimis tardè venientibus clauſa eſt janua; ſicut etiam accidit, proch dolor! memoria noſtra quibusdam Orientalibus Regibus & Principibus, videlicet Georgio Regi Perſarum, Davidi Imperatori Trapeſſundarum, Bendion Regi Murigreliæ, Gorgati Duci Gorgianæ, Rabiæ Duci Anacaſiæ cum ſuis fratribus, Berdebech Domino minoris Armeniæ, & ex communitatibus Githiaranis, Saſonis & pluribus aliis populis Aſiæ, qui ante Conſtantinopolis everſionem nunquam a Romanis Principibus induci potuerunt, ut dimiſſis inteſtinis odiis, quibus inter ſe agitabantur, Turco obviam irent, & ſimul cum fide catho-

A *catholica ſe ipſos, liberos & patriam defenderent; poſt captam*
verò Imperatoriam urbem & Græciæ caput, cùm jam ſerò de
rebus ſuis Pontificem & latinos Principes appellarent, prius-
quam eis ſuccurri potuit, cæſi & regno expulſi ſunt, ſicque
ignavia eorum gentem Deo optimo maximo ſacram, proch do-
lor! Turcorum ſervituti & dæmoniorum cultui ſubdiderunt.
Heu heu! quàm veremur, ne vobis hys moribus aliquando,
quod Deus avertat, idem accidat. Quod ſi in prædicto con-
ventu Cæſarea Majeſtas, Principes, Electores & totum Impe-
rium congregatur, ſperamus, quod irradiante Spiritûs ſancti
gratia, maturo conſilio omnia in bonum finem ordinari & fe-
B *lici auſpicio incboari poſſint; cum nichil aliud reſtet, nisì vos,*
qui Imperii onus ſuſtinetis, initium faciatis; nam neque Chri-
ſtianiſſimus Rex, neque Hiſpaniæ aut alii Sereniſſimi Reges,
Principes aut Poteſtates deerunt, ut indubiè credimus. Præterea
Sanctiſſimus Dominus noſter, qui jam magnam partem Sancti-
tatis ſuæ æmulorum & rebellium eccleſiæ feliciter proſtravit,
ſimiliter Cæſarea Majeſtas, quæ nichil magìs cupit, ut ſemper
ab ea audivimus, quàm ut bonus Imperator eccleſiæ fines pro-
pagare & dilatare, perſonaliter ſeſe antecedere pollicetur. Quæ
omnia magnam nobis ſpem, ingentem animum futuræ darent
C *victoriæ, ſi de ſolo veſtro conventu certi eſſemus. Verum cum*
ex præteritis veſtris conventibus Hallenſi, Nordlingenſi, Her-
bipolenſi & aliis, in quibus multa pars Principum non com-
paruit, reliqui infectis non ſolum rebus, verum etiam intactis
fidei receſſerunt, rationem facimus de illa futura dieta, timore
confundimur, ne vel nunc aut non conventuri, aut nichil certi
præter alterius dietæ & longioris moræ terminum edituri ſint.
Quod ſi contingat, decrevimus nos omnino ex illis fluctibus in
tutum aliquem portum recipere, legationem abjicere, iréque
ſecundum beneplacitum Pontificis; cujus etiam benignum fa-
vorem & abſolutionem ab hoc onere nuper per expreſſum nun-
cium rogavimus & indies præſtolamur, ad ſerviendum Deo in
loco nobis oportuno; Excellentiæ tamen veſtræ & toti Germa-
niæ,

Digitized by Google

niæ, quæ ultra immortalia beneficia, quibus nos in præterita legatione ſemper extulit, in illa etiam, ubicuncque fuimus, cum maximo honore & liberalitate ſuſcepit, non quas vellemus, ſed ut poſſumus, perhennes agimus gratias, rogantes atque obſecrantes, ne noſtrum abitum moleſto ferant animo, néve hæc aut alia noſtra ſcripta & tam longas epiſtolas aliorſum accipiant, quàm a fideli amico & ſalutis eorum cupido miſſa ſunt. Imitati enim ſumus in illis Salvatorem noſtrum Chriſtum, qui cum in propria ſecundum humanas vires non poſſet totum peragrare orbem, enunciandæ novæ legis gratia, Apoſtolos miſit, epiſtolas & evangelia per Apoſtolos ſuos & Doctores ſcribi fecit, quibus humanum genus per univerſum terræ ambitum, quæ eſſent agenda in nova lege, quæ in veteri relinquenda, & quo pacto ſaluti eorum melius conſuleretur, ediſſerent; ita & nos fecimus. Si tamen inter lectitandum noſtras literas nonnunquam etiam duriuſculum aliquid offenderint, veniam petimus: ex officio enim legationis interdum acrius in eos invecti ſumus; verum ubi legatio cedet, objurgatio etiam finem habebit, ymmò ubicuncque fuerimus, hujus inclitæ nationis, Cæſaris & Imperii gloriam, famam & perpetuam laudem totis viribus dilatabimus, fata eorum, quibus occulto Dei judicio omnia ſubjacent, ſi malè ſucceſſerint, ut, proch dolor! timemus, ſi pecuniæ iſtæ ſacræ Deo auſſerantur, quas nemo unquam uſui, in quem datæ ſunt, impuné ſubtraxit, perpetuò defleturi; cum illius infortunia noſtris ſemper ægriuſculè tulerimus. Sed ne prolixitas ipſa moleſtiam afferat, epiſtolæ finem imponimus. Feliciter valeat Illuſtriſſima veſtra Excellentia, cui nos iterum atque iterum commendamus. Ex Brunſwick penultima Martii, anno milleſimo quingenteſimo tertio.

Homo quidam officio coquus, nobilis cujusdam famulus, cùm iter versùs Padeburnenſe opidum faceret, accidit, ut ut monti cuidam, quem incolæ *Luttenberg* dicunt, appropinquaret; diſtat autem haud longè â Conventu Canonicorum Regularium in Bödeken, patulum in pede habens introi- 1503.

A tum, in quo nobiles Weſtphaliæ habere purgatorium famatur. Appropinquans igitur huic loco viator præfatus vidit ſibi quendam militem, qui jam per aliquot annos ab humanis exceſſerat, frementi cum equo occurrere, cui etiam dum viveret, optimè notus extiterat. Is veluti jure prælii hominem captivum, invitum ante ſe equo impoſitum, ad montem præfatum duxit. Dum autem jam ſpeluncam intraturus cum captivo ſibi mancipio eſſet, ne cui niſi ſibi loqueretur aut reſponderet, & nonniſi â ſe allatum ederet, vetavit; ſed ſingula tacitus cordi inſcribens, quæ videret, admonuit. Ingreſſus itaque cuſtodiæ mancipatur, & integram per ſeptimanam â ductore decenti annonâ ſecundùm qualitatem dierum abunde ſatis ſaginatur, viditque nobiles ac militares, B quorum multos in vita cognoverat, epulis ac potionibus, ùt id hominum genus aſſolet, pernox perdiúſque inſiſtere, diviſíſque menſis ſecundùm uniuscujusque ſtatum inter miniſtrorum manus epulis, vino, ſiceráque luxuriare. Unâ igitur dierum rumor adventûs cujusdam præcipui hoſpitis locum lætantium replevit, ad cujus adventum hilariores facti univerſi locum, quo ſederet, ut cum honore ſuſciperetur, diſpoſuêre. Et ecce! continuò curruum ſtrepitus! cum caterva obſequentium ac famulantium miniſtrorum hoſpes ingreſſus eſt: ſedebat autem in curru militaris quidam & ipſi, C qui viderat, & michi, qui hæc ſcribo, optimè notus, qui ipsâ die & horâ finem vitæ dederat, ad cujus adventum lætiores facti, qui aderant, ipſum ſalutare ac præparato loco collocare juxta progenitorum ſuorum menſam quaſi congratulabundi ſtudebant: inſtaurantur nova convivia & nichil luxuriæ, quod illud hominum genus exercere ſolet, negligitur honore tanti hoſpitis inducti. Collocata eſt juxta ipſum ſedes altera, atque dictum publicè uno abs miniſtrorum, qui caſu advenerat equo: animo hilaris tripudiaret, in proximo eſſe, quo ſe ſocium tanti ſolatii accepturum ſciret. Hys, aliíſque multis viſis & auditis, demum juramento præſtito,

poſt

Digitized by Google

poſt menſis terminum ſe reverſurum iri, educitur ex ergaſtulo, & ubi luci redditus eſt, vidit non longè quaſi caſtrum gloriosè conſtructum, quale nunquam viderat; ad quod cùm ductor ſecum intraret, reperit & ibi conventum lætantium, â quibus affectuosè ſuſceptus quidem, verùm adveſperaſcente hoſpes domûs habitus jubet coquo aſſaturam hoſpitibus præparari, qui cùm nichil ſe recentium carnium habere diceret, unum circumſedentium accipere juſſus eſt. Irruit igitur in quendam militarem, qui jam ante biennium ab humanis diſceſſerat, quem ego ipſe familiariter viventem cognovi; hunc exutum, manibus pedibúſque ligatum, ferro impoſitum, igni aſſandum admovit, aſſatumque in partes diviſit, convivíſque diſtribuit; ubi autem inter partiendum ad peregrinum hoſpitem ventum eſt, ille facinus abhominans abhorrénſque háſce carnes edere, arreptâ lanceâ, quam ſecum portaverat, fugam arripuit, ac cruentæ officinæ valvas petîit: inter fugiendum is, qui carnes diſtribuerat, fugientis cuſpidi aſſaturæ partem affigit; at homo rei novitate perterritus, immemor aſſaturæ, viæ redditus, ad notum ſibi torrentem viator mox venit; ubi dum haſtæ uſum peteret, vidit aſſaturam, quam coquus affixerat, cuſpidi inſidentem, quam in alvei undas excutiens, jam non caro ſed ſtuppa ſtraminis viſa eſt ſuper undas fluitare. Fit palam res geſta, conſilio Sacerdotum per pœnitentiæ opera ad mortem ſe diſponit, qui poſt menſis decurſum in captivitatem reverſurum ſe ſpoponderat. Factum eſt autem unâ dierum, dum peregrinandi gratiâ Soſatium opidum intraret, is cujus ſedem paratam audîerat illicóque hoſpitem futurum promiſſum, civium manibus jam præmortuum introferri ex agro: apoplexiâ enim percuſſus in campo, vires amiſerat & poſt paululum continuò moriens, primum veritatis rei geſtæ indicium præbuit, monimentúmque aliud canicies, quam adoleſcens tanta in viſione incurrit, ultimum mors ſubſequuta argumentum

A veritatis fuit: nam ipſo die, quo redire in captivitatem ſpoponderat, jam bene diſpoſitus mortem obîit.

Eodem item anno huic pene ſimile eâdem in provincia accidit: adoleſcens quidam iter, quò diſpoſuerat, facturus, militem quendam jam pridem defunctum obviam habuit, â quo quidem captus & equo impoſitus ad caſtrum quoddam adductus eſt, & inter convivantes locatus, epulari ac gaudere juſſus, at quod ne manum ad cibum extenderet, â ductore admonitus omnino abſtinuit. Fuêre autem convivæ viri hujus ſæculi præcipui, inter quos Principes & utriusque ſtatûs magni viſebantur; ciborum autem apparatus varius & B abundans, vinum quoque abundantiſſimè & id præcipuum adminiſtrabatur, menſam argentum grave onerabat, purpura muros aulea veſtivit, rombus & marinus lupus, latus Dorcadis, tergum laphi, lepus fortuitus, apri collum, grus, olor, avísque Junonis, & complura id genus opipare præparata, croco tincta, ſuo jure ligata apponebantur. Videre fuiſſet noſtra exteris, nigra candidis, terreſtria marinis, dulcia acribus, manſueta ferocibus, hirſuta pennatis commixta unà in parobſide fumigare. Hæc inter hoſpes pavidus, ſtatua veluti, obriguit. Verùm jam finis convivii penè aderat, C & jam demum piſces jure ſuo ligati, ancillæ coquinariæ arte curioſiùs exquiſitiúsque præparati, adoleſcentularum perpulcrarum miniſterio apponuntur, â quibus hoſpes quàm blandè edere hortatus â foris, ab intus autem earum ſuggeſtionibus admonitus, deceptus ac ſuperatus aliquando blandiciis, nil mali ſuſpicatus, manum, ut aliquam appoſiti cibi particulam acciperet, in parobſidem extendit; & ecce! continuò tartarei ſulfuris flamma, â cathino ſcandens, primos tres dextræ manûs articulos, dictu velociùs, voravit; quo ſcilicet facto oſtenderet, qualis cibus ſit, quo tartareus hoſpes commenſales & convivas enutriat. Tanto igitur conſtitutus articulo, ullulatum emiſit, ac præ doloris magnitudine ingeminavit, & confeſtim fantaſtica illa convivantium multitudo unà

cum

Digitized by Google

cum aula, quâ ſedere viſa eſt, nusquam apparuit. Is verò qui vidit & amiſſione digitorum teſtimonium perhibuit, inter condenſa veprium dumeta ſe poſitum perpendit. A

Hoc anno in nocte S. Bartholomæi Apoſtoli ingens terræ motus factus eſt in Weſtphalia; erat autem æſtas ejusdem anni callida ſatis, ſicca admodum, ita ut in plerisque locis arborum folia, deficiente humore, in arboribus areſierent, fontes & torrentes exſiccarentur. Magnum dampnum in piſcium vivariis ubique penè habitum eſt. Mare inſuper deſcendens, deficientibus aquis, littus fugiens circumjacentibus longa terrarum ſpatia aranda & ſulcanda præbuit; nam vallibus & promontoriis interpoſitis, aquæ priſtinum in locum redire prohibitæ ſunt. 1504. Inaudita ſiccitas. B

Ipſo anno circa Penthecoſtes feſtum quidam Archiepiſcopi Colonienſis Primatum contra Soſatium Weſtphaliæ opidum inſidias egerunt, contracto in unum clam exercitu, noctu urbem obruere cupientes: nam quidam incolarum civitatis portas aperire hoſtibus ſpoponderant, & ùt poſtea repertum eſt, voto ſatisfeciſſent, ſi ſtatuta in hora exercitus adveniſſet. Sed ſemper periculum eſt in mora: nam aurorâ rutilante ac ſole citiùs, quàm ſperâſſent, oriente, ſpe jam ſuâ fruſtrati, dimiſſo exercitu, crepuſculo ſuſpicionem, ymmò rem, ùt erat veram reliquêre. Argumentum veri præſtitit quidam â civibus captus alienigena: conduxerat enim hoſtis quosdam, qui ultra condictum, locorum diſtantiâ præpediti, advenerant, qui non longè â Lippia civitate in loco ſalinarum, Cotten nomine, fixis tentoriis, ad multos dies moram traxerunt, laboris ac itineris ſui mercedem præſtolantes: erant enim è ſuperioribus partibus conducti pretio. Unus ex hys cùm â Soſatenſibus ob forifactum nervo clauderetur, interrogatus confeſſus eſt, ſe Soſatium opidulum expugnare vocatos fuiſſe; ignoravit enim alienigena, quia Soſatium fuit civitas, quæ ipſum vinculis clauſerat. Hac re animati cives opidum ſuum firmare fortificaréque, non parcentes ſumptibus, cepe- 1505. Suſato fruſtra ſtruuntur inſidiæ â Colonienſibus. C

 runt,

A runt, hac item re animoſiores & in futurum cautiores effecti.

1506. Incendium Paderbornæ & Neohuſii. Padeburna civitas hoc anno maximâ ex parte igne conſumpta eſt. Auctor ſceleris propriâ ſe domo concludens ultro flammarum pœnas accepit. Poſt tres quatuórve hujus incendii dies, hoc eſt: ipſa Dominica *Judica*, quæ quinta ſacræ Quadrageſimæ, proxima autem ante Palmarum diem Dominica eſt, noctu Nighus, Epiſcopi caſtrum, cum adjacente opidulo pari modo ſed ex toto, ſolo flammis urgentibus æquatum eſt. Fuit hic annus Padeburnenſi dioceſi ſatis infauſtus: nam extra præfata & alia quædam opida & villæ, ejusdem B dioceſis loca, Vulcani faſſibus conſumpta ſunt.

1508. Thekeneburgenſis Comes Otto Nicolaum fratrem ſuum rupto fœdere, quod ſecum inîerat coram Principibus (dum pater ipſorum Nicolaus, è vinculis filiorum ſolutus, compoſitionem filiorum procuravit) cepit & in vincula conjecit, quia uxorem ducere diſpoſuit: noluit enim Otto germanus, uxorem duceret, ne Comitatus bipartitus ambobus non ſufficeret, providens in hoc filiis ſuis, quos ex filia Comitis de Rethburg acceperat.

1509. Bellum, quod inter Gelriæ Ducem Carolum ex una & Clivenſem Ducem Johannem, Hollandiæque Proceres partiC bus ex altera jam per aliquot annos duriùs inhumaniúsque ſævit, hoc anno per Principes intermedios ſedatum compoſitúmque eſt. Unde Carolus, qui numeroſam hinc inde pedeſtrium vernaculorum multitudinem in unum contraxerat, reddita pace, parcens ſumptibus, quos collegerat, licentiavit; quorum dum fermè octingenti per Monaſterienſem dioceſim iter facere diſpoſuiſſent, negatúmque iter abs Erico, jam electo Præſule, fuiſſet, non audentes procedere, declinantes per dioceſim Trajectenſem in maritimas civitates contra Daciæ Regem auxilium civitatibus præbituri processêre. Qui ubi Daventrienſi opido appropinquarunt, indignati cives, viciniotibus dioceſis ſuæ urbibus in auxilium ſuî vocatis, in

Digitized by Google

in hoſtem arma arripuerunt, & multitudine quidem confiſi cives, non expectatis amicorum auxiliis, in agmen deſperatum, tuto jam loco conſtitutum, inconſultè irruunt, ac longè diverſo Marte pugnarunt. Demum cives ſuperiores facti, cæſis ex peditibus quadraginta viris, multíſque ſauciatis, phalangas diſſipârunt ac in fugam converterunt, triumphúmque, flebilem licèt, in opidum reportarunt: occiſus eſt enim civium magiſter, opidi quoque Præfectus cum quindecim de civibus præcipuis. Qua ſtrage infauſtiùs accepta, factum eſt, triumphatores ſinè tripudio caſtra petere, nec ultrà hujusmodi victoriam deſiderare. A

Lemgo opidum eſt Comitatûs Lippenſis, Padeburnenſis dioceſis, in quo hæc, quæ narro, ipſo anno facta ſunt: vidua quædam, materfamilias mediocris fortunæ, filium adoleſcentem domûs ſuæ diſpenſatorem habuit, cum quo, ob quam cauſam, neſcio, concordare in actis & agendis nequivit. Pacis cupida mater, qua conſequi pacem poſſet, ante quæſivit: acceſſit igitur clam maleficam, auxilium poſtulatura; ſpondet obſequium, auxilium impendere promittit, dedítque neſcio quid, quod nato cibo daretur, quod finem domeſtici diſſidii, inteſtiníque belli faceret. Paruit mater nil mali machinari autumans, eſcam, ùt juſſa fuerat, filio adminiſtravit; qui, ſumpto cibo, horrendo hactenus inviſo languoris genere concitò vexari cepit, donec multis coràm poſitis, poſt tres dies miſerabili plaga ſpiritum exſufflavit. Inter vitam autem & mortem conſtitutus juvenis genitricis ſuæ ſe edulio venenatum geminatis vocibus inclamavit. Comprehenſa mater mœſta fatetur, ſe nil ſiniſtrum in pignus cogitaſſe, a maga concordiæ cibum filio animo innocenti porrexiſſe, nullúmque plus ſuper unici morte quàm ſe viduam dolere, quem ſic decepta neſcia extinxiſſet. Comprehenſa maga fatetur crimen ac ſceleris ſui conſcios pandit; ſícque brevì quindecim accuſati ac ipſo beati Marci Evangeliſtæ die unà comprehenſi ſunt: mas unus adoleſcentulus ſcolaſticus, reliquæ fœmi-

B Veneficium.

C

A fœminæ fuêre; ſcolaſticus autem ab una adoleſcentula, quæ inter cæteras capta fuit, ita infatuatus erat, ut accuſatus ſimul ab amaſia, & ut fugam peteret, ſæpiùs admonitus, dum fugere voluit, nequivit, donec quem muliercula ſecum liberum habuit, incluſa ergaſtulo, ſecum quoque penè conſortem malefica haberet. Harum ſeptem ob multa horrenda facinora ac maleficia longa per tempora patrata, publicè confeſſa, poſt paucos dies igne conſumptæ ſunt.

Monſtra nata. Hoc item anno in dioceſi Monaſterienſi mulier quædam abortivum monſtruoſum enixa eſt: habuit enim capita duo, brachia quatuor (duo quidem, ùt ex natura debuit, reliqua B ad latus pendentia) corpus integrum, ſinè tamen pedum veſtigio; in cujus partu anguſtiata genitrix, tactâque dolore ſpiritum exalavit. Simile penè portentum in Padeburnenſi natum ipſo anno dioceſi ferunt, quatuor brachiorum, duorum autem capitum; quod vivum quidem natum, ſed mox babtiſmatis undâ lotum continuò extinctum eſt.

Weſtphalia uno anno ſuis viduata Epiſcopis. Eodem anno omnes Weſtphaliæ Sedes cathedrales per mortem Pontificum vacârunt: imprimis enim obîit Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus Dominus Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis, Angariæ & Weſtphaliæ Dux, C Romani Imperii per Italiam Cancellarius ac Princeps Elector, cognomento pacificus, omni exceptione magnus, & apud Principes & Nobiles plebeos & vulgares flendus, qui & ipſe Padeburnenſis eccleſiæ adminiſtrationem multis jam annis laudabiliter tenuerat: ſed & Reverendus in Chriſto Pater & Dominus Dominus Conradus de Rethberg Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopus ac Oſnaburgenſis eccleſiæ Adminiſtrator magnificus, Princeps per omnia deſiderabilis, æternâ memoriâ dignus, Hermanno Colonienſi amiciſſimus hoc anno diem clauſit extremum, ymmò nequis Epiſcoporum Weſtphaliæ ſuperſtes maneret, ipſe etiam Myndenſis Epiſcopus cum cæteris carne ſolutus eſt. Electus eſt igitur in Colonienſem Metropolitanum Philippus ejuſdem eccleſiæ Præpoſitus; in Monaſte-

naſterienſem Ericus Lowenburgenſis, Colonienſis eccleſiæ Canonicus; in Oſnaburgenſem & Padeburnenſem Ericus de Grupenhagen, Brunſwicenſium Dux; in Myndenſem Franciſcus, Hinrici Brunſwicenſis Ducis filius. Facta eſt hujúsce rei gratiâ grandis per totam provinciam exactio pro confirmationibus ſcilicet Epiſcoporum obtinendis. O quantum Weſtphalici auri in inſatiabiles Romanorum fauces pro confirmatione horum Pontificum miſſum eſt!

A Philippus 62. Archiep. Colon. Ericus 47. Epiſc. Monaſt.

Placet parumper peregrinari ac, dimissâ Weſtphaliâ, in barbaras nationes ſtilum vertere, & quanta apud ipſos pro fidelium conſolatione Dominus operatus ſit, poſteritati relinquere: eodem enim anno, ipſo die exaltationis ſanctæ Crucis mirabilia & noſtris temporibus inaudita in Machometica terra facta ſunt: nam in civitate Conſtantinopolitana aliíſque civitatibus propè adjacentibus terræ motus maximus, fulgura, tonitrua ac tempeſtas maxima orta eſt. Partes urbis versùs mare, turres ac mœnia funditus everſa ſunt, ac innumerabilem hominum multitudinem occiderunt, arx quinque turribus munita, ubi Cæſaris theſaurus reconditus fuit, funditus cecidit; ædificium mirabile pro leonum & ferarum fomento factum corruit; ſepulcrum antiquum Cæſaris ſumptuoſum ex marmore extructum, multa quoque Turcorum & Græcorum templa, ſalvis Chriſtianorum eccleſiis, funditus evulſa ſunt; cannaſia ſubterranea laborioſiſſimè maximis ſumptibus elaborata, ex Danubio per tot montes & colles per ducenta ferè miliaria dulces ad Conſtantinopolitanam urbem aquas ducentia, omnia penè obruta ſunt, quæ, ùt ajunt, toto Cæſaris theſauro reparari non poſſent; maxima pars turris plumbeæ apud Galathas cecidit; ſanctæ Sophiæ templum nichil fracturæ paſſum eſt, ſola ejus turris â Machometis exſtructa funditus corruit; calx & cementum, quo Sanctorum imagines in Chriſti religionis perniciem obfuſcatæ erant, terræ motùs violentiâ abs parietibus evulſa eſt, ita ut imagines ùt priùs palàm apparerent. Qui quidem terræ motus per totam Græ-

B Horribilis terræ motus Conſtantinopoli, ſeu potiùs fabula.

C NB. aquæductus.

A ciam eſt protenſus, ac omnibus maximum injecit timorem. Cæſaris juſſu reperti & inſcripti ſunt tredecim milia hominum, qui ædificiorum & murorum ruina perierunt. De familia Muſthapha baſſa primi Conſiliarii Cæſaris trecenti & LXX homines ſimul cum equis terræ motu interîerunt; Ollonaſcha ſecundi Conſiliarii Cæſaris tota familia obruta eſt; Alabaſſa cum omni familia & ſubſtantia conſumptus eſt. Turcorum Cæſar Græcum quendam ſanctæ Katherinæ monachum ſenem ſecum habuit, qui omnia illa terræ motûs pericula antè prædixit: nam quandam nubem atram obſcuram & tenebroſam in aëre volantem ſupra urbem Conſtantinopolitanam oſtendit, B quæ demum versùs Moldaviam eſt protenſa aëris motu ſenſibiliter. Ex quo ſenex ille Græcus Moldavus quoque aliquid futurum mali vaticinatus eſt, & imprimis ſectam Turcorum perniciem paſſuram, vivente hoc moderno Cæſare incepturam publicè & in Cæſaris faciem quottidie intrepidè & conſtanter retulit; cujus etiam præmonitu imminente terræ motu Cæſar in ortum deſcendit, aliàs indubiè præcipitio ſuæ arcis obrutus perîiſſet.

1510. Auguſta Vindelicorum unde ſic dicta. Hoc anno convocatio Principum apud Auguſtum inclitum Windelicorum vetuſtam ſuperioris Germaniæ urbem a Cæſare Maximiliano facta eſt. Hanc urbem Swevi primùm inhabitarunt, & ob duorum rapidiſſimorum fluviorum occur- C rentiam *Wynde* ſcilicet & *Lica* Windelicam appellarunt; unde & ea regio usque ad Alpes Windelica dicebatur. Quam urbem Amaſones Europam invadentes, Swevis fugatis, vetuſto more vallis & foſſis cinxerunt: per Windelicos deinde ac Rethos florentiſſima cum muris & propugnaculis facta, plurima a Romanis bella perpeſſa eſt; cùm libertatem ſemper optarent, a Romanis ſe Windelici alienarunt. Unde Octavianus Auguſtus per Tiberium Neronem (cùm Druſus frater ejus Renales regiones aggreſſus eſt) victis Windelicis urbem eorum munitam reddidit; cúmque auſpiciis Auguſti victa & ampliata erat, in honorem Auguſti Octaviani Auguſtam appella-

pellavêre, & quia in Romano Imperio ſtabilis & fidelis permanſit, magnum incrementum habuit, ac priſcæ vetuſtatis monimenta in ea relicta ſunt. A

Itaque cùm anno natalis Chriſti 1510 plures Italiæ, Germaniæ ac Galliæ Principes a divo Maximiliano Romanorum Imperatore in opidum Auguſtam accerſiti eſſent, & ſuper Romana republica, ſumpto in manum lapide, ſanctum fœdus facerent, & omnium utilitati conſulerent; ne tamen temporum tractu incerti otio ignavóque torpore marceſſerent, ſed animi pariter & corporis vires ad priſtinas artes attollerent, ſacratiſſimus Imperator ſollerti ingenio ſummáque induſtria circum quendam Auguſtæ juſſit ædificari, opus inquam & ſpectantibus & pro ſua magnanimitate ac immortali gloria pugnaturis aptiſſimum, fabricatum quidem lignis inſtar quadranguli in longum latúmque deductum, & ſubſtratis deinde omnium pedibus fluvialis arenulæ cumulis, ne vel equi in ipſo equitum congreſſu pedes offenſi lapidibus caderent, néve haſtas aut clipeos aut arma gerentes (eâdem importunitate inimicâ) ceſpitarent. Hys itaque ad amuſſim expeditis, magnanimus Imperator nobilium adoleſcentulorum animos, quorum quidem tempora nondum lanugine floruerant, ad haſticam pugnam pretiis invitavit, ut prima ſua tirocinia in circo exercerent. Pubeſcentes igitur adoleſcentuli, quibus ſumma in vertice criſtæ tremebant, nymbo ſimiles effuſi ſunt, & ſubito clamore ſuos adhortabantur equos, reductis deinde manibus haſtas longiùs protendebant, quibus innixi maximo ſonitu pectoribus animoſa pectora oppoſuêre, adeo ut multi equis ſuis in morem fulminis excuterentur, & pugnaces haſtæ partim galleis partim clipeis reſultarent, nemo tamen læderetur, uno duntaxat nobili dempto, in cujus fœmore, dum haſta incidiſſet, dato vulnere per ſuras viam molita eſt. Poſtridie verò ejus diei plures famâ nobiles, ſtemmate clari atque illuſtres, antequam decori certaminis & haſticæ pugnæ ludos inirent, ſonipedes auro, purpurâ gemmíſque

Haſtiludium ibidem

B

C

A que velatos curſu quàm celerrimo in pulvere domitabant, & curſus curſibus & alternis orbibus orbes impediebant, donec feſtivus ille dies circenſibus ludis illuceſceret. Sed ſuperi ne an inferi de ſpectaculo decreverunt, neſcio: poſtera enim luce & tota quidem nocte frequens pluvia impetu quàm vehementiſſimo cælitus cadebat, & maximis venti tempeſtatibus orti, Nothus Boream, Eurus Zephirum impellebat, opacis omnia nubibus obtegebantur. Qua de re ſpectantium animus, qui antè lætus, antequam tempeſtas oriretur, viſus ymbre mœſtus labeſcebat & contabuit; poſtquam autem humida nox, ablatis ſecum nubibus, receſſiſſet, confeſtim nova lux
B omnium oculis effulſit, ut eisdem planè verſiculis, quibus Maro noſter Octavianum Auguſtum Cæſarem ſummo Jovi parem reddidit: *Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula manè, Divinum Imperium cum Jove Cæſar habet*, potuiſſemus & nos divum Maximilianum Romanorum Imperatorem Superis aſſimilâſſe; nequaquam enim, nisì fallor, ſuapte naturâ desîit ymber, ſed Divino potiùs quodam Numine jubente, extemplo ceſſabat; vidimus enim liquidiſſimas nubes in medio aëre pendentes & quaſi à Diis immortalibus retentas, ne optatiſſimos Cæſaris ludos perturbarent, nève cœlum aut cœli Con-
C ditor Deus rerum omnium optimus Maximiliano Cæſari & totius Chriſtianæ militiæ Duci parum proſpiciens videretur. Quæ res cùm populo innotuiſſet, nemo erat, quibuscunque etiam negotiis implicitus, quin è veſtigio ſuo ſtatim ſecederet, ut plurimi ſenes, quos ægra ſenectus tardos effecerat, nec tamen novis & inſolitis rebus gaudentes, à junioribus impetu cursûs ſubverterentur. O rem mirandam & creditu admodum difficilem! cernebantur quidem referta tecta populo & oppletæ undique viæ; multi enim veluti clavis fixi parietibus adhærebant, alii autem ex altis domorum culminibus proſpectabant; quidam verò connexis brachiis uti circulis columpnis inhærebant; multæ equitum turmæ non inſidentium, ſed ut eò commodiùs egregia & noſtris tempeſtâtibus inviſa ſpecta-

ſpectaculi mirabundi cernerent, bini biníque in equis ſtabant erecti; ibi virginum chorus cœleſtem ambroſiis comis odorem ſpirabat, qui tamen etiam non humanas ſed Divinas potiùs Nympharum formas præſentabat. Ibi Reverendiſſimi Patres Epiſcopi niveo candore & bicornibus mitris inſignes, oculos inſolito ſpectaculo paſcebant; ibi etiam Illuſtriſſimi Duces, Comitum inclita turba, nobiles Barones, Milites aurati omnes veſtes croco pictas, & fulgenti murice micabant; aderat Euterpe dulciloquis, quæ flatibus calamos urgebat, canebant æra lituíque, querula tuba clangores, tibia cantus edidit & tympana reſonabant; aderant præterea pueri quidam ſymphoniaci, cum toto qui muſicorum choro ſpectantium aures diſſonis vocibus & mirabili melodiâ mulcebant, aderant victricia ſigna, & fulgentes aquilæ ſedulò vertebantur, & peritiſſimus ille facetiarum autor Conradus de Roſa; qui aliàs animoſitate præſtat, rapidos equorum curſus inſtruxit & infuſum populum circo decedere juſſit. Tandem invictiſſimus Cæſar, quem cathaphracti milites undique conſtipabant, & quem tota turba manebat, nobilium virorum comitante catervâ, placido ſenſim & pompatico gradu ſucceſſit in medium, non panno ſerico, non purpurâ, non coccó aut auro textili, ſed carbunculis, hyacintis, ſaphiris, omni denique gemmarum genere adeò decoratus, ut nec Cæſaris nec equi quidem pedes, cui inſidebat, pretioſis abſque lapidibus cerneretur, galeam capite geſſit fulvo radiantem auro. En mirum dictu! clipeus ille Regius, quem Inclitiſſimus Bavariæ Dux ſecum equo vehebat, perinde atque nobilis quædam margarita reſplenduit. Clariſſimus Saxoniæ Dux Fredericus Princeps, Romani Elector Imperii, Regifico luxu refulgens Cæſari comes ibat, qui maximo cum apparatu circum & tota ſpectacula térque quatérque obequitabant, exin manibus in aëra miſſis & vocibus in cœlum latis, uterque decoro ſeſe certamini protinus accinxit, & ſubinde haſtam ferro præfixam arripuit; tum verò invictiſſimus Cæſar arreptam haſtam in clariſſimi Du-

A

B

C

A cis Frederici clipeum intorſit, quem unico duntaxat ictu equo fermè excuſſiſſet, niſi famuli & pedeſtres copiæ utrimque advolâſſent & inſidentem equo manu tenuiſſent. Omnibus igitur parlamentis invictiſſimus Cæſar, ùt ſemper, ita etiam hoc ludo & haſticâ pugnâ triumphalem gloriam & infinitam ſuæ laudis immortalitatem reportavit, cui aduc nitenti Sol occidit. Inclinato igitur in veſperam die, ſpectabili Procerum ordine Regalia tecta petebat, ubi membra ludis labefacta ſplendidiſſimis ferculis & dulci nectare refocillabant. In cujus Cæſaris laudem ſequens Ogdoaſtychon inſerui:

Si repetam, Lector! cunctos ab origine faſtos,
B   Nemo hoc, crede mihi, Cæſare major erit.
Elevat in cœlum volucres Jovis armiger alas
    Deſpiciens terras, fluctigavúmque ſolum.
Exutus pennis timidus leo ſola fugacis
    Antra petit cervi, triſtia fata gemens.
Sit tibi Cæſar honos, fortem qui vincis Achillem,
    Hectora qui vincis, ſit tibi Cæſar honos.

Caroli Geldriæ Ducis tyrannica & ſacrilega expeditio.

Hoc anno Gelriæ Dux Carolus ob duorum exercitûs ſui militum necem, quam injuſtè, ùt voluit, ipſis Campenſes intulerant, ſed & ob offenſam â Daventrienſibus Duci illatam, gravem in Trajectenſem provinciam contraxit exercitum, ac C inferiorem provinciæ partem, quam Twentam dicunt, ferro & flammâ diſcerpſit, ipſúmque Oldenſel opidum Dominicâ ipſâ Quinquageſimæ expugnatum, ſuis prædandum tradidit, ac civibus aut occiſis aut captis crudeliter inhumanitérque tractavit; quoſdam, quod dicere pudet, uxorum filiarúmque in præſentia, ipſa per verenda ignominioſè ligatos ac ſuſpenſos ad æs extorquendum artavit; clerum ipſum ac Sacerdotes Chriſti ſpoliatos ab urbe expulit, opidúmque milite munivit & Dei timore poſthabito, haud ſecus in ſancta ac Deo dicata ſacra altaris vaſa, cœteráque eccleſiæ ac Divini cultûs ornamenta pejùs, quàm quondam blaſphemus Baltaſar Babilonius, egit. Videre erat miſeriam, ipſos Chriſti Sacerdotes, veſtibus

bus

Digitized by Google

bus ablatis, in caſulis cæteríſque ſacratis indumentis per provinciam incedere, ſuámque fortunam deplangere, ac tyrannidem Ducis exercitúsque in ſe ac cives conqueri; ipſos item ſceleſtos ſacerdotum veſtimentis indutos ſub Decani, Scholaſtici cæterorúmque Canonicorum nominibus unà ſuis cum concubinis ex Deo ſacratis calicibus Baccho ſacrificare, quod etiam Babilonica Memphis vix attenptâſſet. Gemere exteri, qui vel hanc ſævitiam audiebant, & tyrannidem Ducis ſuíque exercitûs accuſabant, Divinam imprecantes vindictam ſacrilegis, inſontium miſeriam lamentantes. Verùm vehementiùs ſuper omnes indignati Daventrienſes Swollenſes & Campenſes civitates utique opulentiſſimæ & primariæ, unà cum Præſule ſuo Badenſi Marchione, fortiſſimum ex omnibus circumquaque provinciis maximis impenſis & equitum & peditum in Ducem ſuóſque contraxerunt exercitum; unde cædibus & rapinis hinc inde factis multo labore diverſo Marte ſœpe pugnatum eſt. Demum Præſul Oldenſel opidum jam ab hoſte firmatum, poſitis machinis, milite cinxit, ipsiſque militibus ſtipendiariíſque imperavit, ut quiſque curaret pro ingenio, pars jaculis ac ſaxis ingentibus pugnaret, alii invadere ac murum ſcalis aſcendere cupiebat præliúmque manibus facere. Porro qui intus erant viri bellatores, quibus nullus labor inſolitus, qui pericula fortiter tollerare didicerant, in obſidentes tela ac jacula miſêre, adeò ut pars magna confecta vulneribus abiret, pars item non modica caderet; ſœpe durè pugnatum eſt maximâ amborum jacturâ. Verùm poſt multorum hominum ſtragem ac longam obſidionem, data pace hys qui intus erant, ipſo die Prothi & Jacinti martyrum uná cum captivis & opidum Præſul recepit. Itaque conducti ſtipendio milites dum licentiantur, debitum ſibi promiſſum poſtulant ſtipendium: cives dilationem petunt; non ipſis modo ſed toti provinciæ ſe militâſſe aſſeverant, párque eſſe, ut exactione factâ generali, omnis ſimul Trajectenſium provincia ſtipendia ſolvat, interímque ſuſtinere oportere ad determinatum uſque tem-

A

B

C

A tempus, ut ab omnibus collecta pecunia copioſior pro militia exhibita largiatur. Suſtinuêre tempus, ſed æris datum nichil, ymmò diffuſior dilatio poſtulata eſt, datæque ſub ſigillo literæ ſingulis præfatæ ſolutionis in determinatum jam ex novo item diem, ſed nichil actum eſt; ſucceſſit diei dies, annus annum ſequutus eſt, debiti autem ſtipendii nulla penitus ſequuta eſt ſolutio. Unde elapſis jam ferme annis ſeptem, hoc eſt anno Domini 1517 poſt Michaëlis Archangeli feſtum irritati, quibus ſtipendia debebantur, milites animo minaci ex omni circumquaque provincia unanimes conglobati unum in exercitum, equitum mille & quingentorum, peditum quoque phalanga ſtipati in Lingen Comitatum conveniunt, ſicque unà in eam Trajectenſis dioceſis oram, quæ inferior provincia dicitur, aciem dirigunt, totámque provinciam ferro, flammâ ac cæde crudeli decerpunt & devaſtant: imprimis quippe Laghe fortiſſimum ac penè inexpugnabile Præſulis caſtrum, non ſpe expugnandi (id enim impoſſibile videbatur) ſed ut in proximo ante caſtrum domos ædificatas, ymmò adjacentem munitioni villulam ſuccenderent, & quia fermè ſine cuſtode Droſſatus, qui eâ tempeſtate fortè cum Præſule Swollis erat, caſtrum præfatum reliquit apertis foribus, ad mœnia usque, nullo prohibente, hoſtis acceſſit; reliquit tamen ipſius caſtri defenſor cum uxore tres ex familiaribus, qui adeſſe hoſtem videntes pro viribus obſiſtebant: apportabat fœmina pulveres ſinu: ſervi jacula & globos ſaxáque in oppugnantes mittebant. Occiſus eſt unus jaculo, nonnulli vulnerati, omnes â paucis repulſi; quia autem eques vicum incendere non prævaluit, paululum â caſtro ſecedens peditum phalangam in prælium adducit; irruêre una noctu magno cum clamore tympanorúmque ſtrepitu, quaſi jam vim obſeſſis illaturi ac ipſum caſtrum expugnaturi; unde territi cuſtodes ultro portas aperiunt, inexpugnabile ac forte caſtrum ſolo timore concuſſi hoſti tradunt. Tantâ igitur inopinata potitus victoria hoſtis animoſior factus timorem toti provinciæ in-

Alia expeditio â militibus dictis Frey-beuters.

B

C

incuſſit. Spoliato caſtro, cum ingenti præda Oldenſel tendit; at cives, ymmò provinciales omnes, ſuper victoria hoſtium inſperata puſillanimes effecti, ſe ante hoſtem ſtare poſſe diffidebant, & jam crebriùs inimicorum inſultibus attriti, hoſtili cedere furori inconſultè ſtatuêre, quàm certo ſe imminenti periculo exponere: unde oblatis octingentis florenis, quibus bonorum ſuorum dampna redimerent, datâ & ſuſceptâ pace, portis apertis, hoſtem ſinè Marte excipiunt: ubi poſitis præſidiis, circumquaque provinciam depopulaturi in opidula ſuburbanáque reliqua, villas ac caſtra acies ducunt, Rechteren item caſtrum forte expugnant, ac ſingula quæque obviantia ſinè Marte devaſtant, ymmò niſi Swollenſes pontem, qui Vechtenſem amnem ſternit, tollere præveniſſent, ipſum Præſulem cum ſuis Swollis obſediſſent. Erat autem illis in locis paludinoſus quidam campus arbuſtis & frutetis plenus, ad quem eques ire non prævaluit: terra enim paludinoſa ceſpite ſtrata equorum pondus ferre non ſuſtinuit; in hunc multi incolarum ſua cum ſubſtantia, ut hoſtem fugerent, ſeſe receperant, quos plerique ex peditibus (nam equitem evaſerant) prædandi causâ inſequuti ſunt, in quos irruentes ruſtici ſingulos quosque jugulârunt & occiderunt. Centum ibi ex hoſtibus periiſſe fama eſt. Irruit timor in Daventrienſes primariásque provinciæ civitates alias, dum de Principis ſui præſidio deſperant; miſſis ſequeſtris, pacem poſtulant, promiſſóque ære copioſo pro expenſis abs militibus in expeditione præfata factis, inſuper & exactionibus abs opidulis & villis extortis, libere conceſſis, datiſque ſuper hactenus detracti ſtipendii ſolutione obſidibus, mutuò ſe componunt. Unde jam cedere loco volens hoſtis, dum cum pedite eques dividere ſpolia noluit, inteſtinum bellum ortum eſt, quod ni concitò ſedatum fuiſſet, ſecundior fortuna in adverſam omnibus acceſſiſſet: ſedatum quippe eſt: nam loco ſpolii ſtipendium promiſſum eſt, ſicque ſeditio ſopita: ſequuti enim erant pedites, non ut ſtipendium acciperent, ſed rapto ſinguli viverent,

A B C

Digitized by Google

A eſt, quod quisque raperet, ſuum eſſet; nonnulli autem ex hoſtibus, abeuntibus ſociis, in Oldenſel remanſerunt, in quos irruens, quem Præſul eò miſerat, exercitus omnes trucidavit, & centum LX, quos invenit, jugulavit, qui dum ſpolia quærunt, mortem inveniunt; Præſul autem in Oldenſeldenſes iratus, quia ſinè Marte opidum forte & munitum enervati hoſti reddiderant, quosdam de primis ac opidi majoribus quaſi perjuros capite plecti juſſit, ac ne provinciales quid promiſſi æris ſolverent, interdixit, ſe tutorem ac defenſorem provinciæ eſſe velle affirmavit. Fuêre autem præfati exercitûs Duces & primicerii: quidam Johannes de Buren & poſt B ipſum Godfridus Ketteler equeſtri ordinis, viri opibus & armis præpotentes, quorum cauſam cæteri fovebant.

Ducatus Juliacenſis & Montenſis item Comitatus Marchiæ &c. tranſeunt per connubium ad Ducem Cliveſem.

Ut cunctis optandum pacis bonum eò propenſiùs obſervaretur circumjacentibus in provinciis, ſponſalia ante aliquot annos inter Johannem Clivenſis Ducis primogenitum ac Juliacenſis Principis unicam inita, hoc ipſo anno in Dusburg haud ignobili caſtro per matrimonium conſumata ſunt; ubi numeroſa Principum ac Procerum turma maximâ certè pompâ ad præfatas nuptias celebrandum advolavit; declaratúsque eſt Johannes adoleſcens ſponſus futurus Clivenſis, Juliacenſis, Montenſis Dux, Markenſis, Ravesburgenſis, Caſſenelebogenſis &c. Comes Princeps inclitus. Sed vera illa C ſententia Sapientis inventa eſt, quia *extrema gaudii luctus occupabit:* nam haud longè pòſt Principe aduc cum conjuge ſua nuper ducta in nuptiarum loco commoranti ipſâ ſcilicet Nativitatis Dominicæ nocte, dum medium ſilentium cuncta tenerent, nóxque medium curſus ſui iter ageret, inſperatus ignis accenſus in curia miniſtrorum totum illud egregiæ ſtructuræ ædificium unà penè cum omni Principum theſauro, propter nuptias eò loci apportato, ſolo æquavit, vix Principe & conthorali, ſuis quibusdam cum Proceribus labore miniſtrorum evadentibus. Quantum auri, argenti, margaritarum, pretioſiſſimique ſupellectilis Vulcani faucibus ibi traditum ſit, nemo

Digitized by Google

mo credit, cùm ditiſſimum in hujusmodi rebus Juliacenſem Principem fuiſſe, & indigenæ & extranei nôrint. A

Hoc anno Juliacenſis Dux Wilhelmus poſt diuturnam valetudinem vitam finivit, unicam filiam, jam dudum Clivenſis Ducis primogenito nuptui traditam, hæredem relinquens, cujus nomine maritus provincias, præſtitis hinc inde juramentis, in ſua recepit. 1511.

Eodem anno Bernardus nobilis de Lippia, vir multorum bellorum expertiſſimus, quem etiam Principes & amabant & timebant, jam ſenio confectus mortem obîit; reliquit autem filios Symonem & Bernardum, quorum minor natu Bernardus paucos poſt annos ulcere peſſimo, alter Job percuſſus, cum nullo medicorum ſuffragio ſanari potuit, fatiſcens mortem & ipſe obîit. Verùm Symon primogenitus, vir multæ benevolentiæ ac ſingularis humanitatis, patris Bernardi hæres, mox, patre ab humanis ſublato, ſolitum abs civitatibus hominium accepit. Unde Dominicâ poſt Jacobi Apoſtoli Lippiam, primam Comitatûs ſui urbem forti manu hanc ob cauſam intravit, comitantibus ſe Erico Oſnaburgenſis ac Padeburnenſis eccleſiarum Epiſcopo, Rethburgenſi quoque Comite Johanne cum Ottone filio, Schowenburgenſi quoque & Deipholdenſi Comitibus & nonnullis aliis nobilibus. Pompa ibi fuit ſolempnis, quæ etiam Principi ſuffeciſſet. B C

Prophetia quædam ex prænoſticis viſionis beati Vincentii Ordinis Prædicatorum Viterbii, ùt ferunt, inventa, hoc anno promulgata eſt, ac ubicunque locorum impreſſorum diligentiâ in hunc ſubſcriptnm modum emiſſa; quam utique viſionem interſerere curavi, ut dum fortè defecerit ac à veritate aberraverit, poſteri fidem in hujusmodi viſionibus ac prænoſticis non adhibere debeant, oſtendatur; non enim neceſſarium eſt ſcire tempora vel momenta, quæ Pater in ſua poteſtate poſuit: *Cum videbis primum bovem in eccleſia Romana* (id eſt Papam Calixtum, qui habuit bovem in armis ſuis) *erit ſignum anguſtiarum & futurarum tribulationum, & inci-* 1512. Prophetia ſuppoſititia.

A *piet eccleſia claudicare; cùm autem alia tria ſigna, videlicet aquilam* (id eſt regnum Romanorum) *junctam ſerpenti* (id eſt Mediolanenſi) *poſt ſecundum bovem* (id eſt Papam Alexandrum habentem bovem conſanguinei ſui Calixti) *in eccleſia mugire & ſerpentem in eccleſia, erit ſignum antichriſti & quod citò erit finis mundi; & væ tunc omnibus inhabitantibus! magna tunc ubique erit vexatio; & primò quidem Rex magni nominis* (ſcilicet Rex Franciæ Carolus) *à ſerpentibus & ſecundo bove vocatus, aſinorum regna deſolabit* (id eſt Neapolim propter aſinorum copiam ſic dictam) *at totam fermè Italiam perturbabit. Demum per eam præda in parte dimiſſa, vix tu-*
B *tus ad ſua regna tranſibit; quo defuncto inſurget aper adulter* (Rex Francorum modernus) *qui ſerpentem* (Ducem Mediolanenſem) *de cavernis* (id eſt patria ſua) *expellet, totámque vexabit Italiam. Tunc incipiet magna tribulatio, qualis nunquam antea viſa fuit. Væ Liguriam* (id eſt Januam) *Æmiliam* (Florentiam versùs Bononiam) *inhabitantibus, qui aliquando mori cupiunt, ne videant, quod vitare nequibunt. Interim ſecundus bos Divina promiſſione mugitum emittet* (id eſt moritur) *& manebit realiter ſciſma. Duo erunt Pontifices, unus adulterinus, alter canonicè electus. Adulterinus vi*
C *regnum occupabit, verus autem apud Venetos exulabit, & tunc ſigna erunt maximæ tribulationis: nam hys temporibus tres potentiſſimi exercitus, ducentorum milium hominum pro quolibet exercitu, ingredientur Italiam: unus* (ſcilicet Francorum) *ab Occidente, alter* (Teutonicorum) *ab Aquilone, tertius* (Turcorum) *ab Oriente; exercitus autem occidentalis cum Aquilone confliget in Liguria, ubi erit tanta ſanguinis effuſio, quanta nunquam ab Adam usque ad illa tempora fuit; & aper adulter tunc capietur & ex cavernis ſerpentis expelletur, & tandem ſe aquilæ ſubjiciet* (id eſt Romano Imperio) *clerúmque ita perſequetur. Væ tunc tonſuram deferentibus! magna fiet renovatio in orbe, & aquilæ omnia vi & metu ſubjicientur, & Machumetorum ſecta deſtruetur.*

Non

Digitized by Google

Non longè pòſt portentum horrendum, Ravennæ natum, carta depictum, circumfertur, quod plerique Venetorum omen infauſtum, finem Imperii ipſorum ſcilicet, interpretati ſunt; ſed quid voluerit, rei exitus probavit: mox enim ipſo Dominicæ Reſurrectionis die durum admodum apud præfatæ urbis mœnia bellum inter ſummi Pontificis, Venetorum atque Francorum Regis exercitus exortum eſt, ubi tantâ inter ſe cæde debacchati ſunt, ut incerto victore viginti quinque armatorum milia hinc inde ab utroque exercitu proſtrati dicantur. A

Cæterùm ipſo anno pronoſticon horribile Lucas quidam medicus Regis Perſarum in noſtros miſit, quod & in Saxones ab Italia venit, in hunc ſcilicet modum exaratum: *Univerſis, ad quos pervenerint* &c. *Magiſter Lucas maximus Philoſophorum & omnes ſibi concordantes Philoſophi: noveritis, quod anno Domini* 1512 *in menſe Septembri, Sole exiſtente in Libra, convenient omnes planetæ inſimul cum Sole in cauda Draconis in ſignum mirabile, fiétque diluvium per Saturnum, creſcéntque mirabilia magna ultra ſolitum, erit ventorum tanta conflatio, qui conflabunt omnes in ſimul & obſcurabunt totum aërem, ſonósque dabunt horribiles, corpora hominum diſſipantes & ædificia ſubvertentes. Præter hæc omnia erit eclipſis Solis & Lunæ a tertia usque ad undecimam ante meridiem, igneíque coloris ſive rubicundi, quod ſignificat mirabilia magna, quæ hominibus & videre & audire ſufficit, ſi per bonitatem Divinæ providentiæ aut ſapientiæ aliàs non proſpiciatur. Præterea erunt pericula multa & occiſiones in diverſis partibus, terræque motus univerſales, mortalitates quoque gentium erunt, diviſiones regnorum; ita poſt flatum ipſorum ventorum & diluvium pauci homines remanebunt viventes, habebunt maximorum divitias; orientur dubitationes inter Sarracenos, relinquent patriam ſuam, & unientur Chriſtianis, & efficientur Chriſtiani in redemptionem animarum ſuarum. Hæc revelate ignorantibus, provideatis vobis, ubi habitabitis,* B Vaticinium pariter ſuppoſititium. C

A *dum venti dominabuntur & flabunt menſe, quo ſuprà; quia vix invenietis ſecuras habitationes. Parate igitur cavernulas montium & ſumatis vobiſcum inſtrumenta ſeu neceſſaria pro XXX diebus, ex quibus vivetis. Et in hys concordant omnes Philoſophi, Græci & Arabiæ.*

Quod quidem vaticinium tantum quibusdam fideî dedit, ut & publicè in eccleſiis concionari diſponerent. Feciſſent, haud dubito, ſi non quidam, neſcio quis, Accurſius Parabolanus hujus dementiæ tenebras abs cœcutientium oculis abſtuliſſet, ubique locorum in hunc modum epiſtolas ſcribens:

B *Priorum fabularum refutatio.*

Accurſius Parobolanus omnibus & ſingulis ad hanc noctuæ veriùs quàm Lucæ prophetiam attonitis ſalutem. Pudet pigétque videre me totiens non ignobiles aliquos vel obſcuros, ſed celebres & honoratos viros novis fabulis & illis ineptiſſimis, inſulſiſſimiſque non ſolùm credere quottidie, ſed terreri etiam quibusdam notabiliter inſtar levium puerorum larvarúmque terriculo; & ut a nuperis fabulis ordiar, ſuſcepto proximè in Venetos bello vix ſemel congreſſis nobis cum hoſte, ſtatim ante ſacras ædes ceptæ venditari palam literæ magnificè gratulantes, quod Venetorum illud portentoſum tam ſubitò corruiſſet Imperium, ſed Veneti aduc movent lacertos, utinam non cum ali- C *qua jactura libertatis noſtræ impoſterum! Paucis poſt diebus nunciatum maximo cum tumultu & creditum, Turci pallatium Conſtantinopoli miraculoſo terræ motu corruiſſe, illáque ruina oppreſſos, neſcio quos, Turcarum Proceres Barbobaccos, Buccobaccos, Barnabaccos adeò ridiculis nominibus, ut vel inde impudens mendacium deprehendi potuiſſet, & ſuper hac re literæ compoſitæ continuò, divulgatæque celeriter ſtrenua opera librariorum, quibus vixdum bene perlectis, ecce! alia tibi offertur prophetia beati Vincentii, ut tamen credi oportuit Papam in hoc bello Italico aut moriturum, aut apud Venetos exulaturum; ſed ille ſane nondum mortuus eſt, nec exulat, ymmò vivit & triumphat hactenus. Cùm autem hæc fabula aliquamdiu omnibus conviviis jactata tandem quieviſſet, majus opus ſubi-*

Digitized by Google

ſubitò movetur, & ùt poëta inquit, major rerum mox naſcitur ordo, in monte Synay armigeri quidam Soltani divæ Katherinæ ſepulcrum violaturi, in lapides, veluti conſpecto Meduſæ capite, omnes extemplo transformantur. Si parum id cui credibile videtur, ad ipſum montem propere pergat licet, ego interim domi meæ operiar reverſurum, & illos lapideos ſatellites in illo ipſo veſtigio aduc offendet, niſi forſan interea inde facta fuga diſceſſerint, quod præſtare non poſſum. Loquentibus aduc fratribus, qui hoc ſompnium nobis narraverunt, ſupervenit Lucas maximus Philoſophorum, magni Perſarum Regis medicus, qui concordantibus ſibi omnibus Philoſophis, hoc eſt, noctuæ iſti ſimilibus vaticinatur nobis latinè per interpretem (nam Perſicè non intellexiſſemus hominem) ex conventione omnium Planetarum in cauda Draconis, Sole exiſtente in Libra, diluvium per Saturnum, ventorum rabiem corpora hominum diſſipaturorum, defectum Solis & Lunæ, præterea igneos iſtorum ſiderum & rubicundos colores, mirabilia magna ſignificantes. Addit hys occiſiones in diverſis partibus, motus terrarum univerſales, mortalitates gentium, Regnorum diviſiones, ita ut perpauci homines etiam ſint remanſuri poſt hujusmodi diluvium flatúmque ventorum, quæ omnia eſſe mendacia vaniſſima hominibus ſufficit videre Deo propitio. Suadet itaque, quisquis eſt Lucas iſte, ut dum venti deſæviunt, tumet diluvium, terrarúmque fundamenta ubique quatiuntur, neceſſariis ad victum in triginta dies paratis migremus in cavernulas montium. Sed ſi mala hæc omnia, mortalitates, occiſiones, terræ motus, diluvium, venti deprælantes velut facto agmine ſimul ingruent, ùt ex hisce verbis tam perplexè conculcatéque poſitis ipſe Philoſophus innuere omnino videtur; niſi enim omnia veluti cahos quoddam permixta & ſinè ordine confuſa ventura eſſent, quid priùs quidve poſterius eveniet, indubiè tanta ſapientia explicaſſet. Si igitur, ùt cœpi dicere, uno eodémque tempore tanta hæc mala ſuſtinebimus, quomodo quæſo libebit nobis in communi illo omnium metu atque periculo

A

B

C

Regna

A *Regna dividere & Reges creare? aut quibus omnino in locis fient hæ Regnorum diviſiones, cùm propter diluvium in terra utique fieri nequeat, aquis omnia tenentibus, neque in aëre propter diſſipantes corpora ventos? Supereſt igitur, ut intelligamus hanc novam Regum electionem celebraturos nos in cavernis & foveis vulpium, ibique factionibus propter Regnorum diviſionem inter nos diſſidentes, occiſiones iſtas miſerabiles perpetraturos, adeò dum Regum factionibus ſtudemus, omnium reliquorum malorum (quis credat) oblivifcemur. Non faceret michi hæc veriſimilia Lucas, homo præſertim Perſa, ac ex ſecta Machumetica, niſi uteretur annis Chriſtianorum; hoc*
B *ipſo vel præcipuè me ſibi cogit aſſentiri: nam Turci cùm Chriſtianis aliquid cupiunt eſſe perſuaſum, fortaſſis utuntur annis eorum potiùs quàm ſui Machumeti. Videtis, ut hæc omnia aduc aptè ſibi conſentiunt; hoc autem longè belliſſimum eſt, quod idem barbarus & noſtræ religionis natus hoſtis, quippe Perſa & Turcus, inquit, poſt diluvium iſtud Chriſtianos futuros in redemptionem animarum ſuarum. Hoc ſi credat, ſcilicet ſalvari animas eorum, qui fidem Chriſtianorum ſuſceperunt, cur ergo ille Regi ſuo non perſuadet, ut feſtinus ante Septembrem aduc cum Regno ſuo toto ad Chriſtianos deficiat in ſalutem animarum ſuarum? Hæc tam evidentiſſima deliramenta*
C *viri credunt; parum eſt credere per multa milia paſſuum ex remotè diſtantibus locis; magni quidem & ad magnos viros pro graviſſimis rebus hæc eadem ſcribunt. Quid de hys ſtupidis ingeniis aliud judicem, neſcio, quàm quod Græco proverbio dicitur, nunquam Æſopum triviſſe. Opto igitur illis cor & cerebrum, quæ ſi haberent, profectò ſe & cæteros hujusmodi nugis anilibúsque fabulis non implicarent, intérque Lucam & noctuam diſcrimen aliquando facerent, non ponentes tenebras lucem & lucem tenebras juxta verbum Iſaiæ. Sed valeant illi, & cum tot cimmeriis tenebris denſiores nugas quottidie æquo animo legunt, hac quoque Accurſii Parabolani caſtigatione non*

graven-

Digitized by Google

graventur. Ex ædibus Accurſii Para. Id. Junii proximè ante univerſale diluvium. A

Eodem anno multorum Principum conventus cum Maximiliano Cæſare Treviris fuit, ubi in ſummo altari majoris eccleſiæ in diebus Paſcalibus pretioſiſſimæ reliquiæ tribus in promptuariis recluſæ ac coram Cæſarea Majeſtate ac Magnatibus exclamatæ inventæ ſunt, in die quoque Inventionis ſanctæ Crucis humiliter adoratæ. In prima ciſta repertum fuit corpus ſancti Materni Epiſcopi Treverenſis, ſuper cujus corpus inventus fuit quidam denarius, habens in ſe ſcriptum nomen ſancti Materni. In altera ciſta tunica Domini noſtri Jeſu Chriſti cum magno taxillo & quibusdam ſcedulis & ſcriptis vetuſtate conſumptis; item cultellus quidam rubigine penè conſumptus, & multæ aliæ reliquiæ, quarum cedulæ non poſſunt legi, quia ſunt vetuſtate abolitæ; inter cætera tamen hæc ſubſcripta ibidem reperta ſunt: *Silveſter Papa confirmavit & tranſtulit Argutium de Anthiocenſi eccleſia ad Trevirenſem, quam pòſt Helena per Apoſtolum Mathiam a Judæa translatum cum tunica & clavo Domini & dente ſancti Petri, & ſandaliis ſancti Andreæ Apoſtoli cum capite ſancti Cornelii Papæ, cæteriſque reliquiis magnificè ditavit; etiam maximam partem ſanctiſſimæ crucis 2 pedum.* Et in alia antiqua cedula: *Dominus Johannes primus Archiepiſcopus Treverenſis in die Dedicationis majoris, quæ eſt in feſto ſanctorum Philippi & Jacobi Apoſtolorum cum magna ſolempnitate & devotione conſecravit, & tunicam Domini cum magna reverentia & veneratione bonorum virorum ipſo die in altari beati Petri repoſuit anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto.* In tertia ciſta fuerunt reliquiæ ſanctorum Criſanti & Dariæ martyrum; Marcellini & Petri, Largi & Smaragdi, Irminæ virginis, item de manna cœleſti, de veſte ſanctæ Mariæ, de veſte cum qua Dominus poſitus fuit in præſepio, digitus ſancti Silveſtri, de ſancto Paulo Apoſtolo, de ſepulcro Domini, de ſancto Laurentio, item parva crux argentea, in qua eſt pars de ligno

SS. Reliquiæ Trevirenſes viſitantur.

B

C

Mmmm ſanctæ

A ſanctæ Crucis, item caput ſancti Betulii martyris. In una burſa concluſæ fuerunt reliquiæ de ſepulcro Domini, de veſte beatæ Mariæ, de columpna ubi Dominus fuit flagellatus, de lapide in quo Dominus ſcripſit, de ſancto Luca Evangeliſta, de ſancto Georgio martyre, de ſancta Apollonia. In una alia ciſta argentea caput ſancti Cornelii Papæ & martyris videlicet ſuperior pars capitis â naſo, & multæ aliæ reliquiæ innominatæ.

Hæ ſupraſcriptæ reliquiæ inventæ ſunt in civitate Treverenſi, expoſitæ in præſentia Majeſtatis Cæſareæ & ſubſcriptorum Principum & Ambaſiatorum:

B Vriel Archiepiſcopus Maguntinenſis.
Philippus Archiepiſcopus Colonienſis.
Richardus Archiepiſcopus Treverenſis.
Ludwicus Palatinus &c.
Fredericus Dux Bavariæ.
Fredericus Margravius Brandenburgenſis.
Ulricus Dux Wirtzburgenſis.
Chriſtoforus Margravius Badenſis
Caſſemy Margravius Brandenburgenſis.
Philippus Margravius Badenſis.
C Johannes Margravius Brandenburgenſis.
Erneſtus Margravius Badenſis.
Juvenis Comes de Hinnenburg.

In alio latere eccleſiæ:

Ambaſiatores ſanctiſſimi Domini noſtri Julii Papæ eò directi.
Ambaſiatores Regis Franciæ.
Ambaſiatores Regis Hiſpaniæ.
Magiſter Ordinis Theutonicorum ex Prutia.
Epiſcopus de Bamberg.
Epiſcopus Argentinenſis.
Ambaſiatores Ducis Lotoringiæ.
Ambaſiatores de Tholl.
Ambaſiatores Wilhelmi de Bavaria.

Itaqûe

Digitized by Google

Itaque tali, ut præmiſſum eſt, incomparabili theſauro, hoc modo invento & adorato, ſtatim etiam publicatus, ac in univerſo orbe Chriſtiano, miſſis ob hoc in omnem regionem literis intimatoriis, inſinuatus eſt, decretúmque, ut ſequenti continuo anno in ſacro Penthecoſtes feſto paſſagium univerſale pro hujuſmodi reliquiis viſitandis ordinaretur, ac ſacroſanctæ hujuſmodi reliquiæ advenientibus peregrinis publicè oſtenderentur. Quam ob rem innumerabilis populi multitudo ex omni penè orbe Chriſtiano multa cum alacritate & devotione occurrebat, quibus inventæ reliquiæ publicè expoſitæ ſunt & oſtenſæ. Decretùmque ex tunc eſt ab ejus urbis Archiepiſcopo, Epiſcopíſque Suffraganeis omni clero & univerſo populo deinceps nonniſi poſt ſeptem annorum decurſum â die decima Julii menſis & per quindenam proximè ſequentem hujuſmodi paſſagium iterandum, & ad cæterum inſtar ſolempnis paſſagii, quod Aquiſgrani hactenus ſervatum eſt, & ſervatur poſt ſeptimum annum elapſum, hoc eſt, ipſo anno, quo Aquiſgrani paſſagium celebratur, ſervaturum, ne nimio uſu vel ſaltem crebriori minùs carè penderetur: ipſa enim raritas pretium ſœpe rebus imponit, & quæ crebriora, nimio vileſcunt ab uſu. Quam quidem peregrinationem ſanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus Leo Papa decimus, Pontifex ſummus ſic, ùt præmiſſum eſt, imperatam auctoritate ſuâ Apoſtolicâ approbavit, multíſque privilegiis, gratiis ac indulgentiis dotavit & roboravit, prout in bullis Apoſtolicis deſuper confectis pleniùs exprimitur.

A — Ordinatur peregrinatio.

B

C

Sanè imprimis idem Pontifex ſummus auctoritate omnipotentis Dei ac ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum cum conſilio conſenſúque Cardinalium ſuorum contulit de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus confeſſis & contritis, majorem præfatæ urbis Trevericæ baſilicam intrantibus, ac ad ipſius baſilicæ ſtructuram, reliquiarum ornatum pias manus adjutrices porrigentibus totiens quotiens remiſſionem omnium peccatorum â pœna &

Conceduntur indulgentiæ &c.

 culpa,

culpa, conceſſítque eò loci etiam confeſſionalia dari, prout
A in Jubilæo dari conſueverunt, quibus conceditur, quod poſ-
ſint eligere confeſſorem idoneum, ſæcularem vel regularem,
qui eis ſemel in vita ab omnibus & ſingulis peccatis, exceſſi-
bus & criminibus & delictis etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis,
exceptis literis, quæ in cœna Domini legi conſueverunt, ab-
ſolutionem pleniſſimam impendere, ab aliis verò eidem Sedi
Apoſtolicæ non reſervatis totiens quotiens abſolvere, & in
mortis articulo omnium peccatorum ſuorum remiſſionem eis
impertiri valeat, juxta tenorem & formam, quæ in hujusmo-
B di confeſſionalibus exprimi ſolet.

Cæterùm idem ſanctiſſimus Pater & Dominus noſter Leo
Papa ex plenitudine Apoſtolicæ Sedis ſpeciali ex gratia indul-
ſit hujusmodi confeſſoribus in ipſà majori & cathedrali Tre-
vericæ urbis eccleſia propter hoc ordinatis & ordinandis po-
teſtatem & auctoritatem abſolvendi & diſpenſandi in caſibus
infrà ſcriptis: Imprimis poſſunt commutare vota facta quæ-
cunque & in hys abſolvere, tribus duntaxat exceptis, in qui-
bus diſpenſare non poſſunt, ſcilicet caſtitatis, religionis &
Jeroſolomitani, in quantum tamen ſolempniter ſunt emiſſa;
inſuper diſpenſare poſſunt ſuper bona injuſtè, furtivè aut per
uſuram acquiſita, quin ſcilicet fœnerator deberet fœneratori,
C ut hujusmodi fœnus non ſolvatur, ſed in uſum fabricæ aut
reliquiarum ornatum expendatur. In hys item, quæ ad ali-
quorum manus quocunque modo pervenerint, ſed quibus re-
ſtituenda ſint, ignorent vel dubitent. Item in hys, quæ re-
licta forent pauperibus Chriſti in genere vel alicui eccleſiæ
ſinè determinatione. Sed & cum Symoniacis & irregulari-
bus diſpenſare poſſunt tam ſuper beneficiis quàm ſuper inde-
bite perceptis fructibus. Poſſunt etiam diſpenſare cum eis,
qui ante ætatem legittimam ſinè diſpenſatione ad ſacros Ordi-
nes ſunt promoti, ſuper irregularite & ut poſſint in ſusceptis
Ordinibus miniſtrare. Diſpenſare etiam poſſunt cum hys,
qui in quarto gradu conſanguinitatis vel affinitatis matrimo-

nium

nium contraxerunt, ut in matrimonio maneant, & legittimam prolem procreent. Habent inſuper poteſtatem abſolvere & diſpenſare ſuper habentibus ſpiritualia bona, injuſtè acquiſita, ſive ratione teſtamenti non debitè executi. In ſingulis tamen, ut ſatisfactio & pœnitentia debita injungatur, & ipſe bona in uſum præfatæ eccleſiæ ac reliquiarum ornatum conferantur & largiantur. A

Indulſit præterea idem Dominus Papa omnibus & ſingulis, qui juxta conſilium Commiſſariorum & confeſſorum ad præfatæ eccleſiæ & reliquiarum ornatum adjutrices manus porrexerint, pro parentibus ac familiaribus defunctis, qui cum caritate diſceſſerunt, in omnibus precibus, miſſis cæteríſque ſpiritualibus bonis, quæ fiunt & fieri poterunt in tota univerſali eccleſia militante & in omnibus membris ejusdem, in perpetuum participes fieri, ymmò remiſſionem peccatorum conſequi & abs purgatorii pœnis liberari. B

Et quia frater, qui adjuvatur â fratre eſt, quaſi murus firmus & ſtabilis, & quia impoſſibile eſt, multorum preces non exaudiri, ideo ordinata eſt fraternitas præfatæ tunicæ Domini inconſutilis; quam quidem fraternitatem præfatus Pontifex ſummus confirmavit, & multis gratiis & indulgentiis autenticavit; ſed & XXIV Cardinales eandem tunicæ Domini fraternitatem unà cum Pontifice ſummo confirmaverunt, datis etiam indulgentiis ipſam approbaverunt. C

Duces Lunenburg. & Brunſwicenſis Comitatum Hojenſem occupant.

Hoc anno in ſacris Quadrageſimæ diebus Hinricus Brunſwicenſium Dux unà cum fratre ſuo Erico ac Lunenburgenſi Ducibus, dato donativo militaturis, contraxêre exercitum immodicum, duravítque hujus exercitûs contractio fermè usque in finem Julii menſis, quid animi tres adunati Principes haberent, clam occultantibus. Varia ſuſpicio, diverſus vulgi rumor oritur: alii in Lippenſem Comitatum ſigna ſe ducturos opinati ſunt, Bernardi quondam Comitis in Hinricum facinora diverſo Marte ſœpe patrata jam in filiorum capitibus vindicaturos: alii in Monaſterienſem diœceſim: alii in Julia-

A cenſem Ducatum, quaſi ære à Saxoniæ Ducibus conductos: alii Gelriam Imperatoris nomine ſe obruituros, maximè quia Cæſareas aquilas ferebant, autumârunt: quidam totam eos Weſtphaliam depopulaturos dicebant. Sed fruſtra jacitur rethe ante oculos pennatorum: nam dum ſinguli ſe ad reſiſtendum diſponunt, Ducum animos vacillari faciunt; unde aliquando quietis impatientes in confœderatos ſibi Hoygenſes Comites ſigna ducunt, & in caſtra & fortalitia comiter ſuſcepti, ex amicis hoſtes facti, ſinè Marte hoſpitia in ſua recipiunt, ſicque libere dimiſſis Comitibus adoleſcentulis, poſſeſſiones ipſorum inter ſe partiti ſunt. Videntes autem, quia
B circumjacentes provinciales contra ipſos arma ſuſcipere parant, munitis locis, quæ fraude ſubreperant, exercitum ſummo ſtudio & labore, magnisque collectum expenſis, jam macie confectum, fame, ſiti & æſtuantis Solis caumatibus arefactum, vacuum dimiſerunt, ac ſic ad ſua ſe receperunt. Hac re Monaſterienſis Epiſcopus Ericus, cæterique Weſtphaliæ Comites juſtè indignati vindictam in Duces ſumere, ac Hoygenſem Comitatum adoleſcentulis reſtituere tractârunt, crebrioribus tractatibus Monaſterii ipſo ſuper negotio habitis. Sed in hunc usque diem nichil actum eſt.

C Eodem anno circa finem Octobris Hinricus Brunſwicenſium Dux unà cum Erico fratre armatâ manu per Weſtphalos iter in Hollandiam contra Gelriæ Ducem fecit: conducti enim erant ære Principes abs Hollandrinis & Brabantinis; Hinricus autem, quò tendebat, venit; at Ericus ſibi ſuiſque metuens, conſcius patrati facinoris in Hoygenſes, ac odii cæterorum Comitum ac provincialium, continuò in Saxoniam rediit. Egit quoque Hinricus contra Gelriæ Ducem Carolum in otio, nichil penè cum ſuis memoratu dignum committens; ſicque demum, militibus diſſipatis, circa feſtum ſanctæ Margarethæ virginis non milite ſtipatus, ùt exierat, ſed ùt peregrinus cum bis ſenis ſervis, equeſter tamen, auro forſan ſtipatus,

triumpho

triumpho inglorius, clam quaſi incognitus in Saxoniam reverſus eſt. A

Hoc anno in octava Septembris Muſcoviæ Dux, opibus & armis inſoleſcens, fractis, quæ cum Sigismundo Poloniæ Rege habuit, pactis juramento firmatis, immemor præſtitæ fidei, juramentique religione ſpretâ, Lituaniæ ejusdem Sigismundi Ducatum, exercitu multorum milium comparato, magnâ vi bellicarum machinarum hoſtiliter invaſit; dúmque arces aliquas gravi obſidione premeret nec proficeret, domum, re malè geſtâ, regreſſus eſt; æſtatéque proximâ exactâ tanquam ignominiam ſuſceptam, damnáque prioris expeditionis vindicaturus, iterum validiſſimo exercitu comparato, Lituaniæ Ducatum atrociori bello urgere cepit, totámque rubrorum Ruſſiam ſibi ſubjugare. Erant autem in ejus exercitu octuaginta milia hominum equeſtrium. At Sigismundus Rex in Domino Deo rectè ſperans, exercitum ſuum bene inſtructum obviàm Duci miſit. Unde factum eſt viceſimo ſeptimo Auguſti particulari prælio exercitum Regis magnam cladem hoſti infligere, aliam iterum kalend. Septembris, & ex utroque prælio plures & inſignes captivos Regi adduci, & multos ex hoſtibus cædi. Quibus victoriis accenſi fideles, ultro in pugnam ruebant, & tandem, Deo auſpice, qui in ſe ſperantes non deſerit & confundit manus filiorum alienorum, die natalis Beatæ Mariæ Virginis, quæ erat octavâ Septembris, cum infidelibus feliciter pugnârunt, totúmque eundem validiſſimum hoſtis exercitum unâ acie fuderunt fugarúntque, & tanquam viliſſima pecora totis campis cum fœda ſtrage & multa cæde ultra XL milia paſſuum ante ſe egit. Itaque ſupra XXX milia hoſtium & cæſa & ſubverſa ſunt, caſtra hoſtilia, plena opulentâ prædâ, direpta & decem præcipui Duces & Satrapæ, & triginta ſeptem Barones conſiliarii primores, officiales autem & armigeri nobiles ſupra duo milia capti cum ſignis ſui exercitûs Sigismundo Regi adducti ſunt.

1514. Victoriæ Sigismundi Regis Poloniæ contra Moſcovitas.

B

C

Hoc

A. 1512. Hoc anno Philippus de Wittenkenſteyn Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus in carniſprivio ſubitâ infirmitate correptus paucis admodum diebus artubus fatiſcens, dum pillulas â medico pro valetudine recepit, concitò eccleſiaſticis Sacramentis acceptis, ſpiritum Deo reddidit non ſinè ſuſpicione ſumpti veneni. Profectò ſi is Princeps glorioſus aliquantò ſupervixiſſet, multa bona dioceſi ſuæ in caſtris & munitionibus reſtaurandis feciſſet: erat enim ad novas ſtructuras erigendas, & collapſa ad ædificia reformanda mirum in modum inclinatus. In ipſius locum Canonici elegerunt quendam Hermannum de Wedden ipſius eccleſiæ Canonicum.

Hermannus de Weda 63. Archiep. Colon.

B. Eodem anno Suſatenſes, obtento conſenſu Philippi Archiepiſcopi Colonienſis, uno agmine ſeptem fermè milium pugnatorum conglobati, armis & quæ ad expugnandum neceſſaria erant, acies in quendam Hillebrandum Gogreven armigerum, qui eos ſœpe in multis hoſtiliter agens moleſtârat, direxerunt, eámque oram, quæ in convalibus dictis de grunt to Aſſinkhuſen ſita eſt, ac præfato Hildebrando ſubjecta fuerat, ingenti rapinâ in hominibus & jumentis ac ſupellectili variâ ablatâ, devaſtârunt, ſicque divites ſpoliis ad ſua reverſi. Unde ſequentibus diebus quaſi triumphatores intra urbis ſuæ mœnia cum gaudio & faſtu, quæ rapuerant, partiti ſunt exultantes ſicut exultant victores, quando dividunt ſpolia.

Excurſio Suſatenſium contra D. de Gogreven in valle Aſſinckhauſen.

C. Hoc ipſo anno quidam Conradus de Brenke & Johannes de Buren armigeri, miſſis literis diffidatoriis, religioſis Fratribus Canonicis Regularibus Conventûs in Bödeken Padeburnenſis dioceſis ratione confinium, imprimis Graffelen ejusdem monaſterii poſſeſſionem & molendinum, uno ex Fratribus laicis occiſo, appoſito igne, unà cum capella & altare ad ſolum usque demoliti ſunt. Unde ex Fratribus Canonicis nonnulli latrunculos cum Venerabili Sacramento proceſſionaliter inſequuti in circumjacentibus eccleſiis per Colonienſem ac Padeburnenſem dioceſes, ymmò & in Dreni Monaſterienſis dioceſis oratoriis ac monaſteriis acta quædam, prout in hujusmodi

Mira antiquorum methodus inſequendi ſacrilegos latrunculos

Digitized by Google

modi cauſa aliquando ſolitum eſt fieri, in cantu & declamationibus publicis perfecêre. Quare tota fermè provincia perterrita eſt. Verùm ſacrilegi, timore Dei poſtpoſito, ac ſalutis propriæ immemores, non territi maledictionibus ac orationibus, ymmò magìs obdurati haud longè pòſt caſam Tyndelen unà cum eccleſia noctu ex integro, ablatis quæ intus erant ſpoliis, ſolo æquârunt, ſícque præfatos Fratres, viros utique religioſos, in multis vexârunt, demum tamen compoſiti ſunt. A

Hyemps hoc anno frequens & continua fuit ſolito aſperior, qualis in hominum memoria non erat: incepit enim poſt Omnium Sanctorum, duravítque usque Annunciationis Dominicæ diem. Maxima ubique aquarum penuria: exſiccatis enim vadis & torrentibus, paſtores quibusdam in locis ad duo penè miliaria adaquare greges compulſi ſunt; ſed & vivaria piſcium ubique exſiccata, gelu aquas ſtringente, magnum dampnum intulerunt. Frumenti copia larga ſatis, ſed in farinam vix redigi potuit aquæ penuriâ. Cæterùm XIII Id. Januarii denſiſſima inter frigora iris miræ magnitudinis diſcolor meridie in Oriente viſa eſt totum æmiſpherium occupâſſe, duravítque fermè horis quatuor immobilis, quod à plerísque portentuoſum ac futuræ calamitatis indicium eſſe judicatum eſt. Nec fefellit illos opinio: nam poſt tres aut quatuor dies, hoc eſt, ipſo Agnetis virginis die Georgius Miſenenſium Marchio, Saxoniæ Dux cum exercitu, quem undecunque contraxerat per provinciam contra Iſardum Friſiæ Comitem bellaturus propter Gronienſes, qui à ſe defecerant, venit Widenburgis, & continuò iter per Monaſterienſem civitatem faciens, aciem ad ſeptem peditum milia, qui jam cum Comitis de Benthem Ducatu ære conductos habebat, direxit; exercitum item alterum per Oldenburgenſem Comitatum ſub Hinrici Brunſwicenſis Ducis ducatu in Friſones devaſtandos miſit, confiſus, terram paludibus & continuis aquis irriguam, jam gelu conſtrictam, perviam reperturum. Sed aura Iſardo B C

Brunſwicenſis & Saxoniæ Ducum in Friſones expeditio.

A ſavit: nam ubi Duces in Friſones ire diſpoſuerunt, gelu ſolutum eſt, aqua terram occupavit, veritúsque Dux in Friſones phalangas ducere, ſuorum ſtragem metuens, aliquanto in Schuttorpe opido Comitatûs de Benthem conſedit. Hinricus tamen Brunſwicenſis, adjuvantibus ſe quibusdam Principibus generis ſui, pacis impatiens viriliter egit, fortémque ſe militem oſtentans, Friſonibus multis occiſis, Fredeburg Iſardi caſtrum non vi ſed auri cupidi cujusdam traditoris, quem Comes caſtri cuſtodem poſuerat, auxilio fretus occupavit. Idem tamen Hinricus haud longè pòſt in obſidione cujusdam caſtri, dum animoſiùs ſeſe ingeſſit, tormenti jaculo B ſupremâ capitis parte avulsâ, morte ſuâ repentinâ bellator indefeſſus exercitum mœſtum reliquit, non tamen deſtitit â cepto Georgius, tametſi tanti Principis & Ducis præcipui mortem plùs, quám credi potuit, dolenter accepit.

Fuit autem hujus belli occaſio: Friſones Imperiali libertate gaudebant, quam â Carolo Imperatore quarto ob res bene geſtas circa Imperialem Majeſtatem acceperant, pro ùt ſuprà (*pag.* 418 *A*) in bulla Imperiali expreſſum eſt. Quam libertatem Maximilianus Auguſtus ipſis auſſerre conatus eſt, Occidentalem ſcilicet Friſiam cum Gronienſium dominio Alberto Saxoniæ Duci Miſenenſiúmque Marchioni ob patrata pro Rege facinora C in Gandavenſes, Burgenſes ac Flandrenſes in feudum concedens; qui contracto exercitu in Friſiam intravit, ac Occidentalem ejus partem vi cepit, Gronienſésque ſibi ſubjugare non potuit. Unde poſt aliquot tempus repatriaturus Iſardo, qui ſecum conductus ære militavit, Gronienſes debellandos, dato ſtipendio quottidiano è Ducis Fiſco, commiſit; is eos artavit & quaſi jam ad deditionem coëgit. Unde inito conſilio, miſſis legatis Iſardum ad ſe alliciunt, ipſúmque in ſui tutorem & Comitem petunt. Unde deſerto Saxoniæ Duce, caſtrum forte ad urbis muros conſtruxit & hominium ab incolis accepit. Albertus autem, dum cum filio Georgio Duce ipſos oppugnat, ſagittâ vulneratus mortem obiit; Iſardus autem Comes,

Digitized by Google

Comes, quem tota penè Friſia ſequebatur, tueri armis provinciales cepit, ac ipſum Ducem Georgium in ſecundo ejus in Friſiam adventu animoſiùs accepit; ubi provinciâ jam depopulatâ, ac multa hinc inde ſtrage factâ, tandem Dux cum paucis in Domini Adventu, quò venerat, rediit; duravitque apud Friſones hujusmodi quaſſatio diebus multis, hinc inde diverſo Marte occiſis vel ſubmerſis. Demum Gelriæ Dux Carolus Iſardi partes tueri cepit, & ad tempus proſperatum eſt in manibus ipſius; Occidentales Friſones ferè recepit. Gronienſes ejus conſenſu & auxilio innixi, Iſardi caſtrum ad urbis muros extructum contra voluntatem Comitis demoliti ſunt; non tamen ceſſavit gladius Saxonum, quin crebrioribus excurſibus moleſtati ſint. Ferunt Ducem Saxoniæ Georgium in ipſa ultima expeditione ad ſexcenta aureorum milia ex theſauris ſuis in opus belli expendiſſe. A B

Hoc anno Johannes Comes de Rethburg, Ottone primogenito jam jam matrimonio tradito, ab humanis diſceſſit. 1516.

Philippus Comes de Waldegh, cui Johannes Clivenſis Dux Comitatum in Ravesburg regendum commiſerat, poſt octavas Paſcæ, dum â filio Comite diſceſſit, Ducem Clivenſem acceſſurus, inter Bödeken & Dalhem monaſteria abs quodam militari Maguntinenſis, ùt ferunt, dioceſis, ibidem inſidias tendenti cum ſuis commilitonibus, capitur & clam abducitur, ſed quorſum, diu incognitum manſit; verùm poſt multos dies circa feſtum Michaëlis durè exactionatus, patriæ ſuæ reſtituitur. C

Conſilium univerſale hoc item anno Romæ in Lateranenſi eccleſia â Leone ſummo Pontifice celebratum eſt, in quo inter cætera hæc, quæ ſubſcripta ſunt, ſtatuta promulgata ſunt: Concilium Lateranenſe.

Leo Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Conſueverunt Romani Pontifices, prædeceſſores noſtri ad retinendam puritatem religionis Chriſtianæ & ipſius unitatem, quæ in conjunctione membrorum ad unum caput, Chriſtum videlicet ejúsque Vicarium principaliter conſiſtit, & ſan- Bulla cœnæ.

A *ctam fidelium ſocietatem ab offenſione ſervandam arma juſtitiæ per miniſterium Apoſtolatûs in præſenti celebritate exercere. Nos igitur vetuſtum & ſolempnem hunc morem ſequentes excommunicamus & anathematiſamus ex parte Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritûs ſancti, autoritate quoque beatorum Petri & Pauli ac noſtra omnes hæreticos, Gaſaros, Patarenos,* Pouperes de Lugduno, *Arnaldiſtas, Speroniſtas, Paſſagerios, Vicleſiſtas ſeu Vilitas, Fratricellos, de opinione nuncupatos, & quoslibet alios hæreticos, quocunque nomine cenſeantur, & omnes fautores, receptores, defenſores eorundem. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes piratas, curſarios, latrunculos maritimos, & illos præcipuè, qui mare noſtrum a*
B *monte argentario usque ad Terracitiam diſcurrere, & navigantes in illo deprædari, mutilare, interficere ac rebus & bonis ſuis ſpoliare hactenus præſumpſerunt & præſumunt, ac omnes receptores eorundem, & eis auxilium dantes conſilium vel favorem. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes, qui in terris ſuis nova pedagia imponunt vel prohibita exigunt. Item excommunicamus omnes falſarios bullarum ſeu literarum Apoſtolicarum & ſupplicationum, gratiam vel juſtitiam continentium, per ſummum Pontificem vel Vicecancellarium ſeu gerentes vices eorum aut officium Vicecancellarii Romanæ eccle-*
C *ſiæ de mandato ejusdem ſummi Pontificis ſignatarum, aut ſub nomine ejusdem ſummi Pontificis ſeu Vicecancellarii aut gerentium vices, prædictorum ſignantes ſupplicationes easdem. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes impedientes ſeu invadentes victualia ſeu alia ad uſum Romanæ curiæ neceſſaria adducentes, vel ne ad Romanam curiam ipſam adducantur vel advehantur, impediunt ſeu perturbant; & qui talia faciunt vel defendunt, cujuscunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis & ſtatûs, etiamſi Pontificali, Regali, Reginali aut alia quavis eccleſiaſtica vel mundana refulgeat dignitate. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes & recedentes ab eadem, nec non omnes*

illos,

illos, qui jurisdictionem ordinariam vel delegatam aliquam non
habent in eadem curia morantes temeritate propria rapiunt, A
ſpoliant & detinent, aut ex propoſito deliberato verberare, mu-
tilare vel interficere præſumunt, & qui talia fieri faciunt ſeu
mandant. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes
temere mutilantes, vulnerantes, interficientes, capientes, car-
cerantes vel detinentes Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos
eorúmque mandatores. Item excommunicamus & anathema-
tiſamus omnes illos, qui per ſe vel alium ſeu alios quaſ-
cunque perſonas eccleſiaſticas vel ſæculares ad Roma-
nam curiam ſuper eorum cauſis & negotiis recurrentes,
illáque in eadem curia perſequentes aut procurantes nego- B
tiorúmque geſtores, advocatos vel procuratores ipſorum,
vel etiam Auditores ſeu Judices ſuper dictis cauſis ſeu negotiis
deputatos occaſione cauſarum vel negotiorum hujusmodi verbe-
rant, mutilant vel occidunt ſeu bonis ſpoliant, ac illos, qui ne
literis & mandatis Apoſtolicæ Sedis & Legatorum & Nuncio-
rum & Judicum delegatorum, ejusdem gratiam vel juſtitiam
concernentibus, decretîsque ſuper illis & re judicatâ, proceſſi-
bus & executorialibus, non habito primo beneplacito & aſſen-
ſu pareatur, néve tabelliones & notarii literarum & proceſſuum
executiones, inſtrumenta vel acta conficere, aut confecta parti,
cujus intereſt, tradere ſub graviſſimis pœnis prohibere, ſtatue- C
re ſeu mandare; quive in animarum earundem periculum ſe a
noſtra & Romani Pontificis pro tempore obedientia pertinaciter
ſubtrahere ſeu quomodolibet recedere præſumunt; quíve juris-
dictionem ſeu fructus ad eccleſiaſticas perſonas pertinentes uſur-
pant vel arripiunt, vel qui per ſe vel alium ſeu alios directè vel
indirectè prædicta exequi vel procurare, aut in eisdem auxi-
lium, conſilium vel favorem præſtare non verentur, cujuſ-
cunque præeminentiæ vel dignitatis, ordinis, conditionis aut
ſtatûs fuerint, etiam ſi Pontificali, Regali, Reginali vel alia
quavis præfulgeant dignitate. Item excommunicamus & ana-
thematiſamus omnes mutilantes, vulnerantes & interficientes

A *ſeu capientes & detinentes ſeu deprædantes Romipetas & peregrinos ad urbem causa devotionis ſeu peregrinationis accedentes & in ea morantes vel recedentes ab ipſa; in hys quoque dantes conſilia vel auxilium ſeu favorem. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes illos, qui per ſe vel alium ſeu alios directè vel indirectè ſub quocunque titulo vel colore occupant, detinent vel hoſtiliter deſtruunt ſeu invadunt, aut occupare, detinere vel deſtruere aut invadere hoſtiliter præſumunt in totum vel in partem almam urbem, Regna Siciliæ ſeu Trinacriæ, inſulas Sardiniæ, Curſicæ, terram ſitra farum, patrimonium beati Petri in Tuſcia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venayſinum,* B *Sabineum Marchiæ Anchonitanum Maſſæ, Trebariæ Romandiolæ Campaniæ & maritimæ, provincias ac terras ſpecialis commiſſionis Arnulphorum, Bononienſem, Ferrarienſem, Beneventum, Peruſiam Avinionenſem civitatem Caſtelli Tudertinenſis & alias civitates, terras & loca vel jura ad ipſam Romanam eccleſiam ſpectantia & pertinentia & adhærentia, ac fautores & defenſores eorum, ſeu in hys dantes eis auxilium, conſilium vel favorem, non obſtantibus quibuscunque privilegiis, indulgentiis ac literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus eis vel eorum alicui vel aliquibus cujuscunque ordinis ſtatûs dignitatis vel præeminentiæ fuerit, etiamſi ut præmittitur,* C *Pontificali, Regali, Reginali, ſeu alia quavis eccleſiaſtica vel mundana præfulgeat dignitate, a prædicta Sede ſub quavis forma vel tenore conceſſis, quod excommunicari vel anathematiſari non poſſit per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi ac ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus & dignitatibus eorum menſionem, nec non conſuetudinibus, obſervantiis ſcriptis & non ſcriptis & aliis contrariis quibuſcunque, per quæ contra noſtros proceſſus hujusmodi ac ſententias, quo minùs includantur in eis, ſe juvare valeant aut tueri; & quæ quoad hoc penitus tollimus & omnino revocamus; & a quibus quidem ſententiis nullus per alium quàm per Romanum Ponti-*

tiſi-

tificem niſi duntaxat in mortis articulo conſtitutus, abſolvi poſſit; nec etiam tunc, niſi de ſtando eccleſiæ Romanæ mandatis, ſatisfactione vel ſufficienti cautione præſtitis, etiam prætextu confeſſionalium ſeu quarumvis facultatum verbo literis aut alia quavis ſcriptura, etiam in qua quod ſola ſignatura ſufficeret, conceſſæ & quamvis derogatoriarum derogatoriæ fortiores & efficaces inſollitæ clauſulæ apparerent, quibusvis perſonis cujuscunque præeminentiæ vel dignitatis, conditionis aut ſtatûs fuerint, etiamſi, ùt præmittitur, Pontificali, Regali, Reginali vel alia quavis præfulgeant dignitate, religioſis & ſæcularibus utriusque ſexûs capitulis, collegiis, conventibus & militiarum hoſpitalibus, confratriis & univerſitatibus conceſſarum a nobis vel a prædicta Sede & quas concedi quomodolibet contingeret in futurum. Illos autem, qui contra tenorem præſentium talibus vel eorum alicui vel aliquibus abſolutionis beneficium impendunt, de facto excommunicationis & anathematiſationis ſententia innodamus, eìsque prædicationis, lectionis, adminiſtrationis Sacramentorum & audiendi confeſſiones officia interdicimus, prædicantes & declamantes apertè transgreſſoribus & contemptoribus prædictis, nos graviùs contra eos ſpiritualiter & temporaliter, prout expedire cognoverimus, proceſſuros; & nichilominus quidquid egerint abſolvendo vel aliàs, nullius ſit roboris vel momenti. Ut autem hujusmodi noſtri proceſſus ad communem omnium notitiam deducantur, cartas ſeu membranas, proceſſus continentes eosdem, in valvis baſilicarum Principis Apoſtolorum & ſancti Johannis de urbe affigi ſeu appendi faciemus, quæ proceſſus ipſos ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo judicio publicabunt, ut hy, quos proceſſus hujusmodi contingunt, quod ad ipſos non pervenerint aut ipſos ignoraverint, nullam poſſint excuſationem prætendere vel ignorantiam allegare; cùm non ſit veriſimile, quoad ipſos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Verùm ut præſentes literæ ac ſingula & omnia in illis contenta eò fiant notiora, quò plerisque civitatibus & locis fuerint publi-

A B C

cata,

cata, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Ar-
A *chiepiſcopis, Epiſcopis & locorum Ordinariis ubilibet conſtitu-*
tis per hæc ſcripta committimus, & in virtute ſanctæ obedien-
tiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus per ſe vel alium
ſeu alios præſentes literas, poſtquam eas receperint, ſeu earum
habuerint notitiam, ſaltim ſemel in anno vel pluries, prout ex-
pedire viderint, in eccleſiis ſuis, dum major in eis populi mul-
titudo ad Divina convenerint, ſolempniter publicent & ad Chri-
ſti fidelium mentes deducant, nuncient & declarent. Nulli er-
go omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ excommunica-
B *tionis, anathematiſationis, ablationis, revocationis, innodatio-*
nis, interdicti, prædicationis, declarationis, commiſſionis &
mandati infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis au-
tem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis
Dei & ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit
incurriſſe. Datum Romæ apud ſanctum Petrum &c.

Indulgentiæ pro extruenda baſilica S. Petri Romæ.

Hoc ipſo præfatus Leo decimus ſummus Pontifex emiſit quendam Johannem Angelum Arcenboldum, juris utriusque Doctorem, Præpoſitum de Arciſate, Sedis Apoſtolicæ Prothonarium, nec non ejusdem ſanctiſſimi Patris & Domini Papæ Referendarium, Nuncium & Commiſſarium ad Colonienſem, Treverenſem, Saltzburgenſem, Biſuntinenſem, Bre-
C menſem, Upſalenſem provincias, illarúmque ac Camaricenſem, Tornacenſem, Mormienſem, Attrebatenſem, Caminenſem civitates & dioceſes Legatum, ad publicandum & exequendum indulgentias & facultates pro fabrica baſilicæ Principis Apoſtolorum de urbe, quæ eſt caput omnium eccleſiarum mundi, & per piæ memoriæ Julium usque ad fundamenta jam dudum deſtructa; quam præfatus Leo Papa à novo ædificare intendebat, ita ut nulla alia ei ſit par in univerſo mundo, prout etiam decet; quia eſt caput aliarum & in ea eſt reſidentia Papæ, & in ea varia Apoſtolorum, maximè dictorum Petri & Pauli, & innumerabilia martyrum & aliorum corpora ſita ſunt; & quod propter talem ruinam

pluviis

Digitized by Google

pluviis & grandinibus continuè dehoneſtatur, & ſinè magna A
ignominia Sanctitatis ſuæ & totius reipublicæ Chriſtianæ non
poſſet diutiùs truncus ille informis & pluvialis remanere, ſua
Sanctitas perpendit. Verùm cùm eccleſia ipſa tanto ſit ſumptu
incepta, quod ad ejus perfectionem totius eccleſiæ Romanæ
redditus non ſufficerent, ideo ad Chriſti fidelium ſuffragia ne-
ceſſe fuit Sanctitati ſuæ devenire, & ita eos indulgentiis pro-
vocavit. Unde imprimis remiſſionem omnium peccatorum
pro vivis & defunctis, & omnium peccatorum & pœnarum,
quas quis in purgatorio deberet pati, remiſſionem largiter
conceſſit; cæterùm multas alias gratias, votorum ſcilicet com- B
mutationes, diſpenſationes ſuper gradibus affinitatis vel con-
ſanguinitatis contracti matrimonii in tertio & quarto gradibus
publicare fecit. Hujus rei gratiâ & quia in ſuperioribus an-
nis ſub Alexandro & Julio ſummis Pontificibus ſimiles quaſi
indulgentiæ emiſſæ fuerunt, provincia noſtra ſatis extenuata
eſt; ſed utinam vel Romana curia ſemel ſatiata! ſed perpe-
tuam quis ſaturabit eſuriem? quod vel ex ſequentibus liquebit:

Profectò nondum conſtitutum in bullis indulgentiæ expi-
ravit tempus, & ecce! idem ſanctiſſimus Papa Leo rem no-
vam, noſtris parentibus ac nobis hactenus inauditam exorſus
eſt, gratias & privilegia potiora prioribus, emiſſis Apoſtoli-
cis literis, ſuperaddens: procurante enim præfato Johanne C
Angelo Arcimboldo, â novo conceſſit conferentibus ad præ-
fatam Principis Apoſtolorum fabricam poteſtatem eligendi
confeſſorem ſæcularem vel cujuſcunque etiam mendicantium
Ordinis regularem, qui confeſſione diligenter auditâ pro com-
miſſis exceſſibus, criminibus, delictis atque peccatis quan-
tumcunque gravibus & enormibus etiam prædictæ Sedi Apo-
ſtolicæ reſervatis, ac cenſuris eccleſiaſticis, etiam ab homine
ad inſtantiam alicujus illatis de conſenſu partium, etiam ra-
tione interdicti incurſi, & quarum abſolutio dictæ Sedi eſſet
reſervata; præterquam machinationes in perſonam ſummi
Pontificis, occiſiones Epiſcoporum & aliorum Superiorum

A Prælatorum, & injectionem manuum violentarum in illos & alios Prælatos, falſificationes bullarum & literarum Apoſtolicarum, delationes armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, & cenſurarum & ſententiarum occaſione .... ſanctæ Romanæ eccleſiæ de partibus infidelium ad fideles contra prohibitionem Apoſtolicam delatorum incurſuri, ſemel in vita, & in non reſervatis caſibus totiens quotiens id petîerint, & in mortis articulo omnium peccatorum plenariam indulgentiam & remiſſionem impendere, ac ab hys debitè abſolvere & pœnitentiam ſalutarem injungere, nec non Euchariſtiæ ſacramentum, præterquam in die Paſcæ & mortis B articulo, aliis anni temporibus miniſtrare, & emiſſa vota quæcunque (ultramarino, ingressûs religionis & caſtitatis votis duntaxat exceptis) in alia pia opera commutare poſſit & valeat; & inſuper ut liceat, quamdiu vixerit, unà cum hoſpitibus & familia, pro tempore exiſtente, quadrageſimalibus usque ad Dominicam Palmarum & aliis diebus, quibus lacticiniorum eſus eſt prohibitus (cùm ùt ſummus Pontifex informatus fuit, in partibus noſtris oleum olivarum non creſcat) butiro & caſeo absque alicujus licentia, & cum conſenſu utriusque medici tempore infirmitatis in ſeptimana ſancta lacti-C ciniis hujusmodi, ac etiam tunc & quocunque tempore prohibito ovis & carnibus veſci. Quódque aliquam vel aliquas eccleſiam vel eccleſias ad hoc eligendam vel eligendas devote ſingulis quadrageſimalibus & aliis diebus, quibus eccleſiæ urbis & extra eam per Chriſti fideles pro conſequendis indulgentiis ſtationum urbis viſitari ſolent, ſimiliter quoad vixerint viſitando, tot & ſimiles indulgentias & peccatorum remiſſiones conſequi valeant & poſſint, quas conſequerentur, ſi ſingulis diebus eisdem dictas eccleſias perſonaliter viſitarent. Quòd corpus ſinè funerali pompa tempore interdicti, quacunque autoritate appoſiti, ſi hujusmodi interdicto cauſam non dederunt, eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi licitè poſſint & valeant, auctoritate Apoſtolicâ ſuffulti & muniti. Nec non & ipſorum

rum parentibus defunctis, qui in ſynceritate fidei & unitate matris eccleſiæ deceſſerunt, omnium & ſingularum miſſarum, orationum, Divinorum officiorum, jejuniorum, diſciplinarum, ſtationum, eleemoſinarum, ſuffragiorum, omniúmque aliorum bonorum ſpiritualium, qui fiunt & fient in perpetuum in univerſali ſacroſancta militante eccleſia & membris ejus, eâdem auctoritate Apoſtolicâ ac ſerie participationem impertivit, non obſtantibus omnibus in contrarium facientibus, quæ prælibatus Dominus Papa in literis facultatum præfati Domini Johannis Angeli Arcimboldi Legati voluit & decrevit non obſtare. Hæc privilegia & indulta ſic, ùt præmisſum eſt, â ſummo Pontifice Leone decimo omnibus, qui ex pinguedine charitatis ſuis ex bonis ad reparationem baſilicæ ſancti Petri contribuunt, largiter conceſſa, ubivis locorum publicè declamata ſunt, prout in hujusmodi moris eſt. A B

Hoc anno ſtrenuus Dominus Godfridus Ketteler miles aureatus, pacis amator, patriæ pater habitus, qui poſt Goſwini genitoris ſui mortem Strombergenſem Burgraviatum multis annis ſumma in tranquillitate moderavit, mortem obîit. Ejus conſiliis circumquaque Principes uſi ſunt, ſed & apud Georgium Marchionem Miſenenſem, Saxoniæ Ducem magno in pretio habitus eſt. Reliquit autem poſt ſe ex Margaretha conjuge mares quinque, filias quoque duas, quarum una Abbatiſſa in Benninckhuſen Monaſterio Ciſtercienſis Ordinis Deo ſervit; altera viro tradita eſt, Ex filiis unus Corbienſis monaſterii Abbas, alter majoris eccleſiæ Padeburnenſis Præpoſitus evaſit, tres reliqui uxorati militiam agunt, quibus caſtra, poſſeſſiones, prædia & villas, ſed & auri & argenti plurimum, quod in theſauris ſuis habuit, ex æquo aduc vivens partitus eſt, ſepultúsque eſt apud matrem, dilectámque conjugem in monaſterio Lisbornenſi Ordinis ſancti Benedicti Monaſterienſis dioceſis; nam pater ipſius, dum ſecundò Domini Salvatoris ſepulcrum viſitavit, rediens apud Rodium finem vitæ, ſepulturámque ibidem dignam accepit. C

1517. Godfridus de Kettler ſepelitur in eccleſia Liesbornenſi.

Epitaphium ejusdem.

A Stemmata mortales pavidi quàm fluxa videte
Delicias & opes, quidquid & orbis habet,
Hoc docet egregius Keteler Godfridus in urna,
Urnâ permodicâ magnus ad aſtra priùs.
Magnus ad aſtra priùs, teritur ſub pulvere peſſum.
Spiritus ò felix, ſi ſuper aſtra meet
Fulvus eques famam celſo finivit olimpo
Magnificus placidæ pacis ubique pater.
Conſilio præſtans, pietatéque, ſpéque, fidéque
Magnanimus nullâ vir levitate fuit.
B Hunc Deus, hunc natura potens, fortunáque dextra
Quot potuêre, ſuis accumulâre bonis.
Fila ſcidit (retimeſcite inexorabile fatum)
Infelix Lacheſis quamlibet ampla dedit
En teritis peſſum, haud totum, ſi pars prior aſtra
Fidimus alta petit, pulvis & oſſa jacent.
Pulvis & oſſa jacent, tellus ſua dona repoſcit
Spiritus ò felix pauſet in arce poli
Fidite mortales virtuti, haud fidite mundo,
Mors via, quæ cunctis eſt ineunda ſemel.
C Mors obeunda ſemel, tantummodo facta feremus
Nobiscum, manet hìc, quidquid in orbe placet.
Judicium, illecebræ mundi, mors, gloria & orcus
Quàm memori mente ſunt meditanda tibi!
Horripilans, metuens ſtudioſiùs omne ſub ævum
Extime, cerne, cape tartara, fata, polum
Cautiùs aſſiduè, pavitantiùs omne ſub ævum
Effuge viſe time turpia, ſacra Deum.

Obitus Reverendiſſimi D. Antonii Abbatis Verdenſis.

Ipſo item anno Reverendus in Chriſto Dominus Anthonius, inſignis monaſterii Werthinenſis Abbas, peractis XXXIII regiminis ſui annis, octogenarius die XIII menſis Junii è vita defunctus, cujus venerandum corpus intra cœtum cariſſimorum ſuorum monachorum in medio chori baſilicæ divi Ludgeri,

geri, ubi die noctúque Divinis ſemper laudibus vivens gaudebat intereſſe, ſepultum feliciter requieſcit. Cujus præconia ſubſcripto epitaphio Johannes Circinnius ejus Capellanus innoteſcere curavit: A

Ecce ſub hoc ſaxo præclarus conditur Abbas,
Qui prius hic pulcri paſtor ovilis erat.
Abbas (ſi ignoras) Grymmolt Anthonius ipſe,
Oſſa tenet tellus, ſpiritus aſtra colit.
Cui patriam dederat terra inclita Translupiana,
Hildenſem oblatus relligione ſacrâ,
Inde Prioratûs erat olim munere fultus,
Jam cunctis magni tunc pretiíque fuit.
Aſt ubi jam mitram tractúsque ad munia ſacra, B
Virtus virtutem fert cumulata palam.
Quò magis ipſa viri cœlo digniſſima virtus
Se premit, hoc ſemper tollitur illa magis.
Signifer heu! cecidit pietatis totius, ipſum
Ordinis & culmen & decus & ſpecimen.
Unus enim, quo tota baſis pendebat, & in quo
Tota inhærebat relligionis apex.
Quem reverebantur cuncti ſimul atque colebant
Fratres, plebs, proceres, gratia talis erat.
Quippe erat illius ſtudii componere pacem,
Res ubi turbarat ſiqua profana viros. C
Occidit heu! patriæ conſultus, cujus in ore
Hæc poſcebat opem, ceu Clarii ex tripode.
Rebus enim cunctis prudens, mores gravis almos,
Comis & in verbis, numine ſic charitum
Maxima eúmque viris habuit commercia doctis
Nam paritas homines conſiliare ſolet.
Et quod inane foret, verbum non illius ore
Prodibat, ſint hæc integritatis honos.
Extulit hunc ſiquidem pietate locum, grege culto
Auxit, & amiſſis reſtituítque bonis.

A Illi, quas nimiùm laceras invenerat ædes,
Ac delubra Dei, cura novare fuit.
Magno inopes ſtudio fovit, pia viſcera pandens
Semper eis, fovet hunc quin Deus arce poli.
Omnibus hic nervis cœlum navabat, & omne
Pectus lucrandis ſic animabus erat,
Quin vocitabatur noſtri ſœculi Benedictus,
Ludgerúsque alter, tempora ceu ipſa petunt.
Vivit in æthereo, quem nos hic flemus, olympo
Et gaudet Superûm tranſiliiſſe domos.

B Hoc anno militia Weſtphalica tempeſtatis inſtar Twentam Trajectenſium provinciam propter ſtipendium impenſi ſervitii debitum intravit, ac ferro & flammâ diſcerpſit, prout ſuprà dictum eſt anno ſcilicet Domini 1510.

Dira peſtis in Weſtphalia. Peſtis item lugubris, quæ in ſuperioribus annis unam Weſtphaliæ partem pervaſit, hoc jam anno reliquâ in ejuſdem provinciæ parte ſæviens adeò vaſtavit, ut ne domus modò ſed & villæ integræ ſinè habitatore relictæ ſint; maximè autem Padeburnenſem & eam diœceſis Colonienſis oram, quæ in Weſtphalia ſita eſt, depopulavit. In Suſato paucis menſibus quatuor fermè hominum milia peſte extincta ſunt; ſed & C in circumjacentibus locis ſæva lues ita exarſit, ut diceretur graviorem peſtem in centum & ſuprà annis Weſtphaliam non ſuſtinuiſſe.

Mirabilis in aëre viſio. Hoc item anno quintâ Junii occidente jam Sole apud Leipſtichium Marchionatûs Miſenenſis opidum, non ignorabilem univerſitatem, inaudita, mirabilis ac ſtupenda viſio ſereno in aëre apparuit, quæ poſtmodum per Domini Præpoſiti ejus loci requiſitionem ſub præſtitis juramentis ab his, qui viderant, præſentium in notitiam ac futurorum memoriam vera probata eſt, & literis ubique locorum miſſis publicata: imprimis viſa eſt inter nubes lucidas grandis ac numeroſa peditum

ditum

Digitized by Google

ditum quaſi in bellum imminens proceſſura ad ſimilitudinem ære conductorum militum caterva, mirabili vario & peregrino habitu induta, ſummóque in vertice criſtæ ſtrutionum ex plumis tremebant; procedebant autem ordinatè bini & bini greſſu & manerie mirabili & inſolita. Vix viſio hæc evanuit, & ecce lupus rapax exercitum ſequutus eſt, habens poſt ſe ſequentem virum cum calice, ex quo lupus ipſe potaverat. Hos leo inſequitur, ſed & leonem lupi tres quaſi leonem præcedentem diſcerpere ac vorare volentes inſequuti ſunt. Verùm apertò rugiens in hoſtes leo luporum ſævitiam in fugam vertere viſus eſt. Hinc apparuit homo, quaſi tubâ canens, comite & alio viro, qui quaſi tubicinantem attonitus intenderet, in ipſum oculos fixit. Hinc mares item bini, ſingulos in palmis vagientes habentes pueros, viſi ſunt, ipſóſque infantulos pedibus & manibus repugnantes comedere & dilaniare. Viſione hac vix jam ab oculis videntium fugatâ, apparuêre viri quinque in unum ſedentes & quaſi dormientes, ſingula in manibus ſuis capita ſuſtinebant eâ formâ, qua tres cum Domino in orto oranti pictores fingere ſolent Apoſtolos. Quam viſionem alia mox ſequuta eſt: vir enim ſolempnis, proceræ ſtaturæ, ſpecie decorus, aureâ coronâ redimitus, calicem in manibus habens apparuit, ante cujus pedes ſpecioſa admodum ditiſſiméque ornata ac purpureo induta veſtimento virguncula poplite flexo manibúſque comploſis quaſi ſupplicatura proſtrata jacuit; quam dum poſt genuflexionem prolixiorem exaudire nollet, ymmò ſeverus orantem reſpiceret, duriúſque reſponderet, ipſa quaſi conſternata iterum poplite flexo attentiùs rogatura ſe ante pedes ejus projicit, ſícque viſio ipſa diſparuit, ſequutúſque eſt vir item venerabilis devoti Sacerdotis ſub ſpecie, caſula ſacerdotali pretioſiſſima indutus. Is extenſis brachiis aliquanto ſtetit, demum dimiſſis iterum lacertis evanuit; quem alius item Sacerdos ſequutus eſt, aurea corona redimitus, auro textam caſulam tenens, ſiniſtram pectori imponens, ad ejus latus vir qui-

A B C

A quidam optimè diſpoſitus aſtitit, cujus caput magna congerie ſtrutionum pennæ ornabunt, qui Sacerdotem manu extenta apprehendens unà cum ipſo diſceſſit. Tandem apparuit ſenex grandævus, proceræ vir ſtaturæ, ingenti ex auro corona redimitus; is omnes jam præfatos ſecum duxit, ſícque viſio ipſa demum diſparuit.

1518. Epiſcopus Monaſt. Lingen occupat.

Ericus Monaſterienſis eccleſiæ Præſul crebriùs jam a Nicolao Tekenburgenſi Comite offenſus, unâ dierum injuriam ultrà ferre non ſuſtinens, contracto clam exercitu, Comite nil mali ſuſpicanti, Lingen ejuſdem Comitis caſtrum occupavit, milite quoque & armis, ſed & hys, quæ obſeſſis neceſ- B ſaria ſunt in eſcarum apparatu, munivit, interrupta murorum reſtauravit, mœnia diruta reparavit, propugnacula in ambitu murorum erexit, vallum per caſtri gyrum poſuit, & inexpugnabile fermè caſtrum fecit, ſanctóque Paulo Monaſterienſium patrono dedicavit. Magnam pecuniarium congeriem eò loci inter Comitis theſauros Præſulem reperîſſe fama eſt, quæ tamen plerumque falſa eſſe conſuevit. Unum, quod mirabere, inſeram, quod verum eſſe is michi retulit, qui rei veritatem ſe nôſſe certò dixit: muliercula quædam Comitis Nicolai filia fornicario concubitu procreata eò loci cum C Comite erat. Hæc ùt vidit theſaurum diripi, nichílque ſibi reſervari, furore fœmineo ebria centum, quos ſibi theſauriſaverat, aureos incunctanter è loculo tollens, inconſultè ante diripientium pedes in ſolum projecit, ut ſimul, inquiens, & illos acciperent, qui omnia tollere venerant. Nec mora, ſibi oblatum ultro accipiunt, qui forſan, rogati ſi fuiſſent, è præda mulierculam abundanter dotâſſent, fœmineum mirati furorem ſerâ pœnitentia dotarunt. Fugit Nicolaus, & Juliacenſem Ducem ſuper Præſulem querulare adîit; hunc enim ante aliquot jam annos, cum Ottone fratre diſſidens, ipſius caſtri quaſi hæredem conſtituerat: filios enim non habuit, & fraterno abſorptus odio Juliacenſi adhæſit, ſuámque hæreditatem alienare ſtatuit, Juliacenſíque tradere, cujus uxori Nicolaus

laus ſanguine junctus erat; apud cujus etiam patrem Wilhelmum adoleſcens militaverat. Juliacenſis igitur Dux hac re commotus, Nicolai quoque querimoniâ exacerbatus, multùm interpellare literis Præſulem cepit, & quaſi vim facturus comminari. Intrepidus Præſul nec terreri epiſtolis nec moveri minis potuit: infracti enim animi Princeps impavidus & terrores & blanditias alto deſpexit animo. Ordinatæ ſunt igitur hujus rei cauſâ dietæ, tractatus habiti, ſed fruſtrà laboratum, fortunâ ſemper terga dante Nicolao; caſtrum Præſul obtinet hunc usque in diem, temeritatis Nicolaus pœnas ſolvit, quid futura ſit paritura dies, ignoramus; præſentia videmus, futura incerta relinquuntur, victoribus Mars ipſe favet. A B

Ipſo anno Maximilianus Princeps inclitus ac Imperator victorioſiſſimus, qui Romani habenas Imperii multis jam annis tenuit, ſtrenuéque rempublicam moderavit, jam ſenio confectus in carne ſolutus eſt, unus omnium, qui Germanis imperârunt, Principum ſapientiſſimus & fortiſſimus, cujus prudentiâ & incredibili moderatione animi â feliciſſimo profectu, eóque propè ſupra fidem in hunc usque diem Germanæ laudes opésque auctæ ſunt, ita niſi illo ipſo arbitro & ſervatore ſtare non temere potuerunt. Fuit hic divus Maximilianus Cæſar natus patre Frederico Auſtrio Cæſare, Leonorâ Luſitanâ, utroque parente inſigni clementiâ & pietate, patriis virtutibus adoleſcens imbutus, per omnia religionis, fidei, æqui boníque tenax fuit, ſed aliquanto gloriæ militaris cupiditate patrem vicit; quâ factum eſt, ut cùm illum ſummum virum artibus pacis Germania prædicet, hunc non poſſit & bellicis & civilibus decoris maximi facere. Tirocinium egit maximis confectum rebus in Flammingis, Brabantinis, Hollandis, Siccambris; idque tale, ut in eo utramque fortunæ vicem ſit expertus: ſic enim oportebat adoleſcentem ſummis natum rebus, ſummóque Imperio gerendo velut in ſtadio in curſu rerum humanarum erudiri, fortunæ enim victoriis aliquot interim lætus, interim adverſo caſu triſtis. Etenim C

1519. Obitus Maximiliani Imperat.

A occupata Burgundiæ opulentiſſima ditio cùm aliquamdiu civilibus flagraret odiis, juvenem Principem intercepit captivum, in vincula conjecit, ídque non modò præter dignitatem Regiam, ſed omnino contra naturæ ſenſum, contra phas hominum, contra gentium morem auſa; neque hys contenta ſcilicet Morianum, cui captivus Regulus quottidie ludus eſſet, addit adoleſcentem Regem tot Imperiis, tot Regnis deſtinatum, tam turpiter haberi. Sed haud multò pòſt, Germaniæ Proceribus depoſcentibus, redditus pœnam de ſceleratiſſimis Flammingorum populis ſumpſit. Sedatis tandem inteſtinis bellis, Gallum Burgundis infeſtum Germania exturbavit, B Oſtriam ab Ungaris aſſeruit, cum Sicambris bellum geſſit, & cum Geldris cum Palatinóque bellum habuit, quem tamen, cùm ſatis pœnitere dediſſet, in gratiam recepit. Ultimò geſſit bellum Italicum, cujus eventus paulo iniquior fuit, reliqua feliciter contigerunt; perfidia gentis cauſa fuit. Liberalitas hujus Principis maxima. Literas fovit, decretis in ſtudia ſtipendiis, Viennæ; cujus exemplo cùm alii Principes ad literas animum addicerent, tum maximè Saxoniæ Princeps interregno Fredericus, cujus curâ reſtituitur fontibus ſuis Theologia.

C Igitur inclito victorioſiſſimóque Principe Maximiliano defuncto, Electores Franckfordiæ pro novo eligendo Rege convenêre; inter tractandum autem Dracorum Comes Johannes aureæ vallis, Dominus Guilhelmus Dominus de Bonepet, aurati equites Chriſtianiſſimi Francorum Regis Franciſci & Carolus Præſes Senatûs Pariſienſium Oratores, miſsâ oratione pro favore ſui Regis Imperator deſignaretur conſiliando ad Principes Franckfordiam, & quia exploratum habebant, facultatem ſibi ſuppetere non poſſe conveniendi Principum Electorum conſilium, & eiſdem in publico & celebri conſeſſu, quemadmodum & ſperârant & optârant, publicâ oratione congrediendi, obſecratorias orationi epiſtolas addiderunt, ſuppliciter obteſtantes, ut tam ob honorem & reverentiam

ipſius

ipſius Chriſtianiſſimi Regis Francorum, quàm ſuſcepti muneris ac demandatæ ſibi provinciæ executionem ſinere vellent, ymmò ſi opus eſſet, jubere in auſpicatiſſimo ac feliciſſimo Principum conventu legi admonitiunculas orationi præfatæ contentas, ut omnibus audire liceret & liquidè intelligere, quæcunque in ipſis comprehenderentur. At legationibus diverſis non obſtantibus Carolus Burgundiæ Caſtiliæ Rex electus eſt: neminem enim fore exiſtimârunt, qui hujus Auguſtiſſimi Imperii molem tam facilè extollere, collapſum verò ac jam fœdari ceptum tam potenter reſtaurare ac in angulos Germaniæ contractum tam longè latéque propagare poſſet. A B

Itaque Franckfordiæ Interregno Electoribus Romani Imperii in demortui divi Maximiliani locum Carolum, nepotem ex Philippo filio Hiſpaniorum, Regem Romanum Auguſtum deſignantibus, pridie kalend. Julii Senatus ipſe Germaniæque nobilitas ad Illuſtriſſimum Carolum præfatum exhortatoriam ex Franckfordia orationem transmiſêre hunc in modum: Carolus V. Imperat.

Non miraberis, Chriſtianorum Regum florentiſſime potentiſſiméque Carole, ſi nos noſtræ anxii cum dignitatis tum ſalutis etiam, conamur admonere, quomodo noſtrâ ſponte atque omnium expectatione mortalium in te congeſtum noſtrum Romanique populi atque adeò orbis terrarum Imperium feliciter gerere ac prudenter adminiſtrare & velis & poſſis; ſiquidem cùm tantam molem Imperii ipſe ſumis, plenam curarum ſollicitudinúmque fluctibus teneris adhuc tuis impoſueris humeris, nec nos ſinè ingenti omnium noſtrûm periculo Principatum ac habenas totius Chriſtianæ reipublicæ tibi commiſiſſe judicaremur, ſi alius eſſes quàm omnes te eſſe ſciunt atque pertinaciſſimè aſſerunt; quippe cùm totum id, quod tibi vel officio vel gratia moti contulerimus, in noſtram culpam redundaret: cùm non facili momento, ſiquid erratum fuerit, reſarciatur, nec rurſus ſinè orbis commodo, quod bene inde provenerit, numeretur. Quod ergo faciendum, ſi ætas ſuppeteret nequaquam, fuerat, id ſi modò omiſerimus, temeritate potiùs quàm Literæ Electorum ad electum. C

A *conſilio provexiſſe te ad tantum Imperii culmen certé poſt Dei immortalis opes maximè judicaremur. Æquo ergo, Carole Chriſtianorum ſpes omnium! animo feres, ſi nos noſtrarum ſolliciti rerum, quod de re utilitatéque noſtra, quódque tua ex dignitate fuerit, paucis ceu digito commonſtraverimus, quo tu bene felicitérque imperitaſſe nobis, nos rectè dicto audientes fuiſſe, præclarúmque tibi Imperatoris feciſſe nomen poſteritati dicamur. Neque videbimur ob id malè audiendum tibi, quin tua ea eſt ætas, ea præclara indoles, id virtutis ſpecimen, ut cuique bene monenti potiùs, quàm pernitiosè blandienti aurem præbeas, cum alioquin adoleſcentia proprio affectuum agitata malo non facilè inter vitia virtutéſque diſcrimen habeat, abjiciendáque eligat ſæpe & reſpuat eligenda.* B *Paucis hys antè actis diebus cum Romanum Imperium gubernatore Maximiliano clariſſimo avo tuo non ſiné ingenti omnium dolore ac totius orbis incommodo orbatum eſſet, ſumma excitata animorum ſunt ſtudia, aliis alià Imperium trahentibus, intenti tamen omnes in Septemviros illos delectos heroes, quem tandem ſuis deſignaturi eſſent ſuffragiis, cui ſumma Imperii ceu digniſſimo excellentiſſimóque Imperatori concedenda veniret. Mirum! quanto deſiderio, quàm unanimi popularium voto poſtulabaris: te ſenes avebant, te expectabat viridior ætas, te proceres canebant, te prædicabant plebeji, nulla præterea non fuit reſpublica,* C *quæ non libens ac gratulabunda tuum videbatur ſubitura jugum; nec minus fuére propenſæ voluntates in Carolum nobilis illius Swevici exercitûs egregii Germanici, libertatis vindicis, impotentis tyrannidis pulcri punitoris: vixdum enim illi alium videbantur paſſuri Romanorum Regem quàm te Carolum, trium clariſſimorum una ſerie Romanorum Imperatorum nepotem, feliciſſimum ante ſe Regum omnium, ut cui ſinè bellis, ſinè ſanguine, ſinè cladibus tot incruenta tot contigerint Imperia, tot ſubditæ ſint nationes, tot pareant populi; quippe qui ad Orientem Danubium teneat, in Meridie Jonium Mare ac Siculum fretum cum ipſa Trinacria ac non exigua Italiæ parte poſſideat,*

qui

qui in Hiſpaniis Affricáque cum Herculis columnis Occidentem cuſtodia Solem, poſtremò in Occeano & mari Germanico Septentriones conſpiciat. Nec quietiores etiam Helvetii bello geniti videbantur, quàm ut te Regem conſpicerent, Chriſtiano imperantem circulo, non laboribus, non ſanguine, non vitæ denique ſe parcituros polliciti. Quod ergo bonum, felix, fauſtúmque ſit tibi, nobis quoque omnibus te te, inclite Carole, deſiderate mortalibus, libera Germanorum nate ſtirpe, deſignatum Romanorum Regem IV kalend. Julii cum votis ac præcationibus in Deum optimum maximum, plauſu & gaudio erumpentibus lacrimis, concordi cœleſtium voluntate, ſeptem Virorum ſuffragio ſuſcepimus, dantes accipientésque ultro ac citro beneficiorum cumulos, abs te ſcilicet, ubi ut pius patriæ pater & Princeps noſtræ reipublicæ temonem rectè gubernaveris; contrà ubi nos pro incolumitate ac ſalute optimi Principis, non ſævi Domini, opes, ſanguinem, ſpiritus profuderimus. Memineris ergo, obteſtamur, te aſcitum in Principatum, non tyrannidem, quem ita demum rectiſſimè diutiſſiméque ſuſtinueris, ſi plus virium tibi in amore noſtrûm quàm timore poſueris: amor ſiquidem perpetuum fert Principem, timor verò inviſum brevi de medio tollit. Sint Phalarides tibi, ſint Dioniſii, ſint ſuperbi Tarquinii, ſint Nerones, ſint Caligulæ, ſint noſtra etiam tempeſtate cervina illa cornua recenti exemplo. Sed quomodo nos id de te timere in animum ducere poterimus, qui avos habueris paternos, Auguſtorum atque adeò mortalium omnium clementiam longè ſuperantes, unde impetrare nichil æquè ac delictorum ſummam impunitatem facile fuit. Nec tamen ut conniveas volumus, verum clementiæ mixtam ſeveritatem expoſcimus. Sontes, ne ſcelera ſuperent, punias; ſua cuique cum diſcrimine des præmia. Non ii, qui, quodcumque dixeris feceriſque, laudaverint; qui te a pedibus ſemper ſequuti fuerint; qui cum admiratione, quæ ore vel leviſſima quæque temere lapſa, exceperint; qui Fiſcum tuum locupletare, miſerorum flentiúmque ratione non habita, ſtuduerint; qui jocu-

A

B

C

A *laria exercuerint; qui majora expiſcaturi muniſculis oneraverint; qui oratoriis phaleris te Deum fecerint; ſed qui aliquando errantem ſeriò increpaverint; qui domi potius foríſque ſalutem tuam quæſierint; qui ſalubria tibi tuæque reipublicæ ſapienter liberéque admonuerint; qui bono modo divitias tibi conquiſierint; qui in cives eas avidiùs contulerint, quam inde emunxerint; qui morum gravitatem diſciplinis conjunxerint; qui proprio relicto tuum patriæque commodum amaverint. Ea verò quàm optimè fient, quando quæ verè maximo facienda Principi, ipſe feceris, adulatorem videlicet, Principum communem peſtem, ab amico diſcreveris, cognitúmque abs te re-*
B *jeceris, vel maximè præeunte ac iter commonſtrante graviſſimo doctiſſimóque Pluthარcho, Imperatoris optimi Trajani optimo præceptore; tuis item preceperis: ſuis contenti ſtipendiis abeant, non eos, qui tuam imploraverint opem, qui ad te non aliter quàm ad ſacram anchoram & parentem communem & protectorem confugerint, ſpolient, mutilent; ut ſatiùs etiam fuerit, vel omnia perdere, vel patria exulare, vel ad hoſtes confugere, quàm tantis laboribus, tantis impendiis, tantis periculis ſaltem Principis fruſtra totiens vel tamdiu poſcere congreſſum. Id quod profectò maximè vulgi animum a Principe avertit; adeò Regem vel malum, communem ſaltem, plebs*
C *æquiore tollerat animo; ita apud Syracuſas arreptam tyrannidem conſtans populi Romani amicus & ſocius Hiero in mite legittimúmque convertit imperium, cùm ipſo habitu benignitatéque a cæteris omnibus nichilò videretur differre. Pateat ad te aditus, pateat cuique ſua tibi aperiendi facultas, da ſupplicantibus digna reſponſa Principe, aut ſi id per occupationes nequeas, eos ordinato, non qui pecuniam tuorum quærant, ſed ſalutem; audi obſecramus, quid Philippo Macedoni contigerit, ad quem cùm anus quædam confugiſſet ſui negotii audiendi poſtulans locum, illo non vacare ſibi reſpondente, inquit: ergo nec Regnum dignum habet Principem, qui tuos non audias. Sed quid hoc? non petimus, ut nobis æqueris, tuam potiùs*

ſuſti-

ſuſtine & auge dignitatem majeſtatêmque, inter mortales planè Divinam, modò cogitaveris tantum velle prodeſſe, quantum poſſis, ut ſentiat patria non majeſtatis fuco duci ſe, ſed ope juvari. Id etenim, quod aliquando a cœleſti immortalíque petimus Deo, incolumitatem videlicet & felicitatem, id & a te, tanquam Dei vices in terris gerente expoſcimus, non ut paupertate noſtra tuas opes auctas arbitraveris, non ut felicitate aut potiùs opulentia tuæ detractum potentiæ credideris, verùm judicaveris potiùs, nos tuarum divitiarum cuſtodes eſſe & quæſtores, noſtráque omnia in tua, ubi opus fuerit, neceſſitáſque poſtulaverit, futura poteſtate. Licurgus ille Lacon Cyro Perſarum Regi, videre cupienti gaſam regiam, cives ejus aſſervatores oſtendit; Crœſus etiam victus cum interrogaſſet, quid ſibi militum ille in capta urbe tumultus vellet, Cyro reſpondente, urbem eos belli jure diripere, quare, inquit, tua diripiunt, & Rege & urbe in tua exeunte poteſtate? Hìc animum adjicias, obteſtamur, o Carole! o patriæ pater! o fauſto nominate Auguſti nomine! atque tandem amoveas, obliteres, quibus parens tua Germania, tua alumna, quæ nato primum vitam, deinde & benigna alimentum præbuit, quæque modò, ut ſe tuearis, ut ſibi præſis, ad te confugit potiſſimum, malè diu audivit, maléque infamis fuit. Latrocinia videmus & rapinas: rara enim huc usque tuta itinera, rara peregrinantium protectio, non incolæ non ſecuri advenæ, atque non adeo plebejorum id ſolum eſt facinus, verum ſolum nobilium nomine: hy enim cum ignaviæ fuci ſint, ſoli dediti inerciæ, ſoli crapulæ, ſoli ſui patrimonii decoctioni, congerentes alias apiculas & mella & flores, unde tandem ſuſtineri Rex poſſit, proſternunt, ſpoliant, trucidant; horrendum revera facinus, nec cuique bono ferendum Principi, ſcilicet orbem tutè peregrinatos in ſola ſpoliari necaríque Germania. Acceſſit ad hanc privatam Germanorum inſaniam publica totius Chriſtiani orbis rabies, ſua in ſemet civilia convertentis arma, & qui bella in hoſtem Chriſtiani nominis vertiſſe debuiſſent, hys communi furia ſe ipſos ad

A *ad internecionem usque confecerunt. Numeretur, heu dicendum nephas! Princeps quiſquam, numeretur natio, numeretur reſpublica, numeretur vel pagus, qui non horrido atrocique bello ingentem ſenſerit cladem. Alii ex nobis bonos amiſimus Principes, alii parentes, alii liberos, alii jocundos aſſuetóſque penates, alii quidquid præterea charum antiquúmque habuimus; & quod (o dolor! o nephas, o dominandi fœda libido!) deteſtandum fuit magìs, Principem religionis paucos ante annos Julium nacti, qui cum præter alia, parum Apoſtolico digna commiſſa viro, Chriſto auctore pacis aſſertor eſſe debuiſ-* B *ſet, ſummæ ſibi eſſe gloriæ putavit, ſi Chriſtianos ipſe omnes in mutuam concitaſſet cladem. Sed quid hæc modo? ipſe ſcis, generoſiſſime Carole, quàm bene conſuluiſſet naviculæ turbulentus ille ac temerarius gubernator, ſi tranquillo potius quàm æſtuanti eam commiſiſſet freto; putavit homo ille pietatem eſſe maximi, ſi Romanam eccleſiam pernicioſis divitiis, profanis ditionibus per phas nephas fracta diſciſſa rupta fœdera, gladios, ſanguinem, mortem ex amore contemeraſſet potius quàm collocupletaſſet, quo Imperium nichil Chriſtianum, vel æthnicum etiam pectus potuiſſet concipere. Tu verò ſi nobis tibique con-* C *ſultum eſſe volueris, nichil pace credes antiquius, nichil pulcrius, nichil melius: illa enim te fovit, illa tibi incruenta tradidit Imperia, illa unanimi omnium voto paulo antè te Regem moderatorémque orbis conſtituit. Quibus ergo artibus Imperium id cuſtodire melius quàm pace potueris? nemo profecto, nemo qui inficias eat, hys artibus optimè ſervari Imperia, quibus parantur, nimirum pace. Mala revera beſtia bellum: efferatum initium triſtem & verè tragicum exitum habet, nec victori grata nec victo dulce ſaltem in expertis. Ea ſolet mortalibus eſſe cupiditas, ut nunquam expleatur; habenti adjiciendum ſemper, maximè in imperiis. Tu verò præclariſſimè egeris, ſi id cogitaveris, quod tritum uſu habet proverbium: Spartam adeptus eam adorna. In alienis occupandis invadendíſque ditionibus ipſe tuas ceu ludo depones apertas. Si alea recte & ad*

votum

votum ceciderit, bene eſt, jam victor jam triumphator appellaris; A *ſin contrà id, quod plerumque ſolet, evenerit; is, qui paulo antè nationibus, gentibus, Regibus imperaſti, alieno cum ſumma & clade & ignominia ſervies victori Domino, & ut inconſtans bellum fortuna verſat, bene ſaltem ageretur, ſi non mors quoque cum vita commutanda veniret, ac ita demum patria, ſuo orbata Principe, in medio hoſtibus diripienda devaſtandáque relinqueretur. Nec hæc exempla quærenda: omnes hiſtoriæ, omnes annales, ipſa etiam noſtra ætas innumera ſuppeditat; ex quibus tamen unici ac ejuſdem domeſtici avitíque memineris: Carolus Burgundiorum Dux, aviæ tuæ, divi Maximiliani conjugis pater, ſi ſuis contentus aliena oppugnare* B *deſtitiſſet, laudatiſſimus profectò Princeps infelicem non oppetiiſſet mortem. Invidebunt tibi aliquando, gravémque credent te ſibi imminere; ſatiùs tecum agitur; malumus invidia urgeri te, quàm commiſeratione deplorari: illa fortunæ, hæc miſeriæ comes eſt. Quòd ſi per illos neceſſariò bellum gerendum tibi, ſi is hoſtis propulſandus finibus, tu quàm potes minimo tuorum malo, minima Chriſtiani ſanguinis profuſione quàm ociſſimè finias, nec cauſas ex cauſis nec ex bellis bella cumulaveris. Porro ſi bellica gloria fervido ac juvenili conſederit pectori, ſi generoſum animum injuriæ ſtimulaverint, ſi dilataſſe fines pulcrum duxeris; rectè egeris, ſi non in tuorum viſcera* C *arma convertas, non in tuæ reipublicæ Principes diſcordiarum ſemina conjeceris; quo nichil poteſt eſſe fœdius & pernitioſius, magíſque a patre patriæ alienum. Habes aliunde ſatìs uberem gloriæ campum: urgent ſemper infeſti Afri, ad occiduum versùs Solem urunt Schitæ, inſultant Thraces, minatur graviſſimus Aſiæ Dominus, truculenti omnes Chriſtiani nominis hoſtes; quos niſi, compoſita prius inter tuos pace, abſterrueris, brevì in penetralibus tuorum ſenties Regnorum; & quoniam illò neceſſariò bellum ſit traducendum, ſatiùs fuerit illorum uri agros, abduci pecora, diripi prædas, dirui munitiones, incendi civitates, quàm ea omnia atque hys indigniora*

A *multò in noſtris ſentire finibus. Habes Duces ſagaciſſimos, promptiſſimos milites, nec minùs belli peritos, neque nos, ubi ſigna occinuerint, cuntabimur, quin te alacres ſequamur, ſanguinem ſimul cum vita poſituri. Nec te hoc loco ſollicitet, quis in hos uſus pecuniam belli nervos ſit adminiſtraturus: non opus fuerit noſtris, hoc eſt, Germanorum Hiſpanorum, ſumptibus id geri bellum, cùm tot annis ymmò ſæculis immenſam pecuniarum molem in eum uſum Romam certatim contulerimus; cùm multarum opulentiſſimarúmque ditionum Imperium ob id* Pontifex *maximus paulatim occupaverit atque poſſideat, qui alioquin Petri, hoc eſt Chriſti Vicarii, ac ejus, cui neque argentum neque aurum fuit, unquam hæres extiterit.* B *Is tibi rationem ſubducat annatarum, indulgentiarum, vectigalium; quæ omnia ſummi Pontifices hoc ſaltem prætextu, atque in alium nullum uſum præter hoſpitalitatem miſericordiæque opera, Cæſaribus conniventibus, cuſtodientium nomine ſublevarunt. Hys ergo acceptis pecuniis, Pontifice ad altaria ſua gerente (quoniam incruentum penitus Petrum in orto Dominus, condito ad vaginam gladio, eſſe voluit, agnoſceréque tamen linguæ mucronem, quo per ſpiritum ac Dei verbum credentium in Domino corda feriret) bellum feliciter fortunatéque aggredere, expleturus tandem nepos, quod tantopere deſideravit avus.* C *Quòd ſi eam diſtractam apud Pontificem inveneris pecuniam, neque in hos converſam vel ſervatam uſus, quid obſtat, cur ipſe tuo, hoc eſt Romano, Imperio, tuis ditionibus manus injicere non poſſis, atque ad te reducto Italico (unde potiſſimum nomen, Germanica partum virtute, habes, Auguſtus appellaris) Imperio, expeditionem ingredi? malè ſiquidem depoſitum illic conceditur, unde nichil reddituros ſperaveris; ſperabimus enim, cum Chriſto Jeſu auctore feliciter glorioséque Chriſtiani ſanguinis hoſtes tuæ ſubdituros manûs ferulæ, aperturóſque triumphanti tibi, triumphatoris Chriſti ſacra ſepulcri adita, agnituros quoque Jeſu Chriſti veluti piæ oves piam paſtoris & vocem & ſtabulum; nec hoc malè Pontificem habere debere, ſi*

nos

Digitized by Google

nos paulo liberiùs loquamur id, quod è re Germaniæ fuerit; quippe cùm videamus, indoleamúsque, tandem ad vivum exugi pecunias nobis, emungi miris artibus ſubſtantiam pauperum, nec quidpiam, quod equidem ſciamus, interea vel in Chriſtiani nominis hoſtes expendi, vel ad augenda pietatis opera converti, ſed heu, abſurdum dictu! noſtrorum opibus, quas multis ſæpe ſudoribus partas conſtat, Itali homines in ſuas voluptates abutuntur, quantóque jam quisque Pontificum pluribus oneratus eſt neceſſariis, tanto plus venit expilanda Germania, quaſi ea ſola ad explendam Italorum famem expoſita eſſe debeat. Et quod omnium maximè indignum putamus eo nomine, quotiens in Italiam venimus, peſſimè audire cogimur, tanquam ſtolidi ebriique non absque magna noſtra contumelia, ſed quam noſtra ſtultitia optimè promeretur. Verùm hæc omnia immeritis nobis a Pontifice imponi dolemus, cui ſuper alias nationes ſemper fuimus fideliſſimi; quo factum eſt, ut feramus utrumque: eò proceſſiſſe tuorum majorum humilitatem, ut quotiens Imperatorem accipiendæ coronæ gratiam Romam accedere contigerit, cum injecta ad frœnum manu Pontificis mulam ducere oporteat, quidquid etiam auſi ſunt libris commendare; feramus etiam, ut Imperii coronam Pontificiis pedibus ſuſcipias, quanquam id nonnichil indignum videri poſſit de Imperatore, ut ſinè cujus auctoritate nulli olim creabantur Pontifices, cui etiam veluti Pontificis collegæ alterum commiſerit Dominus gladium; cùm & ſanctus Samuel à Deo dilectus Propheta Divina juſſione ſuper caput David Regis oleum benedictionis manibus infuderit non pedibus. Feramus item, ut oſcularis ejus pedes, qui vicarius ejus & imitator illius, qui ſuorum diſcipulorum pedes & laverit & oſculatus fuerit, quique ſucceſſor illius eſt, qui corruentem ad pedes ſuos Cornelium Centurionem tum etiam æthnicum ſurgere juſſerit, inquiens: homo ſum quemadmodum & tu. Ferenda hæc omnia, maximè quia ſpeciem habent pietatis, & debetur hoc Chriſto, debetur Chriſti Vicario, quanquam neque Divina lege jubetur, neque eccle-

A, B, C

A *ſiaſtica ſanctione aut ſanctorum Patrum communi auctoritate ſtatuitur, ſed potiùs tollerantia quædam tuorum majorum (qui digniſſimorum virorum ſanctimoniam vitæque integritatem admirati, in tantum ſe ſubmiſerunt) in conſuetudinem irrepſit, atque eo quoque æquiori animo, quòd hæc corporis & ſenſualium incommoda cenſentur. Verum quod infeſtius nobis maléque nobiliorem hominis partem habet (nullo deinceps pacto) ſi omnium ſaluti conſultum volueris, ferendum, ut quia ab Italis in noſtra graſſatum ſit Sacerdotia, in noſtras noſtrorum ſævitum animas; parentum ſiquidem noſtrorum in Deum optimum*
B *maximum pietate, quò Chriſto multæ lucrifierent animæ, Sacerdotia magno per Germaniam conſtituto numero ac dotata egregiè, vidimus modò cum irrecuperabili jactura peſſimis indoctiſſimiſque agaſonibus lenonibúſque in prædam venire, ita ut nulla ſalutis vel minima haberetur ratio, ſolúmque id æſtimetur, quantum redditum habeant, quantúmque pendere quot annis beneficia poſſint. Quo factum eſt, ut unus arripiat omnia, unus deglubat peſſimus per feneſtram ingreſſus latro, Divinus relinquatur cultus, non ſuo pane inops paſcatur plebicula, exempla introducantur peſſima, intereant miſerorum animæ. Quibus demum omnibus nulla alia obvenire ratione poteris, niſi tandem auctore Leone decimo ſeverum, diu intermiſ-*
C *ſum indicas Conſilium, quo uno adhuc labenti reipublicæ ſubveniri poteſt, alioquin deploratæ. Sed illa, o Carole! pene prætereramus, quæ ſummam in hac parte tenent, ut legibus ſcilicet, pulcherrimo pacis operi, animum adjicias. O ſi videres, quot technæ, quot limæ abſolutiſſimo corpori juris pernitiosè, ac calumpniæ tantum cauſa ſint adjectæ ac improbè indies ſinè modo confingantur, adeo ut cuique ſatius fuerit cauſa cadere, quæ habeat, amittere, innexum corpus tradere, quàm lites ſequi in quartum traductas hæredem, ac tum demum ſummi juris ſummam expectare malitiam. Juſtinianus Cæſar, qui in pandectarum libros veterum cum delectu digeſſit leges, jamtum ſuo tempore nimium cumulatas quæſtus auctáſque in di-*

verſam

Digitized by Google

verſam verſuum multitudinem, quæ non tam juſtitiæ æquitatíſque indicaret iter, quàm quæ confuſionem involverent, diſſimilibus diſſentientibus, contrariíſque etiam legibus; ipſe ergo ſuis dato negotio, ut quæ eſſent parum rectæ, eas tollerent & immutarent, quàm optimas excogitarent, quæ bene conſtitutæ eſſent, relinquerent; in leges conquirerent, quæ & juſtæ eſſent & reipublicæ conducibiles & inter ſe conſentientes, quæ lites parerent pauciſſimas, exortas verò ocyſſimè finirent; nulli deinde mortalium jus eſſe voluit commentarios in leges conſcribendi, interpretandíque eas, niſi Imperatori; neminem rectius leges interpretari poſſe, quàm illum, unde profectæ fuiſſent, judicans; ſiqui verò præter Imperatoris edictum id temere conarentur, ipſos crimini falſi, libros verò voluit ignibus obnoxios. Quod ſi modo, in corpus reducta anima, Juſtinianus in vitam rediret, indicta è veſtigio cauſa, non aliquot tantum verſuum milia, verum libros plurimos ineptiſſimos, falſiſſimóſque cum ipſis auctoribus ignibus concremandos mandaret. Tui ergo muneris erit, inclite Auguſte! plebi tuæ proſpicere, ſanctiſſimáſque leges, ſinè quibus juſtitia coli, reſpublica durare, humana ſocietas tueri nullo modo poteſt, perpurgare; quæ ſuperflua, abjicere; quæ vana ac futilia, antiquare; quæ obſcura, colluſtrare; quæ recta, eligere; controverſias brevì finire, nec ad gratiam aut odium judicare, neque ſecum pugnantes ſententias ferre, atque eos, qui in juſtitiam deliquerint, judices ſuis & meritis pœnis afficere. Quæ omnia te nobis, nos tibi addictos reddent ſubditos, firmabúntque ita omnia, ut non ſit periculum, quin brevì florentiſſimum firmiſſimúmque habiturus ſis Imperium juxta armis ac legibus pulcre ornatum, perpetuum tibi, ſanum nobis, hoſtibus formidabile, gratum vicinis, memorabile poſteris; quod ita regat & gubernet, qui id tibi ſinè clade ac ſanguine concredidit, benedictus in ſæcula Deus. Amen.

Eodem anno Carolus Gelriæ Dux inclitus, conſumato jam inito cum Ottonis Lunenburgenſium Ducis filia matrimonio, ubi ſe ex Saxonia ad ſua recepit, uxor jam virum ſolempni

 pom-

A

Cauſa belli gravis in territoriis Mindenſi, Hildeſienſi, Brunſwicenſi & Luneburgenſi

pompâ ſequuta eſt, per Saxones & Weſtphalos iter arripiens, honorificéque, ùt decuit, ubique locorum maximéque ab Erico Monaſterienſi ſuſcepta eſt; at Myndenſis Franciſcus, qui quaſi cognatam majori cum tripudio ſuſcepiſſe debuerat, ſuam in perniciem vianti tranſitum negavit; Wiſurgiæ enim vada præoccupans, ſublatis pontibus, ſalvum jam dudum promiſſum revocavit conductum. Per aliquot igitur miliaria magnâ ſuarum jacturâ ignominioſè retrocedere ac regirare Franciſci territorium compulſa, per Monaſterienſem civitatem & diœceſim iter arripuit. Iratus hanc ob rem Otto unà cum filia Gelriæ Ducem Carolum in Franciſcum incitârunt, & quia id uxori Ducis Præſul ignominiæ præſtitit, tum quia jam du-

B

dum pater ipſius Hinricus infeſtiùs cum Brabantinis bella in Carolum movit, ſícque præſens ignominia veteris meminiſſe jacturæ occaſio fuit; lectis itaque militibus, equitum peditúmque exercitum in Franciſcum Ottoni miſit; ſed & ex Trajectenſi territorio, cui jam dudum idem Præſul Franciſcus inoffenſus dampna multa intulerat, pugnatorum multitudo ſeſe miſcuit; quibus ubi Ottonis phalangæ adjunctæ ſunt, invincibilem ferè exercitum fecêre, quem Otto in Myndenſem trajecit diœceſim, ferro, flammâ ſingula dilanians, Myndam quoque ipſam vallavit, obſedit, artavit, expugnare exorſus.

C

Cives attento, quia Franciſcus ipſos hoſti diripiendos ſuâ fugâ tradidit, ultro civitatem Ottoni tradidêre, datâ ſimul maxima auri ſumma, ut obſidionem ſolveret, ſuam quiſque ſupellectilem obtineat, & ne ipſi ſimul præda hoſti fierent. Magna brevì potitus victoria Otto, Franciſcum, qui jam apud fratres Hinricum & Wilhelmum latuit, in Saxoniam perſequutus eſt, cladéque multa genti illata, opida & caſtella expugnavit, villas ac prædia rogo dedit, diſcerpſit, peſſundedit, pecora abegit, ſegetes vaſtavit, prædam abſtulit, cædem hominum fecit, & ut brevì unà concludam quidquid adverſi potuit, in adverſarios ſummo niſu exercuit. Eadem tempeſtate militaris quidam Hildenſemenſis diœceſis, de Sarden dictus,

ſumpta

ſumpta occaſione Domino ſuo Præſuli adverſari cepit, qui & in multis dioceſim ipſam moleſtavit. Dederat huic Ericus Brunſwicenſium Dux Caleburgium caſtrum forte & munitum, quod quondam Præſulis fuerat, unde acriùs dioceſim illam molleſtaret, Hildenſemenſibúsque inſultaret. Is una dierum miſſis, qui clam Hildenſemenſe opidum incenderent, miniſtris, numeroſam domorum multitudinem unà incendit, maximámque civibus jacturam intulit. Non ultrá paſſus injuriam Præſul, poſtulato & Ottonis auxilio, in Ericum & ipſe exercitum collegit, Callenburgium obſedit, profligavit; & quia ob loci ſitum inexpugnabile fermè fuit, expugnare non prævaluit: in paludinoſis enim ſitum locis inacceſſibile prorſus exercitui erat. Hæc inter Ericus Dux, ſed & Hinricus ſuis cum fratribus Wilhelmo & Franciſco Myndenſi, ſuum in Lunenburgenſem Principatum trajecêre exercitum, nec ſexui nec ætati nec religioni parcentes, omnia flammis dedêre ultricibus, eccleſias Deóque dicata loca, quæ leviter incendi nequiverant, primùm lignis, ſtraminibus, haſtulis, hysque ſimilibus rogi fomentis repleverunt, ſícque appoſito igne in cinerem redegerunt. Nec phas erat alicui quid, niſi ſacra vaſa, aut ſiquid fortè ex auro argentóque repertum fuit, efferre. Codices Divino cultui deditos, quin ymmò imagines ipſas unà cum reliquiis combussêre. Hujus ſacrilegii primicerium Franciſcum fuiſſe ferunt; ſed lento gradu ad vindictam ſuî ira Divina procedit, tarditatémque ſupplicii gravitate compenſat, factúmque eſt aliquando Brunſwicenſes unà tres Duces cum Franciſco Myndenſi phalangas in Lunenburgenſem ducatum traducere, habentes in exercitu nongentos equites fortiſſimos, armis optimè munitos, pedites circiter decem milia ad pugnam armatos, currus duo milia, ſed & triginta octo bombardos, quos capitaneos vocant, ad expugnanda caſtra & opida ordinatos in acie habebant; ſícque per turmas & ſigna ordinatè incedebant, ventúmque eſt in Verdenſem dioceſim. Quos inſequutus Otto unà cum Hildenſemenſi Epiſcopo

A

B

C

A ſcopo Johanne Schowenburgenſi ac Deipfoldenſi Comitibus
certamen inire parati, qui & ipſi in exercitu ſuo equeſtrem
militiam copioſam habuere, quæ mille quingentorum arma-
torum exceſſiſſe numerum credita eſt, cum hys decem quo-
que milia peditum electorum, ſed & alia quatuor milia, quæ
Carolus Gelriæ Dux Ottoni miſerat; habuêre præterea Erici
Monaſterienſis Epiſcopi militiam, ad fratrem Hildenſemen-
ſem Præſulem miſſam, verè maſculam, animis & armis infra-
ctam; habentes & ipſi ſuis in phalangis currus, bombardos
non paucos. Occurrêre autem ſibi exercitus in Apoſtolorum
B Petri & Pauli vigilia. Vidêre Saxones Ottonis Præſulíſque
exercitum fortem admodum ac infractum & ad pugnam jam
jam ineundam paratum, in unum conglobati inexpugnabilem
quaſi ſeſe cuneum fixêre; at pars adverſa leonina in hoſtem
animoſitate irruens gravem pugnam excitavit, ac ſinè omni
miſericordia ſæviens quatuor milia & trecentos occidit, Hin-
ricum Ducem & Franciſcum in fugam vertit, Ericum & Wil-
helmum Duces cepit, ſtragémque hominum ingentem fecit:
cecidêre enim eò loci, ùt dictum eſt, quatuor milia trecenti
ex parte Ducum, at ex parte Ottonis & Præſulis centum tan-
tùm occiſi ſunt: cecidit ibidem Baro quidam multis cum mi-
C litibus, quem Georgius Miſenenſis Erico & Hinrico Ducibus
in auxilium miſerat. Inter dividendum ſpolia reperta ſunt in
theſauris Principum plùs quàm triginta duo aureorum milia
in auro, argento, clenodiis ſupellectilíque pretioſa: ſed &
bombardi XXXVIII, caballi militarium quingenti, equorum
currilium duodecim milia, multa quoque alia in auro, argen-
to, armis, ſupellectili varia, quæ ſecum in pugnam tulerant
Principes & exercitus, inventa ſunt atque partita cum lætitia
& tripudio, veluti exultant victores, quando dividunt ſpolia,
fecítque ibidem Otto Dux aureatos milites plures, inter quos
Johannes Schowenburgenſis & Deipfoldenſis Comites milites
facti ſunt. Principes Electores, hujuſmodi ſtrage percepta,
quia Rex Romanorum jam noviter electus nondum ex Hiſpa-

nia

Digitized by Google

nia venerat, medium ſe poſuêre, & poſtulatis treugis quinque menſium & acceptis, graviſſimis ſub pœnis pacem indixerunt, interim Principes cum captivis exactionandos eſſe, ſícque rem à Principibus diſcutiendam, pugnam ſedandam, tranquillitatémque provinciis reddendam ſtatuêre. Haud tamen longè pôſt Ericus ſolutus eſt, multo auro redemptus patriæ reſtitutus eſt. Demum Principum ac Procerum condictu Sernis opido partibus ambabus dietæ ſtatutæ ſunt compoſitæque; ubi diffinitum eſt, ſuper illata dampna Ericus ſexaginta milia, Wilhelmus quindecim milia parti adverſæ ſolvere compulſi ſunt aureorum; Franciſco autem Myndenſis eccleſiæ Pontificatus redditus eſt. A B

Werlis opidum Colonienſis dioceſis ob inſolentiam quorundam civium & in Epiſcopum ſuum rebellionem hoc anno faſtûs ſui ultorem invenêre: nam Præſul unà cum fratre germano forti manu opidum ingreſſus eſt, inſolentes in vincula conjecit, quoſdam capite truncavit, libertate penè omni civibus rebellibus ſublatâ, etiam fortiſſimum intra urbis muros caſtrum erexit, foſſatis & vallo cinxit, ſtipendiarios poſuit ac animoſitatem civium humiliavit. Quæ tamen omnia coactus & quaſi invitus Princeps fecit. C

1520. Werlenſes Archiepiſcopo rebelles puniuntur.

Ipſo anno Ericus poſt multos hinc inde tractatus habitos Lingen caſtrum Nicolao Teckenburgenſi Comiti reſtituit, ita tamen, ut Monaſterienſis eccleſiæ ſubjectioni maneat, & circa cognationem præfatorum Comitum hæreditas perduret.

Lingen & feudum Monaſterienſe.

Hic, Lector benevole! in hiſtoria Weſtphaliæ ſeu annalibus ſuis gradum ſiſtit Wittius, calami ſimul ac vitæ curſum abrumpens. Miraberis fortè, in iiſdem ne vel verbo attingi dogma Lutheri, cujus tamen initium incidit in annum 1517. *Verum reticentiæ iſtius ratio in defectum ſufficientis tunc notitiæ merito refundenda videtur: cum Lutherus ea*

ætate ob metum Electoris & Imperii nondum in palàm ſed clandeſtinè egerit usque ad annum 1523, *& hinc acta illius eo temporis intervallo hisce partibus, adeóque & ipſi Wittio manifeſta non fuerint. Annalibus iſtis compacti conſpiciuntur Tractatus quidam eodem charactere conſcripti, videlicet primo:* Succincta elucidatio Suſatenſis prælii, *de quo ſuprà pag.* 514 *C & ſeq.* 2*do:* Inteſtinum civiléque bellum Monaſterienſe, *de quo ſuprà pag.* 532 *C & ſeq.* 3*tio:* Brevis notitia circa ortum, Abbatiſſas & Abbates monaſterii Liesbornenſis, 4*to:* Hiſtoria illuſtrium virorum Ordinis S. Benedicti. *Quos proinde velut appendices ac ſupplementum hiſtoriæ Weſtphalicæ ex autographo Authoris hìc infrà ſubjungamus.*



AP-



APPENDIX I.

SUCCINCTA ELUCIDATIO SUSATENSIS PRÆLII.

Legimus: apud Trabrobanem inſulam ingentem, quæ longè trans Indiam in Orientali ſedet Occeano per tranſverſam diametrum, ùt ajunt, objecta Britaniæ, Rex arbitrio populi conſentiens eligitur, vir ex omnibus optimus; nichil ſanguis, nichil opes proſunt; omne ſuffragium de virtute oritur, ita ut nunquam judicio favor officiat. Sancta profectò felixque electio, quæ ad noſtros utinam perveniſſet! neque malis pejores, neque pejoribus peſſimi ſuccedentes, tantâ clade cædibúſque tantis ne urbes modò, verùm & orbem terrarum tradita per manus nequitia ac ſuperbia corripuiſſet. Unde tirannides, unde Regnorum, provinciarum, urbiúmque depopulationes? profectò dum quique, quod ſuum eſt, quærunt; dum divi-

A divitias honoréſque appetunt; dum præeſſe magis quàm prodeſſe
volunt, & virtute poſthabitâ genus & ſanguinem perpendunt;
dum etiam pravorum conſiliis innixi, in ſubditos ùt feræ ſæviunt;
illúmque ſanguinem fundunt, pro quo ſervando ſanguinem ſuum
ultro fundere deberent, civibus aurum rapientes, quod diris prædonibus
largiantur, ſpoliantes ſuis qui paſcendi opibus fuiſſent,
nec patriæ ſalutem, nec civium ſuorum profectui intendentes.
Quod vel noſtro ævo in aperto videre eſt: Agrippinæ namque
eccleſiæ Antiſtes Theodericus, vir aliàs optimus, ſi non ſuorum
pravis dementatus conſiliis fuiſſet, ſi item ſuam eſſe patriam meminiſſet,
ſi obverſaretur animo publicæ matris effigies, nunquam fra-
B tres laceràſſet ſuos, cum quibus æquam pueritiam atque adoleſcentiam
egit, eodem cœlo uſus, iiſdem aquis, ludis & luctibus, nec
eâ mente de illorum tergo poſſet ludere atque illis flentibus gaudere.
Verùm utì de ejusmodi dici ſolet: qui libertatem auferre aliis cepit,
ſecuritatem ſibi, requiem utriusque abſtulit, habiturus in civibus
tirannidem, in arenis domum, in vepribus ſtratum, in prærupto
ſedem, in rapinis inopiam, in miſeriis invidiam, uſitatum
quoque & communem tirannorum forſan exitum aut gladium aut
venenum. Verum illud dictum: *Ad generum Cereris ſine cæde &
vulnere pauci Deſcendunt Reges & ſicca morte tiranni.* Et quàm
verè id dictum ſit, eſto ipſe evadat, indicat tamen Alexandri Ma-
C cedonis exitus, Dioniſii quoque Siracuſii, & quem occidiſſe immortalis
gloria interfectoribus fuit, Hiparchi Athenienſis occaſus;
cæterum Caſſii, Melii & Manlii Romanorum civium, Cathalinæ
quoque & Gracei non tiranni quidem, ſed tirannidem affectantes,
ínque impiis conatibus apprehenſi atque oppreſſi. Verùm de hys
ſatis, ad rem geſtam exarandam accedens, quâ poſſum brevitate
hiſtoriam ſuccingam: nam ſi ſingulatim aut pro magnitudine parem
diſſererem, tempus quam res maturiùs me deficeret:

Frederico igitur tertio Imperii frœna moderante, Theodericus quidam, illuſtri Morſenſium proſapia exortus, Agripinenſis eccleſiæ ſedem tenuit, Angariæ quoque & Weſtphaliæ Ducatûs gubernator, vir ſecundioris fortunæ arriſu immodicùm elatus, præpo-

tens

Digitized by Google

tens opibus, dignitate ſublimis, Principatu magnus, porro qui A
multa & præclara rei militaris facinora patrârat: bis enim cum Sigiſmundo Imperatore in Bohemos exercitum movit, infauſto omine licèt, Weſtphalico quippe auro diverſáque ſupellectili Bohemos ſupra modum, dum fugæ præſidium capiunt, ditant; & qui grandia in ſciſmaticos patrare facinora decreverant, inglorii prædæ patuerunt. Non eſt hujus operis hujúſce rei cauſas aſſignare: notæ ſunt hiſtoriæ; & quia contentio facta eſt inter Principes, & errare fecit eos in invia & non in via. Itaque dum Theodericus potentiâ & divitiis præeminens tirannidem ſibi uſurpare niteretur, deſcriptione clam per dioceſim factâ, quantum quiſque ſecundæ ſibi fortunæ
deberet, ſcire avidus, nec clero nec perfidis quidem Judæis par- B
cens, contributionem, uti deſcriptione notaverat, capita per ſingula dari indixit, vi â nolentibus extorquere, obſecundantibus pondus ſupra humeros aggravare. Quâ re hy, qui Angariæ ac Weſtphaliæ Ducatus incoluêre, cognitâ, inficiari factum, negare cenſum. Præcepit igitur in Suſato, totius Angariæ Ducatûs capite, deputato ad hoc loco gaſophilacium ponere, contributionem immittere, cives exactionare, ut capite preſſo, cætera faciliùs membra peſſundaret; & quò minùs reſiſtentiæ haberet, etiam extortæ pecuniæ partem civitatis in uſum cedere decrevit. Verùm privilegia ſua illibata cunctíſque optandam libertatem in ſe ſuíſque mem-
bris ſervaturi cives, primùm inficiari poſtulatum, concivium ino- C
piâ ſuas augere opes velle, indignum rati, odio eſſe Principi malle, quàm funeſtè quid in ſe aut ſuos attenptare: nam ſicut conceſſum eſt, ùt quidam dicit, quiſquis ſibi malit acquirere, quæ ad uſum vitæ pertinent, quàm alteri, naturâ non repugnante; ita prohibet natura, ut aliorum ſpoliis noſtras facultates augeamus; ſed ſicut contra naturam eſt magìs detrahere alteri, commodi ſui cauſa, quam mors quam dolor; ita magìs eſt ſecundùm naturam pro omnibus, ſi fieri poſſit, labores & moleſtias ſuſcipere, quàm vivere ſinè moleſtiis in maximis voluptatibus. Coîere igitur in unum provinciales, adhæsêre ſibi, in exactionem nunquam conſentire ſe velle firmârunt, confectis inſuper ſuper hoc literis, ſingula-

A rum urbium ſigillis hujúſce initi fœderis in teſtimonium appenſis.

Eſt autem Soſatum vetuſtiſſimum non ignobile Weſtphaliæ opidum, in campo ſitum, opere magis quàm naturâ, armis viríſque munitum, glebâ pingui ac fertili ſolo dotatum, Angariæ quoque Ducatûs caput, multis Apoſtolicæ Sedis gratiâ refertum, Imperatorum ac Principum privilegiis opulentum, usque ad Dagoberti Francorum Regis tempora Francis ſubjectum. Verùm Dagobertus Rex ubi Sigibertum, quem ex Remtrude acceperat filium, Colonienſi Antiſtiti Cuniberto vitâ & moribus conſtituendum, quaſi poſt ſe regnaturum, commiſit; Suſatienſis quoque urbs Agrippi-
B næ eccleſiæ â Rege aſſignata fuit: factum eſt enim Dagobertum in Saxones arma ſumere; qui dum animoſiùs exciperetur, quaſi viribus ſuis deſperans Rex, genitoris manum fortiorem poſtulavit; multorum itaque auxilio ſtipatus, bellum initur animo pari, haud pari tamen exitu: nam fuſo hoſte Rex mares enſis ſui longitudinem ſupereminentes totam per provinciam cruentâ cæde jubebat libari; ſicque Saxoniâ oppreſsâ, Cuniberto Præſuli Soſatum in prædæ partem aſſcribitur, & tum primùm Agrippinæ eccleſiæ ſubditur. Sæva hæc animadverſio in Saxones legitur fuiſſe ſexcenteſimo quadrageſimo quinto Domini anno, pontificante Romæ Martino primo ſub imperio Conſtantini, Conſtantini Heraclionis fratris filii, hæretico-
C rum peſſimi, Romanæ urbis depopulatoris avariſſimi, porro qui ſeptem in diebus plus urbi detraxit, quàm barbari antea in ducentis & quinquaginta octo annis fecerant. Et mirâ Dei diſpoſitione eodem tempore actum eſt, haud minorem animarum numerum ab ipſius inferni baratro eripi, quàm rigido Francorum mucrone ex Saxonibus contigit patentibus orci faucibus immitti: Cæſarea enim Perſarum Regis uxor, ignorante viro cum paucis fidelibus Conſtantinopolim venit, ſacrúmque babtiſma ibidem devotiſſimè ſuſcepit. Quo audito, vir ejus confeſtim legatos ad Imperatorem Conſtantinopolim miſit, uxorem ſuam repoſtulaturos. At Cæſarea ſe non repatriaturam, niſi vir Sacramentis Chriſti initiatus eſſet, reſpondit. Rex itaque cum quadraginta milibus Perſis pacificè ad Imperato-

ratorem Conſtantinopolim venit, & unà cum omnibus ſacrum baptiſma ſuſcipiens, dotatus eſt multis muneribus cum uxore ſua; jam ambo in fide fundati ad ſua cum lætitia redîerunt, & revera Cereris gener gaudium, quod in nece crudeli ex Occiduis ſuſcepit, in Orientalibus infauſtiùs amiſit: in Saxonibus quippe, quod ſuum erat, accepit; in Perſarum converſione, quod diu poſſederat, triſtis perdidit. A

Humanati igitur Verbi anno ſupra milleſimum quadringenteſimum triceſimo octavo, ubi Theodericus ſuos in unum coiſſe novit, vir acris ingenii, cujuslibet rei ſimulator atque diſſimulator ſubdolè cum civibus pacem firmare, fœdus inire, privilegiis gaudere cives debere, uti plebiſcitum non per manus libertatem retinendam eſſe, ſeſe in omnibus obſecundare & quod juſtum eſt, ſervare velle ſimulavit; quod & literis ſigillo ſuo munitis roboravit. Jam quaſi de pace ſecuri Rudenſes primùm, dein & cæteræ civitates priora confœderationis literis appenſa repoſtulârunt ſigilla. Quod tametſi cives ultro fecerunt, altiùs tamen in pectus res hæc Senatûs, quàm quiſque ratus erat, deſcendit: intellexêre enim viri cordati Theoderici, repoſcendorum ſigillorum inſtigatoris, animum, eóque proceſſum, ut civitas relinquenda Præſuli aut armis retinenda, & ſi res ad certamen veniret, in ſolos Suſatenſes pugnæ vim proceſſuram. Unde jam quaſi votorum compos multorum amicitias quæſivit, familiaritatéſque ipſorum, qui jam jam à Suſatenſium contubernio defecerant, poſtulavit, omnium in ſe animos allicere ſtuduit, multáque in cives cogitare, humiliandos, peſſundandos ac vi armíſque extremam in ſervitutem redigendos eſſe, id ipſum & verbis & factis, ſi modò fidem in amicis locandam fore probaret, patraturum. Ex eo tempore anxius moliri, parare atque eo modò in animo habere, quibus id modis, quod optavit, perficeret: cepit igitur cives capere, nervis artari & quaſi in ſervitutem redigere, æqui oblivíſci, vi uti, tirannidem exercere, minas ingeminare, juſtas civium preces ad ſe crebriùs fuſas animoſiùs ſuî in perniciem contempnere, beneficiorum oblivíſcí, expenſarum, laborum, ſollicitudinum pro Agripinenſis eccleſiæ libertate abs Suſatenſibus

A tenſibus factorum immemor. Verùm hæc fermè omnium Principum peſtis, quos non modò ingratos intueare, verùm maximam beneficiorum partem perdidiſſe reperies, ymmò injuriis beneficia penſantes. Sed ecce! res longè aliter, ac ratus erat, evenit: libido enim maxima invaſerat Præſulis animum reipublicæ capiundæ; neque id quibus modis aſſequeretur, penſi habebat. Ut autem perpendit invictum civium eſſe animum, nec terroribus nec minis quidem vincendum: quippe qui libertatem, patriam, parentésque armis tegere, pericula virtute propellere, vim vi pulſare præ ſe ferebant, concitò Walramum Trajectenſis Sedis occupatorem germanum cum hys, qui ejus partis erant, militibus in cives armavit.
B Fuit autem numerus Capitaneorum, qui cives infidârunt, trecentorum ſexaginta ſex virorum denominatorum, per quos omnes res aſperas agere diſpoſuit, porro quibus labor non inſolitus, non armatus hoſtis formodoloſus, ſperans civibus maximo terrori eſſe. Sed hoc peſſimum habet tirannorum vita, ut quibus fidendum eſt, metuant ſemper, fidántque, quibus fidei nichil eſt, totúmque hoc malum faciunt vel immeritis irrogatæ injuriæ vel indignis erogata beneficia & ambitione turbatus ordo rerum, amici ex hoſtibus, hoſtes ex civibus. Multæ ob id hinc inde dietæ ſervatæ; verùm cives pro patriis legibus malle mori, quàm libertate amiſsâ vivere, parati propoſuêre armis contendere. Igitur Præſul maximas pòſt
C copias parat, urbem properat expugnaturus; cives, re cognitâ, legatos obviam miſêre, rogaréque initum jam dudum fœdus ne dirumperet, ſervatiſque ipſorum privilegiis, obſecundantiſſimos ſe ſibi inventuros, utì ſigillatis etiam propediem literis ſpoponderant. At ille faſtu tumidus totius urbis dominium petere, séque civium in proximo haud gratum futurum hoſpitem promittere Magiſtratui reſpondit. Quo exacerbati reſponſo: ſi, inquiunt, ita erit, ad talem cœnam Suſatenſes nunquam tam opiparè & copioſè ſe præ diſpoſuiſſe ſciret, gratius ruere quàm pendere arbitrati; reſpirandi enim tempus optare fatigati eſt, miſeri & inſani nec pacem pati poſſe nec bellum.

Ut

Ut perpenſum eſt, irrefragabilem imperterritúmque civium A
animum, ſuum inſuper perdidiſſe conatum; novi quid moliri ſtu-
duit, & quod facto opus fiet, conſulto poſcere. Misêre igitur le-
gatos majoris Agripinenſis eccleſiæ Canonici, rogare ea quæ pacis
ſunt; ſed utinam ſincera! utinam perpetua fuiſſet! non enim no-
vum ſed commune nimíſque quottidianum eſt, ut ſub umbra pa-
cis bellum lateat; quod & ſubſequens hiſtoria declarabit: Suſci-
piunt quidem pacem præſtitam cives, novùmque initum fœdus
eſt, legibus ſcilicet ſuis, ud cives, debere invitum etiam Præſu-
lem ac Canonicorum vota inficiantem pacem ſe cum civibus ſerva-
turum compulſurum iri; confectis inſuper ſuper hys literis Capituli
ſigillo munitis, Præſulíſque ſigillo muniendis. At ubi ad Præſulis B
aures res hæc venit, & poſcere Epiſcopi ſigilla cives, id reſponſi
acceperunt: Canonicos nil juris ſuum habere in Præſulem, diſcre-
tioni ac judicio civitatum ac provinciæ Majorum ſe ſtare velle. Sa-
nè ridiculoſa admodum excuſatio, ſi ludicra inter ſeria, funeſtior
non redderetur; voluit quippe inimicos, hoſtium judices conſti-
tuere, qui nec in ſe rectum quid videre, minùs in alio potuerunt;
perpenſo autem meliorem bellicoſam libertatem viris eſſe fortibus,
quàm pacificam ſervitutem, Præſulis inficias ire vota, ac ſuper lite-
ras jam crebriùs innovatas ſe cives fundâre; unde ad Regem Ro-
manorum citati, ubi per legatos, liberos ſe eſſe Saxones, affir-
mant, Angariæque Principatûs caput tenere, ad Lowenburgenſem C
Ducem, Saxonum Principem citati ſunt; ubi item miſſis legatis
Eugenium Romanæ urbis Antiſtitem appellârunt, prudenti uſi con-
ſilio, dum eccleſiaſticum judicem viro eccleſiaſtico deſignârunt.
Ipſo igitur anno, qui eſt Domini milleſimus quadringenteſimus
quadrageſimus quartus, Frederici item Cæſaris quartus, dum Su-
ſatenſes pacem ſperant, Theodericus pacem ferre non ſuſtinens,
in ipſis ſacræ Quadrageſimæ diebus cis Renum exercitum contraxit,
tirannidem in cives executurus, prædam atque carnificinam animo
impleturus & ſanguinem auri ſitiens monedula, tenáxque nec miſ-
ſura cutem nec plena cruoris hirudo, ſperans ſimul ſpe pacis cives
perdere, ſperatæque paci inſperatam calamitatem ſuccedere, in-

A cautos ſopitóſque obruere. In Arnsburg igitur primum, dein per Werldenſe opidum inhoneſtas phalangas duxit; ubi caſtrametatus Hinricum Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopum fratrem, Tekenburgenſem quoque & Rethburgenſem Comites ad ſe accerſivit unà cum provinciæ militaribus, opidorúmque ſuorum primoribus conſilium habiturus, quibus modis Suſatenſes commodiùs opprimeret, quáve arte & induſtriâ â ſuis eos privilegiis ac libertate retraheret, ſi vi, ſi ingenio peſſundaret, dubius. Etſi rem, ùt erat, ob loci ſitum cives ignorare non poſſent, conſultò tamen, quidquid neceſſarium erat victui, intra urbis etiam mœnia toti exercitui emere eſt permiſſum, ut quem prece flectere nequiverant, vel beneficiis
B ad pacem allicerent. Demum ſoluto conſilio, quò venerat, reverſus eſt, ſacrum Paſcæ feſtum cis Renum celebraturus.

Accepto conſilio, moræ impatiens Præſul, quid animi in cives habeat, illico oſtendit: nondum lux quarta decima tenebris terga dedit, & ecce! Præſul Notarii manu exequutum in cives mandatum miſit, decimam partem eccleſiæ Paſtoribus dandam indicens, inſuper â centum & ſuprà annis detentam, maximis ſub expreſſis pœnis extorquendam, ſimul ne de judicio & juſtitia adminiſtranda ſeſe intromitterent, præcepit; & quod altiùs, quàm quisque ratus erat, in pectora ſeniorum deſcendit, ſimul cives hæreticos, ſciſmaticos, ab unitate eccleſiaſtica dividendos pronunciavit.
C Qui revera erant juſtitiæ zelatores, qui pro legibus ac privilegiis malle mori, quàm, hys ablatis, liberum ac ſolutum per licentiam inſoleſcere animum humanum ſecum ſtatuerunt. Verùm conſultores in cives conſilium dedêre inſipiens: nempe res hæc plerumque magnas civitates peſſundedit, dum alteri alteros vincere quovis modo & victos acerbiùs ulciſci volunt; patientiâ autem & conſilio cives omnes Præſulis irritos fecêre conatus. Convocatis itaque omnibus, quid conſultò hac ſuper re agerent, tractare, aut ſerviendum eſſe aut per manus libertatem retinendam; una omnium vox: nec opes nec vitam juſtis præponendam legibus, repudiandum Præſulem, Clivenſis Ducis primogenitum Johannem privilegiorum ſuorum tutorem poſtulandum. Is enim Johannes apud multorum prælio-

præliorum expertiſſimum Carolum Burgundiæ Ducem inter ſcalares alas jam dudum militiam exercuit, qui ùt fama erat, ab adoleſcentia hoſtem ferire didiſcerat, bella, cædes, rapinas exercuerat, corpore vaſtus, animo audax, quem & pro Duce exercitus habebat. Placuit ſententia, diffinitúmque eſt, rem ita maturare; ne tamen quid æqui prætermiſiſſe videretur, rem ut erat, Præſuli, Capitulo, Senatuíque Agripinenſi ſignificare ſtatuerunt, fusâ etiam prece divortium prævenirent, fruſtra poſt factum niti, in proximo futurum ſanctæ Pentecoſtes diem dimembrationi ſtatuiſſe, oſtenſis quoque inter ſe & Ducem initis confœderationis novæ literis; cæterùm epiſtolis, ubique locorum ſuâ pro expiatione mittendis, innoteſci omnibus, quantâ tirannide oppreſſi tanto ſe diſcrimini dediſſent, crebriùs pacem violanti inculpatè fidem non ſervari. Hæc ubi Præſuli per Canonicorum legatos innotuêre, ſpe initæ confœderationis revocandæ Walramum fratrem ad Clivenſem miſit Ducem legatum; verùm incaſſo labore, ſpe fruſtratus ſuâ ad germanum Præſulem rediens, infractum Principis animum nullâ incurſione hoſtili turbandum aſſeveravit. Videres jam Præſulem fluctuare animo, & quid ageret, vacillare; novit profectò omnes ſuos in irritum prorſus iiſſe conatus, ſuámque jam induſtriam periſſe; haud tamen deſperans telam ordiri novam cepit, pacem poſtulare, fœdus inire velle, urbis privilegia, leges, plebiſita illæſa permanere poſſe, illati dampni incommoda refundere promiſit. At cives, qui jam fœdifragi viri animum crebriùs didiſcerant, nullam verbis fidem accomodantes, inficiari pacem, vota flocci pendere, armis contendere parabant. Unus omnium animus, vox una, Adolphi filium Johannem ſibi præfici Principem, legum privilegiorúmque ſuorum tutorem.

Quintâ igitur feriâ, quâ Corporis Chriſti feſtum celebre peragitur, Clivenſis quendam Johannem Steken octuaginta cum equis Principis in proximo adventum futurum nunciare præmiſit; quem illico decem millium martyrum die cum duorum millium quadringentorúmque equorum phaleratorum exercitu ſequutus eſt; proximâ autem die ſequenti, quæ in vigilia Johannis Babtiſtæ cecidit,

 homa-

A homagio præſtito & accepto, ſigillatis inſuper literis hinc inde da-
tis, lætum novo cum Principe diem egêre. Sequenti autem die,
dum Princeps orandi gratiâ primam urbis eccleſiam intrâſſet, ante
beati Patrocli reliquias preces fuſurus, ubi chorum intrare voluit,
Decanus ante intraturi Principis ora oſtia claudere ſeráſque munire
præcepit. Porro ab anno Virginei partûs milleſimo quadringente-
ſimo triceſimo ſeptimo in hanc usque horam quidam Albertus Mi-
lickhus equeſtri Ordinis vir Decanatum tenuit, veriùs dicam, ti-
rannidem in Decanatu exercuit, prout ſequens hiſtoriæ textus pro-
babit: intra civitatis mœnia conſtitutus licèt, Præſuli tamen in omni-
bus favit, Canonicorúmque præbendas, quantùm prævaluit, atte-
B nuavit: vinum *Lætare*, Magiſtratui ac Canonicis ab antiquo dari
ſolitum, ſibi appropriavit, Divinum cultum ſuo pro poſſe tam in
cantu quàm in pulſu minoravit, & quæcunque de eccleſiæ bonis
potuit, ſibi uſurpavit. Is talis eccleſiæ valvas Principi præſumpſit
claudere, quæ hactenus omnibus etiam ſceleſtiſſimis patuêre; nec
mirum, ſi animo infrunito hominem deſpicit, qui corde etiam ob-
durato Dei timorem projecit. Itaque inito jam dudum fœdere con-
firmato, Clivenſis ipſo die ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum
cum exercitu valido gravique manu Lippiam ingreſſus eſt, ubi in
præſentia Bernardi Comitis ejus opidi cives in forma, qua patri
Duci præſtiterant, homagium præſtiterunt: civitas quippe Lippen-
C ſis pignoris loco Duci aſſignata erat, multo redimenda auro, ſi-
quando Comes prævaleret. Nec moram nectere Princeps, ſed con-
citò ipſo die Suſatenſes maturabat inviſere, eáque quæ ad in proxi-
mo inſtans bellum neceſſaria ſunt, ordinaturus. Ea inter Colonien-
ſes arma arripiunt, ignem in vicinia mittunt, primum futuræ cala-
mitatis dedêre initium; verùm non poteſt, niſi quam habet, hæ-
reditatem pater filio dimittere arcum, ſcutum, gladium & bellum,
& quietem ſibi & aliis auferre. Videns itaque Clivenſis ignium glo-
bos fumíque vaporem in altum aſcendere, rem, ùt erat, intelli-
gens, Vulcani & ipſe jaculis, quæcunque vianti obvia erant, de-
molitus eſt. Patrâſſet profectò præclara rei militaris facinora Prin-
ceps tanto ſtipatus agmine, ni nobilium quorundam, quos ſecum
in

Digitized by Google

in phalangis habuit, retractus fuiſſet precibus, qui, non præviâ inſidatione, in Præſulem facinoris quid committere inhonorum duxêre. Ordinatis igitur hys; qui intra mœnia militaturi erant, proximâ quartâ feriâ ad patrem Ducem reverſus eſt. A

Non potuit pacis prædo pacem pati, quietem admittere: nempe ipſo Diviſionis Apoſtolorum die quidam Johannes Freſeken quietis impatiens, audax & ſubdolus equeſtris Ordinis, contracto exercitu, habens etiam in comitatu immodicam peditum catervam de circumjacentibus opidulis Warſten, Bedeke, Ruden, Hertesberge, quæ à Suſatenſibus defecerant, Jeſchen villam haud longè ab urbe ſitam rogo ſuccendit, ſinguláque demoliri cepit; at cives flammarum indicio adeſſe hoſtem perpendentes, civitatem B
egreſſi primam manuum concertationem in hoſtes victores futuri habuêre; ubi fugatis Colonienſibus, quatuórque occiſis, quadraginta tribus captis, Johannem quoque exercitûs Ducem cum ſex ejusdem Ordinis viris, equis ſimul XLVIII inſellatis captivum duxerunt victores in urbem. Hæc Colonienſium prima fuère initia, paulatim in maximam ipſorum perniciem proceſſura, & quià ſecundioribus infauſta velociùs currunt, triſtiáque lætis ſe ſœpe præoccupant, res hæc Præſulis ad ora venire maturavit. Igitur ſiniſtrum inopinatúmque ſuorum caſum audiens, civitatem milite munitam, repatriâſſe Principem, dimiſſum jam exercitum, furore ebrius vindictam in hoſtem meditari cepit, contractóque exercitu C
in campum legiones duxit. Commiſcuêre ſe Hinricus Monaſterienſis Epiſcopus ſuo cum exercitu, fratri auxilium præſtiturus, Waldegenſis, Retburgensíſque Comites, ſed & Padefontana ex dioceſi virorum multitudo copioſa animoſum belliducem habentes. Tanto ſtipatus agmine Præſul in urbis mœnia aciem direxit, & apud Naſenſteyn caſtra fixit, ubi triduanâ depopulatione cuncta adjacentia igne devaſtans, etiam ſata ipſa in agris ſuccendit. Accepto autem nuntio, quod Clivenſis in prœlium deſcenderet, relictis, quæ ad victum neceſſaria ſunt, ſolutis caſtris, Werlis opidum fugæ præſidium accepit. Dicto fermè citiùs in Suſato viſus eſt, qui Principis in proximo adventum ſuſtinendum nuntiaret. Quo ex-

A hilarati nuntio cives exacerbatum in Præſulem animum lenire cupidi Principi obviam ire atque ſuper Theoderici facinus rogitare. Etſi itinere fatigatus Princeps, ſuorum tamen dampnum ulturus Bodecke deſtruxit, domum item thelonarii, unde jacula in exercitum miſerunt, ſolo æquavit in ultionem vel maximæ injuriæ Principi ibidem illatæ: quippe ante ejus adventum publicè eos eò loci cantâſſe fama fuit: **Kick uth, daget yd nicht? Kommt dat Kynt van Gente nicht?** hoc eſt dicere: ad Solis ortum ut aſpicerent, ſi non Clivenſis puer de Genth veniret; ibi enim jam dudum cum Carolo Burgundo militiam Princeps exercuerat. Succenſis itaque, quæ rure patebant, villis, & ipſi uti Theoderici exercitus in ſegetes
B igne ultionem dabant. Hys patratis cibato exercitu, ne fatigatum itinere Principem labore gravarent, civitatem ingreſſi ſunt, ſicque verſus eſt in luctum chorus, organum in vocem flentium.

Proximâ Bartholomæi die civitas Lippenſis bellum Præſuli dedit: inſurgunt in bella militum fragor, lituûm ſtridor; nunc hos nunc illos conſumit gladios, pax una exulat, paſtor armatus ſilvis invigilat non tam lupos metuens quàm raptores; loricatus arator haſtam ad uſum ruſtici pugionis invertens recuſantis bovis terga ſollicitat; auceps retia clipeo tegit, & piſcator hamis fallentibus hærentem eſcam rigido mucrone ſuſpendit; aquam de puteo petiturus, rubiginoſam galeam ſordido fune ſuſpendit; denique nichil
C ſinè armis agitur, nichil incolis inter ſe aut tutum videas aut pacatum audias aut humanum ſentias, ſed bellum ſed odium: nam Præſul circumquaque in opidis & caſtris militum præſidia, quibus civitates artaret, collocavit; Dux æquè ſuos tutis in locis armatos in hoſtem animavit, qui alternis incurſibus totam penè provinciam diverſo Marte jam ferro jam flammâ demoliti ſunt, nulli ſexui, nulli ætati, nulli ſtatui parcentes, maximè hy, qui in Werldis & Hoveſtad præſidiis conſtituti erant; æquè enim in Sacerdotes ùt in vulgus, ita in fœminas uti in mares ſæviebant, mulieres puellulásque opacis mancipârunt carceribus, quas ùt viros exactionabant; prægnantes, pudet dicere, carceralibus extenuatas pœnis, proch nephas! abortire faciebant & natum jam cum matre puerulum interi-

Digitized by Google

terimentes, quod & apud æthnicos inauditum, ipſa quoque Babilonica Memphis abhorruiſſet. Verùm impiis ipſorum auſibus reddat operum mercedem judex juſtus Deus, det juſtitiæ palmam, civium adjuvet conatus, aciem dirigat, ſigna non deſerat, ultimum hoſtium exterminium præbeat, qui de tot olim barbaricis legionibus piam fidelium paucitatem ſalvam fecit. Interea partes inter utrasque dietæ ſervatæ ſunt, repertúmque eſt, Colonienſes non pacis gratiâ, verùm ut aliquando Clivenſem, qui jam cum civibus militavit, vel vi vel dolo comprehenderent; unde hujus rei in argumentum inter tractandum de pace Præſul clam exercitum contraxit, Brunſwicensémque Ducem Wilhelmum ære conduxit, misſisque ab exercitu paucis, qui cives è mœnibus in campum traherent, ipſe cum ſuis anxius hoſtem ·fuſurus ſuſtinuit. Verùm ubi Clivenſi dolus innotuit, detractare bellum, ſe ſuósque periculo non exponere ſtatuit. Infecto igitur negotio, prædâ qualicunque habitâ, inglorius Præſul ſuâ majori quàm civium jacturâ remeavit ad propria. Igitur Johannes Clivenſis pauciſſimis poſt Bartholomæi Apoſtoli feſtum diebus transactis, ordinatis ad pugnam neceſſariis, repatriaturus exercitûs Ducem, quem ſuî loco conſtituerat, unà cum primoribus civitatis ad ſe accerſiri fecit: *te*, inquit, *vir ſtrenue! meî loco conſtitutum admonere, virtute pericula propellere, cives urbémque tueri, non debeo: novi enim ab adoleſcentia te bellum, cædes, rapinas exercuiſſe, in hysque juventam contriviſſe, corpus compatiens inediæ, algoris, vigiliæ accepiſſe, talem te eſſe, cui nullus aſper locus aut arduus non armatus hoſtis formidoloſus. Unum modò admonitum te eſſe velim; vir eſto, pro republica te certamen iniſſe cogita, juſtiſſimam cauſam foveto, Deum belliducem invoca, ut peragat quod incepit; non equidem procul ille ſed tecum erit, ut vincas; aderit ne dubites cœleſte præſidium, ſi æqui metas haud exceſſeris; in tanto ſecurus duce & de cæſorum ſpoliis ditaberis, prædam veriùs ſcito eſſe quàm prælium, I ſecurus, inquam, non tam propriis viribus quàm Divino ſiſus auxilio; habes hic tecum armatorum militum catervas, quibus hoſtem ferire ludus erit; habes & cani capitis viros cordatos, conſiliis maturos, quos ſi audieris,*

mittet

A *mittet tibi ab aſtris æolus armatas hyemes, militabítque tibi æther, & conjurati venient ad claſſica venti. Cave autem, ne tibi objiciatur, quod Carthaginenſi quodam die Mabarbal Hannibali objecit: quod ſi conſilio obſequutus, recto calle ab acie Romæ ſanguine Romano rorantia ſigna vertiſſet. Habes demum civium turbam copioſam armis viribúsque pro tuenda patria, legibúsque ſervandis, ùt vides, promptiſſimam. Notum eſt, optimi cives! apud Ciceronem illud Affricani dictum: omnibus, qui patriam conſervarint, auxerint, adjuverint, certum eſſe in cælo diffinitum locum, ubi beati ævo ſempiterno fruantur. Res veſtra agitur, ego quoque nec animum probare viri dextrámque recuſo.* Dixit & dans vale ſingulis, civitatem
B corpore non animo exivit.

Lippenſes etſi cenſu viribúsque Suſatenſibus impares ſint, animis tamen fermè æquales eſſe conantur. Hy dum hoſtium crebrâ incurſione quoque irritati, animos virésque & ipſi probaturi, unâ dierum examine uno Hiblææ agitati apis inſtar ſub ſignis opidum exière. Habent autem inſigne roſam purpureo quaſi cruore tinctam, viſum quidem & oltactum delectantem; verùm ſi colorem perpenderis & quia roſa, quæ redolet, inter ſpinas naſci ſolet, perpendis ſimul tali ſub ſigno militantes rigidi pugionis aculeis ad rubri ſanguinis effuſionem usque acribus hoſtes urgere ſtimulis, & hoc habere ex induſtria, quod roſa habet â natura. Igitur cives feſti-
C nare, alius alium hortari; primùm Woithoven Theoderici & Hinrici de Erwitte militarium habitationem aggreſſi ſunt, quam expugnatam, ablatis ſpoliis, ſolo æquant, dein Cotten, Erwitte, adjacentiáque loca flammis voranda tradunt, nichilque manſit, quod igne conſumi potuit, quin alternis hoſtium incurſibus vaſtatum ſit. Eâ item tempeſtate turrim in Erwitte prope inexpugnabilem Lippenſes captam, armatis munitam in ſuam Suſatenſiúmque tuitionem maximámque hoſtium jacturam incaſtellârunt, uno ſpinæ aculeo, roſæ ſuæ inſignio, Colonienſes quantum pupugerint, inimici judices fient, ſi velint. Eâ item tempeſtate complures eccleſiarum Prælati & Paſtores, nullo ſe perſequente hoſte, conſcientiæ modò malæ ſtimulis agitati (ſemper enim ſæva præſumit perturbata

con-

Digitized by Google

conſcientia) ultro Suſatenſe opidum egreſſi beneficia & præbendas deſeruerunt, juſtè forſan ſi conſultè, ipſi viderint. Profectò Deo id ordinante & injuſtitiam faſtúmque ipſorum puniente: non minimum enim belli præbuêre fomentum. Potuit forſan & alia fugæ ipſorum cauſa eſſe, cùm timida ſemper ſit nequitia, qui ſe conſcios facinoris nôrant, dum pœnam ſibi debitam, in lucem prodeunte nequitiâ, metuebant, ſaniorem partem rati fugæ præſidium ſumebant, jam peſſundata civitate, a Præſule forſan pinguiora recepturi. Altera omnium Sanctorum die, quæ commemorationi omnium fidelium defunctorum aſſignata eſt, Colonienſes, qui ſuorum vel maximè memoriam agere debuiſſent, contracto exercitu, in Suſatum aciem dirigunt, missíſque paucis, qui cives in campum provocarent, duorum equorum milium peditúmque phalangas in inſidiis collocant; erat autem cum ipſis Wilhelmus Brunſwicenſium Dux. Quod ubi civibus innotuit, in unum globati exire portas, bellum in hoſtem gerere tenptabant; at hoſtis ut infractum civium animum, magnámque manum ſibi obviam procedere cognovit, retracto pede campum deſerit, fugæque præſidium quæſivit. Tremonienſes abjecto amicitiarum jam dudum initarum fœdere abs Suſatenſibus Lippenſibúſque inconſultè deficiunt: ſi enim veri neceſſarii fuiſſent, Præſuli intra urbis ſuæ mœnia in confœderatos ſibi ſocios armatam locaſſe manum non annuiſſent, ymmò nec ipſi in amicos Cæſareas aquilas duxiſſent; vera enim amicitia infidelitáſque nunquam coëunt: nam qui infidelis eſſe incipit, deſîit eſſe amicus. Inculpatè id factum forſan aſſerunt; acutiùs enim aliena cernuntur, diſcutiuntur exactiùs, ſeveriùs judicantur: ſuarum rerum nemo non mitis arbiter & pius eſt judex. Verùm dum ea, quæ nubibus modò atris latitant, orto Sole, claram in lucem prodiderint, quàm ſanctè, quàm juſtè, quàm conſultè id factum ſit, prædicabitur in tectis. Interim inſtabilis fortunæ caſibus rotari probæ eſt non vitii, donec ſpectans deſuper Deus fortis & potens in prælio juſtitiæ palmam dederit.

Anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quinto, in ipſis Januarii kalendis novum encæniare annum

A Colonienſes: Theoderici quippe edicto Lotharius quidam militum Princeps fœmineum epiſtolis dehoneſtare ſexum cepit: ſcirent ſcilicet, ſe qui hactenus in mares, jam jam in fœminas tirannidem exercituros & extra civitatis mœnia comprehenſas captivorum more nervis claudere, æquè ùt in mares ſævire velle; perceperunt enim, mulierculas quasdam pro colligendis lignis aliquando mœnia exire, quæ abs re ſi incolas compeſcerent deficientibus lignis rati, grande ſibi opus, maximæ incolis jacturæ rem patrâſſent. Cepère igitur mulieres capere, carceribus mancipare, dehoneſtare, deprædari, exactionare, ablatis veſtimentis nudas repellere, aut ab umbilico præſciſis indumentis natuum verendorúmque turpitudi-
B nem obviantibus publicare. Indignum demum tanto Principi, Cancellario Imperii ſcelera hactenus inaudita agere. Hóſce inter ſceleſtos fuêre, qui ſe ridiculosâ jactantiâ, origine gloriosâ ſanguinéque præferre aliis ſolent, quaſi non avorum merita nepotum degenerantium notæ ſint, nichílque magis poſterorum maculas aperiat quàm ſplendor majorum & gloria, qui ni aliquid laude dignum egiſſent, inglorii prorſus manſiſſent. O quot infinitam lucis ſuæ ecclipſim in filiis paſſi ſunt! hoc ſolùm claritas ipſis præſtabit, ut latere nequeant, ſi velint; quidquid agunt, vertitur in vulgi fabulam, & ſi in minimis (taceo in maximis) oberrant, dedecus gentis & monſtrati deſertores itineris habentur, quorum ſi avi proavi-
C que tam fœda, tam turpia, tam funeſta in fœminas facinora perpetrâſſent, in tenebris utique manſiſſent, fuiſſe autem vel primos vel maximos hujus ſceleris autores, qui in Milinckhuſen & Anrochte militârunt. Unde cives in unum ipſorum vires animósque armabant & conglobati cum hys, qui Principis ſui ſignis militantes in civitate ordinati fuerant, in caſtrum Cluſeners aciem dirigunt, ac vi mœnia aggredi, jaculis tundere, murum aſcendere, manibus prælium facere cupiunt; contrà obſeſſi pilla mittere, in cives ſaxa volvere; pari equidem periculo aliquantò pugnatum eſt, ſed exitu impari: ſuperiores enim facti cives, ablatis ſpoliis, domum ipſam ad fundamentum usque demoliti ſunt; nec hys contenti ſilvam in proximò adjacentem ſuccidere, curribúsque quingentis ex ligno

ſucciſo

Digitized by Google

ſucciſo onuſtis, butiro, caſeo, ſtrumulo ſibi â Lippenſibus eo tempore allatis ditati ad ſua reverſi ſunt. Cæterùm Lippenſes unà cum Conrado Stecken ac Cancellario ad ſua ſe receperunt; quibus occurrentes Lippenſis, Schowenburgenſis, Houſchedenſis Comites jam dudum cum Clivenſi initum fœdus renovârunt, unà in Præſulem bella movere, civitatem inſuper ante aliquot annos Duci impignoratam ſtipendii loco media pro parte ſuſcipere. Hac compoſitione facta, tertia proxima poſt Coſmæ & Damiani feria Suſatenſes, Lippenſibus occurrentes, commilitones ſuos reducebant, ac inter eundum jam dudum caſtri demoliti foſſata humo repleverunt, ſicque ad ſua in pace reverſi ſunt. A

Tertiâ poſt *Lætare* feriâ primùm Suſatenſes militantibus ſtipendia dare ceperunt: hactenus enim quisque proprio ſtipendio militaverat; quo etiam tempore præſentata fuit generalis abſolutio largiter â ſanctiſſimo in Chriſto Patre & Domino Domino Eugenio ſummo Pontifice Duci Clivenſi conceſſa in perpetuum ſupra Ducatûs ſüi incolas duratura; paulo pôſt in Paraſceve Ducis nomine a præfato ſummo Pontifice Eugenio privilegium per Ducem obtentum in civitatem venit de Interdicto per Clivenſem Ducatum non ſervando, & quicunque Clericorum, hujusmodi mandato publicato, Divina ſervare contempſerit, ſex dierum monitione Canonica præmiſſa, ablatis ſuis, extra civitatum mœnia expelli deberet; cæterùm nec Criſma a Colonienſi Epiſcopo conſecratum, ſed a Trajectenſi ejus Ducatûs incolæ petere haberent; qui quoque Trajectenſis Vicarium in Pontificalibus generalem ſuper præfato Ducatu in Cleri regimen, beneficiorum collationem ordinare poſſet. Publicato itaque privilegio, Mendicantes mandatis obſecundarunt, Divina celebraverunt; at clerus usque in quintam poſt Paſcæ feriam ſententiam retractabat, qui in ſua forſan duritia permanſiſſet, ſi non exilium, ſi non ſuarum rerum jacturam timuiſſet. B C

Reſurrectionis Dominicæ feſtum ubi celebratum eſt, mox Præſul ſuum in Clivenſem cameram adventum per nuntium ſignificavit. Itaque non ùt antè cum proditoria manu ſed maximo exercitu comparato totius urbis dominium petere: noctu enim quinque

A milium equitum, peditúmque numeroſa caterva ſtipatus Meninckhuſen obſedit, bombardíſque pulſavit, ſperans horriſono tonitru expergefactos cives abs civitatis paululum abſtractos mœnibus cædere, ſéque medium inter urbem civéſque obtinere poſſe, ſícque facilè civitatem incolis deſertam ſibi uſurpare. Suſtinuêre lucem cives, nichil tutum in tenebris agendum rati; ut autem Sol refulſit, occurrentibus ſibi Lippenſi ac Houſtenſi Comitibus, Lippenſíſque opidi civibus jam jam multiplicati, medium inter Theoderici exercitum mœniáque urbis præoccupâre locum parati hoſtem ferire, virtute pericula propellere. Volant infeſſa in alterutrum jacula, donec aliquando Præſul ſe fruſtra niti, jacturam ſuorum B modò capere perpendit, ſícque quaſi receſſurus pacem hys, qui in turri erant, dedit. Verùm indignum Principi facinus ſequutum eſt: nam violatâ pace præſtitâ, dum ultro exíerunt, omnes per gulam ſuſpenſi ſunt; erant autem numero ſeptem; & majoris in odii argumentum jam ſuſpendiſſe ſatis non erat, quin jaculis, gladiis, lanceíſque in ipſa jam mortua corpora ſævirent, quid in vivos acturi eſſent, mortuorum indicio oſtenſuri. Ferunt Monaſterienſem Epiſcopum Hinricum in hoc ſe ſcelere facti collegam exhibuiſſe, qui ſi Suſatenſes primùm, ùt dignum erat, infidâſſet, minus forſan dedecoris in gloriam ſuam collocâſſet. Scelere hujuſmodi patrato, cum ſuis ire perrexit; mox ſequenti die cùm commilitones C ſuos Lippiam reducerent, inter eundum ſex, quos de Colonienſibus ceperant, viros propter illata dampna in odium quoque perpetrati ſceleris apud Naſenſteyn & ipſi item ſuſpendio pari finiêrunt, ſeptimum autem rogatu comitum dimiſerunt. Quietis haud patiens Præſul, & ut exercitui operam daret (maximo enim auri pondo conductum, infructuoſo torpere otio, dementiæ fore exiſtimans, cujus opera conducta erat, non quies, non otium) in Saſſendorp phalangas duxit, eccleſiam ſpoliavit, domos igne conſumpſit. Sanè ejus loci Paſtor, mercenarius magis, clam epiſtolas Præſuli miſit, villam populo vacuam, pro libitu ſpoliandam, ſi veniret, reperturum. Is nequam, qui â beſtiarum incurſu commiſſum ſibi gregem Paſtor tueri debuit, oviculas, ductis ad ovilia lupis,

Digitized by Google

lupis, latro peſſimus jugulavit, immemor Tiberii Cæſaris diſcretionis, qui Præſidibus prægravandas tributorum mole provincias ſuggerentibus reſcripſit, boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglutire. Mox inde ſe divertens Præſul Löen villam cum molendino demolitus eſt; hinc in Erwitte turrim aciem direxit, ſpe fallendi cuſtodes; verùm quia res cuſtodibus innotuit, & quia pro vita ipſorum agitur, manu certare, vi hoſtem propellere conati ſunt. Unde quibusdam jaculis vulneratis, nonnullis occiſis, infecto negotio, Geſeke ſe recepit, ſicque demum, auro vanè expenſo, exercitum dimiſit. Ubi autem Lippenſibus pauxillulum quid reſpirandi tempus datum, vindictam in hoſtem facturi, denſo agmine duas unà domos, quas dicti Lanſenberge inhabitârunt, aggreſſi ſunt, appoſitóque rogo, cum adjacente molendino in fractæ fidei ultionem in cinerem redegerunt: ſpopondêre quippe Colonienſes molendinum in Loën incombuſtum ſe ſervaturos pro domibus ac molendino dictorum Lanſenberge; frangentibus igitur fidem inculpatè fides ſervata non eſt. Cæterùm circa Aſcenſionis Dominicæ feſta Lippenſes occurrentibus ſibi Suſatenſibus apportârunt in butiro, caſeis, ſtrumulo, ſale ea, quæ victui neceſſaria ſunt. Qua quidem die Colonienſes caſtrum Heydemolle Markenſis Comitatûs fortalitium, expulſis incolis, ſuo uſurpârunt dominio, hilariores facti, Suſatenſibus ſe foramen obſtruxiſſe, unde butirum ipſis emanârat, gloriantes. Exacerbati cives concitò proximâ ſextâ feriâ unà cum Lippenſibus, Hammonenſibúsque eò properant, ipſúmque caſtrum vi expugnant, captis ibidem ſedecim equeſtris ordinis viris, quindecímque armigeris, quorum mox unus ſuſpendio finitus eſt. Domo itaque demolitâ, ipſius etiam foraminis obſtructorium ſolutum eſt. Conſtitutis aduc civibus in caſtri expugnatione ſuis auxilium præſtiturus Clivenſis dum gravi manu eò pergeret, audiretque domum jam expugnatam, aliò ſe vertit: nam per Montenſem Ducatum ad Reni oram usque exercitum trajecit, Tuitiam flammis accendit, Judæos opibus refertiſſimos, qui undecunque collecti inibi ſeſe receperant, cum primis opidi civibus captos ſecum ducebant, ſicque prædâ locupletati, quò venerant, rediêre.

A Sequenti mox die Hammonenſes commilitonibus vecturis plus octuaginta attulerunt, quæ victui neceſſaria erant, ſed & viginti quatuor plauſtra meri vini ibidem adducta ſunt. Inter redeundum deſtructi caſtri obruta inviſere cupidi dum eò properant, ipſa etiam fundamenta ædificiorum & quidquid heſternus furor reliquerat, exinanièrunt, ne fortè vel veſtigium reædificaturo maneret. Verùm ne fruſtra aſſumpſiſſe arma viderentur, Mercklinckhuſen Hinrici Plettenberges fortalitium immiſſo igne vaſtârunt. Hoeberg quidam armiger, civium adventum ut audivit, Milinckhuſen abs Præſule ſibi commiſſum caſtrum, ſuis primùm ablatis, victoriæ civium invidus propriâ manu incenſum concremavit.

B Vidère Suſatenſes, quia tempus eos juvat: nec torpore animum luxuriare paſſi, nec ſinere pacem hoſtibus tutum arbitrati, porro qui tranquillam ſecurámque agere vitam civibus non ſinebant, egredi in hoſtem parati, caſtrum Velſchebecke capere demolirique conati ſunt. Erat autem ipſum caſtrum forte quidem natura & arte, ad multorum moleſtiam munitum, & inſtar aranearum muſcas capientium telis, prætereuntibus inſolens & extenſum. Oblata igitur primo aggreſſu pace, ſi modò munitionem reſignare vellent, ſin autem, vi capta domo, omnes ſe gladio caſuros ſcirent. Verùm qui intus erant, munitione loci decepti, inficiari pacem, manu obſidionem ſe ſolvere poſſe confiſi, diſcrimini ſe dedêre, diu-
C que diverſo Marte, incerta victoria dimicatum eſt; nam quisque pro ingenio: pars eminus lapidibus aut glande pugnare, alii pila mittere, ſaxa volvere, ita ut nec illos, qui procul manſerant, timor animi ſatis muniêrat; nam plerosque tormentis jaculisque vulnerabant; nôrant enim, ſi victoria civibus cederet, extremam ipſis diem veſpere futuram. Conſilio accepto hy, qui obſidebant, conſensère equites, ſi vi caſtrum peditum phalange peſſundarent, prædam ſimul ipſi obtinerent. Quidnam facit ſacri auri fames? irruunt in hoſtem, alii invadunt murúmque aſcendunt, modò ſcalis aggredi manibúsque prælium facere cupiunt, multóque ſudore tandem caſtrum captum eſt & expugnatum ac, ſpoliis ablatis, igne ſuccenſum. Inter multos vulneribus ſaucios tres ex civibus cecidère,

quorum

Digitized by Google

quorum ultionem expetentes, ebrii furore cognati & fratres occi- A
ſorum, captivos omnes extinxerunt. Adhuc arma incaluerant, &
ſecundiore fortuna animati occurrentibus ſibi Lippenſibus, erectis
ſignis, in Werlis opidum faciem dirigunt, habitationes militarium
in circuitu deſtruunt, Schedingen vi captum rogo dederunt, Ufflen
invadunt, ubi habitationem Hinrici Vulffs deſtruunt; demum poſt
multa illata dampna, magna Colonienſium jactura, abundanti præ-
da ad ſua reverſi ſunt. Cæterùm ipſo die Hinricus Monaſterienſis
eccleſiæ Epiſcopus, qui hactenus arma in Suſatenſes ſuſceperat,
nunc primùm inſidare cives cepit, annale dedecus parva abſterge-
re carta cupiens; unde illico tertia vix luce elapſa, hoc eſt V idus
Junias clam noctu in Suſatenſium arva exercitum duxit, quem in- B
ter fruteta ac viarum opaca latibula turmatim diviſum conſtituit,
ut Sole orto, dum perpaucos quaſi prædam acturos in agros mitte-
ret, vel ſic eductos a mœnibus cives caperet, ſícque ſuum dampnum,
fratris dedecus ulciſci poſſet. Verùm quidam civium, dum caſu
in inſidias cecidit, ipſas nudavit ac cives ſuos a perſecutione hoſtium
retraxit, ſícque unius viri diſpendio multorum jactura civium im-
pedita fuit; ſic & propoſito ſuo fraudatus Epiſcopus, dum quod
voluit, non accidit, ad ſua reverſus eſt.

Paululum quid reſpirare cives & jam animum viréſque reſu-
mere: unde XVI kalend. Julias cum quadringentis armatis Lip-
piam veſpere ingreſſi ſunt, móxque Solis in ortu uniti in Geſeke, C
Cotten, Brenke acies dirigunt, agros vaſtant, prædas agunt, ti-
morem ubique hoſtibus incutiunt; ubi & prædata ſunt octo ovium
milia, bovum quadringentos, capras ducentas, equos quadragin-
ta, currus ſubferratos XVIII, ſícque exercitus prædâ dives Lip-
piam reverſus eſt. Ex Suſatenſibus captus unus â Geſekenſibus,
qui ni egreſſum opidanis diſſuaſiſſet, ſal pro carnibus condiendis
civibus apportâſſet. Cæterùm proximâ poſt Johannis Babtiſtæ Do-
minicâ Bernardus Comes ſuis cum civibus, equitum peditúmque
catervâ ſtipatus, cum machinis, bombardis, aliíſque ad bellum ne-
ceſſariis pro expugnatione caſtri Ufflen Soſatium veſpere venit.
Arreptis item armis Suſatenſes unà exierunt: obſidione igitur per-
fectâ,

A feĉtâ, primùm jaculis poſt pacem oblatam obſeſſos moleſtârunt, negârunt alioquin jam dudum repudiatam pacem dare poſtulantibus, non ſe movere loco pedem proteſtati ſunt, donec ſolo tenus demolitum caſtrum viderent, tali ſe primum propoſito arma ſumpſiſſe. Confiſi autem viribus ac loci munitione, ſpe etiam ſubſidii ſociorum, qui Werlis reſiderunt, decepti oppugnantibus animoſiùs reſiſtebant. Supervenit concitò Clivenſium Princeps Johannes milite ſtipatus & armis, ſuis auxilium præſtiturus, ſed & Schowenbergenſis Comes manu gravi. Magnâ itaque vi uno ſub die caſtrum expugnârunt, & ſpoliis ablatis, ſolo æquârunt; dein aquâ emissâ, piſcium vivaria deſtruxerunt, ubi largâ piſcium multitudine captâ, totus exercitus abundantiſſimè refectus eſt. Captus fuit eò loci Heydenricus Vulff junior cum decem & octo viris pro conſervatione caſtri jam demoliti ibidem conſtitutis. Inter obſidendum autem exercitus, miſſis in Werlis opidum Vulcani jaculis, magnam domorum partem, hoc eſt, centum & quadraginta domos exterminârunt in ultionem vel maximè, quia Ducem inter inducias fraudulenter jaculo interficere tenptabant, etſi quod optârunt, non perficerent; unum tamen abs aſtantibus militibus ipſo jaculo extinxêre. Verum ſceleri perfidiæ continua juſti Principis ultio ſequuta eſt. Sabbato ante Udalrici, hoc eſt, quinto nonas Julii Princeps ſuis civiúmque ſuorum phalangis ſtipatus Lippiam C veſpere ingreſſus eſt. Unà igitur omnes exierunt ac in circuitu opidi Geſekenſis agros vaſtare, villas domóſque incendere ac prædas agere; decreverat autem Princeps in Erwitte caſtra metare; verùm paternis accerſitus epiſtolis, mutare propoſitum coactus, genitoris votis obſecundaturus, relictis, ubi ubi neceſſarium viſum eſt, armatorum præſidiis, per Markenſem Comitatum genitorem adiit.

Quinto Idus Julii Theodericus unà cum Hinrico Monaſterienſis eccleſiæ Antiſtite non jam manu proditoriâ, verùm maximis copiis paratis per Septentrionis ſuperiora Suſatenſis civitatis ex oppoſito traxit exercitum, caſtra autem metatus eſt inter Erwitte & pontem lapideum, quo Geſeke tendas; ubi conſtitutus Hildenſemenſis quoque

quoque Epiſcopus, magno exercitu comparato, ſe quoque belli ſocium dedit. Forti igitur manu ſtipatus quottidianis penè incurſibus Lippenſes invaſit, ſuâ tamen ſemper jacturâ: quippe opidani in exercitum ingentia misêre ſaxa, homines & jumenta tormentorum jaculis vel vulnerabant vel occiderunt. Non valentes igitur quottidianos civium impetus ferre, erecta deponere caſtra, longiúsque ab opidi mœnibus erigere compulſi ſunt. Sanè Præſul, ubi ſe incaſſum laborare perpendit, legatos ad cives mittit, qui dicerent: ſi agrorum frumenta auro redimere, ſi ignita exercitûs jacula prævenire vellent? *ſi*, inquiunt cives, *Theodericus ſegetem vaſtat, parum refert, facto opus eſt perinde tempeſtate quaſſatum aut forſan terræ ſterilitate ſuffocatum ſemen in germen non ſurrexiſſet; ſi comminati flammas rogi immiſerit, noſtras ſciat domos lapide non ſtramine tectas, hanc nos anguſtiam talione, frugum collectione facta, conſolaturos.* Imperterritos civium animos ubi cognovit, fidem poſtulat ſibi dari, ne ſua in opida ignem mitterent. Negârunt cives poſtulatum, tum quia in Principem nichil ſe juris habere ſcirent, qui jam cis Renum pro republica cum patre Duce tractaret, ſéque pro Duce pro confœderatis ſibi Suſatenſibus ſociis ne ſua modò verùm & vitam expoſituros. Hæc inter Monaſterienſis Epiſcopus Capitùli ſui epiſtolis revocatus eſt, ſed & rumor exercitum perturbavit, quaſi Schowenburgenſis Comes bellum initurus, maximo cum exercitu in proximo ſuperveniret. Inito igitur conſilio, quo ſine dedecore multa poſt accepta dampna caſtra movere poſſent, tandem ſimulatâ victoriâ, præcinentibus tubis conclamatum eſt, Lippenſes homagium Præſuli præſtitiſſe, quam ne in exercitu modò ſed ubicunque locorum promulgari famam procuravit. Motis igitur caſtris, Erwitte turrim dolo capere tenptans, datâ pace mendace famâ apertâ, reſignatam jam â civibus turrim poſtulavit. Negare factum turris cuſtodes, nichil ſe mandati hac ſuper re â Lippenſibus accepiſſe affirmare, nec dolo circumveniri ſe poſſe, ut dimiſſa turri fidefragus ipſos ſuſpendio interimeret, uti jam dudum quibusdam ex Suſatenſibus feciſſet. Manu igitur, ubi dolus non prævaluit, certatum eſt; verùm ubi nichil perficere potuit, ſu-

A pervenientiúmque hoſtium timore pavidus, ſolutis caſtris, exerci-
tus quoque diſſipatus eſt; ipſe autem Theodericus in circumjacen-
tibus opidulis demoratus eſt, donec reſiduum locuſtæ bruchus co-
mederet, & ut tempus redimeret, crebrioribus incurſionibus Su-
ſatenſes impetiit ſuo ſemper maximo, exiguo civium dampno:
quarta enim poſt Petri ad vincula feria miſſo in agrum exercitu,
XVIII de ſuis armigeris, equos phaleratos XXVI, multos vulneri-
bus ſaucios, quoſdam etiam equeſtris ordinis viros occiſos reliquit.
Inventus eſt eò loci numerus equorum jaculis occiſorum XXI; in
hys omnibus Suſatenſium captus unus, alter occiſus eſt. Maluiſſem
ego cum civibus quàm cum Præſule prædam partiſſe.

B Septuaginta duæ olim civitates pro reipublicæ conſervatione &
tuitione libertatis, mercantiæ ac viarum, ad ſeditiones quoque in
civitatibus reprimendas ordinatæ ſunt, quas nomine vulgari *Henſe*
dicimus. Civitatum harum ambaſiatores in Bartholomæi ſancti vi-
gilia Soſatum ingreſſi ſunt pro ſeditione reprimenda pacéque revo-
canda; quod & maximo labore tenptarunt. Unde exin multæ ſer-
vatæ dietæ, diverſi habiti tractatus, cauſæ litium hinc inde apertæ,
maximæ expenſæ erogatæ, ſed nichil ad perfectum ductum eſt,
Theodorico cum ſuis fluctuante; unde infecto negotio, ambaſia-
tores ad ſua reverſi ſunt; duravêréque treugæ, pro tractatibus ſer-
vandis datæ, usque VIII idus Octobris. Hæc inter Colonienſes,
C flocci penſa treuga, ſigillatis licèt literis firmata, in Suſatenſes, in
ipſos item, qui ad dietam miſſi erant, inſidias parabant, dampna
inferebant, inimicitias agebant: III enim kalend. Octobr. noctu clam
vallare civitatem Colonienſes, & quoſdam cum ſcalis ad civitatis
mœnia mittere, qui civitatem rogo incenderent; at ubi prope con-
ſummare ceperant, unus vigilum rem attonitus perpendit, & voce
in altum levata hoſtes inclamavit. Concurrentibus itaque opidanis,
fugare hoſtem, periculo ſe liberare. Orta luce, ſcalæ quidem,
ipſa quoque, quæ ad tam nephandum opus patrandum apportarant,
ignium receptacula reperta ſunt, propoſiti ſui argumenta, ſi præ-
valuiſſent, neglecta incolis tradidêre. Acerbati igitur cives, rapi-
nis in alterutrum allatis, ubi quid inveniri potuit, flammis datum
eſt,

Digitized by Google

eſt, etiam usque ad fœnum ſtipulámque in agris conſtitutum, inſontémque plebeculam usque ad ultimam extenuarunt inopiam. Ipſa autem vigilia Symonis & Judæ Apoſtolorum Suſatenſes Lippiæ pernoctarunt, ac reddita luce, unà ſub ſignis in hoſtem irruunt; primo impetu opidum Geſeke invadunt, agros vaſtant, prædas agunt. Irrupêre ex opido cives, armis contendere parati; res ad certamen venit, & imprimis ſuperiores, qui Theoderici partis erant, captis XIII de Suſatenſibus, equis quoque ſedecim, jam quaſi victores tripudiarunt. Verùm multi bello victi, prælio fuêre victores: non cadunt animi virorum fortium unius lucis eventu, non magnanimi tamen ſed longanimes ſunt. Reſumentes igitur animos Suſatenſes, qui jam fugæ præſidium quærere videbantur, tanto in victores cæde bacchati ſunt, ut non minùs centum quinquaginta captos abduxerint; nam pauperem vulgum in campo dimiſerunt; qui verò fuga labi poterant, projectis armis, Suſatenſibus Lippenſibúsque ingentem prædam reliquerunt. Cecidêre eò loci ex hoſtibus viri octo, vulneratíque multi, quorum nonnulli inter medendum mortem obiêre. A B

Quindena jam fermè inter rapinas in alterutrum illatas effluxit, & jam Idibus Novembris ſtipendiorum quidam ære militantium ſua in ſorte urbem egreſſi Bürenſe dominium prædare, qui ubi Sydinckhuſen Almæ fluminis in ora ſitum ſpoliant, incolæ qui turrim occupabant, ſagittis cum hoſte certant, conari, pericula virtute propellere ſtatuerunt; econtra hoſtis pila miſit, tela ingeſſit, uno interempto, capto altero, vaccas paſcuales LX, porcos L, equos XXVI abegit; qui ubi cum præda Lippiam ingreſſi ſunt, Paſtor eccleſiæ præfatæ Venerabili cum Sacramento latrunculos inſequutus ſua repoſtulavit. Novitate facti territi, timoréque perculſi Paſtori ſed & ſanctimonialibus in Holthuſen ſua reſtituunt; reliquum autem prædæ prælii jure inter ſe dividunt. Nec ſegniores ad arma Colonienſes, nec pacem civibus præſtant, agros vaſtant, ſegetes cremant, quottidianis incurſibus turbant; verùm ſemper huic dampno ſolatium ultio mox ſequuta præbuit, non exiguum lenimen injuriarum, & quod mirabere, ne cives modo ſe ulciſci conati C

A nati ſunt, ſed & hy, quos ex inimicis capi contigit, ſiquando è carcere explicitas inducias obtinere poterint, vindictam etiam in amicos exercent; porro XI kalend. Decembris duo ex captivis, dum juxta condictum rediêre, LXXX porcos abs amicis prædatos civibus attulêre: maluerunt hoſtium fovere juſtitiam, quàm ſcelerum amicorum commiſceri; cæterùm ſequenti mox luce ex captivis item duo alii ſeptem pingues civibus porcos ab amicis ſublatos adduxêre: magnum prorſus æquè argumentum propter inimicos amicos ab amicis dampnificare, & inimicorum in favorem juſtam amicis vindictam inferre. Triduo jam elapſo, VII ſcilicet kalend. Decembris hy, qui Werldis præſidio erant, arreptis armis unà cum
B ejus opidi incolis in ſanctimonialium fœminarum, quæ ſanctæ Walburgis dicuntur, poſſeſſiones irruunt, & quidquid in Mercklinckhuſen, Eyginckhuſen ac Swenen reſidui manſerat, igne devaſtant, & unde Deo dicatæ Virgines quottidianum ſervitutis penſum Sponſo ſuo reddere debuerant, gens effrœnis & exlex Vulcano litavit, & quibus religionem Chriſtianâ pietate augmentâſſe decuiſſet, hæreticâ pravitate, ymmò ſævitiâ tirannicâ pro poſſe annichilavit, ſícque rationis ſanæ lumine excœcati per devia & errores ad mortem & ad tartarum ire, ubi habeant, quod in æternum gemant, laborant. Inſuper Barbaræ virginis die unanimi conſenſu cives unà equites peditéſque pro lignis ex ſaltu advehendis in religioſorum
C mendicantium Fratrum uſum, qui inter ipſos degebant, civitatem exibant; inter ſecandum autem ligna contigit, urſum grandem capi ac intra urbis mœnia trahi; ſequuti autem cives Liviæ Auguſtæ omen, in cujus gremium cum ramo lauri gallina cecidiſſe legitur, quo Cæſareæ domûs caſus & finis oſtenſus eſt, arbitrati ſunt urſos, ſe devorare provinciámque vaſtare cupientes, paulatim exterminaturos; quod etſi dilatum fuit, accidit tamen, prout hiſtoriæ exitus probabit. Sanè non piguit cives tali omine lætiores in bellum proficiſci, donec vel captis vel fugatis urſis, tranquillitatis bonum filiis ac poſteris procurârunt; quam tamen victoriam non capti urſi prodigio, ſed Numini Divino, juſtitiæ palmam ferenti aſſcribendam prorſus ſentio. Eâ tempeſtate innovârunt Colonienſes inimicitias,

quas

Digitized by Google

quas jam dudum aſſumpſerant in fœminas, novíſque exemplis veteres roborabant: per ſingulos igitur dies jam capere, jam nervis claudere mulieres, jam ſpoliare virgines, ſecretáque mulierum rimari, & proch pudor! ablatis ſpoliis, veſtibus exutas nudas inverecundè tractatas remittebant; quid in viros acturi eſſent, argumento oſtendebant, qui in fœminas tantùm ſæviebant. A

Anno incarnati Verbi milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto proximâ poſt Domini Epiphaniam Dominicâ occurrebant ſibi Suſatenſes Lippienséſque ea, quæ humano neceſſaria ſunt victui, in alterutrum impertiri. Hæc inter Colonienſes, qui in Hoveſtad caſtro reſidebant, cùm in cives irruere non præſumerent, haud tamen intactos ſinebant; & cùm aliud, quod agerent, non B haberent, eſculariis, vaſis ligneis intus butiro perlitis viam, qua cives ituri erant, ſternebant, appoſitis & ſubſannatoriis literis, quaſi in Hoveſtad butiri talentum nummis quatuor venderetur. Hic contemptus etſi dolorem civibus procreavit, ridere tamen ignominiam; & profectò nichil penè ridiculoſius quàm contempni ſapientem ab inſanis, fortem ab imbecilli, juſtum ab iniquo, æquum abs injuſto rideri. Interim cives ſinere illos inſanire, neque magnì facere contemptum ſatagunt, qui profectò hoſti infamiæ & dedecoris eſt, ſibi autem immortalis decoris & gloriæ. Quartâ dein feriâ rem novam Præſul exorſus eſt: novit profectò Saluſtianæ ſententiæ vim, quæ apud eum in oratione Maſaniſſæ morientis inſeritur, C quia *concordia parvæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur*; tenptavit igitur inter cives diſcordiæ ſerere ſemen, ut inteſtino corrupta civitas bello, ſeditioſi in ſe populi animas inclinaret. Hæc enim peſtis ne civitates modò ſed & provincias & regna ſœpe pesſundedit, ut ubi urbes clariſſimas fuiſſe legimus, ſilvas eſſe aſperrimas videamus; hic enim eſt mos civilis belli: alter alterum inflammat, donec ſinguli furorem publicum exciverint; tunc demum furor publicus ſingulos urget ac præcipitat; nec unquam publicum malum â ſe incipit, quamvis acceſſione auctum totam infecerit ſive etiam everterit civitatem; ſi primam tamen quæris originem, ſingulorum in erroribus radicatum eſt. Igitur civilis belli materiam

A dare, flatúque ſuo incendere Præſul tenptans, clam epiſtolas non in primates, ùt hactenus, ſed in cives officiorúmque præpoſitos miſit, ſe excuſare, incuſare primates; inflictum vulnus ipſorum manibus, non ſuâ culpâ actum firmare; ipſos alioquin, ni reſipiſcant, ſuo incendio perituros eſſe, adjecit; excuſatorias ſe ſœpe epiſtolas æqui & recti plenas civibus miſiſſe, pacem appetiſſe, concordiam poſtulâſſe; quæ ſingula ſi communitati haud occultata â primatibus fuiſſent, ratus ſpe firmâ, jam dudum Principem pacis repetiſſent. Perpendêre cives dolum, Conſulatum invocant, ipſi pro juſtitia, pro libertate partes agere non detrectarent, & quid hujuſmodi in articulo facto opus ſit, conſulere; ſeſe medium ingerere,
B publicam ruinam, quæ privatas in ſe continet, præoccupare; nam cùm hæc nullius propria videatur, omnium eſt communis. Vocat igitur cives incoláſque Conſul, reddere reſponſa Præſuli eſt conſultum, rem ùt ſe habet, narrare epiſtolis; ſuaſum, aſſumpti belli cauſam, ſanguinem pecudum more effuſum, irrecompenſibilia illata dampna exarare, fruſtra ſe niti in jam jam radicata concordiæ ſata, inteſtini ſemina belli ſerere non prævalere, vel etiam in arva optimè culta zizania jacta fructificare non poſſe, armis rem agere, manu privilegia, jura libertatémque ſervare, ſervitutis jugum exactioníſque virgam ſuis pignorúmque ſuorum humeris excutere, nec unquam propoſitum mutare ſe velle. At Præ-
C ſul ubi ſe fraude perficere nichil poſſe vidit, quid ageret, perplexus cepit illico ſævire in cives, publicas haud ſecus quam denſiſſimas ſilvas latronibus ſtipare vias, nobiles adoleſcentulos, armigeros quosque, quorum licentiam nulla unquam nec patrum diſciplina vel magiſtratuum auctoritas frœnare quivit, in ſcelus animavit. Qui ut in viros vires exercere non poterant in crucem, fœmineam imbecillitatem moleſtarunt, & novâ quâdam militia, priſcis incognitâ, puellulas etiam, quæ ſecundum nondum attigêre luſtrum, captivas perinde ad armenta gregem machærâ nudatâ ad vincula ducebant, quas profectò malè in bello tractaſſe apud Romanos quondam Quirites capitale fuiſſet, & quod mirabere, fuêre in hys negotiis funeſtis, quibus ex Chriſti patrimonio vivere datum

tum

Digitized by Google

tum eſt ne luxuriari dicam, Padefontanæ eccleſiæ Canonici duo, A
præ cæteris infruniti & inſolentes magis. Sed degeneris animi ſignum eſt inſultare minoribus, nam muſcæ macros ſtimulant boves & pauperem peregrinum canis infeſtat; verùm milvus in juventa pullos, in ſenecta muſcas capit, demum fame perit. Non eſt meum in hoſce ſatiram ſcribere, quibus ex ſcriptis plus ſævitiæ nocendique ferventior libido creſcit. Plus aliquid quàm verba requirit hoc malum: dent cives illis pares adverſarios, confeſtim calor ille tepeſcet; ſemper lupi ſunt ove conſpecta; admoveant lupos, oves erunt.

Cæterùm XIII kalend. Februarias Colonienſes, qui in Hoveſtad militârant, clam noctu portæ, quæ ſanctæ Walburgis dicitur, B
appropinquare ſpe capiundi eos, qui foris civitatem nocturnas egêre excubias. Verùm abs excubitoribus præventi dum, quod optârunt, non perficiunt, armis ſagittiſque contendunt; quibusdam autem jaculis debilitatis, nonnullis occiſis, mercedem infauſtam laboris ſui reportarunt, & ni inſidias timuiſſent cives, unà omnes comprehendiſſent; & licèt peſſimus in dubiis augur timor, cautionem tamen, ſi modeſtus, facit, qua nichil in bello melius eſt; malè cuncta miniſtrat impetus, malè quoque pergitur, unde abſtinendum timor denuntiat. Solet in animis eſſe præſaga quædam vis, cui obſtare fortaſſis usquequaque non ſit conſilium. Diſtulêre igitur cives ſcitè pugnam, donec timore fugato, ſpe vallati certiores C
fierent de victoria. Tertia poſt hæc lux terris vix reddita eſt, & cives in vindictam ſe armare, juſtámque iram exequi in hoſtem meditati ſunt. Ordinatis igitur, quæ ad expugnandum neceſſaria viſa ſunt, armis & machinis, X kalend. Februariarum ſub ſignis urbem egreſſi per turmas in Haveſtad aciem dirigunt, domum Hoberges flammis ſuccendunt, longóque diſcrimine in alterutrum jacula mittunt. Verùm ùt anceps ſemper, ita ſanguinolenta & triſtis ſœpe victoria: nam hoſti mortui tres, vulnerati ſex, civium autem ſauciati quatuor ſunt, quorum unus tandem inter medendum mortem obîit. Irritati itaque hoſtes, ebrii furore, cùm quid aliud detrimenti civibus facere nequeunt, pomiferas quasque arbores urbis

per

A per girum ſuccidunt, Divino ſimul invidentes favori; nam cùm fatuæ arbores Colonienſium remansêre, quaſi Apoſtolicæ maledictionis participes effecti, id, quod juſto Dei judicio ablatum ſibi perpendunt, aliis invident collatum. Novit profectò judex juſtus juſtam injuſto ultionem reddere, ſuperborúmque colla ſua virtute calcare, juſtitiæ quoque demum victoriæ palmam concedere: ſanè & juſtitia injuſtos ſicut injuſtitia juſtos ſæpe premit. Cæterùm VII idus Februarias caſtrenſes jacturæ ſuæ haud immemores duriorem expetere ultionem conati ſunt: clam enim noctu ſuis cum complicibus civitatis appropinquantes mœnibus, ſummo in ſilentio ignita in urbem mittere jacula, civitatémque incendere laborabant; verùm

B Deo aſpiciente deſuper propitius, fruſtra conati ſunt: expergefacti enim, qui in muris excubuêre, & rem ùt erat perpenderunt, inimicos adeſſe inclamarunt, ſicque per campanæ ſonum hoſtium denunciata præſentia civibus, qui illico periculo occurrentes hoſtem fugarunt, ortóque Sole, jacula in unum ſunt collecta ac urbis capitolio allata, forſan in Colonienſes utiliùs expenſura. Infecto igitur negotio rem novam ordiri in cives, nichil ſibi tutum, jocundum nichil fore, donec peſſundata civitate hoſtili mucrone incolarum loricas penetraſſent. Hoc unum, hoc ſolum appetebant; calidè igitur in ipſius Quadrageſimæ ſacræ capite ex captivis quendam, accepto etiam ab ipſo juramento, induxêre, diſtinctis ſex in

C locis igne clam poſito civitatem incenderet, ut vel ea demolita, inhabitantes faciliùs opprimerent. Quid ageret tanto in articulo conſtitutus miſer homuncio? ſcelus abhorret, jusjurandum invitat, inter ſpem & metum fluctuat anxius, denudat confeſſori primum rem ut erat, dein & aliis, conſulto igni ignem apponit, juramento ſatisfacit; verum ſequentes ſe cives accenſum extinguunt, flammas ſuffocant, fomentum ſubtrahunt; ſic juramento homo ſatisfecit, ſéque a periculo, civitatem inſuper ab incendio liberavit. Omne enim juramentum contra juſtitiam, honeſtatem, veritatem, caritatem, contra bonos mores publicos, contra mandata Dei non tenet, nec ut obſervetur, aſtringit, nec obligat privatum, ſi deſtruitur publicum bonum; nec inepta juratio illaqueat, ubi confunditur

tur

tur decor publicæ honeſtatis; & ubi caritas conflictum incipit, ſe ipſam promiſſio deſtruit: in malis enim promiſſis fides abſcindenda eſt, ac turpi in voto decretum mutandum. A

Quid non agit mali obdurata perverſitas? omnibus vitiis remedium patet, nichil remedii contumax admittit nequitia; hæc non quid mali agat, ſed ut funeſtè quid agat, laborat, inter ſancta & prophana diſcriminis penſi habet nichil; hanc qui obſervant, dum in præceps ipſi ruunt, poſteris nequitiæ ſuæ iter pandunt, quorum de grege nec ultimi fuêre, qui Anröchte præſidio tuebantur. Hy profectò, quindena ſacræ Quadrageſimæ nondum peracta, eccleſiam in Saſſendorp ſpoliarunt, nec tempori nec loco pepercerunt; non illos timor Dei, non Verbi incarnati præſentia, non reſpiciens ab alto judex juſtus Deus â ſcelere retraxit, quin omnibus ablatis, loco prophanato, unum etiam de plebæis, qui ſe fortè in Domini ſepulcrum abſconderat, abſtractum, captum, cæſum ſecum tulerint. Quo, rogo, tutum â facie inimicorum quærat locum, qui nec eò loci tutari potuit, ubi poſt multas perſequutiones humanatus Dei filius tandem corporalem requiem invenit? verùm in Deum, Sanctos ſanctáque ejus impiè agere nulli impunè conceſſum eſt: nota Pompeji Romani hiſtoria, nota Heliodori animadverſio, Oniæ licèt pia ſupplicatione mitigata. Sanè quod ſinè Divina offenſa non agitur, nec ſinè Divina ultione tranſit; in Daniele legitur: Balthaſar Rex Babilonis, qui Nabugodonoſor ſucceſſit, vaſa quæ pater ejus de templo Jheruſalem aſportaverat, in convivium & uſum convivarum mulierum uxorum & concubinarum deferri fecit; quo nephario malo ultricem ſententiam non prorogavit ſancta Dei juſtitia: eâdem enim nocte morte finitus ſucceſſorem regni accepit. Qua ex re commonefactum eſt nobis, quantâ ea, quæ ſunt mancipata Divinis, oporteat cuſtodiri reverentiâ; verùm dilata ad tempus ultio auſum multis parit; ſcriptum eſt autem: *mea eſt ultio & ego in tempore ſuo retribuam eis, dicit Dominus*, & item: *Deus judex juſtus, fortis & longanimis.* B C

Sabbato poſt primam Quadrageſimæ Dominicam centum cum curribus frumento onuſtis Lippenſium per montium adventum

A præſtolari cives, & quia aliis impediti negotiis occurrere non poterant, progredi cives detrectârunt; qui ſi juxta condictum occurriſſent, haud parvam de Colonienſibus victoriam reportâſſent. Exiêre igitur tertiâ proximâ feriâ comilitonibus obviam, & occurrentem ſibi aprum frementem ac dentium ſtridore ſenecias projicientem cepêre; mutuâ igitur commutatione vitæ neceſſariis præſtitis, apri caput, collum ſed & clunem unam lippenſibus ſociis impertiti ſunt, & jam dudum initâ neceſſitudine confirmatâ, vale ſibi dantes ad ſua pacificè remeârunt. Miraris fortè, quid ſibi vicina beſtiarum captura velit: auſpiciis, portentis, auguriis, ominibúsque poſthabitis, ſacræ geſta hiſtoriæ aſpice: Sampſon non ignobile
B Manuanæ pignus in juventa occurrentem ſibi leænæ catulum diſcerpſit, cujus etiam ex ore dulcedinem mellis Hiblæi volucris argumentoſâ allatum diligentiâ comedit. Vir factus Ducum fortiſſimus numeroſam Philiſtæorum multitudinem aſelli mandibulâ proſtravit, Aliophilorum quoque omnes penè Principes cum populi ingenti ruina moriens occidit. David item primùm Iſay patris gregem puer in paſcua duxit, irruentémque in ſe leonem vel urſum, raptâ è beſtiæ faucibus prædâ, ſtrangulavit, adoleſcens factus ac de poſt fœtantes acceptus giganteæ molis Goliad limpidiſſimo fundæ ſaxo, ſingulari in certamine proſtravit, ad Regum autem faſtigia promotus omnes per circuitum inimicos peſſundedit. Forſan quod occur-
C rentis beſtiæ occurſus Sampſoni Davidíque, hoc irruentis in cives urſi apríque citus occaſus portendit.

Eâ tempeſtate renovârunt Colonienſes inimicitias, jam pridem in mulieres factas, novas antiquis ſuperaddentes epiſtolas comminationibus plenas, quas & opere perfecêre: nempe præſciſis ipſarum veſtimentis adeò turpitudinem ipſarum dehoneſtârunt, ut nec ipſa ſua tegere pudenda daretur; inter quos ſceleſtiſſimos hy, qui Werlis & Nemæ reſidere vel capita erant. Reddere hujúsce facinoris pœnam Dominus volens, incitavit animos civium ſcelus ulciſci: unde unanimes quarta poſt *Lætare* feria ſub ſignis civitatem exeunt, Nemæ opidum noctu obſeſſuri, ipſa autem in aurora alloqui obſeſſos cives incipiunt, majoríſque bombardæ tonitru ſuæ ſignum

ſignum præſentiæ dare; ruptâ itaque morâ, ignita jam dudum noctu clam in Suſatum abs Colonienſibus incaſſum miſſa jacula, proſperiori exitu in opidum mittere tentant: favit juſtitiæ iniquitatis ultor Deus: toto enim opido rogo conſumpto, octo modò domus edacis incendii flammas evasêre, reddente pro ſcelere vindictam in nephandos juſto judice Deo. Ea autem in obſidione ex Suſatenſibus unus jaculo occiſus cecidit; quantum autem inimicis dampni illatum ſit, facilè eſt advertere, ſed & flammam ipſam totum conſumpſiſſe opidum, Divinæ ultionis evidens indicium eſt. Acceptam ſuorum jacturam bonorum Nemenſes licèt doluêre, non tamen fœminas ſpoliare deſiſtebant. Tertia vix lux orta eſt poſt ſuorum incinerationem, & tendentes inſidias XX fermè mulieres captas & ſpoliatas denudarunt, & ſub præſtito juramento vocatæ ad vincula & carceres redire compulerunt. Verùm quò leviùs ſuorum ignominiam ferrent cives, ſubſequens mox ultio fecit: ipſo enim die ex hys, qui ære conducti erant, exière octo ſua in ſorte, inciderúntque Colonienſium in inſidias, qui præ ſe ferebant, veſperi in agrum prædæ gratia excurſum facere. Fugati itaque abs Colonienſibus, munitiunculam quandam præſidio ingreſſi ſunt, ad quam ſeſe recipientes, obſidentibus ſe hoſtibus diuttinam pugnam non parum quoque jacturæ dedêre; ſed demum jaculorum defectu inferiores facti, reſignata munitione, hoſti manus dedére. Haud longa mora intervenit, & item Suſatenſium pars maxima prædam ex Werldenſi agro abigendi cauſa civitatem egreſſa eſt. Exîerant & ea tempeſtate incurſionem in Suſatenſes facturi Werldenſes; incipitur prælium atrox ſatis, pari periculo ſed fama impari boni atque ignavi erant: nam Suſatenſes in armis, in arcibus adverſarii ſpem ponebant; demum inferiores facti Colonienſes fugæ remedium quærebant; capti tamen ſunt ex militaribus tres, plebejus unus, occiſi tres, vulnerati multi, ex Suſatenſibus unus verò modò bellica præda Colonienſibus fuit, jacturam fœminarum militarium trium captura recompenſavit. Inſtat Palmarum dies, occurrit Dominicæ paſſioni dicata ebdomada, in qua Chriſto compati Chriſtianum oportuit, cum moriente mori, conſepeliri cum ſepulto; ve-

A rùm quantum actionis gratiarum & compaſſionis Redemptori ſuo obtulerit perverſi Paſtoris grex morbidus, loqui ſupervacaneus labor eſſet: quippe vulgata ſunt omnia: ſanè quod omni abs fideli ſalutis redemptioníſque tempus aſſumitur, diabolicum ſceleſtiſſimis vertitur in præludium: vix dies aliqua hac in ebdomoda tenebras admiſit, in qua ſtipendiarios latrones in cives non armavit; nichil quippe aliud ſtudet Præſulis ſollertia, quàm ſuis è nubibus jugem ferream ymbrem in cives pluere, ut habitatore erepto, aratorem urbi, ſi prævaleret, inducat. Verum infatuet propoſitum ſuum Dei ſapientia incarnata, redundétque in caput ejus iniquitas ipſius, ac incidat in foveam, quam fecit.

B Quietis impatiens hoſtis, dum pacem civibus auferre nititur, ablatâ ſegnitie, animis virtutem & ad bella cautiorem juventam reddere probatur: pax enim amiſſa cautio eſt & diſciplina militaris fida quoque urbium tutela; eâ autem habitâ, quid niſi lenta ſegnities & ſemper periculoſa ſecuritas generatur? in hoc enim uno bellum pace melius eſt, quia cautius atque experientius. Nunquam Romana virtus ſic â ſua prima inſtitutione abîſſet, ſi Carthaginenſe bellum manſiſſet. Suſatienſibus Punica pax documentum præſtitit, non ſemper optimam eſſe pacem provinciis: nam ipſa ſola Romanæ urbis excidium fecit; unde dum quottidianis penè incurſibus Colonienſes, cives exagitant, ſublatâ ſpe pacis, promptiores eos C & exercitatiores ad arma faciunt. Quod quàm verum ſit, hiſtoriæ textus ſequens probabit: nullum enim hoſti ſpatium ad colligendas vires dare diſponebant, invaſi ab inimicis hoſtes invadunt, prædam abigunt præda civibus fiunt, inſidias ponunt & fugantur, cædunt & cæduntur, porro qui jam pro ſe ſuíſque dimicare, hoſtémque armatum ſinè formidine aggredi & ferire didicerunt. Igitur Paſcæ jam die ſuo more celebrato, illico Colonienſes mulieres capere, prædam agere ipſa tertia pòſt Paſcæ feria incipiunt; nec inultum ſcelus relinquere cives: ſequenti luce quendam de Sweckhus captum, traditoris nota famatum, urbis mœnibus inductum nervis alligarunt, poſt confeſſionem criminis morte plectendum. Lux lucem ſequitur & bellum ex bello orditur. Sanè ſexta feria Colonienſes

noctu

Digitized by Google

noctu eccleſiam in Loën ſpoliant, ablatíſque omnibus, pomiferas A
etiam quaſque arbores ſuccidunt; verùm in Suſatenſium adventu
fuga lapſi ſunt. Si ſingillatim alternas incurſiones parem diſſerere,
lectori tœdium præ facinorum multitudine ſimul inducerem. Con-
ſultò igitur multa ſubticere ſtatui, non quaſi præclara rei militaris
facinora non ſint, verùm ne auditoris aures plus gravari quàm mul-
ceri contingat.

Walburgis divæ diem noſtrates Veri olim dedicârunt: cujus
rei è ſaltibus virentium frondium illata mœnibus multitudo argu-
mento eſt; inolitam hanc urbanitatem ſuî in gloriam ac hoſtium in
jacturam vertêre Suſatenſes: porro ubi nichil hoſtilis incurſionis
in ipſis Maji kalendis ſuſtinuêre cives, conglobati in unum arma ſu- B
mere, fundere hoſtes tractabant: calcato itaque ſaltu, in Arnsbur-
genſem Comitatum ducere phalangas, agros vaſtare, prædas age-
re, terrorem hoſtibus incutere, igne in circuitu omnia vaſtare,
longè latéque in hoſtem ſævire, etiam ultra Ruræ fluminis oram
Müſchede, Hüſten, Herderyngen, Emeren aliáque complura flam-
mis, cæterum Brockhuſen & Varenhagen, duo fortiſſimè munita
militarium habitacula, tormentorum jaculis vi expugnata, ſpoliis
primùm ablatis, ad fundamenta uſque demoliti ſunt. Dives igitur
prædâ exercitus, quò venerat, ire perrexit; fuit autem præda vi-
rorum undecim modò; maturiùs enim, quàm debebant, appo-
ſuêre ignem cives, flammarúmque globis in altum erectis hoſtium C
præſentiam indicârunt; unde fugâ lapſi opaca nemoris occupârunt:
cæterùm jumentorum numerus abundans fuit & dives, centum in-
quam & ſexaginta equorum, quingentarum & ſuprà vaccarum
pinguium, vitulorum paſcualium centum, porcorum quadringen-
torum, ovium ac caprarum trecentarum, ſed & currus ſubferrati
ſex, ſupelléxque varia penè innumerabilis opulentáque admodum
victores ſequuta eſt. Hæc inter Colonienſes, re cognitâ, frende-
re, conglobatíque viarum anguſtias præoccupârunt, tranſitum re-
patriaturis victoribus negaturi, ſpe vel cives feriendi vel prædæ
excutiendæ gratiâ attracti; verùm jaculorum ictu fugati, grandi
ſuorum jacturâ præbere iter repatriaturis compulſi ſunt, ſicque

A civitatem cum triumpho & præda ingreſſi, virentium ſub fron-
dium umbraculis tripudiârunt. Eâ tempeſtate quotquot manus ci-
vium invenire poterant ex fœminis, fugâ jam maribus elapſis, ſe-
cum duxêre captivas, non ut carceralibus mancipatas pœnis exactio-
narent Colonienſium inſtar, ſed ut hoſtes hujusmodi â ſcelere vel
ſuarum metu revocarent. In cujus rei argumentum ante civitatis
ingreſſum ſolutæ & liberæ abire permiſſæ ſunt.

Heſternæ jacturæ ſuæ dampnum doluêre Colonienſes, animiſ-
que ſe turbare & fremere, ymmò veluti conſilii inopes, tanto
quid in diſcrimine agant, hæſitant; & quia viribus haud præſume-
bant, dolo circumvenire cives, ſi quo modo prævalerent, tenpta-
B bant; nec hoc tum primò tenptatum: vix enim tanto ſtudio aut
tot laqueis venatores atque aucupes feras ac volucres dolo captare
ſolent, quot Præſul ſuique complices expanſis retibus inſidiis &
fraude cives decipere laborarunt; monſtrantur digito fraudium
magiſtri, & ille prudentior judicatur, qui peritior eſt fallendi.
Coadunata itaque clanculò militarium turma non ſegni, non timi-
da, ſed verè forti & maſcula, tribus in locis noctu haud longè abs
urbe inſidias ponebant, ut orto lucis ſidere abſtracti a portis cives,
dum paucos diſperſo ſequi agmine feſtinant, irruentium in ſe ex
inſidiis præda fiant. Igitur dum hæc hoſtis diſponit, ignari inſidia-
rum cives intra mœnia animoſiùs quid agere feſtinant: ea quippe,
C quæ ad expugnationem neceſſaria ſunt, aptare, alius alium hortari,
arma parare, quò tamen tenderent, neſcii, fortunæ ſe caſibus com-
mittere volentes, quam ſecundam ſibi futuram ſperabant & opta-
bant. Quod tamen nec tutum, nec laudabile judico; quippe ma-
lè eventa miniſtrat impetus, & cùm fallax ubilibet, in bello maxi-
mè ſpes reperitur fallaciſſima. Prudentiſſimus atque exercitatiſſi-
mus rerum militarium fuit, qui dixit, nuſquam minùs quàm in
bello reſpondere eventus. Manè igitur ſub ſignis exituri explora-
tores equites præmittunt; erant autem XXIV numero, viri bellico-
ſiſſimi, quibus nullus hoſtis formidoloſus. Hy inſidiarum ignari
in hoſtem irruunt, ac tali uti in re opus eſt, vires animúmque
probare tenptant. Capti ſunt autem ex Suſatenſibus quindecim.

Inno-

Innotuit rei eventûs civibus, qui portas erupêre ſuis auxilium præbituri, quippe qui jam in armis erant; miſcuêre igitur partes, duroque Marte aliquantò certatum eſt, demum palma civibus venit, qui fugientes per prona ſequuti ſunt, donec in caſtrum Anröchte ſeſe receperunt. Capti ſunt autem eo in bello Colonienſium XXV, equi phalerati XXVI, ex hominibus & equis nonnulli occiſi, multi vulnerati; ex civibus autem unus modò cecidit. Facta eſt autem hujusmodi remota perſequutio propter Lippenſes, qui eodem die condicti erant, Suſatenſibus occurrere; timebant igitur commilitones ſuos in hoſtem cadere; unde ad duo fermè miliaria proſequi inimicos volebant, ut ſi occurrerent, pro amicis & ipſi dimicarent. Haud longè pòſt cives armata manu abs Hammone victualium copiam commilitonibus allaturi, inter eundum è ſaltu prorumpentem lupum comprehendunt, auſpicium ſanè in proximo alterius generis ſe lupum ſuis aſtringendum loris capturos, uti & exitus probavit: ſunt enim quidam equeſtris Ordinis viri, vernacula noſtra lingua Wülve, hoc eſt, lupi latinè dicti; & quia Hammonenſes Suſatenſibus favebant, factum eſt, & ipſos ſociorum invidiæ participare: ſequenti enim die, dum Hammonenſium unus caſu domûs ſuæ ſuperiora aſcenderet, reperit artificioſa quædam ignium receptacula clam inter paleas abſconſa, jam ignem foris expirantia. Perterritus homo, dum concitò rem ad majores refert, ad campanæ pulſum ſinguli ædium ſuarum abdita luſtrant, & plerique ciclopum arte excogitatas faſces reperiunt; ſicque unius hominis ex caſu fortunata non quæſita inventio, totius fuit civitatis impedita deſtructio, porro ni is unus cintillulam teſta fotam duce Deo reperiſſet, vorax flamma totam forſan civitatem devoraſſet: unus reperit, quod nullus reperire optavit; ſed dum quisque non optatum quærens invenit, inveniſſe cuique gaudium generavit.

A (margin, at line 1) — B (margin, at "Haud longè pòſt") — C (margin, at "ſum ſinguli ædium")

Idibus Junii majoris Monaſterienſis eccleſiæ Decanus & Capitulum, ſed & ejus civitatis Conſulatus epiſtolas Suſatenſibus miſere, Epiſcopi ſui nomine ea, quæ pacis ſunt, rogarunt. Accepta itaque pace, militiam, quam dudum in Hoveſtad locaverat in cives, revocavit, ipſúmque caſtrum Colonienſibus iterum reſignavit.

Hinri-

A Hinricus enim Monaſterienſis Epiſcopus fraternæ compatiens jacturæ, omnem armorum vim in Suſatenſes expendiſſet, ni per Capitulum Conſulatúmque retractus fuiſſet: promiſerat enim ſuo ſub ſigillo, nullum ſe infidatum iri ſine Capituli ac Conſulatûs conſenſu præhabito ſpeciali. Cùm igitur nec Metropolitanæ Colonienſis eccleſiæ cum Monaſterienſi ab antiquo conſœderatio, nec fraterni ſanguinis conjunctio in bellum amatores pacis animaret, pacem amplecti diſcordiæ amicum compellunt; quæ utique meliùs præceſſiſſet, bello iter obſtructura, quæ ſi firmata fuiſſet ante belli principium, quot, rogo, dampnis & mortibus tempeſtiva pace eſſet occurſum? verùm ſinè verberibus pacis hoſtes pacem non quærunt,
B qui nonniſi bello diuttino afflicti pacem noſcere incipiunt vel amare.

Extremam virium ſuarum virtutem oſtenſurus Præſul, quotquot potuit, externis è regionibus pugiles ære conduxit, belli utique materiam, pacis excidium, quos hys, qui ſe ducem ſequebantur, adjunxit, vocatíque ex Saxonia legiones, & animis & armis feroces, qui ab adoleſcentia cædes, rapinas, bella exercuiſſe dicebantur, quorum caput Hildenſemenſis eccleſiæ Epiſcopus, vir ab ipſa juventa Marti deditus, acies gubernavit. Coïere & Principes, Comites, Barones ac nobiles quique, integra inſuper Padefontanæ diœceſis armatura verè fortis, verè maſcula. Tanto igitur agmine ſtipatus, quaſi jam de triumpho ſecurus gloriabatur quaſi potens in
C potentia ſua, minus perpendens, ad latus utrumque hoſtes eſſe armatos, quorum tœdia nemo facilè atque moleſtias inſolentiáſque dinumeret. Pompejo quidem Theſſalico prælio nichil magis exitio fuiſſe legimus, quàm ipſa exercitûs magnitudo; & fermè omnibus in bellis major ſemper exercitus ſuccubuit, minor vicit. Fudit itaque exercitum Præſul in Suſatenſium agros, non uti antè cum prædatoria manu, ſed auro comparato & adducto exercitu bellum gerere cepit, apertéque quondam ſuæ urbis dominium repetere. Ipſâ itaque die divæ Margaretæ virginis, quæ eo anno in quartam cecidit feriam, apud Saſſendorp primùm caſtrametatus eſt. Quæ autem tam ſollida virtus eſt, quam tot ſceleratorum tótque carnificum cruentorum converſatio exemplúmque non deterreat? verùm haud

Digitized by Google

haud perterriti cives neu fluctuare, quid agerent, ſed armatis ar- A
mati occurrere, alius alium hortari, libertatem patriam, penates
parentéſque armis tegere conati ſunt; occurrentes enim hoſtes ſaxis
vi incenſi pulveris in contrarios injectis propellere, ſed & ipſa ho-
ſtium caſtra tormentorum jaculis turbare, exitúmque in agros pro-
hibere, & cives, qui veſpere intra urbis mœnia ſeſe receperant,
orto Sole in hoſtem exibant. Factum eſt Idibus Julii tanto impetu
cives in hoſtes debacchari, ut vi jaculorum armatus exercitus ſiſte-
re loco non præſumeret. Solutis igitur tentoriis, caſtris accenſis,
cedere compulſi ſunt, & circumgirantes demum in Loderinckhu-
ſen ſigna ſtatuerunt caſtráque metati ſunt, porro qui in Saſſendorp
pravitate hæreticâ ymmò Sarracenicâ perfidiâ in Deum & ſancta B
ejus ſacramenta, plura nephanda commiſêre ſcelera: nam babtiſte-
rium fregêre, imagines Deo dicatas flammis injectis incenderunt,
ablatíſque, quæ in eccleſia erant, campanis quoque fractis, omnia
ſecum detulerunt. Brilenſes hujus ſceleris auctores fuiſſe fama eſt.
Itaque non minori impetu in Loderinckhuſen conſtitutum hoſtem
cives inſequuti ſunt, tormenta in exercitum jacere, nec deſiſtere
in cepto, donec multo fuſo ſanguine, paſſáque jactura ſuorum,
civium vim ferre non ſuſtinens XV kalend. Auguſti, hoc eſt, ſe-
cundâ poſt Margarethæ virginis feriâ iterum ſolutis caſtris, inſe-
quenti ſe terga dedit, ac in Hattorpe tentoria fixit, ubi nec unâ no-
cte requiem habere permiſſus eſt: inſequentes enim ſe cives, ſo- C
lutis caſtris, Swene occupârunt; haud tamen permiſſum eſt hoſti,
aliquando per diem civitati appropinquare; noctu vero, ſi vel pau-
lulum procedere tenptârunt, redditâ luce in civium egreſſu repulſi
ſunt. Sextâ proximâ feriâ, quæ XI kalend. Auguſti fuit, Lippen-
ſes ſuis commilitonibus in auxilium venêre, tantùſque in hoſtem
impetus factus eſt, ut pars magna confecta vulneribus abire com-
pelleretur; noctu igitur eò loci, quo leproſi degunt, hoſtis vallo
ſe munivit, ut cæſis primùm civibus, ipſorum etiam civitatem ex-
pugnaret. Qua re animadverſa cives diſpoſitis machinis, facto im-
petu hoſtem invadunt, pellunt loco, obſidionem ſolvunt, fugæ
præſidio ſalutem quærere cogunt; fugientem autem Præſulis exer-

 citum

A citum accenſis faculis inſequuti ſunt, donec Monæ alvei oræ appropinquarunt: tum dimiſſo hoſte ad ſua reverſi ſunt; duravítque hujusmodi concertatio diebus undecim, multis iterum ex Colonienſibus Marti libatis; ex civibus verò unus cecidit, octo ſauciatis. Fertur ultra centena aureorum milia Præſulem hac in expeditione expendiſſe extra jacturam in equis armísque paſſam.

Conſtituto aduc ante civitatem exercitu, ſupervenêre literæ inſidationis abs primis Burgundiæ Ducis Principibus & Magnatibus in Præſulem miſſæ; cæterùm & aliæ abs Clivenſi Duce Johanne directæ, in proximo futurum ipſius adventum in bellum ſignificantes. Timens igitur ſe mole hoſtium obrui Præſul, migrare ſtatuit, B &, quod ſe ferre pondus non poſſe ſcivit, excutere, quémque pugnando hoſtem pati deſperavit, fugiendo evadere tenptavit. Clivenſis ut exercitus diſceſſum cognovit, duos viros nobiles, militari cingulo exornatos cum armatis in civium ſubſidium miſit, Gerwinum de Swanenberg, Schowenburgensémque Johannem, quibus non labor inſolitus, non ullus aſper locus, non hoſtis formidoloſus, qui abs ipſa juventa hoſtem ferire, armis contendere, pericula virtute propellere longâ conſuetudine, diuturnáque experientiâ didicerant; manſêre autem cum civibus usque ad beati Laurentii feſtum: proximâ enim poſt Laurentii, hoc eſt, tertio Idus Auguſti, comitantibus ſe civibus, ad Ducem ire perrexerunt; inter C eundum autem ignita in Werldenſe opidum misêre jacula, depopulatisque ſatis, ac arboribus per girum opidi ſuccisis, reverſi ſunt. Subſequuntur Colonienſes hoſtem & aliquantò jaculis in invicem miſſis, dum qui inſequebantur, fugiunt, cives terga fugientium ad portas opidi usque jaculis feriunt; ſic item victores Suſatenſes evadunt, & quod mirabere, tot tantisque crebrioribus triumphis reportatis, non animis elati ſibi quidquam, verùm Deo victoriæ palmam danti omnia aſſcribunt, ſecundam ſemper fortunam ſuſpectam habentes: nam ſi certus belli exitus, aduc eventus eſt dubius, & quia de lætis triſtia & læta de triſtibus erumpunt, nondum fortunam ad calculum eos vocâſſe, longam perplexam rationum ſeriem, pertinacem quoque ac violentam creditricem, cum qua multum

negotii

Digitized by Google

negotii ipſis reſtet, fortunam mutuum repoſcere ſolitam magno A
cum fœnore: formidare denique, non plenam eſſe victoriam, ubi armatus ſupereſt hoſtis, quo etiam oppreſſo, alius atrocior forſan renaſceretur, ſicque ferro truncata repullulare odia: demum victores prælio, ſœpe victos eſſe bello: unica ipſis ſpes, Deum ſe non deſerturum confidere.

Irruptiones incursúsque in alterutrum penè quottidianos enarrare longum eſſet nimis, faſtidióque proximum: nichil enim militaris artis diſciplinæ intenptatum, majori tamen ſemper hoſtium quàm civium jacturâ. Igitur in ipſis Nonis Novembris Theodericus cohortes in agros duxit, & quia manè nebula, quæ aërem occupârat, ſpeculatorem fefellit, usque ad portas civitatis hoſtis ve- B
nit; ſtrepitu itaque percepto ac nebulâ paulatim ſe ſpargente, ùt res erat, vidit: illico tactu campanæ hoſtem adeſſe civibus ſignificavit: haud nectere moram cives, ſumptis armis aciem inſtruunt, hoſtem inſequuntur, armis contendere parant. Primum ergo impetum pauci equitum ſuſcepêre, gravi ſe diſcrimini exponentes, miſcuêre tamen cum hoſte, donec pedites, qui in proximo erant, certamini ſe darent: inſtructâ itaque acie bellum atrox ſurrexit, diûque incerto Marte pugnatum; demum aſpiciente Deo deſuper propitiùs, cives ſuperiores facti Præſulis exercitum fundunt. Cecidit autem eo in bello Philippus de Naſſaw, filius Johannis de
Bilſteyn & nonnulli alii; capti autem Dominus Wernerus de Seyn C
Comes in Wyttikenſteyn, Præpoſitus apud ſanctum Georgium Agrippinæ, Bernardus nobilis de Büren, Dominus Theodericus de Burſchit miles, cæterùm XXVII alii equeſtris Ordinis viri nominati, ſervíque ipſorum penè totidem, ex opidis quoque circumjacentibus cives & armigeri XLIII, equíque inſellati centum & triginta; ex civibus verò novem capti, unus ſagittâ vulneratus inter medendum poſt menſem penè elapſum mortem obiit. Graviſſimam hæc ſtrages jacturam Agripinenſis eccleſiæ Canonicis intulit: in armis enim & equis novem milia & LX aureos amiſerunt: in redemptionem captivorum triginta duorum milium aureorum ſummam appendere coacti ſunt. Ecce! quantula ex ſcintilla quottidie

A foſâ quantus ignis crevit, ſed utinam hoc certamine vel penitus extincta fuiſſet! Cæterùm pridie kalendarum Decembrium die, in quam beati Andreæ Apoſtoli natalitius dies cecidit, publicè in ecclesiis proclamatæ ſunt Apoſtolicæ bullæ a ſanctiſſimo in Chriſto Patre & Domino Domino noſtro Eugenio Romanæ Sedis Antiſtite illò miſſæ, in & contra Theodericum Agripinæ Sedis Antiſtitem & omnes ſibi conſilio auxilióque conſentientes in effectu ipſius ſuſpenſionem & depoſitionem continentes, ipſum inſuper & ſuos diverſis maledictionibus propter eccleſiæ univerſalis inobedientiam ac fidei catholicæ depravationem publicè notantes, & quaſi hæreticum & ſciſmaticum ab omnibus perſequendum admonentes. Innotuerat B enim ſummo Pontifici, quanta in Deum & Sanctos, Deo quoque dicata loca ſcelera patrarant, quæ vix vel Judæus, ymmò Saracenus vix attenptaſſet. Inſuper ſecunda poſt Nicolay Epiſcopi feria Lippenſes inſtruere acies ac ſub ſignis in Geſeke proximum ſibi opidum faciem dirigere; ſecunda igitur illis arridente fortuna, ſuperiores pugna facti, duobus occiſis, octo vulnerum tortura debilitatis in campo dimiſſis, cum XLV captivis ſine ſuorum dampno reverſi ſunt.

Multo labore ſudaſſe ſudareque armorum ſub pondere cives, continuáque congreſſione laſſeſcere, ex hys, quæ præmiſſa ſunt, lector facilè intelligit; & id quidem non inconſultè: nulla enim ſi- C nè difficultatibus gloria, nulla non virtus in excelſo habitat haud facilè adeunda; confragroſum, durúmque ac ſcrupenſe eſt iter; ymmò ſine labore nil laudabile, excelſum nichil. Quis unquam ſinè labore miles glorioſus aut victoria clarus evaſit? pro defendenda patria miles in caſtris, pro augenda Dux in tabernaculo laborat. Itaque ne quibus armis ſudare datum non eſt, otio torperent & ignavia, laborantes laborare oportuit. Anno igitur ab incarnatione Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo, quarta poſt Circumciſionem Domini feria octo plauſtra a Lippenſibus ovina lana onuſta ſuorum in exercitium Soſatum uſque cives detulêre, ſcitè quidem ac ſapienti uſi conſilio: nam inter diverſos divortium eſt, ſimilia bene cohabitant, durus labor eſt, inertia

mollis;

Digitized by Google

molliſ; raro Mars cum Venere erit, virtus cum vitio non converſatur, otium cum labore contubernium non habet: labor enim materia virtutis eſt & gloriæ, contrà vitii & infamiæ materia otium, libidinem fovens, corpora prægravans, animos enervans, facilem devexámque ad ignaviam ſternens viam; laborioſus autem & arduus ad gloriam tramites agit. Per idem fermè tempus Karolus Burgundus cruentæ meſſis (quam Præſul corrupto ſemine ſatam florentiſſimis intulit arvis) ſequeſter eſſe cupiens, novas Möerſæ dietas ordinavit, ubi Burgundiorum legatis, Præſulis, Ducis ſed & civium ambaſiatores occurrere, tractatibúſque diverſis integram ſine fructu quindenam vanè conſumebant; Colonienſes enim dictis facta non compenſabant. Infecto itaque negotio poſt quinque ebdomadarum tempus ad ſua reverſi ſunt. Hæc inter, hoc eſt, ſeptimo kalend. Aprilis Colonienſes clam noctu civitatem incendere tenptabant: quidam enim ex ipſis per aquæductum viam ſibi faciens, primùm portam incendere niſus eſt, cæteris foràs ſceleſtum ſuſtinentibus; verùm cuſtodia vigilum impediti, ubi fruſtra ſe conari vidêre, ablatis bombardarum cameris in ipſis portarum abditis repertis, fuga lapſi ſunt, propoſiti tamen ſui indicium ignium focos reliquerunt, quo cives ſcirent, quid animi habuerint, ſi prævaluiſſent. Exacerbati haud injuſtè cives vindictam ſumere tractabant: unde proxima luce adunare phalangas, armare in hoſtes militem, Lippenſes commilitones ſecum ducere, ſub ſignis pariter aciem in Calenhard Præſulis opidum noctu duxêre, ordinatíſque, duobus qui in locis per murum in opidum deſcenderent, portarúmque aditum exercitui pararent; manè igitur, nondum luce clara, dato ſigno ab hys qui intra mœnia per murum ſeſe receperant, undique clamor ingens oritur, portæ aperiuntur, opidum capitur, civis ſpoliatur. Capto itaque opido, portarum, Conſularíſque domûs claves poſtulantur, vexilla, quæ jam dudum in agrorum depopulationem erexerant, ſigilla quoque cum aliis clenodiis rapiuntur. Spoliato tandem opido, pecudibúſque eductis, totam incendio civitatem tradiderunt. Captis igitur de incolis quinquaginta duobus, reliquis vel fugâ lapſis vel ſacrorum emunitate locorum tutatis,

A tutatis, victores in pace reverſi ſunt. Fuit eâ tempeſtate eò loci
quidam de Soltkotten onuſtam pannis vecturam ſecum h bens, is
infauſtis obvius fatis quaſi ſal pro pecudum carnibus condiendis ci-
vibus apportavit; & re mirâ! octo modò tanto in diſcrimine ceci-
diſſe inventum eſt. Inter redeundum autem Cortlickhuſen caſtrum
utique fortiſſimum naturâ & arte munitum adeunt & expugnant,
ablatiſque ſpoliis, appoſito rogo in cinerem redigunt. Sic ſic in
hoſtem excogitatam patrare vindictam prævaluêre.

In ſanctæ Penthecoſtes vigilia Lippiæ tractatus habiti ſunt, ne
quam pacem, ne quid inſuper ſpatii ad colligendas vires hoſti da-
rent, ne forſan aliquando fortiùs ipſos feriret. Itaque in octava
B Penthecoſtes cives unà cum Suſatenſibus in Mendenſe opidum acies
dirigunt, ubi occurrens ſuis Clivenſium Princeps Johannes gravi
ſtipatus milite vallare opidum, Vulcani jacula mittere, agros vaſta-
re, ſegetes conculcare, villas domóſque in circuitu demoliri, præ-
das agere, pleráque loca hoſtiliter cum equitatu petere; demum
Werldenſis opidi agris depopulatis, multis captis, quibusdam oc-
ciſis, multa cum ſubſtantia, diversíque generis ſupellectili ad ſua
reverſi ſunt. Cecidêre ex Suſatenſibus duo, Lippenſium unus
Marti libatus eſt. At proximâ ſextâ feriâ Illuſtriſſimus Princeps
Johannes Clivenſium Dux Comitem Limburgenſem cum LXXX
armatis in civitatis præſidium Lippiam miſit (audîerat enim Theo-
C dericum maximum exercitum comparâſſe, moliríque & parare,
non unas duáſve civitates, verùm totam provinciam ſuo imperio
ſubjugare. Igitur Frederici Imperatoris anno ſeptimo Colonienſis
eccleſiæ Præſul Theodericus Cæſareas aqùilas in Suſatenſes ducen-
das abs Rege ſuſcepit, contractóque exercitu octuaginta armatorum
milium, terrorem penè omnibus incuſſit. Habuit autem exerci-
tus Ducem Saxoniæ Principem Wilhelmum, Marchionéſque Thu-
ringiæ, Miſſiæ, Brandenburgenſémque, ſed & Bohemorum &
Huſſitarum, qui jam dudum ab eccleſia Catholica defecerant, vi-
ginti ſex milia armatorum, qui Sterreburgenſem Comitem belli
caput ſibi poſuerant, exercitum ære conduxit; cæterùm & alios
multos Principes & nobiles belli ſocios habuit; nomen Bohemi-
cum

Digitized by Google

cum â multitudine ymmò barbarica â feritate totus ſibi exercitus uſurpavit. Tanto igitur agmine ſtipatus illico in provinciam exercitum fudit, & ſinè Marte opida, caſtella, vicos victor calcavit, totúmque penè Lippenſem Comitatum diſcerpſit: imprimis itaque Blomberg, Depmolde, Brakel, ablatis ſpoliis, ſolo flammis æquavit; Lemgo, Horne durè exactionavit & ad præſtandum homagium compulit, Valkenburg vallavit, ſed animoſiùs acceptus, infecto negotio, maximâ ſuorum jacturâ, ſolutis caſtris, terga dedit; Hervordia quoque Imperiale opidum maximo auri pondo Præſulis impetum redemit. Hæc inter Bernardus Comes ſuis cum primoribus hoſtium furorem declinans, Hamelen navigio per Weſeram venit, dein Schowenburgenſem Comitem adûit (ejus enim gener erat) quid animi Præſul haberet, ſuſtinere. Hic Præſul Padefontanæ urbi applicuit, quaſi exercitu ipſam oppreſſurus, ni initum cum Suſatenſibus Lippenſibúsque fœdus interrumperent, confœderatósque inſidarent; nam ſolo aſpectu hoſtium incolæ attoniti torpeſcebant; quidam autem ſolo barbarorum adventu audito, fugâ ſalutem quæſiêre. Grandis profectò Bohemici nominis timor cunctos invaſit: ex eo enim quod armis diffuſi, palantes urbes & opida in itinere decurrentia tumultuoſo agmine devaſtare, eccleſias, oratoria, utriusque ſexûs monaſteria peſſundare, Sacramenta Dominici Corporis, proch nephas! in ſordidum pavimenti pulverem projicere, nichílque mali intenptatum relinquere, non vis modò, verùm furor barbaricus timorem incolis circumquaque incuſſit; acceſſit quod jam dudum Bohemos fidem orthodoxam deſeruiſſe, Chriſtique fideles multo tormento occidiſſe auditum eſt. Deus bone! quid inſons meruit plebecula, quid ſacra tellus Weſtphalica? ecce! jam pulvis Weſtphalicus greſſu quatitur barbarico, ſive id peccata noſtra meruêre, ſive iniquum & triſte ſidus aliquod adverſo lumine nos exercet, ſive, in quod magìs inclinor, integri nunc ſceleſtis addicti, criminibus plectimur alienis. Oſnaburga civitas timore percuſſa, ad unam ſolam requiſitionem Hoggenſem Comitem Johannem, jam ſeptennio carceri mancipatum, liberum, nigris veſtitum Wilhelmo Duci remiſit, qui dimiſſus ſatum terræ ſemen com-

A commendavit, quod poſtea cruentam maturavit in meſſem. Secundiore itaque Præſuli arridente fortunâ, tertia ante Johannis Babtiſtæ feſtum feria, ſtrepentibus armis, agmine denſo, diverſo machinarum genere Lippiam aggreſſus eſt. Cives autem primo hoſtium adventu pavidi tum barbarici fama nominis, tum diſpari religione cognita: creditum enim eſt a ſimplicioribus, fama mendace præcone, caudatos eſſe homines, murilegorum inſtar muros mœniáque ſcandere poſſe, omnia inſuper loca, teſtudine haud cooperta, facili aditu capere; at cives peritiores animare puſillanimes: homines eſſe ſibi ſimiles, morti obnoxios, qui & cædi vulneribúsque ſauciari, demum & interfici poſſe aſtruere, nichil famæ credendum eſſe. B Quam exhortationem experimento veram probantes, erubuêre primam puſillanimitatem, animoſiorésque facti, cum hoſtibus pugnare ludum penè exiſtimabant. Vallare igitur civitatem exercitus, omnis generis machinas erigere, ſaxa etiam ingentia torquere; nec ſufficit furori humano tot ab antiquo excogitatis uti machinis, niſi & glandes æneas, quæ flammis injectis horriſono tonitru jaciuntur, furioſa aggreget invidia; non erat ſatis de cœlo tonantis jam Dei immortalis, niſi etiam de terra tonuiſſet, non imitabile fulmen humana rabies imitata eſt, & quod è nubibus mitti ſolet, tartareo mittitur inſtrumento, quod ab Archimede inventum putant eo tempore, quo Marcellus Siracuſas obſidebat; verùm ille C hoc, ut ſuorum civium libertatem tueretur, excogitavit, patriæque excidium vel averteret vel differret, quo hoſtes, ut liberos populos vel jugo vel excidio premerent, modò utuntur. Itaque diverſo ſœpe Marte pugnatum eſt, varium machinarum genus tenptatum, verùm immodico ſemper Præſulis dampno; duæ modò domus Vulcani jaculis incenſæ quidem ſunt, ne conſumptæ dicam, diligentia autem civium ignis, ubi intumuit, ſopitus eſt. Una igitur dierum civitatem aggreſſi mœnia expugnare, prælium manibus facere tenptant; contrà cives in hoſtem ſaxa jacere, jacula mittere, ne propinquos modò, verùm qui procul erant, vulnerare vel occidere, factúmque eſt magnam exercitûs partem vulneribus confectam abire, formidinémque commilitonibus incutere, præter

Digitized by Google

præter eos qui in diuttina obſidione diverſâ morte interempti ſunt; A
hoc uno aggreſſu quadringentos armatos Præſul Marti libavit: ſed
& in ipſa obſidione, dum in unum quinque ſedentes ſortem ſuper
calice, quem, neſcio ubi, eccleſiæ abſtulerant, cui contingeret,
mitterent, contigit quendam è civibus ſaxum grande è tormento excuſſum in incertum jacere, quinquéque viris præfatis uno ſaxo manus aufferre, Deo utique ſacrilegium ulciſcente; de civibus autem
duo modò per totum obſidionis tempus jaculo interempti ſunt.
Demum duodecimo obſidionis die videntes civium animoſitatem,
cognitâ etiam loci munitione ſe nichil proficere, ſuos quottidie occidi, minui, vulnerari, infecto negotio maxima cum confuſione
ſextâ poſt Petri & Pauli Apoſtolorum feſtum feriâ ſolutâ obſidione, B
fugere dum cupiunt, pedibus calcaria nectunt.

Hinc tanto agmine ſtipatus Præſul ad expugnandum Suſatum
totius ſui laboris cauſam obſtrepentibus machinis quaſi ad proximæ
victoriæ munus properavit; quem & cives Principis ſui præſentia
accincti imperterritis ſuſcepêre animis. Erat autem juxta urbis mœnia ſanctimonialium fœminarum monaſterium, in quo ſeſe Johannes Adolphi filius Princeps clariſſimus receperat, quod primo aggreſſu Theoderici exercitus, expulſo Principe, expugnavit, in quo
ſe hoſtes uti triumphatores cum tripudio collocârunt, ſícque integri ad menſis ſpatium incertâ victoriâ quottidie dimicatum eſt.
Fluxerat jam menſis integer & noctu urbis mœnia aggrediuntur, C
& pro parte atque loco paratis rebus, cuncta mœnia exercitu circumvenit, militibus imperat, ubi quisque curaret; denique ſigno
dato, undique ſimul clamor ingens oritur; neque ea res cives terret, infenſi intenſiùs ſinè tumultu manent, prœlium incipitur, hoſtis pro ingenio quisque, pars eminus glande aut lapidibus pugnare, alii invadere ac murum aſcendere, modò ſcalis aggredi, cupere prælium manibus facere; & jam milites propè ſumma ſcalarum ceperant, tunc opidani concurrunt, tela & lapides ingerunt,
ac ubi unæ ac alteræ ſcalæ minutæ ſunt, qui ſuper ſteterunt, afflicti ſunt: cæteri quoquo modo potuêre, pauci integri, pars magna
confecti vulneribus abeunt: porro opidani in proximos ſaxa vol-

A vebant, pila mittebant; ſed nec illos, qui procul manſerant, timor animi ſatis munierat, cum pleróſque manibus aut tormentis emiſſa jacula vulnerabant; de civibus autem octo ſolùm interempti ſunt: non enim in multitudine militum victoria, animus belli dux eſt, nec ſemper urbes machinis evertuntur. Cæſar quidem bello Gallico, cùm adversùs Adriaticos turres maximas erexiſſet, primùm contemptui hoſtibus fuit, quaſi rem impoſſibilem humanis viribus moliretur; ubi verò moveri & mœnibus applicari illas vidêre, è contemptu in ſtuporem & pavorem verſi, omiſsâ defenſione ad deditionem confugêre; at civili bello Dux ipſius Cæſaris Brutus ad Maſſiliam æquè erectis atque admotis parem ſtuporem obſeſſis inje-
B cerat, ſed non parem metum: noctu enim egreſſi turres & machinas incenderunt. Cæſaris factum Præſul intendit, ſed Bruti Ducis eventum â Suſatenſibus accepit: nam omnia ferè, quibus injuriam alienam quæſivit, potiùs ſuum ad dedecus cumulavit.

Inter illos autem, qui cum Duce civitatis intra mœnia militabant, quidam Gerwinus de Swanenberg nobili Bohemorum ſtemate ortus, Comes genere, corpore vaſtus, animo ſtrenuus, militari balteo cinctus, aprime â Duce dilectus, militiam exercuit. Is jam pridem apud Montenſem Ducem tale quid â commilitonibus ignominiæ accepit: quippe in conventu Principum cis Renum, dum ſe militem ageret, ignobilem plebeum non Comitis, uti re-
C vera erat, ſed ſutoris ſe eſſe filium audivit, ablatámque cum armis galeam cœno immerſam ab æmulis conculcare vidit. Indignâ acceptâ contumeliâ cedere æmulos, Clivenſi adhærens Duci ſcalares inter alas militavit; audivit hic Comitem Sterrenburgenſem Bohemorum ſe obſidentium Ducem, & patriâ confinem & ſanguine proximum, ejus petere colloquium, quærere aſpectum; quo conſequuto, multa ſuper Montenſem Ducem, multa ſuper Theoderici in ſe facinora commiſſa rogitavit, qui ne modò ipſius genus inſigniáque dehoneſtârunt, verùm & quæ poſſederat accola, flammis & rapinis vaſtârunt, rogavítque animadverſa & genere & patriâ ſe vindicaret, ac illatam ſibi contumeliam inultam ire non permitteret. Igitur ſuorum ſtragem videntes Bohemi, incaſſóque labore conſumi,

mi, & quia de præda, ceu promiſerat, ſtipendium Præſul dare non prævaluit, exacerbati inſuper Gerwini querimoniis, furore ebrii obſidionem ſolvunt, & ni Præſul Geſekenſe opidum præſidio reperiſſet, Bohemico mucrone tyrannidis ſuæ finem dediſſet; ſed & in Montenſem Ducem vindictam exercuêre: nam inter repatriandum Ravesburgenſem ejusdem Ducis Comitatum ſinè diſcretione ætatis, ſexûs, ſtatûs depopulati ſunt, eccleſias ſpoliant, excuſſo Corpore Dominico, vaſcula argentea âufferunt, monaſteria ſanctimonialium, ablatis juvenculis, cum ſenioribus rogo incendunt, eadem pene ſcelera in hoſtes & in neceſſarios patrant. Sic ſic Præſul infecto opere, qui cum LXXX armatorum milibus ad urbem expugnandam venerat, cum maxima eccleſiæ ſuæ jactura, confuſione & ignominiâ plenus quò potuit, ire perrexit. Nullum caſtrum, officium nullum Agripinenſis eccleſia habuit, quod non acceptâ pecuniâ alienis locavit, ſed & omnes penè menſæ ſuæ reddi- A B
tus vendidit, innumerabilibúsque debitis ſe ſuúmque Capitulum obligavit. Ecce! quanta ex ſcintillula quantus ignis crevit! Sequenti anno in ipſa Epiphaniarum die Reverendus in Chriſto Pater & Dominus Johannes ſancti Angeli Cardinalis â latere Legatus hujúsce belli ſedandi gratia Coloniam venit, habitíſque hinc inde tractatibus multis, demum condicto in loco convenientes partes compoſitæ ſunt; diffinitio verò, cujus Suſatum poſſeſſioni cederet, Apoſtolico reſervata eſt, interim Duci Clivenſi aſſignata, ſícque demum pax ſœpe quæſita inventa eſt. Quo quidem anno Hinricus Theoderici germanus, Monaſterienſis Epiſcopus & præliorum ſocius ſecunda menſis Junii carne ſolutus eſt. Supervixit autem Theodericus annis tredecim, & completis jam Pontificatûs ſui annis quadraginta octo, poſt multa præclara rei militaris facinora & ipſe mortem obîit, propter crebriora bella eccleſiam ſuam multis gravatam debitis relinquens. C



APPENDIX II.

INTESTINUM BELLUM CIVILÉQUE PROELIUM MONASTERIENSE.

Jam jam Suſatenſium bello ſopito, pacis prædo, diſcordiarum ſator, tranquillitatis æmulus, pacem ferre non ſuſtinens, novam exorſus eſt telam, inteſtinum movere bellum ſatagens, Monaſterii pedem fixit, haud deſtiturus ab incepto, donec furor publicus ſingulos quosque præcipitaret. Igitur ſublato ab humanis Hinrico ejus loci Epiſcopo, Walramum ipſius jam defuncti, Theoderici quoque Agripinæ Sedis Præſulis, germanum Canonici poſtulârunt. Quâ re compertâ inter varias ſupplicationes Johannes Comes de Hoya, qui jam pridem carcere ſolutus Comitatum ſuum intraverat, blandimentis ac promiſſionibus ne militarium modò ſed & civium animos ſubdolè ſollicitabat in eos, qui Walramum poſtulârant, & quò propenſiùs flexibiles civium animos alliceret, publicè etiam ſe nudo proſtratus humo germani promotionem oraturus petere velle, ſi modò

modò

Digitized by Google

dò exorare poſſet, ſcriptis aſſeverabat. Incitabant autem corrupti civitatis mores ſeditioſum genus hominum ſine legibus liberum atque ſolutum. Tandem aliquando allecti cives cum conſentientibus ſibi militaribus Ericum Johannis germanum Agripinæ eccleſiæ Præpoſitum Epiſcopum poſcebant; cujus etiam patruus Otto aliquando Epiſcopus innumerabilia penè bona eccleſiæ ſuæ contuliſſet. Fuit autem jam pridem ipſe Ericus Oſnaburgenſis eccleſiæ Adminiſtrator; verùm propter violationem juramentorum accuſatus, ab adminiſtratione amotus eſt. Adauxit precum inſtantias indigna vaſallorum æmulatio, qui cùm ſe abs Hinrico oppreſſos quærerent, oppreſſoris ſui germanum deteſtati ſunt, nec fidem ſibi præſtare velle, publicè affirmârunt, Ericum ſibi præfici optabant; noverant enim invidiæ virus Erici artubus in Morſenſes inſertum, qui ſe ab adminiſtratione, Johannem fratrem ad vincula dampnatum, procurârant; ſícque controverſia inter partes exorta inteſtini belli virolentum præbuit ſementum. Sanè partibus ita fluctuantibus, Comes parvo comitatu civitatem ingreſſus eſt, quos jam ſcriptis allexerat, linguæ blanditiis capturus: erat enim ſollerti ingenio ſubdolus, audax, varius, eloquentiâ dulcis & ſermone ornatus, blandus & doloſus, parum quid ſincerum præferens, quibus armis multorum familiaritatem civium ſibi connexerat. Verùm non pluris eſt apud rectos judices ſuavis & compta viri fallacis oratio, quàm meritricis fucus, aut mellitum virus, vel avari aurum; quidquid eſt, quamvis appareat ac mulceat, ſi præcipuum eſſentiale defuerit, nichil penitus, aut nichilo proximum videri debet. Comes igitur omni conatu ſuam rem acturus, alios blanditiis, alios promisſionibus, quoſdam commeſſationibus continuis, quoſdam muneribus incitabant Ericum poſcere, prout vir aſtutus ingenio virûm animos diſcreverat, dolo alliciendos fore. Incepit, perfecit: petere cives Ericum, hunc ſibi præfici optare, nec in Walrami poſtulationem, nec Rodolphi Trajectenſis eccleſiæ Epiſcopi inſtantiis conſenſum ſe aliquando præbituros aſſeverabant; idem enim Rodolphus eâ tempeſtate illò venerat ad Hinrici jam pridem defuncti Epiſcopi exequias concelebrandas, ſimul & pro Conrado de Deiffholte

nepote

A nepote ſuo tum Daventrienſis eccleſiæ Præpoſito preces fuſurus; verùm poſt multas in cives expenſas factas populari cedens furori ab incepto deſtitit, & jam in proximo inteſtino peſſundandam civitatem reliquit; tantî enim apud vulgus valuit ſubdola & palparis Comitis adulatio. Verùm vulgi & populorum voluntates ſicut in ingreſſu frementes & varia, ſic progreſſu faciles & inſtabiles ſunt.

Unâ igitur dierum, dum alter alterum inflammat, furorem ſinguli publicum excivêre, conglobatáque cum mechanicorum præpoſitis vulgi multitudo ingens & varia prætorium civitatis circumvallare cupiunt, comminaríque Conſulibus & quaſi vim inferre tenptant, Comitem ſuî tutorem contra Walramum poſtulabant.
B Maximo igitur metu anxii Conſules, dum cedere vulgi furorem nequiverant, obſecundare voto compelluntur, vocatúſque in prætorium Comes cum Erico fratre, quam hactenus optaverat, reipublicæ capiundæ libidinem tutoris ſub nomine accepit. Igitur cives omnes ferè res aſperas per Comitem agere in amicis habere, magìs magíſque indies eum amplecti; quippe cujus nec conſilium nec inceptum ullum fruſtra videbatur, huic accedebat animi ac ingenii ſollertia, quibus rebus Comes multos ſibi familiari amicitiâ connexerat. Itaque ex eo moliri, parare atque ea modò in animo habere, quibus urbes ac eccleſiæ caſtra vel vi vel voluntate dominio ſuo ſubdaret, omníque dioceſi imperaret. Parat igitur armis
C contendere, exercitum colligere, ex improviſo caſtrenſes invadere; verùm officiati ubi intellexêre eò proceſſum, utì caſtra relinquenda eſſent aut armis retinenda, quia nil promiſſi accepiſſent ſubſidii, neceſſariò obſidionem vitare, reddere caſtra, exercituíque ire obviam ſtatuerunt, nec tutum nec ſanum, longa manuum diſceptatione in provincia contra provinciales pugnare. Valida itaque conſpiratione inter Comitem & cives inita, ſtipendiarios conducere milites, copias parare ſatagunt, ac ære alieno ſolarium largiter diſtribuunt: Otto quippe Tekenburgenſis Comarchus decem & ſeptem milium aureorum ſummam apud Conſulatum fide bona depoſuerat, quam primùm militaturis largiùs expendebant; bona quoque Epiſcopi & Capituli magna manu Comes invadit, multos

morta-

mortales cum pecore atque alia præda capit, & nervis clauſos durius exactionavit, ac belli in ſubſidium extortum æs ordinavit. Nec interim torpere otio, qui poſtulati partis erant milites: nam & hy proditoria manu armis contendere, bella gerere, prædas abigere, ædificia incendere, pleráque loca hoſtiliter cum equitatu petere, vim vi repellere, Comitis conatui obviare ſtudebant; ſed res longè aliter, quàm rati erant, evenit: nam Comes ùt erat impigro atque acri ingenio, ubi naturam civium & mores hoſtium cognovit, multo labore, multáque curâ, præterea modeſtiſſimè agendo, ſæpe obviam eundo periculis, in tantam claritudinem brevì pervenit, ut civibus vehementer charus, inimicis maximo terrori eſſet. A

Erewinus Comes de Benthem provinciæ depopulationem miſertus inter partes dietas ordinavit tertiâ poſt Gereonis & Victoris feriâ, ubi inita quidem eſt concordia, poſtmodum etiam in militarium civiúmque præſentia publicata & commendata ſed minimè ſervata. Igitur Horſtmaria Erico â Decano & Capitulo juxta concordiæ tenorem tradita eſt, ſupplicatióque ab univerſitate populi pro Erico ſummum ad Pontificem cum quingentorum florenorum Renenſium ſumma duos per presbyteros Romam directa. Verùm Nicolaus Papa, ſupplicatione non admissâ, Walrami poſtulationem confirmavit. Appellatum itaque eſt, adhæsêre ſibi Canonici, qui foràs civitatem degebant; at qui intra mœnia, cum omni penè clero in Ericum conſensêre. Unde tredecim Doctores in utroque ſeu altero jurium Licentiati Erfordiæ conſulti, caſum in ſcriptis ad ſe datum determinârunt ſubſcripſerúntque; verùm quia in duodecim fermè articulis vacillabat poſitio, citráque veritatem reperta eſt, nichil hujúsce rei fraude, prout exitus probavit, perfectum eſt. Hæc inter Comes contracto civium aliorúmque ſibi adhærentium exercitu, Dulmenſe caſtrum obſedit, machiníſque erectis pugnare ac armis contendere cepit, duravítque obſeſſio â feſto beatæ Katherinæ virginis ad Januarium usque menſem. Demum Colonienſis Præſul ſequeſter futurus obſidionem gravi manu ſolvere venit. Unde tractatibus habitis ordinatum eſt, caſtrum uni militarium pro futuro Epiſcopo concorditer aſſumpto committi. Verùm Comes cum B C

civi-

A civibus ubi caſtrum intravit, fide violata, expulſo, cui commiſſum erat, in ſuî munimen munitionem vallavit: cautè quidem, ſi juſtè, ipſe viderit; ſed cedendum erat neceſſitati & parcendum tempori.

Anno igitur Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo Comes cum civibus inire fœdus cum Illuſtriſſimo Principe Johanne Duce Clivenſi, de terra ſancta jam reverſo, cujus auxilium petebant, bellique ſocium poſcebant, redditis ſtipendii loco duobus caſtris Dulmen & Stromburg, viginti aureorum milibus aliquando redimendis. Confœderati itaque, Rameſtorp, Vreden expugnatis, ſuis adverſariis terrorem augere, omnibus formidini eſſe ſtudebant. Cæterùm menſe Octobri Ahus caſtrum, erectis machinis, Comes vallavit; verùm per Rodolphum Trajectenſem Epiſcopum ſtipendiarióſque ſuos defenſatur; in profeſto igitur ſancti Martini dum exercitûs pars major, ſolutis caſtris, ad ſua anhelaret, major civium bombarda, patrio nomine **Stürwalt** vocata, per incuriam neglecta, a caſtrenſibus maximo cum tripudio eſt comprehenſa; obſeſſio nichilominus continuata eſt usque ad Agnetis virginis feſtum, per Comitem tandem de Benthem & Gemmen ſoluta: hy enim partis adverſæ erant, qui fortalitio uno, quod Comes ad expugnandum caſtrum reliquerat, cum centum ſtipendiariis capto, obſidionem ſolvebant. Menſe item Junio ſequentis anni, quando totius Orientis culmen Imperialiſque civitas Conſtantinopolis a magno Turcorum Principe poſt quadraginta dierum obſidionem expugnata, direpta ac fœdata eſt, Arnoldus Gelriæ Dux litem cogitans dirimere Zutphaniæ pro concordia dietas præfixit, ubi pro parte Monaſterienſium Clivenſis Ducis ambaſiatores ſeſe præſentarunt, nobiles quoque nonnulli Canonicorum tueri partes ſatagarunt; verùm nichil ibi concluſum, nichil ad perfectum adductum eſt: nondum enim belli finis, poſt finem belli pax firmabitur, hoſtes pacis ſinè verberibus non ſapiunt, nec unquam niſi bello afflicti pacem vel amare incipiunt, ſed more diſculorum, ut aliquando diſcant, ſœpe vapulandum eſt. Ea tempeſtate Reverendus in Chriſto Pater & Dominus Nicolaus Cuſa titulo ſancti Petri ex latere Legatus ſub pœna maledictionis æternæ partes in Arnhem

citari

Digitized by Google

citari fecit pro dieta ibidem ſervanda. Verum Monaſterienſes ho- A
ſtium metum excuſationis clipeum aſſumentes, uti jam dudum Do-
mino Apoſtolico, ita ipſius quoque Legato obſecundare detrectâ-
runt; quin ymmò Wedderen caſtrum obpugnârunt, ubi novum
hactenus inviſum machinæ genus repertum eſt, quod Catte no-
ſtrates vocant, ſed ſudibus terræ impoſitis ars arte deluſa eſt.

Haud longa mora intervenit, & quidam Gerhardus Morrien
Seneſcallus, ablatam revocare pacem cupidus, conſentientibus ſibi
quibusdam de civitatum Conſulibus, Monaſterienſes, neſcio Comite,
adîit rogare, auctoritatem convocandi conſilium ſibi concedi: ſpe-
rare ſe pacem revocare, tempeſtatémque tollere poſſe. Annuunt
votis cives: vocatæ ſunt in unum partes Cosfeldiæ, conſulto ta- B
men primùm Clivenſi Duce, ubi unà pro pacis bono tractâre. Sub
compromiſſi itaque forma pax propoſita eſt: compromisêre igitur
in non partiales militares ſedecim, Conſules undecim, modis & for-
mâ de hys tractanda aſſignatis. Interim caſtra eccleſiæ in futurum
Epiſcopi uſum cuſtodienda. Publicatur factum, exultatio & gau-
dium in populo oritur, Deum quaſi jam deſuper propitiùs aſpi-
cientem laudant, campanæ pulſantur, pax amplectenda concludi-
tur. Verùm nunquam exſpectes, ut diu ſit immota tranquillitas
aut maris aut vitæ: mutantur aſſiduè rerum facies & ſœpe ſerenis-
ſimus manè dies nubilo fine concluditur. Audito inito pacis fœde-
re Comes, cùm nichil jam ex rapinis lueri haberet, ad ſua ſe tranſtu- C
lit, & ne niſi vocatus rediret, poſt ſe miſſis epiſtolis â Conſulatu
accepit; nec eo obſtante, illico redire, conari, moliri, quibus mo-
dis initi fœderis vincula confringeret. Natalis igitur Domini feſto
jam peracto, civitatem intravit (nam feſtum diem Teckneburgis
cum ſororis ſuæ filio Comite celebravit) ubi dum aliquanto expen-
ſis ſuis propriis ſuſtinuiſſet aptum ſibi tempus accedere, nec quid-
quam perficeret, ſolitam ſibi ordiri telam ſtatuit, familiaritatem,
inquam, cum plebe contrahere, colloquia miſcere, commeſſatio-
nibus vacare, vino indulgere, nunc hos nunc illos invitare, &
prout ſecum ſtatuerat, perfecit: nam ingenuitatis ſuæ oblitus, ple-
beorum ſe comes, perinde plebeus foret, etiam non vocatus, con-

 vivio-

A viviorum ſodalem exhibuit, temulentos in compromiſſum conſpirare procuravit, inter madentia vino vulgi ora Conſulibus ipſe derogavit: novit homo ſubdolus vino & conviviis vulgi furorem augeri, atque enervari ſpumanti dolio rationem, præterea luctum, contentiones, jurgia, præcipitium, incautóſque congreſſus inermium cum armatis merum procreare; nec deſtitit ab incepto, donec compromiſſum, vulgi in fabulam verſum, deriſui pateret. Spectat hæc Sathan ridens atque in pari tripudio delectatus, inter conſpirantes arbiter ſedens ſtupet plus illos agere quàm ſe hortari: hos animos & hos nervos tribuit Bacchus indomitus & ex Cereris collecta arvis vindemia. O fœcundi Gallici palmites, ad honeſtas
B delicias & utilitates hominum creati, in quos uſus & quantam animarum perniciem cladémque vertimini! Verùm Comes vulgi animos in ſe inclinâſſe perpendens, ne quis rebus torpor obrepat, unâ dierum ſibi allectos in majoris eccleſiæ emunitatem collegit, ut cœcum doloſis follibus ignem ciet, unde fœda paſſim orirentur incendia: querere igitur in civium magiſtros, de mutatione juramentorum ab officiatis caſtrorum præſtitorum multa rogitare iniquè proceſſum, infideliter ſecum actum, quem rectorem ducémque militiæ hactenus præfeciſſent. Verùm cùm ſe Conſules id de ſcitu conſilióque Ducis Clivenſis ac mechanicorum præpoſitis pro utilitate civitatis ac reipublicæ factum affirmarent, fit clamor ſtre-
C pitúſque ingens vulgi, inſtigante Comite, donec coacti promitterent & ſibi & Erico officiatos jurare debere; nec hys contentus aſſignari Erico caſtra voluit: vidit enim homo aſtutus, quia tempus eum juvat. Quod ubi inficiari Conſules, indecens & inhonorum eſſe, ac contra præſtita juramenta militare, Comes ſeditionem movit: prætorio igitur armatâ vulgi manu vallato, nulli tutum vel exitum vel introitum conceſſit: conati enim ſunt in Conſulatum armis inſurgere, & jam prope vim facientes inclamârunt, ni Comitis obſecundarent votis, mortem præ foribus ſtare ſcirent. Tanto in articulo conſtituti quid agerent, dubii: hinc mortis metus, hinc indecens funeſtæ rei admiſſio fluctuare animos fecit. Vicit mortis timor, ſævientis & effrœni furor vulgi: eſt enim præcordiis noſtris

timor

Digitized by Google

timor mortis innatus; verùm mos gerendus delicato ac faſtidienti A ægro, permittendúmque aliquid interdum, quod per ſe nocivum vel utentis deſiderio fit utile. Coacti igitur non ultro Erico tradidêre caſtra, datâ tamen fide, ſe cum fratre Comite civitatem relevare velle ratione hujus negotii in contractis contrahendiſque debitis. Sed exitus rei acta probabit. Pari penè dolo, magis violentiâ inquam, Warendorpenſes deceptos Erico præſtare fidelitatis juramenta obtinuit. Itaque compromiſſo ſic violato, ſeditio nova in civitate orta eſt, inteſtináque bella ſuſcitata: ſanioris enim conſilii zizaniorum ſatori, qui ſato pacis ſemine lolium ſuperſevit, invidere, violatam pacem cordis mœrore lugere; vulgus autem in concordiæ zelatores inſurgens, verbis exaſperans pacis amicos proditores appellavit. B Hoc proprium vulgi eſt, inſanos ſapientes, & ſapientes inſanos ſuo more dicere, hoc eſt, quod vera pro falſis & falſa pro veris habeat: nichil enim à veritate remotius quàm vulgaris opinio.

Cùm nichil ſtultorum turbis impetuoſius, ubi ſingulorum inſaniam furor publicus, furorem autem ſingulorum rabies impellit, altérque alterum trudit, nichílque periculoſius, quàm in illorum manus incidere, quibus pro juſtitia voluntas, pro maturitate præcipitatio: hinc accidit, quoſdam è civibus à primis civitatis fugæ remedium quærere, paululúmque tumultum declinare, & quod ferre non poterant, pondus excutere, quámque æquo animo C ſuſtinere nequiverant, ſeditionem declinando evadere, Coſtfeldiámque quaſi tutum à ſeditione locum, quia neutralis erat, ſeſe recipere. Conjugibus itaque cum pignoribus totáque ſubſtantiâ in civitate relictis, iræ locum dare, vulgíque furorem declinare ſtatuerunt. Qua re compertâ Comes hoſtis recti, æqui prædo, inter phas nephásque habens nichil, ipſorum bona quaſi hæres diripere, ſuóque uſui mancipare, non veritus juſtitiam neu Deum celſo abs olympi culmine in opprimentem oppreſsúmque reſpicere ſolitum: utique eſt Deus judicans eos in terra, juſtam injuſtis vindictam tribuens, etſi ſœpiùs cunctetur, interdum properat: ignorans ſimul Divinæ vindictæ inexorabile fatum ſibi ſuíſque prolibus

 immi-

imminere, exhæreditatos vi patriâ pulſos hæredes ſe habiturum.
A Cæterùm Julio menſe Vreden opidum abs Comitis adverſariis captum eſt. Unde verſus quaſi in dœmonem Comes, furore ebrius, præ furia, quid ageret, fluctuare. Porro dæmones ex hominibus fieri quidam opinati ſunt perpetua criminum licentia peccandique libidine, quod fortè, ut tollerabiliter dictum ſit, malarum voluntatum ſimilitudo effecit. Et hic quaſi ex homine dæmon factus: quia malus atque in malis obſtinatus penè dœmonem æquavit. Congregat igitur militum copias, decrepitos quosque ex civibus, qui jam cum Vejanio Herculis ad poſtem arma ſuſpenderant, in pugnam citat, ne, ſe abſente, conſilio inito redeuntem mœnibus excluderent:
B novit enim homo aſtutus tirannidem ſe agere, nullúmque miſera in plebe tiranno miſeriorem: timet plebs tirannum, tirannus plebem, ſic reciproco timore ſe cruciant: hoc reſtat, quòd miſeria plebis patet, tiranni latet; non tamen minùs affligit purpureo velamine tectum vulnus, nec minùs aureæ compedes gravant quàm ferreæ. Ductâ igitur acie, Vreden ſinè ſuorum jactura recuperavit, clam tradentibus hys, qui ſuæ partis intus erant, civibus.

Tertio decimo Auguſti menſis Rodolphus Trajectenſis eccleſiæ Epiſcopus Walrami partis, acceptâ commiſſione â Nicolao ex tunc Legato â latere in Germaniam miſſo, paratis copiis quaſi civitatem
C Monaſterienſem expugnaturus venit, & in circuitu, quo pergebat, agros vaſtans, prædas agens, hoſtiliter cum exercitu prædia invaſit, rogóque omnia demolitus eſt, ac tribus molendinis ante civitatis mœnia combuſtis, ignita quoque in civitatem jacula miſit, maximúmque civibus terrorem incuſſit, & ni obſidionem maturiùs ſolviſſet, puſillanimitatem civium forſan brevì percepiſſet. Sed nemo res magnas gratìs diſcit, multos docet experientia, quos ſcola non docuit, & præceptoribus ſurdum caput hauſit oculis, quod auribus non valebat; victus hodie cras pugnabit cautiùs. Tertio igitur obſidionis die (quæ ſecunda civibus, infauſta Præſuli fuit) refecto exercitu Telget aciem direxit, & quæ obvianti occurrerant, igne vaſtavit. Opidum ingreſſi Epiſcopi molendinum flammis

mis dabant, eóque relicto, Warendorp adiit, rogi opido globos immiſit, ſícque, quò venerat, reverſus eſt. A

Cæterùm in Nativitatis perpetuæ Virginis Mariæ vigilia Walramus Coſtfeldiam ingreſſus, juramentíſque ſolitis acceptis, opidum milite ciborúmque copiâ, ac quæ ad bellum neceſſaria erant, armis munivit. Fuêre eò loci cives, qui Erici partes fovêre: hy ſinè perſequutore propriæ agitati conſcientiæ ſtimulis molendinum haud procul â mœnibus disjunctùm ſuî in tuitionem intrârunt. Potuiſſet pertinacis animi viros Walramus levi manu reduxiſſe; verùm juſtitiæ rigorem exercere diſſimulans, datâ fide revocare profugos, oblivíſci injuriarum ſtatuit. Profectò veris Principibus nichil proprii minus quàm últio, nichil majus quàm clementia. Natura utinam ùt apum ſic hominum Principes aculeo armâſſet! nunc libero animali exemplum dedit, non eripuit libertatem: hoc unum modò, quo revocatos â recidivo coherceret, voluit propria ſinguli fidelitatis juramenta præſtarent, quæ utinam non violâſſent! Capti ſunt inſuper eò loci duo: Minor unus, ſæcularis alter, Sacerdotes ambo, qui Eccleſiaſticis contemptis cenſuris, Erico adhærentes civibus Sacramenta miniſtrârunt. Hos plerique militum perinde hæreticos igne cremandos judicârunt; at benignitate Walrami erepti, errore publicè confeſſo, exire diocœſim, donec redditâ pace terris, revocarentur, compulſi ſunt. B

Octobris XV kalend. arripuit arma Comes, animo concitatus ob commiſſam extra ſancti Ægidii portam hoſtium rapinam, convocatíſque tirannidis ſuæ complicibus ſtipendiariíſque militibus forum civitatis armatus veſperi milite vallavit, acceptique tutoris immemor officii, ud lupus ovium in gregem ſæviens, multos de magiſtratibus ſenioribúſque populi capi ac cuſtodiæ mancipari fecit, de zelo pacis ſuſpectos eos habens. Quâ re viſâ, timor cunctos invaſit. Et forſan meritò id ſcéleri ſcelus eſt debitum; non ſolùm apud inferos ſed ubique feri judices, ubique juſtitia ſuum opus exercet. Ariſtophanis utilis fabella eſt, qui monet, non nutriendum in urbibus leonem; tamen ſi nutritus eſt, obſequendum illi eſſe: raró equidem tirannus absque culpa civium ſurrexit in populo. C

A lo. Non jam Magiſtratui quid in populo agere permittebatur, totum civitatis regimen in Comite pendebat, hic contrahere exercitum, hic bella movere, civibus imperare, licentiâ agere eſt permiſſum. Captis itaque, ut præmiſſum eſt, magiſtratibus civibúsque, ingens vulgi clamor exortus eſt, innoxios capite plecti. Fuêre inter captivos Magiſtri civium duo, Conſules ſeptem, cives præcipui viginti. Seditioſâ jam nocte tranſactâ, ut dies terris redditus eſt, rogare Conſulatus captivos dimittere liberos, innoxios coram Magiſtratu ſe probaturos, ſed ſed nichil profecêre, magis autem tumultum ſeditioſorum auxêre; ſeptem tamen, cautione factâ ſuper fidelitate Comiti ſervanda, populi precibus ſoluti ſunt,
B viginti duo reliqui proſcripti & relegati. Sed æquè judicet is, qui facit judicium injuriam patientibus, quíque ait: *mea eſt ultio & ego retribuam in tempore.* Videre erat miſeriam, præclariſſimum Weſtphaliæ ſidus nigerrima horribilíque eclipſi obtenebratum, turbatam rempublicam, libertatem peſſundatam, nichil autoritatis Magiſtratui, nichil honoris Conſulibus, nichil civibus tranquillum, nichil ſtabile, tutum nichil: hinc Comitis tirannides, hinc ſeditioſi terror vulgi, hinc mortis inſidiæ terrent; hoc ſolùm ſpei habentes, quod Philoſophis viſum eſt: violentum nichil eſſe diuturnum. Et ſanè ſi vel unum civem bonum patria habeat, malum Dominum diutiùs non habebit, quod vel ex ſequentibus eſt perpendere: ea
C enim tempeſtate Magiſtratum tenuêre viri duo integerrimi: Conradus de Wick & Themo Schenkinck. Hy videre non valentes civitatis ac plebis contritionem, libertatis violationem, quorum defenſio ac conſervatio ipſis jure incumbebat, zelo Divinæ legis accenſi, ſe innoxios ſervare cupientes a cæde & ſanguine concivium ſuorum, accerſito etiam civitatis Secretario, craſtino Criſpini & Criſpiniani martyrum civitatem egreſſi, rem ùt erat, exitúſque ſui cauſam epiſtolis Clivenſi Duci primùm, dein civitatibus pro conſervandis juribus conſtitutis, quas *Henſe* dicimus, ſignificarunt, ipſorum ſe ſibíque adhærentes examini ac deciſioni offerentes.' Verùm obligatione hujuſmodi non obſtante, Comes cum ſuis propriæ temeritatis audacia bona ipſorum invaſit, ſibíque uſurpavit, &,

quod

Digitized by Google

quod mirabere, majoris malitiæ ymmò inſaniæ habenas laxans Judicem propria ſua auctoritate, irrequiſito Imperatore, quaſi Principatum dioceſis obtinuiſſet a Cæſare, ordinavit, qui inter æquum iniquúmque, phas ac nephas diſcerneret, ſed & qui innoxium quoque ſanguinem, data mortis ſententia, judicaret ac condempnaret. A

Humanati Verbi anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, menſe Februario, Halteren opidum Walrami partis, noctu muro perfoſſo, abs Erici fautoribus dolo captum ac ſpoliatum eſt. Quidam Monaſterienſes ære civium locupletati famantur. Cæterùm pridie nonas Aprilis, hoc eſt, quinta poſt *Lætare* Dominicam feria celebratis jam exequiis nobilis Everwini de Gunterſwick B Comitis de Benthem ac Steynfordia, qui menſe Martio extremam clauſerat diem, Bernardus de Lippia Comes cum Gerhardo quodam de Keppel milite in Monaſterienſes cuneos duxit, miſſis quibusdam, qui cives è portis in poſitas traherent inſidias. Verùm egreſſo Comite cum ſuis, habitóque conflictu, hoſtes fudit & afflixit. Quidam autem ex ruſticis, Gerhardum ſe bello cepiſſe mentitus eſt: nimiùm autem creduli cives faciliter perſuadenti credunt, nec magnum perſuadere volentibus: eſt enim omnis invidus cœcus & credulus; verùm ubi res in palàm venit, miles egregiè ſe excuſans, contra cives ſententiam obtinuit; imprudentiæque aſſcriptum, tam leviter ruſtico impudenti contra militem armis & C genere ſtrenuum credidiſſe. In ipſis ſacræ Quadrageſimæ diebus ad inſtantiam zelatorum pacis, qui jam dudum ſuis poſthabitis civitatem exierant, Monaſterienſes citati ſunt in Dominicam proximam *Cantate*, quæ eſt XIV kalend. Junii, ad comparendum in civitate Lubicenſi coram ambaſiatoribus civitatum, quas *Henſe* noſtrates dicunt, ibidem pro tunc congregandis nec non ad reſpondendum, procedendum & procedi videndum & audiendum de & ſuper ſeditionibus factis, juxta tenorem jurium & ſtatutorum præfatarum civitatum. Porro pro conſervatione reipublicæ in tuitionem libertatis, mercantiæ, viarúmque publicarum ac ſeditionum, publicam libertatem perturbantium, repreſſionem LXXII civitates

Impe-

A Imperiali moderatione colligatæ ſunt, privilegiis ac juribus abunde
ſuffultæ & dotatæ; cujus collegii caput Lubicenſe opidum ordina-
tum eſt. Unde quaſi ad principale Capitolium citati hy, qui foràs
ultro exulabant, ex Magiſtratibus unum cum Cancellario miſerunt;
qui autem mœnibus tuebantur, duos ex Conſulibus, de tribunis
unum Comitis quoque ac Erici ſcriptores deteſtinârunt. Repudia-
tis itaque privilegiorum auctoritate tribuno ac ſcriptoribus, alii
admiſſi ſunt, cauſæque partium apertæ. Interrogati autem, ſi ju-
ri collegii præfati ſtare vellent, exules ſe id non modò velle ſed &
obnixiùs optare reſponderunt, cæteri affirmare, ſe nichil commiſ-
ſionis hac in re accepiſſe, conſensúmque negare, ac probris magis
B quàm ratione certare. Præfixa eſt ergo alia dieta Stadis proximo
Galli feſto celebranda juxta ſtatutorum collegii præfati exigentiam
ad videndum, audiendum & procedendum, prout juris ordo de-
bitus exigeret. In quo ſic præfixo termino comparuêre exules, ci-
vésque contumatia notati, pœnam contumacibus debitam juxta de-
creta ac civitatum privilegia incurrerunt, eosdem in expenſis con-
demnando, exules ad ſua reſtituenda; pœna autem juxta collegii
civitatum ſtatuta fuit excluſio a conſortio & communione liberta-
tum præfatarum civitatum, & ne quis commercio illis communi-
caret, nec ullum ſalvum conductum apud aliquam civitatem præ-
dictarum haberet, ſed comprehenſum ultimo plectendum ſupplicio
C judicarent. Verùm litis pendentiâ ſuper inducta cauſa nondum fi-
nita, concordia inita, pax quoque reddita eſt.

Anno continuò ſequenti in ſanctæ Penthecoſtes vigilia Frideri-
cus Ducis Brunſwicenſis Wilhelmi filius, comitantibus ſe Schowen-
burgenſi, Pirmuntenſi, Pleſſensíque Comitibus, trecentis cum
equis armatus Erico ac fratri ejus Johanni auxilium præſtiturus,
Monaſterienſem ingreſſus eſt civitatem. Multiplicavit quidem gen-
tem ſed non magnificavit lætitiam: plus enim civibus jacturæ quàm
commodi attulit: imprimis igitur Dux Saxonum vires Weſtphalis
oſtenſurus, magno exercitu contracto, proditoria manu Coſtfel-
diam quaſi ad proximæ victoriæ munus cuneos duxit, ac triduana
debacchatione in circuitu agros vaſtavit, prædas egit, civibus ter-
rorem

rorem incuſſit; infecto tamen negotio haud compos votorum Monaſterium reverſus eſt. Primos ſuos conatus irritos iſſe ut perpendit, non jam foris ſed intra urbis mœnia ſeditionem movit: ipſo nempe die ſanctorum Felicis & Naboris, quarto ſcilicet idus Junii, ad concitationem Ducis tumultus civium ortus eſt: prætorium civitatis aggreſſum, redditu arius de primis quoque & ſenioribus civitatis, tribuni & conſules viginti capti, cuſtodiæque mancipati ſunt, per triduúmque detenti, & quod mirabere, Princeps tantus, ſeditionis autor, primum ex captivis propriis manibus ad vincula duxit, ut eò propenſiùs cæteris ſuî timorem tirannus incuteret, maturiùs & ipſe captivus in carcerem iturus; triduo tamen peracto, cautione de non vindicanda illata injuria datâ, ſoluti è nervis, abire permiſſi ſunt. Haud longè pòſt menſe Auguſto Theodericus Colonienſium Præſul, Walrami germanus, adjuncto ſibi Rodolpho Trajectenſium Epiſcopo, Symone de Lippia, Bernardo de Benthem & Steynfordia, Johanne de Gemmen, multáque ubi ubi collectorum militarium frequentiâ pro republica publicè ſe ultionis Principem exhibuit, magnóque cum exercitu in Monaſterienſem diœceſim irrupit, primóque impetu Dulmen opidum aggreſſus eſt, oblatâ tamen pace, ſi eccleſiæ mandatis, recepto Walramo â Sede Apoſtolica confirmato, obſecundarent. Comes verò ruptâ morâ de hoſtium adventu Clivenſem certificaturus Ducem, ejúsque auxilium poſtulaturus acceſſit. Interim moto exercitu, in eos locos ventum, ubi Varloe monaſterium ſitum eſt; & cives, qui utique utì obſeſſi obſtinatâ dampnorum patientiâ mœnibus ſe tenuiſſent, ſi Comes ſuam civibus præſentiam non abſtuliſſet, jam Ducis hortatu, promiſſâ victoriâ, copiis paratis Epiſcopo obviam processêre, infelicitérque pugnaverunt: captus enim cum multis Dux temeritatis ſuæ ultorem invenit, cæteri celeri ſtudio vertere ac in opidum reverſi incolis maximum incutiebant timorem, & quid agerent, fluctuabant. Præſul ſanè deſiderii finem attingere poterat, ſi recto calle, cruore civium aſperſus ùt erat illo, urbem adire maturâſſet: detrectârant enim, ſi pacem offerret, ultrà ſe diſcrimini dare. Verùm ubi aliò divertit, quaſi ab inferorum

A erepti manibus, reviviſcere cives potuêre ac ad arma reſpirare, ur-
bémque defendere; ſimilem penè cum maximo Penorum Duce
Hannibale ad Cannas belli eventum ſortitus, cui nunc animum,
nunc fortunam obtinendi urbem defuiſſe legimus, & quando po-
tuit, noluit; ut voluit, non valuit. Multi dehinc tractatus pro pa-
ce componenda habiti ſunt: alterâ enim beatiſſimæ Katherinæ vir-
ginis â Præſule accerſitus Coloniam Comes infecto negotio clam Co-
lonienſibus terga dedit, craſtináque Conceptionis Mariæ Monaſte-
rii rediit, auxit diſcrimen: nam & ipſe Fredericus, qui Agripinis
captivis detinebatur mœnibus, ad recipiendum Monaſterienſis ec-
cleſiæ Præſulatum ſeſe obtulit, ſperans ſe altercationum ſequeſtrem
B futurum.

In ipſius inſuper Quadrageſimæ diebus Rodolphus Trajectenſis
Epiſcopus, Walrami fautor indefeſſus, Gelriæ Ducis militia, auxi-
lióque Nobilium de Gemmen & Wiſch ſuffultus, Vredenſe opi-
dum erectis machinis vallavit. Verùm craſtinâ Annunciationis Ma-
riæ Rodolpho vitâ functo, obſidio licèt duravit, impari tamen ci-
vium jactura haud parum elanguit: nam opidanorum labore omnis
obſidentium conatus in irritum ivit, qui modò ſaxa, modò tela in
hoſtem jacientes, machinas deſtruxerunt, ac armis contendentes
maxima adverſariorum jactura pericula virtute propulerunt. Ecce!
quantum in bello Principis & virtus & induſtria facit: uti enim
C multis obfuit militibus unius Ducis ignavia, ſic ſœpe unius viri vir-
tus & induſtria & exercitum ſervavit & Ducem: ab humanis ſubla-
tus eſt Rodolphus, & illico fatiſcit inerti ſub milite exercitus. Hoc
item anno Conrado Deipholdenſi ex Daventrienſis eccleſiæ Præpo-
ſito in Oſnaburgenſem Epiſcopum electo, Walramus quoque de
Brerade ex Trajectenſi item Præpoſito in ejusdem eccleſiæ Sedem
poſtulatus eſt. Verùm hujusmodi caſſata poſtulatione, Apoſtoli-
cus Dominus Davidi illegitimo Burgundiorum Ducis filio de Tra-
jectenſi Pontificatu providit, qui mox ſequenti anno fraterna manu
valida, repugnantibus quibusdam licèt, ſedi ſuæ redditus eſt. Sed
& quinta Julii menſis, cùm Monaſterienſes forti pugnatorum ma-
nu obſeſſos in Vreden eſcarum copiis cibaſſent, inter redeundum

Scho-

Digitized by Google

Schopingen expugnare conati ſunt: civibus autem ad arma currentibus in oppugnantes ſaxa volvere, tela mittere, multos vulnerare; qua in contentione ſauciatus Comes, cùm equo inſidere non potuit dolore vulneris, curru ſubvectus, ſpe quoque fruſtratus, quò venerat, cum ſuis rediit. Ea fermè tempeſtate Comes ante Coſtfeldiam inſidias tetendit, & qui cives in campum provocarent, ex inſidiis miſit, & licèt inſequi quaſi per prona fugientem exercitûs partem Magiſtratus interdiceret, hy tamen qui Walrami partis erant, in hoſtes fremere, portas irrumpere, & neſcio quo abiſſali Dei judicio centum de ſuis amittebant. Qua in re ſeditioſi animati Hermannum tunc eccleſiæ Monaſterienſis Decanum, eò loci pro univerſalis eccleſiæ obedientia conſtitutum, angariarunt, & plus quàm dignum erat, virum integerrimum proſequuti ſunt. Potitus itaque in cives victoria Comes altera luce opidum intrare tenptavit: verùm nonniſi data pace, tractatibus etiam quibusdam poſthabitis, poſt aliquot dies ingreſſum obtinuit, revocatis, qui Comitis partes fovebant, exulibus; qua re majoris ſeditionis fomentum opido intulit. Cæterùm quinto nonas Octobris Walramus Monaſterienſis eccleſiæ electus & confirmatus in Arnhem Gelriæ Ducatûs opido diem clauſit extremum, cujus morte comperta, Comes Burgundiæ Ducem pro Erico fratre ſupplicaturus adiit, ſed nullum reverſus fructum reportavit; & quia iterum diſſenſio in electione facta eſt (nam hy, qui in civitate erant, Ericum, hy qui foràs Conradum electum Oſnaburgenſem poſtularunt) Dominus Apoſtolicus ſeditionem ſolvere cupiens, ſequeſter factus, juſto libramine de altero Monaſterienſi eccleſiæ providit Epiſcopo.

Ab incarnatione igitur Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo XII kalend. Februarias, ut eò propenſiùs ſuis in conatibus proficeret Comes, Conſulatum appetiit: primùm ergo quaſi genus ſuum dehoneſtaturus ſe in civem, dein in mechanicorum collegium aſſumi procuravit, demum per aſſertam electionem proxima poſt Dominicam *Invocavit* ſecunda feria Conſulatûs dignitatem accepit. Jam quaſi votorum compos, grandia attenptare ſe poſſe præ ſe tulit. Verùm Divina ſecus ordinante ſapientia,

 quotti-

A quottidie ejus audientia decreſcere, declinare fiducia, poteſtas minui cepit: cepére quippe vel ſerò ſuum errorem, Comitis tirannidem, ſuorum jacturam, urbis excidium ſecum perpendere, ſéque reipublicæ jam dudum lapſæ miſereri, priſtinæ libertatis meminiſci, & quomodo collum ſervitutis jugo preſſum excuterent, tractare. Acceſſit providè è cœlo lapſum haud parvum propoſiti ſui adminiculum: ſanè Frater quidam Minorum novæ plantationis apud Hammonem ſatum optimum ſeminarium, civitatem ingreſſus eſt evellere & deſtruere, diſperdere & diſſipare, ædificare & plantare. Is publica concione ſcelera Comitis, ejus in eccleſiam ſanctam contumaciam, ſeditionum concitationem arguens, populum obſecrans,
B ſeditioſorum inſolentiam increpavit; nec deſtitit etiam cum cepto deſiſtere juſſus, donec ſedata tempeſtate, tranquillitate reddita, ſerenum periclitantibus naufragantibus portum, errantibus ſalutis iter oſtenderet.

Sanè ubi pro confirmatione Erici Comes laboravit, auditum eſt, Dominum Apoſtolicum XI Aprilis Monaſterienſi eccleſiæ de Epiſcopo providiſſe, confirmasséque inclitum Johannem Bavariæ Ducem, Comitem Palatinum; & jam Comes deſperans, Burgundiæ Ducem de injuriis queſtum acceſſit, infectóque negotio, dum in reditu Gronien tendit, capitur ac carceri mancipatur. Verùm ùt erat vir animo ſollers & induſtrius, militem ſe cuſtodientem,
C & conditione & nomine Vulpem, trecentis florenis appendendis perſuaſionibus induxit, ut clam ſolutis vinculis ergaſtulo liberatum dimitteret. Perſuaſit, ſolutus eſt. At Comes libertati reſtitutus, per exceptiones a ſolutione promiſſorum ſe liberavit: digna prorſus infidelis hominis recompenſatio. Haud longa mora intervenit, & ecce! XVII menſis Junii Johannes Bavarus de eccleſia Monaſterienſi proviſus primum cum epiſtolis intimatoriis nuncios in civitatem miſit; unde menſe Octobri ordinatione Clivenſis Ducis Kranenburg tractatus habiti ſunt, præſentibus ibidem Stephano Bavaro, futuri Præſulis germano, Comite, Conſulibus, Tribuníſque plebis civitatis Monaſterienſis, ubi abſentibus Decano & Canonicis, concluſum eſt, Johannem confirmatum recipiendum, certis tamen ſub

Digitized by Google

ſub conditionibus & pactis, Johannis & Erici fratrum plùs quàm diocefis commodum concernentibus, & ni Divino moderamine mors repentina Erici rem ſecundâſſet, peſſimum in exitum habiti tractatus maturâſſent. Duce igitur Seneſcallo Gerhardo de Morien, conſenſu Decani & Capituli armatâ manu Johannes dioceſim ingreſſus eſt; & primò quidem in Halteren & Ludinckhuſen, pòſt in Alenſi opido receptus eſt; ubi tractatibus plurimis præhabitis, dato privilegio, præſtito juramento, â Decáno & Capitulo acceptus & admiſſus eſt. Igitur IV id. Novembr. Clivenſium Duce comite ac ductore cum ſolempnitate Monaſterienſem ingreſſus eſt civitatem, diſpari tamen civium gaudio: nam qui jam diu dilatam pacem appetebant, gaudio gaviſi ſunt magno valde; at ſeditioſi, qui Erici partis erant, mœſtum ſimulato gaudio animum occultabant, forìs gaudere, intus gemere; móxque proximâ luce Epiſcopatûs Sedem occupavit, verùm minori quàm tanto decebat Principi, viro integerrimo, ſolempnitate. Fecit hoc Decani Canonicorúmque abſentia: nullus quippe ipſorum, qui pro republica, eccleſiaſticáve libertate ultro exulârant, aduc civitatem ingreſſus eſt: porro ſuſtinuêre ſeditionum finem, Comitis ignominiam, quam nôrant in proximo futuram: raró etenim diuttina tirannorum vita, ſi bene Philoſophis viſum eſt, violentum nichil eſſe diuturnum; unde & in Principe ipſius item Philoſophi ſententia verificata eſt, ubi plurimum de virtute, ibi minimum de fortuna eſſe. Sed & Magiſtratus Conſuléſque ipſo die fidelitatis juramenta, ùt moris eſt, præſtitêre; inter quos infauſto omine Comes, qui jam pridem Conſulatum ſibi uſurpârat, fidem præſtare Bavaro coactus eſt, inſperatum prorſus negotium ſed juſto Dei judicio ordinatum; inſperata rerum permutatio, cautiorem de cætero inſolentem redditura. Ducis artem infauſta prælia quaſi triſtes fidique edocent magiſtri, atque ubi ſit erratum, plagis admonent; ſic agricolam ſterilitas, architectum lapſus ædium, equitem caſus crebri, nautam graves acuunt procellæ; ſicque pax ubique redditur, ſeditio ſopita ſepelitur, reſpublica reſtauratur, inſania populi compeſcitur; non enim tam latè Comitis tirannides, nec paſſim furentis vulgi inſania ſeſe

A B C

exten-

A extendiſſet, niſi cuique civium pro ſe carior fuiſſet res privata quàm publica, voluptas quàm gloria, pecunia quàm libertas, vita quàm virtus. Verùm errando diſcitur, & dulcia neſcit, amara qui non guſtavit.

Itaque Comes malè ſibi conſcius, qui hactenus omnibus timori fuit, timere cepit, & ne, quod innoxiis jam dudum intulit, noxius ipſe judicatus ſuſciperet, meditari fugam, urbémque relinquere diſpoſuit. Quarta igitur kalend. Decembris clam civibus terga dedit, & nullo ſe fugante, profugus ad ſua ſe recepit jam ammodo non reverſurus, Erico fratre in Emeslandia eccleſiæ caſtra occupante. Unde in vigilia ſancti Thomæ Apoſtoli Decanus cæteríque
B Canonici, qui voluntario hactenus exilio pro conſervatione jurium, privilegiorum, rerúmque ſuarum ſeſe dampnârant, juſtitiam injuſti exilii comitem habentes, vel jam tandem cum gaudio & gloria, cum plenaria libertatis, jurium & privilegiorum eccleſiæ reſtitutione ad ſedes & præbendas ſuas revocati ſunt, exilio ipſo honeſtati, acriori fortunæ vi atque injuriâ notiores redditi atque illuſtriores, porro qui quaſi ignem de ſilice claram famam duris colliſionibus quæſiêre. Sed & in octava Epiphaniarum die ipſi quoque cives ſeditioſo Comitis tumultu jam dudum expulſi, iterum in urbis mœnia recepti ſunt; Magiſtratus autem, Judex & Secretarius, qui pro republica tuenda jam dudum civium invidiam ultro
C declinârant, certis ex cauſis retardati ſunt, donec omni partialitate ſemotâ, proximâ poſt *Invocavit* Dominicam feriâ unanimis & concors Magiſtratuum Conſulúmque ordinatio accederet: tunc cum tractatibus inter partes habitis, concordiáque initâ, datâ pace revocati, ac domibus poſſeſſionibúſque reſtituti ſunt, digni profectò habiti, qui invicti & fulgidi poſt aſperum iter arreptum, ſequentibus rectam in republica ambulandi viam oſtenderent. Sic ſic demum, propitiùs Deo rem ſecundante, pacis Princeps pacem attulit, at Sathan lolii ſator Apoſtolicâ benedictione patriâ pulſus (velit Deus nunquam rediturus) evanuit.

Habes ex hys, quæ præmiſſa ſunt, quicunque es reipublicæ amator, juſtarúmque legum zelotes, quantum pro republica agere

re

Digitized by Google

re juberis, quantum legibus debes patriis, ſi modò æquæ ſint & reſpublica juſtitiâ regitur; pro quibus, ſi res exigit, pugna tibi indicitur. At ſiquis injuſtam nactus patriam malis moribus, pugnare pro tali, ſanguinémque fundere decreverit, hunc ego vitæ prodigum & bis mortuum dicam, qui ſimul corpus & animam, ſimul hanc vitam projecerit & æternam; pro juſtis ergo legibus, pro republica juſtitiæ innixa ſolùm pugna indicitur. Sanè plebiſcitum quodlibet etiam ſtatutum, ſi contra legis decretum militat, obſervatorem iniquum & legi Dei noxium facit; verùm ſi pro patria patriſque legibus certandum eſt, maximè pro cœleſti illa patria, quæ beatum nobis ſpondet habitaculum, ſinè fine, ſinè labore, ſinè ſollicitudine, ſinè metu, ſinè ulla denique moleſtia; in quo nil turpe, nil impium, nil injuſtum habitat, quod non tumultus tribunicii, non ſeceſſiones plebis, non Senatûs inſolentia, non invidia ſimultatum, non bella civilia, non externa perturbant, pro quo quiſquis ſanguinem ſuum dedit, bonus civis & præmii certus eſt.

APPENDIX III.

BREVIS NOTITIA
CIRCA
ORTUM, ABBATISSAS ET ABBATES
MONASTERII LIESBORNENSIS:

C Benigniſſimus humanæ ſalutis proviſor Deus, qui dives eſt in omnia, cujus natura bonitas, voluntas efficientia, opus miſericordia, ſuſtinens iræ vaſa in interitum apta multâ patientiâ, ut peccatis interpellantibus vaſa iræ per largitatem vaſa miſericordiæ fierent, in plenitudine temporis per ſe humanatus omnium in ſalutem venit, ac longanimitatis bonitatisque ſuæ divitias omnibus & ſingulis perquam abundantiſſimè prærogavit, omnes homines volens ſalvari, planè apud quem nulla perſonarum acceptio, ſed in omni gente Deum timente acceptum eſt illi: nichil quippe differt, ſive quis Græcus ſive æthnicus aut Scita fuerit, in omnium ſalutem venit, pro omnibus redimendis mortem ſubîit, omnium ſalutem terræ in medio operatus, imprimis in Judæa multis

Digitized by Google

multis ſignis & prodigiis notus, dein per Apoſtolorum ac prædicatorum tubam in fines usque terrarum manifeſtatus, ablatis tenebris, veræ fidei lumen gentibus propoſuit. Verbum autem crucis quibusdam ſtultitia fuit, ſcandalum quibusdam, qui cognitâ veritatis viâ, verſi reprobum in ſenſum retrorſum abîerunt, quibus meliùs fuiſſet, veritatis viam non cognoviſſe: quibusdam verò Evangelicus ille ſator verbi Dei ſemen juſto Dei judicio ad tempus usque ſubtraxit, qui per devia â veritatis via vagabundi oberrantes in manufactis Deum habitare crediderunt, Jovem, Martem, Saturnum, Herculem, Solem, Lunam, Minervam, Venerem, cæteráque hujusmodi portenta Deos Deásque coluerunt; quorum errori ac ſimplicitati ſuccurrere volens miſericors ac miſerator Deus, optimus rerum diſpoſitor, moderatórque regnorum, ut per unum multos lucrifaceret, admirandos illius ſtatuæ pedes ferreos teſteósque juxta Danielis vaticinium comminuit in Romanis, non minùs admirabilis ſtatuæ caput aureum erigens in Francia Carolum (quem & corporis mole & geſtarum rerum ponderosâ ſublimitate *Magnum* ritè dicimus) Pipini Francorum Regis filium ex Bertha Heraclii Regis natâ progenitum, in quem & Græcorum Germanorúmque quia genus in unum concurrerat, meritò Imperium ad ipſum ſublimavit: nam Carolomanno fratre ejus, cum quo regnum diviſerat, rebus humanis exuto, ubi ipſe Regni faſtum ſolus tenuiſſet annis XXXIII, jam primus Francorum Romanum adeptus eſt Imperium, conferente ſibi illud ſeu confirmante Leone Papâ, qui iisdem temporibus Petri Sedem Pontifex digniſſimus tenuit.

Hic inquam Carolus, maximus profectò eccleſiæ pugil ac fidei Chriſtianæ profeſſor indefeſſus, ubi Almanos, Britones, Italos, Bajavaros, Thuringos, Friſones, Gallos, Burgundiones, Longobardos, Vaſcones, Bunventanos, Gethas, Hiſpanos, Bohemos, Sarracenos, ymmò totum ab Oriente in Occidentem Imperium Chriſto & ſibi ſubjugâſſet, bipartitam etiam Saxonum provinciam, diabolico hactenus jure mancipatam, Italico bello fine impoſito, præliis creberrimis impetiit; quam ſœpe rebellantem, Widekindi Ducis tum Saxonum pertinatiâ continuo pene conflictu attritam,

A donec Chriſto miraculosè prorſus diabolo raptam laboris ſui fru-
ctum munere obtulit. Nullum hoc bello neque prolixius neque
atrocius, neque Francorum populo laborioſius unquam ſuſceptum
eſt: nam Saxones eo tempore Germaniam incolentes aliarum more
nationum dæmoniorum cultibus dediti erant, religioníque Chriſtia-
næ contrarii; unde nec Divina nec humana jura transgredi indi-
gnum arbitrati ſunt. Verum ſicut ad hæc facienda aliquando erant
proni, ſic ad illa & eadem pervertenda & devaſtanda poſtea facti
ſunt ſolliciti: nam gratias Deo! ubi ſumma amborum cum felicita-
te finitum eſt bellum, factum eſt, ut in cæterum tantò ipſam jam
Chriſti legibus ſubjugatam ſemper amplecteretur chariùs, quantò
B majori labore diaboli faucibus ereptam perpenderat. Unde majo-
res ibi ſolempnitates agere, crebriora ibi conſilia habere, plùs ipſa-
rum quàm exterarum gentium fidelitati congaudere, & meritò;
putares profectò propheticum illud vaticinium in Saxonibus modò
completum, cùm dicitur: *terra illa inculta & ſterilis facta eſt velut
ager voluptatis:* quippe ubi Rex Chriſtianiſſimus idolorum delubra
ſubvertit, aut dæmonibus ſacratas aras deſtruxit, illico aut oratoria
frequentia aut utrorúmque ſexuum monaſteria conſtruxit. Videre
fuit clericorum catervas, monachorum greges, virginum turmas
ſanctimoniâ præcipuas, ſuis ovilibus incluſas, pernox perdiúsque
animis indefeſſis Divinis inſiſtere laudibus, ut dicere eſſet cum pro-
C pheta: *in cubiculis, in quibus priùs dracones habitabant, orietur vi-
ror calami & junci, & erit ibi ſemita & via ſanctorum vocabitur,
non pertranſibit per eam pollutus.*

Inter cætera autem monaſteria ab ipſo glorioſiſſimè fundata ſolempne quoddam ſanctimonialium fœminarum monaſterium in Boſonis cujusdam præſtantiſſimi viri fundo, in Dreni, inferioris Saxoniæ pago, in beatiſſimæ perpetuæque Virginis Mariæ, ſanctorum Coſmæ & Damiani martyrum, Symeoníſque prophetæ honorem conſtruxit, quod â pertranſeunte *Lyſe* alveo *Lyſeburnæ* nomen accepit: & ritè â *Lyſe* flumine futuræ religionis locus ſibi uſurpare nomen debuit: quia diſciplina regularis ſilentii cenſuram, ſummámque quietem expoſcit: *bonum* enim *eſt viro, cùm portaverit jugum*

Domini ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius, & tacebit, & levabit ſe ſuper ſe. Is autem Boſo inter cætera Deo ſanctiſque ſuis Divino ſervitio mancipanda quatuor curtas ſuis cum manſis contulit, quæ ſunt *Lysborn*, *Hollenhoſt*, *Herincktorpe* & *Haſckebrugge*. In quo quidem Monaſterio Rex devotus Rotſwindam ſororem ſuam, ſanctimoniâ ſpectatiſſimam, primam Abbatiſſam ac ſanctarum virginum inibi unandarum directricem, & ad quam cunctæ aſpicerent, exemplar & magiſtram conſtituit. Nec ſatis admirari ſufficio, quid cauſæ ſit, cùm in nonnullis aliis locis hujus ſanctæ Virginis reliquiæ ſub primæ Abbatiſſæ nomine habeantur, nos veri hæredes hunc nos theſaurum habere neſciamus. Ipſum igitur locum, ùt facilè perſuaderi poteſt, diverſis privilegiis & poſſeſſionibus ampliatum juxta Imperialis magnificentiæ decentiam donariis & muneribus ditavit, porro ubi ſororem ſuam Abbatiſſam conſtituit. Verùm res ſpatio mutata eſt; manent tamen precioſiſſimarum reliquiarum incomparabiles theſauri, quibus abundantiſſimè hunc locum ſublimavit: imprimis quippe beatiſſimi Symeonis prophetæ brachium, quod â Conſtantino Imperatore Imperiali munere Rex acceperat, in præfati monaſterii decus & perhennem ſuî memoriam contulit, munus utique ſuper aurum & thopaſion optabile magis. Et ne ſcrupuloſo cuiquam volutim loqui videar, aut quenquam hiſtoriarum geſtæque rei imperitum ſuſpenſum teneam, ex ſuperabundanti, quæ apud præcedentium Patrum hiſtorias lego, veritatem rei probaturus, inſerere curabo:

Eâ ſiquidem tempeſtate, qua ſub Conſtantino Imperatore ac Carolo Francorum Rege Jeroſolomitanus Patriarcha â paganis ſua de civitate expulſus cum Johanne Neapolitano Sacerdote & Davide Jheroſolomitano Archipresbytero Conſtantinopolim ad Imperatorem venit, quid rei Jheroſolomitis acciderat quærere, res memoranda facta eſt: profectò ſanctam civitatem â paganis captam ubi Imperator audivit, propriis diffidens viribus, præfatum Patriarcham ſuis cum comitibus, additis etiam Iſaac & Samuele legatis Hebræis, cum epiſtolis Imperatoris manu exaratis ad Carolum Regem miſit, adjunctâ etiam viſione, quam Imperator ſe vidiſſe affirmabat,

 quâ

A quâ juvenem quendam ejus ante ſtratum ſtantem vidit, Carolum
magnum Galliæ Regem in Domino propugnatorem ac Chriſtianæ
fidei hoſtium aptiſſimum expugnatorem armati militis ſub ſpecie
ſeſe aſſeverantem. Pariſiis itaque inventus Rex, lectíſque epiſtolis
ac pro Domini ſepulcro lacrimis fuſis in commune edixit, omnes
ſecum contra paganos dimicaturi arma aſſumerent, cæteris verò ut
ipſi & filii eorum quatuor debitores nummorum Regi eſſent. Fu-
gatis itaque paganis ac terrâ ſanctâ recuperatâ, Carolus repatriandi
licentiam abs Imperatore petiit. Igitur præparatâ inæſtimabili di-
verſi generis in auro & gemmis ſupellectili, in craſtinum Impera-
toriâ munificentiâ Regi dandâ, nichil horum accipere Rex voluit,
B ne aliquod munus pro labore, quem pro ſolius Dei amore ſuſce-
perat, accepiſſe videretur. Demum angariatus, ne ſi nichil acci-
peret, inurbanitatis notam incurreret, inito conſilio petivit de re-
liquiis Dominicæ paſſionis portionem ſibi dari. Itaque triduano in-
dicto jejunio, tertiâ luce â duodecim Græcis ad hoc electis ſanctua-
rium diviſum eſt, & multa poſt miracula, quæ ipſa hora contigiſ-
ſe leguntur, clavum Domini Daniel Neapolitanus Antiſtes elevatis
manibus Regi tribuit; data ſunt præterea Carolo Regi: pars crucis
Dominicæ, Domini quoque ſudarium, camiſia beatæ Mariæ per-
petuæ Virginis, faſcia qua Dominum Jeſum in cunabulis cinxit,
brachiúmque ſancti Symeonis, quæ omnia multis cum aliis reliquiis
C honorificè condidit & cautè cuſtodivit, loca per diverſa impoſte-
rum diviſurus. Hoc itaque beatiſſimi Symeonis brachium, pluri-
morum quoque Sanctorum corpora ſorori ſuæ dono dedit Regio,
ad quorum excubias ſanctarum virginum gregem in Dei laudibus
obſequendum ordinavit Rex Chriſtianiſſimus. Quæ autem & quan-
tæ ſint, inferiùs ſuo loco hiſtoria manifeſtabit.

Tantis profectò Regali largitate locum hunc ſanctiſſimum ſacra-
tiſſimis pignoribus illuſtratum, multorum annorum curriculis ſan-
ctimonialium fœminarum turma, beatiſſimi Patris Benedicti regu-
læ jugo, ymmò Chriſti nexibus colligata incoluit, Rectricem ſibi
unam juxta regulæ decreta, ad cujus vitæ normam ſeſe inſtituerent,
cujus quoque imperio regulari inſtitutione obſecundarent, Abba-

tiſſam

Digitized by Google

tiſſam conſtituerunt, quarum vel nomina poſuiſſe ſufficiat: fuit ergo prima hujus cœnobii Abbatiſſa Rotſwindis, glorioſiſſimi fundatoris Caroli magni, Regis Chriſtianiſſimi ſoror, quam ſuperfluum eſſet & generis & vitæ claritate ſcabroſo extollere ſtilo velle: cùm id velut novæ plantationi exemplar poſita declarare ſufficiat. Rotſwindis igitur prima fuit, Titmodis una, Eyla una, Hechildis una, Chriſtiana una, Luthgardis una, Giſla una, Wichburgis una, Gerred una, Bya una, quæ & iconem ſanctæ Mariæ ac ſancti Symeonis, ſcrineum quoque reliquiarum contulit, Bertildis item una, quæ textum quatuor Evangeliſtarum ſuî monumentum reliquit, cujus in codicis capite hy verſus ſubſcripti leguntur: A

Sancte ſenex Symeon, Domini dilate reſponſo B
Ne videas mortem niſi viſo in corpore Chriſto,
Quem gaudes propriis te contraxiſſe lacertis
Accipe donatum devoto pectore librum,
Quem devotarum tibi mater dat famularum.
Bertild, quo Chriſto placeat faciente patrono,
In libro vitæ ſcribatur, téque precante,
Et ſponſi thalamis prudens interſit amandis
Virgo, illa dextra ducta in cæleſtia regna,
Quæ Chriſtum Dominum ſuper ulnas ſuſtulit almum.
Hoc quicunque legit, ſemper dicat: requieſcat
In vita æterna, quæ ſcribi fecerat iſta. C

In fine autem libri ſcriptum eſt in hunc modum: *Gerbardus primo anno Diaconatûs ſui ſcripſit hunc librum.* Oderadis penultima Abbatiſſarum fuiſſe reperitur, quæ & turrim grandem eccleſiæ contiguam polito lapide conſtruxit; cujus turris pars inferior ſancto Severino dedicata eſt, ad cujus dedicationem prædium quidem fundatrix contulit, quod tamen Lotharius Rex violenter poſtea ſancto Severino abſtulit. Thidetrudis verò ultima hujus loci Rectrix extitit, ſub qua mutatio perſonarum hoc in loco facta eſt: quia enim omnium rerum viciſſitudo temporis ſpatio re jam mutatâ, diſciplina quoque regularis paſſim labi viſa eſt. Profectò quanto primùm devotionis ardore incepta enutritáque adolevit, tanto temporis ſucceſſu,

A ceſſu, ſenio terga juventute dante, decrepitam in mollitiem verſa elanguit, ut demum etiam hæc inverecundè perpetrare non erubeſcerent, quæ nec in ipſius religionis initio vel cogitare auſæ fuisſent; porro quas nec ipſa verecundia, nec ſolempnis facta ſecundùm regulam profeſſio, ymmò nec ab alto reſpiciens Deus, ne dicam ad priorem puritatem, ſed nec ad ſui cognitionem aut ad erubeſcentiam trahere poterant; lapsisque jam ſpiritualibus, & temporalia labi ceperant: ſemper enim in religione divitias devotio peperit, ſed heu! aſpidis inſtar matrem filia ſuffocavit. Hæc ſanè ab omnibus probata ſententia eſt, ſpiritualibus poſthabitis, temporalia quoque tergoverſari.

B Hæc profectò ne modò apud viciniores tœpida converſatio cognita multis pravo exemplo ac ſcandalo fuit, quæ ædificare proximos converſatione religioſâ debuerant, ymmò tantam Egberti Mimigofordenſis eccleſiæ digniſſimi Præſulis auribus nauſeam intulit, ut rei veritate cognita, dolore cordis tactus intrinſecus, quid conſilii quídve auxilii hac in cauſa capeſceret, ſollicitus, erga errantis gregis correctionem Paſtor ſecum cogitatione verſaret. Maturiori itaque conſilio fretus id fecit, quod ſapiens medicus, qui ubi exhibuit fomenta, unguenta exhortationum, ſcripturarum Divinarum medicamina, excommunicationis uſtionem, viderítque ſuam nichil prævalere induſtriam, ferro abſciſionis utitur, ùt ait Apoſto-

C lus: *auferte malum a vobis;* ubi enim ſe Præſul in volucrum labores expendere cognovit, ſaniori conſilio ferrum abſciſionis membris adhibere putridis præ ſe tulit. Sanè multorum ferax adoleſcentia progreſſu temporis ad virtutem mirificis profectibus fluxit, harum è diverſo veſania quottidianis incrementis in deterius maturavit. Nec id indiſcretioni Præſulis aſſcribas, Lector, precor: Paulum recogita Apoſtolum, qui ne unius ovis contagione totum gregem inficeret, ut plurimos à peſte infidelitatis liberaret, unum abjicere ſuaſit: periculoſa quippe, antequam noceant, ſeponere ſapientis eſt: unde venenoſum animal domo ejicitur, non inducitur: in ſilvis ortas aviculas paſcimus, in domibus natas ſcorpiones ejicimus & occidimus. Sicut nec ſub pietatis umbra ſcelera Præſul ſimulatâ

taci-

Digitized by Google

taciturnitate ſuſtinere debuit, ſic nec ipſum pietatis ſub umbra errantes ſilentio, ubi corrigere potuit, decipere decuit: nam nullo impio pietas debetur: in hac ſiquidem cauſa crudelitatis ſpecies fuiſſet tacuiſſe. A

Adjuvit Præſulem non modicùm, quod jam prædeceſſor ſuus Theodericus abs Hinrico primo Imperatore obtinuit privilegium ſuper ipſa Liſeburnenſi Abbatia, ſpe reformationis in hæc verba; *Hinricus Divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, ubi eccleſiarum* &c. *uti ſuprà pag.* 235. A

Acceſſit & aliud, quod etſi multis flebilem ſententiam attulerit, Præſulis tamen labori & alleviamen & ſpem proſperitatis cepto in opere præbuit: annus enim Domini milleſimus centeſimus viceſimus primus fuit, quando Lotharius Saxonum Dux, adjunĉto ſibi Hermanno de Wincenburg fuſo exercitu Mimigardefordenſem civitatem demoliturus tirannicâ rabie congeſtis aggeribus vallavit rogatu quidem Theoderici ejus civitatis Epiſcopi, qui oĉtavus decimus poſt Ludgerum eò loci pontificavit. Obſidione autem perfeĉtâ, miſſis Vulcani jaculis ipſâ Purificationis beatæ Mariæ die civitatem jam penè rogo conſumavit, hoc ſuæ provinciæ incolis tribuens, quod Trojæ quendam Agamemnon, Hannibal Sagunto, Cartagini Affricanus junior, Titus Jheroſolimis dedit. Fama autem apud noſtros increbuit, quaſi jam rogo civitate demolitâ per noſtros repatriaturus iter facere diſponeret. Quibus rumoribus perculſi incolæ omnem ſuam ſubſtantiam ac ſupelleĉtilem emunitate eccleſiaſticâ commiſerunt tuendam. Congeſtâ igitur in unum congerie, pergentes rapidis obviam ad laquearia usque eccleſiam impleverunt; immiſſo itaque igne, incognito autore licèt, in ipſa beati Apoſtoli Matthæi vigilia, qua exercitus præfatus per noſtros iter fecit, totam ſupelleĉtilem tota cum eccleſia flamma concremavit; quæ res etſi infauſtum vulgo caſum attulit, ingens tamen noſtræ religioni, accepta contumelia, fomentum tribuit. Porro jam tota penè monialium turba Divina ultione, teſte conſcientia, proſternata, quid aĉtura ſit neſcia, fluĉtuare cepit; & quarum usque hunc in diem corda quaſi leonum exciterant, jam ſolo tenus proſtratæ, lepo-

A leporis timore indutæ, vel in foveis comprehenſa beſtia, nutabant. Omnem ergo rebellionis ſpem deponere compulſæ, id ſolùm ipſis ſolatii fuit, nullam poſſe ſperare ſalutem. Egbertus itaque Præſul perinde ſecundo ymmò Divino omine animatus ac quaſi jam Deum ſibi adminiculari credens, porro qui jam propoſiti ſui rebelles humiliaverat, id quod animo ſincero conceperat, feliciùs conſummari perficíque inſtantiùs nitebatur; ſciebat tamen vir prudens, Imperiali licet auctoritate munitus, hoc ſinè Apoſtolici examinis conſenſu perfici nec poſſe nec debere, ne vel apud Summi Pontificis familiam, ſi res minùs juſtè ponderaretur, præſumptionis notam incurreret, aut fortè ſi ab incepto repulſus propoſitum mutare contingeret, parti adverſæ ludibrium fieret, Legatos Romam dirigit ac Apoſtolico ſupplicationem miſit, cujus votis libentiſſimè Dominus annuit Apoſtolicus. Itaque Apoſtolicâ Imperialíque autoritatibus roboratus Præſul devotus, ſua inſuper poteſtate ordinaria adjuncta, monialium hanc congregationem jam longè a regulari tramite oberrantem, leonina animoſitate, zelo Dei cinctus prorſus eliminavit, ſtabilioris ac ſanctioris propoſiti ſexûs Fratribus, inquam, ſecundùm beatiſſimi Patris Benedicti inſtitutionem inſtructis ſanctarum reliquiarum excubias commiſit, quibus & Baldwinum venerabilem admodum virum magiſtrum & Abbatem præfecit.

B

Balduvinus igitur primus hujus loci Abbas ac Paſtor fuit. Hujus laudabilis vitæ famam, ſanctæ converſationis exemplum, religionis æmulationem, ad Deum devotionem, ad proximos pietatem, ad ſe humilitatem & vitæ auſteritatem, ad ſubjectum ſibi gregem ſollicitudinem, puto, nec Demoſtenis eloquentia, nec Ciceronis facundia dignè ſatis exprimeret, porro qui dignus viſus & habitus eſt, primùm novam novo ſolo noviter inſertam plantationem indefeſſis verborum & exemplorum ymbribus irrigare, ut, quando radicata, quottidianis incrementis proficeret, ac demum de virtute in virtutem præclaris gradibus profecta ad Dominum virtutum jam properaret. Hic autem vir venerabilis ab ipſo Egberto Mimigofordenſi Epiſcopo, qui hunc, eliminatis monialibus loco præfecerat, in Wrekenhorſt XII kalend. Aprilis, quæ tunc in ſextam ante

C

Palma-

Digitized by Google

Palmarum diem feriam cecidit, in Abbatem eſt ſolempniter conſecratus, qui ſextus Lotarii Imperatoris annus fuit, ab incarnatione autem Domini milleſimus centeſimus triceſimus. Nec modò ſpiritualibus dapibus fidelis ſervus & prudens creditam ſibi pavit familiam, verùm & temporalibus illis, ſinè quibus ſpiritualia ipſa ſtare nequeunt, pro ut potuit, alimentis providit. Huic Baldwino ſuíſque ſucceſſoribus Wernerus XXI Mimigardefordenſis eccleſiæ Epiſcopus, ne Abbas, vel ſui ab aliena poteſtate inquietarentur, bannum Liſeburnenſi eccleſiæ â Præpoſito Hinrico libere in manu ſua reſignatum, redditúsque, qui ad Epiſcopalem juſtitiam exinde proveniunt, rogatu ejusdem Præpoſiti in ſuorum fratrum præſentia in perpetuum conceſſit, ac Epiſcopali banno confirmavit. Sed & idem Præſul, conſenſu & approbatione Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Arnoldi, eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcopi, dedit ob animæ ſuæ ſalutem curtes in Wormen in terra Juliacenſi ſitas Beatæ Mariæ in Mimigoforde ac Coſmæ & Damiano martyribus in Leisborn Abbatiis, quas Albertus quidam de Wormen eccleſiæ ſuæ miniſterialis, ſœculo relicto factus monachus, cum omni ſuo patrimonio, alia cæterùm jure feudali ad ipſum pertinentia libere multis coram teſtibus reſignavit; non longè tamen pôſt quidam Harpinus de Bukeſtella ipſam curtim invaſit, qui ne modò Baldwinum ymmò & Wernerum Epiſcopum injuſtâ ſuâ pervaſione fatigavit; quem demum Arnoldus Colonienſis eccleſiæ Præſul ad peccatum ſuum recognoſcendum coëgit, & ab injuſtitia ſua compeſcuit. Rexit autem hoc monaſterium XXX & uno annis, menſibus decem, diebus novem; V verò Idus Decembris Palatinas ſedes, laboris ſui perpetuum munus, accipiens, in medio chori ſepulturam conſequutus. Quo defuncto, Franconem ſibi Abbatem unanimi Fratrum conſenſu præfecerunt.

Franco igitur ſecundus hujus loci Abbas, bonus optimi magiſtri diſcipulus, inſtitutoris ſui veſtigiis inhærens, commiſſas ſibi oviculas vitæ verbis ſaginaturus, ferventiori niſu ad perfectionis apicem uſque multos ex ipſis provexit; porro qui ſuis hoc ſubditis tribuit, quod ſui â Prælati magiſterio didaſculus ipſe accepit.

A Hujus Abbatis tempore Mediolanum, metropolis & Regia civitas ciſalpinæ Galliæ, ſeptimo obſidionis anno â Frederico Imperatore expugnata & capta eſt, unde tria Magorum corpora tertio jam ſaltu Coloniam translata ſunt. Cæterùm Colonienſis, Mimigardefordenſis, Myndenſis, Padeburnenſis Epiſcopi, juncto ſibi Hinrico Saxoniæ Duce, Arnsburg urbem aliquamdiu obſeſſam ceperunt ac deſtruxerunt, Comitémque exilio delegârunt, qui fratrem ſuum Hinricum, vinculis ligatum, deficere fecit. Conſumato autem curſus ſui termino, venerabilis Abbas poſt decimum ſextum prælationis ſuæ annum laboris bravium percepturus, vero Regi, cui militaverat, animam commendavit. Præfuit autem, ùt dictum eſt,
B annis XVI, menſibus duobus; obîit verò 4 nonas Februarii, ac in choro ſancti Benedicti ſepultus. Hujus animâ Deo, corpore terræ commendatis, omnium in unum vota Wenſonem Fratrem concurrentibus illum ſibi Prælatum præficere, illum Abbatem habere cupientes, paſtorem elegerunt.

Wenſo tertium inter Abbates hujus loci ordinem tenuit; quantæ hic devotionis ad Deum fuit, quantum ad Divinas ſcripturas cognoſcendas fervoris habuit, argumento eſt librorum multitudo, quam propriâ ſuâ manu exaratam poſteris reliquit. Manent in hunc diem: Miſſale, Matutinale, Antiphonarium in capella conditum: cæterùm Auguſtinus ſuper Johannem duobus voluminibus, Jero-
C nimus ſuper Iſaiam unico ingenti tantùm, alia quoque multa ſibi teſtamento condito, quæ devotus ac ſtudioſus Pater ſequacibus, ſuis manibus exarata propriis, reliquit. Hys temporibus Gunterus Comes de Sweryn grave cum Tekenburgenſi Comite Symone bellum habuit in Oſnaburgenſi dioceſi, ubi cæsâ multitudine vulgi, ipſe Tekenburgenſis captus eſt; ſed & â Sarracenis Jheruſalem capta eſt, pro qua redimenda dum multi Principes ac Nobiles cum Frederico Imperatore cruce ſignati arma ſumerent, Otto quoque Monaſterienſis Epiſcopus cum fratre ſuo Comite ſeſe miſcuerunt. Demum idem Otto cum Guntero Oſnaburgenſi ibidem peſte mortuus eſt, ac in ſabulo Damaſceno ſepultus. Rexit autem idem Wenſo hoc monaſterium annis XI, menſes tres, & ad extremum ve-

niens

niens VI idus Aprilis animam ſuam Creatori ſuo reddidit, ac in choro ſancti Benedicti ſepulturam accepit. Hoc quoque mortuo, in unum Fratribus canonicè concurrentibus, Engelbertum Abbatem elegerunt. A

Engelbertus, qui & in Ordine quartus fuit, rexit autem hoc cœnobium ab annis Domini 1190 usque ad 1198, annis ſcilicet octo, Hinrico Frederici Imperatoris filio, duodecimo Germanorum Imperatore ſceptra tenente. Hic Pater venerabilis Makenberg inchoavit, ambitum curiæ foſſato circumdedit, pluráque alia pro fratrum ſuorum utilitate fecit; poſt annos autem octo, menſes tres, dies XXIV electionis ſuæ in multorum venerabilium virorum præſentia ſuâ Fratres morte mœſtiſſimos reddidit III kalend. Septembris, quæ B tunc in Dominicam cecidit, alterâ continuè die, quæ eſt Bartholomæi Apoſtoli dies, honorificè ad caput Baldwini Abbatis juxta babtiſterium ſepultus, aſtantibus venerabilibus ac religioſis viris: Abbate in Wadenhart (*ſive* Marienfeldt) Præpoſito in Clarholte, & nonnullis ejusdem dignitatis & autoritatis viris aliis; Capella enim in Wadenhard jam noviter abs Hermanno de Katzenellenbogen, Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopo, in Abbatiam redacta eſt: nam hactenus Abbati Liſeburnenſi fuit ſubjecta: anno enim Domini 1134 Wernerus Mimigofordenſis Epiſcopus, confirmatis hys, quæ circa perſonarum mutationem â prædeceſſore ſuo acta fuerant, Capellam, quæ dicitur Wadenhart, cum omnibus appenditiis, C quæſitis & acquirendis, mobilibus & immobilibus, cultis & incultis, aquis aquarúmque decurſibus cum conſilio Prælatorum ſuæ ſedis pro ſalute animæ ſuæ ad utilitatem Fratrum Lisburnenſium tradidit. Verùm Hermannus XXV poſt Ludgerum Epiſcopus Abbatis ac Fratrum conſenſu fundare eò loci monaſterium cupiens, primum ibidem lapidem poſuit, mille quingentas marcas ſuperimponens, conſtructum egregiè dotavit. Ad hujus Engelberti mauſolæum hy verſus ſcripti ſunt:

Abbas Prælatus quartus fuit hìc tumulatus
Subditus, è membris rapuit quem nona Decembris
Hic Engelbertus qui & eſt pietate refertus

A Utilis indocto poſt annos mortuus octo
Póſtque dies centum latus fuit ad monumentum
Participem vitæ faciet quem Chriſtus avitæ.

Eo itaque, ut dictum eſt, ſepulto in die ſancti Bartholomæi, convenientibus Fratribus in unum ante refectionis horam, concordi electione omnium in Dominum Wernerum vota currebant.

Wernerus is antè in Eſſena (*diœceſis Oſnabrugenſis*) Præpoſitus fuerat; verùm ſuo jam cœnobio incendii periculo penitus disſipato, rogatu Comitis de Teckeneburg in Malegarde translatus fuit; ubi quatuor fermè annis Præpoſiti officium exercuit; quem quaſi confratrem & optimè notum, paſtoris curâ digniſſimum ju-
B dicârunt. Acceptâ igitur inveſtiturâ III idus Octobris abs Hermanno II. Epiſcopo Monaſterienſi, proxima ſequenti XVI kalendarum Februarium die in noſtra eccleſia conſecrationis munus accepit, & continuò vix menſis ſpatio elapſo, abs Hermanno Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopo prædium, Walevick dictum, villæ ſuæ Beckem vicinum, quod pincerna ejus Conradus feudali jure poſſederat, ac in manus Domini ſui libere reſignârat, Lisbornenſis cœnobii Fratribus poſſidendum in perpetuum obtinuit. Impetravit quoque à Padeburnenſi Epiſcopo Bernardo, nequis Canonicorum majoris eccleſiæ Padeburnenſis advocare valeat in cauſis laicorum aut alienis contra eccleſiam Lisbornenſem; quod & Symon Bernardi ſucceſſor
C confirmavit. Rexit autem hoc cœnobium annis 24, menſibus 7, diebus 23; ſed eo in Abbatiam Trajectenſem aſſumpto, IV nonas Aprilis, quæ ſexta ante Palmarum diem feria fuit, in unum omnibus conglobatis, communi decreto in Burchardum tunc monaſterii noſtri Cellerarium convenerunt; Wernerum autem, quem Trajectenſis Abbatia vivum nobis abſtulit, jam mortuum ad ſepulturam reſtituit: conditus autem eſt in capella ſancti Johannis Babtiſtæ.

Burchardus itaque electus, proximâ poſt electionis diem feriâ, quæ tunc Cœnæ Domini dies erat, â Theoderico Epiſcopo confirmationis ac conſecrationis munus apud Coſtfeldiam unicâ ſolempnitate accepit. Rexit autem hoc monaſterium annis XVII, menſibus XI, die unâ. Is abs Symone tunc Padeburnenſi Epiſcopo confirmari

mari

Digitized by Google

mari petiit & obtinuit, ne quis Canonicorum majoris Padeburnen- A
ſis eccleſiæ advocare valeat in cauſis laicorum aut aliorum contra
Lisbornenſem eccleſiam. Hic circa vitæ ſuæ terminum cùm fateſce-
ret artubus, extremâ jam infirmitate corruptus, Soſatum ſpe recu-
perandæ ſanitatis petiit, ubi inter medendum III nonas Martii, quæ
tunc Sabbatum ante *Lætare* erat, carne ſolutus horâ matutinarum
obviam Domino egreſſus eſt; alterâ autem die, hoc eſt, *Lætare*
Dominica ad nos delatus ac in turri ſepultus eſt. In cujus locum
canonicè electus eſt Godeſcalcus confrater, pro tunc Prior in Oe-
ſede.

Godeſcalcus igitur unanimi omnium conſenſu Abbas electus illi-
co ſecundâ feriâ poſt Dominicam *Judica*, hoc eſt pridie idus Mar- B
tii â Domino Ludolpho Monaſterienſi Epiſcopo in monaſterio eſt
inveſtitus & item in Abbatem conſecratus. Rexit autem hoc no-
ſtrum monaſterium anno duntaxat uno, menſibus XI, totidémque
diebus ab anno ſcilicet 1239 usque ad annum 1240, ut diſcas Le-
ctor, quod omnis potentatus brevis, nulláque ſtabilis potentia, út-
que vel impropriè exprimam, nulla potentia potens eſt. Brevi
igitur periodo iter longum concludens, in octava Agnetis virginis
horâ Primarum fortunæ jugum pariter & mortis excuſſit; cujus
etiam corpus in turri ſepulturam accepit. Quo vitâ functo, in
proxima Purificationis divæ Mariæ vigilia Godfridus confrater ele-
ctus eſt. C

Godfridus igitur octavus hujus loci Abbas ex Priore in Wilden-
boſen electus, confeſtim in craſtino Baſilii apud Wolbecke â Domi-
no Ludolpho Monaſterienſi Epiſcopo & confirmationis & conſe-
crationis ritu & ſolempnitatibus conſuetis munus accepit. Hic â
Gerhardo Monaſterienſi Epiſcopo parochialem eccleſiam monaſte-
rio ſuo incorporari fecit, ac ut eâ vacante, unum de monachis pa-
ſtorem præficeret, archidiaconatûs patronatúsque jure obtinuit: in-
ſuper ut parochialis eccleſiæ fructus ad uſum Fratrum ſuorum con-
vertere poſſet. Quæ quidem parochialis eccleſia poſtmodum â Se-
de Apoſtolica monaſterio ſolempniter eſt incorporata. Rexit autem
præfatus Godfridus hoc monaſterium ab anno Domini 1240 usque
ad

A ad annum 1265, annis XXV præciſè: nam in ipſo hoc accidit, quod meo judicio vel paucis contigiſſe repertum eſt, ut qui in ipſa Purificationis Mariæ vigilia Abbas electus fuerat, poſt quintum jam luſtrum completum ipſo item die ſepulturæ traderetur; verum is ubi mortem obîit, ne grex paſtoralis ſollicitudinis curâ incuſtoditus, circumeuntis leonis rabie dilaceraretur, ad novi paſtoris electionem ventum eſt. Facta autem contentione, errare eos fecit Deus in invio & non in via: enim verò diviſis in duo votis, quæ hactenus in unum convenerant, electionis jure privati Everhardo (*Gerbardo*) Monaſterienſi Epiſcopo ſecundùm juris ordinem, generalíſque conſilii formam jus ordinandi Abbatem conceſſum eſt, qui ſexta ante
B Dominicam *Lætare* feria, quæ tunc fuit ſanctarum Perpetuæ & Felicitatis dies, Gerhardum Diaconum confratrem in Abbatem præfecit, quem Fredericus Præpoſitus tunc Vicedominus illo ipſo die in poſſeſſionem corporalem & Abbatem præfecit.

Gerbardus ſic, ùt præmiſſum eſt, in Abbatem ordinatus, ſequenti mox Sabbato Paſcæ abs promotore ſuo Gerhardo Epiſcopo apud Wolbecke primùm Sacerdos ordinatus, ejus conſecrationis munere redimitus eſt. Rexit autem hoc monaſterium annis XXXIX, menſibus duobus, diebus XXVI usque in annum 1304. Hic ab Ottone tertio, Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopo, parochialis eccleſiæ incorporationem, jam dudum a Gerhardo Epiſcopo per Gode-
C fridum obtentam, renovari petîit & obtinuit; inſuper duas curtes: Bettinckhuſen & Hünickhoff cum omni jure, proprietate, dominio omnium bonorum feudalium, vaſallorum infeudatorum, miniſterialium litonum, mancipiorum, cæterorúmque quorumcunque prædictarum curtium attinentiis a Venerabili Patre ac Domino Arnoldo Raeſtedenſis cœnobii Abbate ſuíſque Fratribus, conſenſu Domini Giſberti ſanctæ Bremenſis eccleſiæ Archiepiſcopi, in monaſterii Fratrum ſuorum utilitatem comparavit. Litigavit præterea cum Lippenſibus apud Sedem Romanam ſuper quibusdam pratis & paſcuis monaſterio ſuo concernentibus; longa itaque diſceptatione facta, tandem ultimo regiminis ſui anno, mediantibus Domino Symone Comite de Lippia, Domino Bernardo filio ejus, Padeburnenſis

Digitized by Google

nenſis eccleſiæ Præpoſito, aliiſque viris nobilibus, compoſiti ſunt, A
ita ut agri versùs partem orientalem viæ, quæ Vreſenwech dicitur,
monaſterio in Leisborn ac civitatis Lippenſis opidanis ad commu-
nia paſcua in perpetuum ſint relicti; qui verò ab orientali via ver-
sùs plagam occidentalem tendunt, ſolùm Lisbornenſi monaſterio
libere ſunt ad omnem ipſorum uſum aſſignati. Obiit tandem idem
Gerhardus IV kalend. Junii ac in turri conditus eſt, cujus in locum
pridie Idus Junii poſt aliquantam diſcordiam in electione habitam
Florinum tunc eccleſiæ theſaurarium (*cuſtodem*) elegerunt.

Florinus ergo decimus hujus loci Abbas fuit vir utique ſcientia
ſcripturarum præcipuus & in temporalium adminiſtratione circum-
ſpectus, qui ſequenti ebdomada, poſtquam electus eſt, ab Epiſco- B
po confirmationis munus accepit, ac demum apud Wolbecke con-
ſecratus cum teſtimonio extrà ac totius eccleſiæ omni cum reveren-
tia remiſſus eſt. Is novum chorum ædificare incepit, capellam ſub
turri dotavit; cæterùm a Johanne XXII ſummo Pontifice uſum
pontificalium pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus procuravit, uti ſcilicet
mitra auriſeata arminas aut gemmas habente, annulis ac cæteris
pontificalibus infra monaſterii ſui ſepta, cæterùm coronas ac uten-
ſilia altaris benedicere, poſt miſſarum ſolempnia & veſpertinas ac
matutinas laudes benedictionem ſolempnem ſuper populum elar-
giri. Quod privilegium quia infra monaſterii ſepta artatum fuit,
Ludwicus Monaſterienſis eccleſiæ Præſul, ut ipſum Abbatem, ſuóſ- C
que ſequaces aliis etiam Chriſti fidelibus gratioſos redderet, dilatare
ſtuduit, ac dicto Abbati ſuiſque ſucceſſoribus canonicè intrantibus
per ſuam ratihabitionem & approbationem indulſit, quod infra cli-
mata ſuæ dioceſis gratiâ & auctoritate in obtentis literis Apoſtolicis
in perpetuum perfrueretur; quod & ipſum Theodericus Pade-
burnenſis ſed & Godefridus Oſnaburgenſis eccleſiarum Epiſcopi
ſuis etiam in dioceſibus pariter contulerunt. Rexit autem hoc mo-
naſterium ab anno Domini 1304 usque ad annum 1328, annis vi-
delicet XXIII, menſibus novem, Arnoldo Abbatiæ regimen re-
linquens.

Arnol-

A *Arnoldus* XI Abbas. Hic anno ſuæ ordinationis quinto theſaurum reliquiarum reperit: hactenus quippe nullus incolarum, quæ vel quantæ eſſent reliquiæ in ſcrineis conſervatæ, cognovit; accidit autem quodam tempore ſerotino ſubcuſtodem in choro facienda facere, & quæ officii ſui erant, peragere; audivit quendam ſtrepitum, utpote unguium ſcalptionem ſub altari, ubi ſcrinia poſita fuerant ſupradicta, quæ, quibusdam de junioribus fratribus ſibi aſſumptis, undique cum lumine circumſpexit, nec ab exterioribus, quod quæſivit, inveniens, unam capſarum elevans in ſacriſtiam, ut ibi ab examinatoribus diligentiùs probaretur, detulit. Tandem foramine ſubtus invento, per quod præſumpſerunt mures aliquos

B ſubintraſſe, quid hac in re agerent, tractârunt; maturo autem conſilio ſuper hoc habito, Arnoldus Abbas, adjuncto ſibi Frederico tunc temporis theſaurario ſive cuſtode, in vigilia nativitatis Mariæ Virginis completo officio veſpertino, prædictam capſam aperuit, muribus quibusdam excurrentibus, & ſeptem corpora reliquiarum extulit, diviſum unumquodque ſuo nomine preſſulâ inſcripto, quæ ſunt: ſanctus Fortunatus Epiſcopus & martyr, ſanctus Symeon Archiepiſcopus & martyr, ſancta Bargaria, ſancta Mariana, ſancta Sambaria, ſancta Placidia, ſancta Mathania virgines & martyres. Nec mirum, girovagos ſi per mures reliquias oſtendit, qui per camelum ſancti Damiani ſepulturam oſtendit. Cæterùm proximâ

C Dominicâ poſt idem feſtum ſanctæ Mariæ Virginis Belomulonenſis eccleſiæ Epiſcopus caſu ſuperveniens cum Arnoldo Abbate præfato aliam capſam aperuit, in qua duodecim corpora invenit, quorum tria ſuperſcriptionem nominum non habuerunt, aliorum quoque nomina ſunt hæc: ſanctus Exuperius miles & martyr, ſanctus Habundus martyr, ſancta Pavafrega, ſancta Bynuana, ſancta Sanuvia, ſancta Wilnia, ſancta Sanctia, ſancta Stactenfila, ſancta Gratia virgines ac martyres. Conjunctum fuit hys corporibus caput ſancti Symphari Archiepiſcopi Treverenſis & martyris cum particulis ſanctarum virginum, quarum nomina ſunt: Bobilia, Saluſtia, Urſinaria, Validia, martyrum. Hæ ſunt veræ reliquiæ in hoc monaſterio quieſcentes cum reliquiis beatiſſimi Symeonis prophetæ alio-

Digitized by Google

aliorúmque Sanctorum, quæ in ſcrinio argenteo, quod beati Symeonis nomine conſecratum eſt, habentur: anno enim Domini 1226 ſub Burchardo Abbate hujus loci ſexto, Wilhelmo tunc Priore & Cuſtode hujus loci procurantibus, artificioſum quoddam ſcrinium argenteum factum eſt, quod usque hodiernum diem maximo in honore habetur, in quo brachium ſancti Symeonis prophetæ repoſitum eſt cum ligno Domini, cum reliquiis beati Johannis, cum cineribus beati Petri, cum reliquiis beati Jacobi, Bartholomæi, Symonis & Judæ, Coſmæ & Damiani, Vincentii, Felicis, Bonifacii, Ciriaci, Laurentii, Clementis, Chriſtofori, Georgii, Dioniſii, Nicolai, Gregorii, Martini, Liborii, Godehardi, Ægidii, Benedicti, Landolini Epiſcopi, Anaſtaſiæ virginis, Margarethæ, Scholaſticæ, Walburgis, Cordulæ virginum: item de paropſide Domini: item in alio quodam parvo ſcrinio deaurato inter cætera continetur vitrum cum ſanguine ſanctorum martyrum Coſmæ & Damiani: ſunt præterea in hoc monaſterio multæ aliæ præcipuæ reliquiæ, diverſis conditæ thecis, puta amigdalum virgæ Aaron, de manna Domini, oleo beatæ Mariæ virginis, oleo beatæ Katherinæ, de quibus longum eſſet ſcribere. Horum ergo Sanctorum ſuffragia impetremus, quatenus hoc monaſterium ſuis cum incolis in omni tranquillitate & pace cuſtodiant. Amen. Rexit autem præfatus Arnoldus hoc cœnobium annis XII, menſibus novem, XI kalend. Decembris viam univerſæ carnis ingrediens, ſpiritum Deo reddidit. In cujus locum Fredericus, dictus *Marre*, hactenus theſaurarius electus eſt.

A B C

Fredericus itaque electus ac â Ludwico Monaſterienſi Epiſcopo confirmatus ac conſecratus etſi ſub graviſſima paſtoralis curæ faſce preſſus, plus tamen, quàm debuit, ſe extulit; veruntamen utrarumque rerum providum ac diligentiſſimum ſeſe diſpenſatorem exhibuit. Anno hujus decimo, qui milleſimus trecenteſimus quinquageſimus fuit, tantâ ſævitiâ peſtis graſſari cepit, ut uno Auguſto menſe Sacerdotes novem, Diaconum unum, Subdiaconos duos, pueros monachos duos, converſos quatuor, duásque ſorores hoc in loco extinxerit: ab anno enim Domini 1348 usque in annum

A 1351 peſtis tam lugubris & miſeranda provinciam devaſtavit, ymmò per tres integros annos durans totum penè per mundum tantâ ſævitiâ debachata eſt, ut vix decimus quisque ex millenario ſuperſtes manſerit, ac pleraque loca prorſus derelicta ſint: hæreditas ingens, hæredes nulli: vivi quoque adhuc palpitantes intra ſepulchra ex anguſtia & ſepelientium deſperatione terrâ obruti ſunt: Judæi inſuper omnes, qui in Germania erant, hac tempeſtate combuſti ſunt, eoquod omnes regionis puteos intoxicare fuerunt annixi, ùt multi eorum confeſſi ſunt. Vix duo anni elapſi ſunt poſt tot Fratrum necem, hoc eſt tertio decimo Prælationis ſuæ anno ipſum cœnobium funditus igne conſumptum eſt; una tantùm capella ſancti B Johannis Babtiſtæ, in quam reliquiæ deportatæ erant, voracis flammæ inſultibus ſubtracta eſt. Sceleris autor incognitus usque modò manſit. Verùm nemo unquam rerum ſuarum tam deploratum exitum vidit, quin concederetur illi ſperare meliora, nec aliquis unquam tam profundo jacuit loco, quin poſſet levare caput: unde magnanimitas Frederici ſecundiorem ſperans fortunam tantæ ſuæ ſequi poſſe jacturæ, viriliter & fermè ſupra poſſe adverſæ fortunæ inſultibus niſus eſt contraire, ædificiáque Vulcani armis dejecta ſtuduit erigere. Demum XVIII annis, & menſibus novem regiminis ſui elapſis, poſt multas adverſitates, corporiſque infirmitates, confectus ſenio, bono fine XI kalend. Septembris vitam finiC vit, Hinricum ſucceſſorem unanimi Fratrum electione habiturus.

Hinricus de Rodenberg XIII Abbas, vir providus ac omnibus reverendus multa magnalia ſuo in regimine fecit: nam concitò ab Adolpho Monaſterienſi Epiſcopo confirmatione acceptâ, jam noviter ædificati monaſterii tectum, conglomeratis ſtraminibus hactenus tectum, polito lapide texit; ſed & baculum paſtoralem argenteum poſteris ſuî monimentum relicturus, ſumptuosè ſatis procuravit; alia quoque multa pro monaſterii ac Fratrum inibi Deo ſervientium utilitate diſpoſuit. Hujus tempore Bohemorum hæreſis orta eſt in Praga, primaria Bohemiæ civitate; ſed & multæ diſcenſiones in Epiſcoporum electione non ſolùm in Monaſterienſi, ſed & in aliarum cathedralium eccleſiarum electionibus, quod maxima cum

Digitized by Google

cum jactura dioceſium, non minimo autem commodo Romanæ Sedis maturavit: Urbanus enim Papa ne modò, quæ Epiſcopi reliquerant in auro, argento, clenodiis, fructibus, equis, armentis, ſibi uſurpavit, ſed & annuos ipſorum redditus poſtulavit, usque quo ipſe eccleſiis de Epiſcopis provideret. Iisdem fermè temporibus, hoc eſt, anno 1369 adminiſtrante eccleſiam Colonienſem Conone, Arnsburgenſis Comitatus Colonienſi Eccleſiæ tali modo acceſſit: Godfridus quippe tunc Arnsburgenſis Comes Clivenſis Comitis filiam uxorem habuit, qui ambo ſenio confecti, dum filios hæredes non haberent, & multa in Angariæ & Weſtphaliæ Ducatus mala perpetrâſſent, pœnitentiâ ducti ſe ſuáque præfatæ eccleſiæ libere obtulerunt, Comitatúmque cum omnibus & ſingulis opidis, caſtris, fortalitiis ac dignitatibus ſancto Petro reſignârunt, & pro ſua ſuſtentatione vitaliſmum gratioſum acceperunt. Sepultura hujus Comitis inter cancellos ferreos majori in eccleſia Colonienſi cernitur: vaſalli quippe ac militares Domini ſui reſignationem hujusmodi ægre ferentes, dum ſepulcro appropinquare poterant, monumenti ſaxum cultris pungebant. Quod ſcelus ut aufferrent Canonici, cancellis ferreis monumentum circumdederunt, tantíque benefactoris ſui æmulos â tactu mauſolæi excluſerunt. Eo etiam tempore Burchgravius in Stromberge â Florentio Monaſterienſi Epiſcopo patriâ pulſus eſt. Præfuit autem præfatus Hinricus Abbas huic monaſterio annis XXIII & mortuus eſt.

A

B

C

Weſſelus de Recke XIV hujus loci Abbas concorditer electus eſt, ac abs Heydenrico tunc Epiſcopo Monaſterienſi confirmatus, poſt bene inchoati regiminis breve tempus multorum laborum oneri ſubtractus, feliciter in Domino quievit. Rexit autem præſens monaſterium annis tantùm tribus, Hermanno de Zande Prælationis officium relinquens. Hys temporibus Engelbertus de Marka inimicitias agens in Fredericum Colonienſem, Archiepiſcopósque Treverenſem & Maguntinenſem, Epiſcopósque Monaſterienſem, Leodienſem, Padeburnenſem, Oſnaburgenſem, fudit exercitum in Colonienſem dioceſim, novémque diebus ſingula occurrentia igne vaſtavit, caſtra & fortalitia deſtruxit. Cæterùm eâ tempeſtate maxima

A ma in provincia peſtis ſævit, ita ut ſex menſium circulo plùs quàm
octo milia hominum mortem obiiſſe numeratum ſit.

Hermannus de Sande XV Abbas, & hic abs Heydenrico confirmatus eſt, rexitque monaſterium annis XLVIII usque ad annum Domini 1431. Hys temporibus diſcordiarum ſator diabolus grave bellum movit inter Dominum Bernardum Comitem Lippenſem ac Nicolaum Tekenburgenſem, quibus & Monaſterienſis Epiſcopus ſe miſcuit, alteri auxilium præſtiturus: audire fuit hìc bellorum ſtrepitus, illic fugientium ullulatus, jam ædificia diſcerpta, jam rogo data, jam conculcata ſata. Inter hos ſtrepitus adverſæque fortunæ diſcrimina bonus adminiſtrator, Deo propitio, commiſ-
B ſum ſibi gregem abunde ſatis ſaginavit, demum poſt XLVIII accepti regiminis annos, bellorum ſtrepitibus ſubtractus in ſancta pace quievit, ac quinta ante Scholaſticæ virginis diem feria ſolo conditus, Lubertum ſucceſſorem reliquit. Hys temporibus Bernardus Comes de Lippia Hinricum Lunenburgenſem Ducem, victum bello, carceri mancipavit, anno autem 1406 quintâ feriâ ante feſtum ſancti Johannis Babtiſtæ, hoc eſt, ſanctorum Viti & Modeſti martyrum die horâ ſextâ ante prandium eclipſis Solis fuit, futuri mali præſagium: nam Maguntia noctu igne vaſtata eſt; poſt biennium maximum Leodienſium bellum fuit, in quo XXX milia virorum ex Leodienſium exercitu occiſa referuntur. Eodem tempore
C Otto Monaſterienſis Epiſcopus multa præclara rei militaris facinora perpetravit. Burgundiæ Dux Johannes Pariſios toto penè orbe celebrem vi cepit, ſed anno ſequenti, captus â Rege capite plexus eſt, quod factum poſtea cruentam in meſſem maturavit. Bodeken monaſterium monialium abs Wilhelmo Padeburnenſi Epiſcopo regularibus Canonicis traditum eſt. Anno Domini 1426 Hinricus de Morſe Monaſterienſis Epiſcopus, contracto in unum gravi exercitu, in Friſones caſtra movit: fuêre autem ejus in comitatu Brunſwicenſis ac Saxonum Duces, Colonienſis, Hildenſemenſis ac Oſnaburgenſis Epiſcopi, aliique Principes, Comites & Barones multi; quæ res dum genti præfatæ innotuit, tacitè eorum adventum ſuſtinentes, arte, quos vi ſuperare nequiverunt, deluſerunt: ubi enim interiora

teriora

Digitized by Google

teriora provinciæ jam quaſi victores intraverunt, Friſones, aquarum ſuſtentaculis perforatis, mare ſuper ipſos induxerunt, ac mediam penè hoſtium partem ſubmerſerunt, inter quos ſeptem Principes aquis ſuffocati ſunt. Erat autem exercitus trium milium equeſtrium armatorum, inter quos quingenti milites erant; ſuperſtites velocitate, non viribus ſalvati ſunt. A

Lubertus natione Lippenſis in ordine Abbatum XVI fuit. Hic electus in Abbatem, ſtatim abs Hinrico Monaſterienſi Epiſcopo confirmatus paſtoralis curæ officium ſuſcepit, Divinis humaníſque ſtudiis aprime eruditus, cæterùm & in temporalibus negotiis expediendis omnium judicio ſagax ac circumſpectus. Hujus anno primo in Bohemos expeditio facta eſt, in quo exercitu Colonienſis B Epiſcopus gravi manu ſe pro eccleſiæ tuitione obtulit, ſed infauſtè præliatum eſt. Anno ejus tertio horrendum in cœlo ſpectaculum viſum eſt: irides ſeptem ex transverſo ordine dorſum unius adverſùs dorſum alterius ponentes ſimul viſæ ſunt, & multis miraculo habitæ. Anno inſuper 1438 Conſilium Baſileæ Martini Papæ decreto congregatur, lentè tamen & parvâ admodum mortalium frequentiâ; quod quidem pulcherrimum initium habuit, exitum autem turpem; in quo conſilio & Lubertus Abbas præſens â multis recommendatus fuit & laudatus: erat enim vir conſilii & diſcretione præcipuus. Mortuo autem Sigismundo Imperatore, & quem ſuî loco Regem elegerant, Alberto Frederico jam Cæſare facto, C Suſatenſes, repudiato Theoderico Colonienſi Epiſcopo, Clivenſem Ducem Johannem ſibi præfecerunt. Qua ex re graviſſimum ac diuturnum in provincia bellum exortum eſt: alternis enim incurſibus omnia vaſtabant, incendebant atque demoliti ſunt. Unde aliquando Lippiam Suſatúmque civitates obſidens, adhærente ſibi Hinrico Monaſterienſi Epiſcopo fratre ſuo, ubi expugnare non potuit, maximâ ſuorum jacturâ ſolutis caſtris, exercitum dimiſit. Bellum hoc pernicioſius præſenti monaſterio fuiſſet, eò quod inter Bernhardum Lippenſem Teckenburgenſem quoque Comitem ſub Hermanno ſuo prædeceſſore fuerat, niſì Lubberti Abbatis ſollertia indefeſſa impedimento fuiſſet, porro qui alios prece demoliri ſtuduit,

A duit, alios pecunia a propoſito ſœpe furore retraxit. Cæterùm chorum novum a Florino aliquando inchoatum conſumavit, cœnobiúmque ipſum rigorosè ſatìs & in competenti victualium adminiſtratione annis XXX rexit; demum in ipſa Paſcæ vigilia, calcatâ morte, vitam perpetuam invenit. Quo mortuo, Stephanum confratrem unanimiter elegerunt; verùm ob collapſam diſciplinam confirmationis munus abs Johanne Bavaro tunc Monaſterienſium Epiſcopo habere non potuit: anno enim Domini 1464 ipſum monaſterium Leisborn, â Carolo magno fundatum, quod jam penè totaliter â regulari obſervatione defecerat, per Reverendum in Chriſto Patrem & Dominum Dominum Johannem Bavariæ Ducem,
B Monaſterienſis eccleſiæ Epiſcopum reformatum ac in melioris vitæ tramitem redactum eſt, ac jam noviter pullulatæ Burisfeldenſi unioni conjunctum & unitum eſt: mortuo enim Luberto ejusdem monaſterii Abbate, Stephanum quendam Walraven ſibi præfecerunt, qui dum ob collapſam diſciplinam confirmationis munus ab Epiſcopo accipere non potuit, quatuor annis vicem Abbatis gerens, procurator præfatum monaſterium rexit; cepit autem paulo plus ſolito cum Fratribus, cognito Epiſcopi intento, regulariùs vivere, ac jam in unum refectionis horâ ad cibum ſumendum convenire, Divino operi aliquanto ſolicitiùs ſolito ſe applicare, credens per hoc Præſulis animum ab intento ſe poſſe revocare. Sed qui opus bonum in
C viro ſancto inchoavit, non deſtitit, donec perfecit. Erat ſanè Epiſcopus præfatus vir ſanctus, Deo amabilis, aprime devotus, Divinæ laudis promotor ac procurator diligentiſſimus, vitiorum hoſtis, ſcelerum inimicus, virtutum zelator, bonorum promotor, ſceleſtorum expugnator magnificus, dignus planè, quem nullus non amaret, honorarent omnes, timerent univerſi. Igitur ut eò propenſiùs propoſiti ſui conſumationem videret, duos viros venerabiles: Johannem Burisfeldenſem & Adam Martini Colonienſem Abbates, cooperatores ſibi conſultò elegit, quibus id onus impertiri, ac ipſorum conſiliis utpote in monaſteriorum reformatione magìs expertis uti poſſet, qui & ſuî nomine & Pontificali auctoritate dignum tali loco tantóque officio præficerent paſtorem, qui ſcili-

ſcilicet ſanctæ religionis ac ſanctæ regularis obſervantiæ diſciplinâ imbutus, alios etiam inſtituere verbo & præire poſſet exemplo: ſe quoque illis præſidio fore, ſiquid quiſpiam illis impedimenti objicere conaretur, non jam ultrà locum ſibi commiſſum diaboli inſultibus dari paſſus. Cupientes igitur præfati Domini Abbates commiſſionem ſibi factam exequi, venerabilem Patrem Hinricum de Clivis Abbatem futurum, adjunctis ſibi de reformatione Fratribus, aſſumpſerunt, ſpiritualibus armis arreptis, ire ad locum condictum ceperunt: *ſolve vel nunc vincula colli tui captiva filia Syon: ſurge, illuminare; quia venit lumen tuum & gloria Domini ſuper te orietur: leva oculos tuos & vide, ecce! iſti congregati ſunt, venerunt tibi: populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis lux orta eſt eis: videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum: quia venit, qui ſuſcitet dormientes, ut poſſideat hæreditates diſſipatas, qui dicat hys, qui intus ſunt: abite; & hys, qui foris ſunt: revelamini; quia ſuper vias paſcentur & in omnibus planis paſcua eorum.* Venientes autem ad deſignatum locum, glorioſum Præſulis Senatum ad ipſos pacificè ſuſcipiendum adunatum repererunt, honorificéque, ùt phas erat, recepti peregrini, conſilium ſimul uniti inierunt, vocatíſque ſingulariter ſingulis præfati monaſterii Fratribus, ac optione datâ ex duobus unum, quod mallent, eligerent: aut reformationi colla ſubdere, aut certè quantulacunque reddituum portiunculâ pro vitæ ſuſtentatione ſuſceptâ, terga novis hoſpitibus dare. Pauciſſimis itaque Chriſti nexibus ligatis ſeſe ſtabilientibus, reliqui, calcatis liminibus, inviti retrorſum rediêre.

Hinricus igitur Abbas XVII, in reformatione autem primus, ſic, ùt præmiſſum eſt, electus & ordinatus, ubi â venerabilibus Abbatibus introductus eſt, mox etiam â Præſule confirmatus, conſecratúſque eſt, ſempérque Principi unanimis & venerandus habitus, porro quem ſancta ſimplicitas Iſraëlitici illius viri, in quo dolus repertus non eſt, adornavit, vitæ probitas, morum honeſtas, converſationis puritas, cunctis verendum magìs dixerim, amandum fecit; quem etiam fama religionis approbatæ apud præcipuos

Mona-

Digitized by Google

A Monaſterienſis eccleſiæ Prælatos ita ſpectabilem præbuit, ut nemo
niſi ſumma cum reverentia ac ſubjectionis honore ſe ei ſociare, aut
ejus colloquio frui præſumeret. Sed talis apud exteros, ad ſuos
autem qualis? porro humilis, ſollicitus, diligens, pacis ac concor-
diæ amator, vitiorum ac negligentiarum hoſtis ſedulus, durum
magiſtri, pium patris affectum ſuis oſtendens, duriùs inquietos ac
inobedientes ſine omni perſonarum acceptione arguens; proficien-
tes & obedientes, ut in melius proficerent, obſecrans; nullius fa-
cinora diſſimulare valens; in omni prorſus tribulatione ſpei ancho-
ram in Deum figens; & licèt talis tantúſque fuerit, multos tamen
adverſantium inſultus, multas ab ejectis Fratribus impugnationes
B ſuſtinuit, qui ad hoc ſolùm omnes, quoſcunque incitare contra Ab-
batem & ſuos poterant, provocabant, ut novam, antequam radi-
ces figeret, plantationem eradicarent, ac ipſis ejectis, ſuis ſe ſedi-
bus reponerent. Nec id novum aut inuſitatum belli genus: ab ini-
tio enim conditi orbis contra juſtum iniquus, contra virtuoſum ſce-
leſtus funeſtè bellum exercuit; nunquam tamen vitium tam ſubli-
me ſe erigit, nunquam iniquitas in tantum convaluit, quin virtu-
tis ac juſtitiæ nomen triumphârit, clariúſque oppoſitis ex inſidiis
evaſerit, cautiorémque & notiorem poſſeſſorem reddiderit; multos
inimici illuſtrârunt, qui obſcuri manſiſſent, ſi hoſtibus caruiſſent.
Vir autem inſignis adverſantium inſultus patienter ſuſtinuit, magis
C ipſorum duritiam quàm ſuam deplangens perſequutionem, certò
ſciens adverſis ſe purgari, dubius autem, an optatæ pacis bonum
mali ſibi ſuíſque foret initium; ſtuduit tamen fidem & clementiam
cunctis exhibere, ac humanitate ac virtute ſuperior eſſe. Cæte-
rùm hæc inter adverſa multum commodi ſuis tribuit: ſanè diſper-
ſa collegit, lapſa levavit, dirupta reſtauravit, diſſuta adunavit, evul-
ſa plantavit, ſuperflua amputavit, piſcinas in Fratrum ſolatium fo-
dit, ſepta monaſterii foſſatis munivit, novum chorum â Florino
inchoatum, â Luberto prædeceſſore ſuo conſumatum, teſtudine
cooperuit, polito lapide ſtravit, ſtallis novis artificiosè exciſis or-
navit, ipſúmque chorum cum ſummo altari in honore ſanctæ Dei
Genitricis Mariæ, ſanctorúmque Coſmæ & Damiani martyrum ac
bea-

Digitized by Google

beatiſſimi Symeonis Prophetæ, patronorum monaſterii anno Domini MCCCCLXV ipſo die Viſitationis B. Mariæ Virginis cum aliis A
quatuor inferioris eccleſiæ altaribus conſecrari fecit. Quæ quidem altaria appoſitis tabulis operosè ornavit, ita auro coloribúsque diſtinctis, ut ipſarum artifex juxta Plinii ſententiam apud Grayos in primo gradu liberalium magiſter dignè haberi poſſet. Sacra altaris vaſa aliqua, diverſi generis ſerici ornamenta pro miniſtris altaris procuravit, dormitorium opere ſumptuoſo, lapide polito, infirmariam quoque bicameratam, dormitorio ipſi vicinam, pro Fratrum commodo ædificavit, molendinum circa monaſterii ſepta, varia quoque pro advenientium hoſpitum ſuſceptione, diverſarúmque artium exercitatione ædificia infra monaſterii ſepta conſtruxit, B
multáque alia magnifica fecit. Verùm demum ſenio confectus, fatiſcens artubus, futuræ mortis præſagam infirmitatem accipiens paucis admodum diebus decubuit; at ubi ad extrema perventum eſt, eccleſiaſticis Sacramentis munitus in Fratrum ſuorum medio è lutea & caduca domo ad æthereum & æternum habitaculum, completis jam XXV regiminis ſui annis, menſibus ſex, diebus viginti, feliciter migravit IV nonas Junii, ac in medio chori, quem ſibi vivens ſepulturæ locum elegerat, humi traditus; ſucceſſitque ei in regimine Johannes &c.

Metrum dactilicum thetrametrum hipercatalecticum C
Epitaphium:

Hæc rogo, quisquis adis limina ſacra,
Quem calcas pedibus, noſcito, qui ſim,
Abbas Hinricus nomine dictus,
Nunc cinis in cinerem hic ſum reſolutus,
Tempus judicii ſpecto ſupremi.
Hinc Chriſti Domini tu per amorem
Pro me, quæſo, preces fundito crebras.
Ob hoc me petîi hic ſubſepeliri.
Quarto nonas obîi Junii menſis.

APPENDIX IV.

HISTORIA ILLUSTRIUM VIRORUM ORDINIS S. BENEDICTI.

Hanc Wittius noſter in quinque libellos dividit, ac in primo quidem enumerat & breviter deſcribit Ordines ex Ordine S. Benedicti progenitos, ſed modò partim extinctos, partim adhuc in ſuo vigore ſub regula S. Benedicti perſiſtentes; item Summos ejusdem Ordinis Pontifices. In 2do Imperatores, Reges ac Duces eidem Ordini adſcriptos. In 3tio Epiſcopos & Abbates celebrioris famæ. In 4to Virgines ac fœminas vitæ præclarioris ex eodem Ordine. De quibus omnibus cùm ſufficiens apud Mabillonium ac alios complures ab eo citatos extet hiſtorica narratio, ea ipſa tranſſumpti ac prœli beneficio ad lucem proferre ſupervacaneum judicatur. In 5to demum agit de præcipuis ex eodem Ordine ſcriptoribus, eorûmque monumentis poſteritati transmiſſis; quæ proinde, eò quòd reipublicæ literariæ forſan prodeſſe poſſent, ex autographo & manuſcripto authoris hìc pariter in copia exhibentur.

Inter

Digitized by Google

Inter cæteras, quæ vineam Domini demoliuntur, religionis ſacræ vulpeculas haud ultima ſcilicet & inter pleraſque aſtutior eſt, quæ ſub ſpecie humilis ac religioſæ ſimplicitatis ſtudium demoliri nititur literarum: humilitati ac ſimplicitati inſiſtendum eſſe monacho, non literarum ſtudio aſſeverans; hanc Apoſtoli validam pro defenſionis ſuæ clipeo ſententiam objiciens, ſcientiam ſcilicet inflare, caritatem ædificare. Quæ quidem vulpecula, dum ſuâ aſtutiâ ſtudium ſuffocat, otium & torporem (extremum animæ virus) accendit; otium autem non illud, quo ſoli aut otioſi vixêre ſolitudinis ac ſcientiæ amatores, viri præcipui, ſcientiâ ac vitâ probatiſſimi habiti, qui ſcilicet id temporis modò ſe vixiſſe crediderunt, quod ſoli ac otioſi vixerunt: Scitum eſt enim duo ſolitarii otii genera eſſe, unum ſompno ac inertiæ amicum, quod quidam lucifugæ, qui villis ſuis utuntur, pro ſepulcris ſectantur, nullâ re aliâ quàm otii cognomine glorioſi, non literato tantùm ſed viro etiam probo obſcœnum, ad quod ſectandum demolitura Domini vineam vulpecula fraudulenta provocat & inſtigat. Alterum item otium non tam urbis odio quàm in literarum & virtutum amore conſtitutum eſt; unde animo, ſtudiorum cupido, gratiſſima alimenta proveniunt. Quod ſi hoc ipſum otium demas, ſtudium turbidum & inquietum relinquis; at ſi ſtudium detrahis, inglorius torpor & pigro ſitu marcidus carcer ac fraudulentæ vulpeculæ aſtutia eſt otium; quod quanta mala animo ſemper humano adminiſtrat, nemo eſt qui neſciat. Non ergo Lector illis aurem animúmque accomodes hortor, qui obtentu ſanctæ (ùt dicunt) ymmò veriùs aſininæ ſimplicitatis â literarum te ſtudiis retrahunt, vel Theologici ſtudii causâ â notitia literarum ſcholarium nituntur dehortari, quâ, ut ſileam reliquos, ſi Lactantius atque Auguſtinus caruiſſent, neque ille ſuperſtitiones paganorum tam facilè ſubruiſſet, neque iſte civitatem Dei tantâ arte tantiſque molibus erexiſſet. Expedit profectò Theologo præter Theologiam plura nôſſe: ſicuti enim Deus unus eſt, cui omnia ſubſunt, ſic una è ſcientia de Deo, cui omnes aliæ ſubſequuntur. Mentior, ſi non de doctrina Chriſtiana diſputans, ea ipſa idem Auguſtinus probat. Lege ergo de illius conſilio

A ſinè principalis propoſiti præjudicio, quæ potes: videbis te ſemper Theologum, non poëtam non philoſophum evadere, niſi eo modo, quo philoſophus amator ſapientiæ interpretatur. Habes hujúsce ſtudii præcipua & glorioſa exemplaria, omni penè ſcientiâ & eruditione ſpectanda eccleſiæ Catholicæ rutilantia luminaria, quorum doctrina fulget ùt Sol & Luna, qui & ipſi inter regularis diſciplinæ ſtudia ſummum ad ſcientiæ apicem aſcendêre, ac monimenta poſteris ſuæ eruditionis ſtudiíque ſcriptis reliquêre; quibus perſuaſum eſt, non otio torpere aut inertiâ ignaviáque aut quavis induſtriâ â ſtudio retrahi, aut ignorantiam patienter ferre poſſe, ſed omni vigilantiâ & omnibus viribus animi tenebras, cœcámque B ignorantiam propellere, nitíque in terris aliquid addiſcere, quo via in cœlum ipſis apertior fieret. Norunt profectò, quia nunquam ſatis laudatur virtus, nunquam ad amorem Dei & odium voluptatum præcepta ſufficiunt, nunquam acutis ingeniis iter ad novarum rerum indaginem obſtruitur, nec in irritum ſe laborare, etiamſi aduc decem redeant annorum milia, ſæculáque ſæculis aggregentur. Hos igitur imitari, hos ſequi non pigeat, ſtudii tui non inanem vulgi gloriam ventoſæ contentionis argutiis partam, ſed veritatis effectum ac virtutis honeſtiorem terminum ſtatuens, & ſtudii tui æmulos convincens, ſcientiam non inflare ſed vulpeculæ, demolientis religionis vineam, fraudem fuiſſe, quâ ſub ſpecie hu- C militatis otii torporem voluit introducere, dein vineam ignorantiæ tenebris obcœcare, ac in erroris baratrum obtenebratam ducere. Magis autem probabis ex parta tibi ſcientia devotionem & ſpiritûs fervorem ſacra in religione plus cæteris habere poſſe ac Divino in amore incomparabiliter proficere.

Collecturus igitur in unum, quos ex monachis & eruditione & ſcientiarum diſciplinâ ætas noſtra veneratur, quique ſequentibus ſe monimenta ſtudii ſui & laboris ſcripto relinquere ſategerunt, occurrit imprimis ipſo in limine ſanctiſſimus Pater *Benedictus*, qui, beatiſſimo Papâ Gregorio referente, nobiliori genere ex Nurſia provincia ortus, Romæ liberalibus literarum ſtudiis â parentibus traditus fuerat; ſed cùm in eis multos per abrupta vitiorum ire cerne-

ret,

Digitized by Google

ret, eum, quem quaſi in ingreſſu mundi poſuerat, pedem retraxit, A
ne, ſi quidquam de ejus ſcientia attingeret, ipſe quoque poſtmo-
dum in immane præcipitium totus iret. Deſertis itaque literarum
ſtudiis, relictâ domo, rebúſque patris, ſoli Deo placere deſiderans,
ſanctæ converſationis habitum quæſivit. Receſſit igitur ſcienter
neſcius, & ſapienter indoctus, heremíque ſolitudinem petens, qui
humanam ſophiam deſpexerat, nactus eſt Angelicam; ne prophe-
tiâ modò, ſed & multos ſuâ prædicatione & doctrinâ ab idolorum
cultura ad fidei veræ notitiam retraxit: caſtrum namque, quod
Caſſinum dicitur, in excelſi montis latere ſitum eſt; qui videlicet
mons diſtenſo ſinu hoc idem caſtrum recipit, ſed per tria miliaria
in altum ſe ſubrigens, velut ad aëra cacumen tendit. Ibi vetuſtiſſi- B
mum phanum erat, in quo ex antiquorum more gentilium â ſtul-
to ruſticorum populo Apollo colebatur: circumquaque enim in
cultu dæmonum luci ſuccreverant, in quibus aduc eodem tempo-
re infidelium inſana multitudo ſacrificiis ſacrilegis inſudabat. Ibi
igitur vir Dei perveniens contrivit idolum, ſubvertit aram, ſucci-
dit lucos, atque in ipſo templo Apolinis oraculum ſancti Martini;
ubi verò ara Apolinis fuerat, oraculum ſancti Johannis Babtiſtæ
conſtruxit, & commorantem circumquaque multitudinem prædica-
tione continuâ ad fidem vocabat. Scripſit autem hic Pater ſanctus
monachorum regulam ſtilo venuſtam, oratione luculentam, diſcre-
tione præcipuam, in eccleſia Dei maximè autenticam, â beato Gre- C
gorio tunc ſummo Pontifice Apoſtolica auctoritate confirmatam;
ſub qua multa ad perfectionis apicem monachorum milia conver-
ſati aſcenderunt. Incipit autem: *Auſculta ò fili! præcepta magiſtri*
habens capita LXXIII. Claruit autem ſub Juſtino ſeniore anno Do-
mini 530, & moritur, ſicut nonnulli volunt, anno Domini 542,
indictione quintâ, die 21 menſis Martii, cùm eſſet annorum 62,
Sabbato ſanctæ Paſcæ. Sed Marianus Scotus computiſta egregius:
ſi, inquit, *ſanctus Pater Benedictus, ùt aliqui ſcribunt, duodecimo*
kalend. Aprilis Sabbato ſanctæ Paſcæ obiit, anno Domini DC vide-
tur obiiſſe: niſi enim in anno XCVI ante illum annum obitus ejus

non

A *non habetur, quia tunc ſi natus, valde parvus fuit.* (*a*) Moritur ergo ſanctus Pater ſecundùm hanc Mariani ſupputationem ultimo anno Mauritii Imperatoris, qui eſt ſexcenteſimus primus Dominicæ incarnationis annus, ætatis autem ſuæ plus minúsve nonageſimus, indictione quartâ, XII kalendas Aprilis.

Jordanus ex monacho Epiſcopus Gothorum, vir in Divinis ſcripturis ſtudioſus, in ſæcularibus quoque literis competenter eruditus, & ingenio clarus, & apertus eloquio, ſcutator temporum & rerum geſtarum hiſtoriographus inſignis fuit. Fertur quædam præclara compoſuiſſe volumina, in quæ hiſtorias rerum geſtarum duobus libris contexuit, in quorum primo Romanorum, in ſecun-
B do originem & geſta Gothorum usque ad finem regni ipſorum recenſuit. Claruit ſub Juſtiniano Imperatore anno Domini quingenteſimo triceſimo.

Fauſtus monachus & diſcipulus ſanctiſſimi Patris Benedicti, natione Italus, vir ſcientiâ & moribus venerabilis, ſeptennis Deo & ſanctiſſimo Patri Benedicto â parentibus oblatus eſt; â quo tandem poſt perfectam regularis obſervantiæ inſtitutionem cum beato Mauro miſſus eſt in Galliam ad conſtruendum in ſancti Præſulis --------- eccleſia monaſterium; ubi in magna ſanctitate multis annis converſatus eſt. Verùm mortuo ſancto Mauro, ad montem Caſſinum reverſus, petentibus Fratribus, claro admodum eloquio ad Bonifa-
C cium Romanæ urbis Pontificem ſecundum vitam ſancti Mauri Abbatis ſcripſit. Claruit autem ſub Phoca Imperatore anno Domini ſexcenteſimo.

Dioniſius Abbas Romanus, cognomento exiguus, vir prorſus ingenio & literarum ſcientiâ magnus & clariſſimus, in ſcripturis ſanctis eruditus, in diſciplina inſuper ſæcularium literarum nobiliter doctus, græco & latino eloquio doctiſſimus habitus, computiſta & calculator temporum egregius. Scripſit eloquio latino nonnulla

(*a*) Marianus Scotus ſecundùm Joannem Piſtorium in editione 3:ia Struvii ita ſcribit: *Sanctus Benedictus abbas (ſicut ſui ſcribunt) 12 calendarum Aprilis, ſabbato ſancta Paſcha in hoc anno (603) videtur obiiſſe. Niſi enim in anno 96 obiiſſe negetur, ante iſtum annum obitus ejus non habetur, quia tunc ætate valde parvulus fuit; in hoc autem anno ætatis ſuæ plus minúsve 90 obiiſſe poſſe videtur.*

nulla opuſcula: Ciclum Paſcalem magnum annorum 532. De ratione feſti Paſcalis librum unum, qui incipit: *Paſcalis feſti rationem.* Tranſtulit quoque de græco in latinum vitam ſancti Bachomii Abbatis, librum inſuper Gregorii Emiſſeni de conditione hominis, & ſcripta Protherii Alexandrini Epiſcopi ad Leonem Papam, & quædam alia. Inchoavit autem Ciclum ſuum anno Domini 532, qui fuit ultimus annus magni Cicli Paſcalis, qui ſemel exactus in eundem ſemper revertitur. Claruit ſub Juſtiniano Imperatore magno, anno Domini quingenteſimo quadrageſimo. A

Caſſiodorus ex monacho cœnobii apud Ravennatenſem urbem, Abbas ibidem factus, vir quidem in Divinis ſcripturis doctiſſimus, ſæcularium quoque literarum ſuo tempore facilè erudītiſſimus tempore Pelagii Papæ & Juſtini Imperatoris, annos habens plùs quàm XCV. Ob clariſſimam doctrinam maximo fuit apud omnes in pretio. Is Theoderici Italiæ Regis imprimis Cancellarius, dein Ravennatis Senator ac Romanæ urbis Conſul fuit, poſtremò Divino tactus Spiritu, vanis ſæculi honoribus ac Senatoris faſtu contemptis, omnibus mundanis floccipenſis, monaſticam apud Ravennam complexus eſt vitam, monachicóque habitu indutus eſt; ubi ad agitandum intellectum ſtudium literarum ad expoſitionem ſacrarum ſcripturarum conferens, pſalterium primò luculenter expoſuit, deinde chronicam inſignem de Pontificibus atque Imperatoribus compilavit, in qua præſertim de Theoderico Ravennæ Rege, contemporaneo ſuo, multa compoſuit. Edidit præterea librum unum de anima & ejus ratione, de inſtitutione quoque Divinarum lectionum libros duos, ſed & in Cantica canticorum, catalogum Conſulum Romanorum, de æthimologiis, de ſchematibus & tropis, memoriale ſcripturarum, de Orthographia, complexiones in Apocalipſin, in actus Apoſtolorum, libros ſingulos; cæterùm de inſtitutione ſœcularium literarum libros novem, hiſtoriam quoque tripartitam comportavit libris duodecim, in epiſtolas canonicas commentarios libros ſeptem & nonnulla alia. B C

Gregorius magnus, patriâ Romanus, ex monacho ordinis ſancti Benedicti poſt Pelagium ſummus Pontifex factus, in Divinis ſcriptu-

A ſcripturis eruditiſſimus, Theologorum princeps, ſplendor philo-
ſophorum & rethorum lumen, quartam currûs theologici rotam
tropologico moderamine volvens, & converſatione integer ac ſan-
ctiſſimus; cui Divinas ſcripturas explananti Spiritus ſanctus aliquo-
tiens viſibili ſpecie apparuit, ac archana miſteriorum inviſibili ma-
giſterio reſeravit. Hic Romæ apud ſanctum Petrum habitâ ſyno-
do viginti quatuor Epiſcoporum, multa ad eccleſiæ utilitatem con-
ſtituit & decretum immunitatis monaſteriorum promulgavit; ſcripſit
& plurima præclara volumina: ad Leandrum Hiſpalenſem Epiſco-
pum moralia in Job libros XXXV, de cura paſtorali libros duos,
dialogorum libros quatuór, in Cantica canticorum libros quatuor,
B in Ezechielem Prophetam libros duos, omelias evangeliorum XL
libris duobus, explanationem quatuor Evangeliorum libros qua-
tuor, epiſtolarum ad diverſos, libros decem; in ſeptem pſalmos
pœnitentiales, Rationale Divinorum, prohemiorum novi & veteris
teſtamenti, de Sacramentis libros ſingulos. Inſuper cùm aduc eſſet
levita, ex perſona Pelagii Papæ valde inſignem epiſtolam conſcripſit
ad Heliam Aquilegienſem Epiſcopum, nolentem tria capitula Cal-
cedonenſis Synodi ſuſcipere, quæ inter epiſtolas ejus non habetur.
Fertur & alia plura conſcripſiſſe, videlicet in prophetis, in libris
Regum, in libris quoque Moiſi & in aliis ſcripturis ſanctis, quæ
poſt mortem ejus nondum publicata æmuli ſui nequiſſimi, gloriæ
C & ſanctitati ejus invidentes, rogo dederunt, prout Johannes Dia-
conus in libro vitæ ejus conqueritur. Moritur autem idem ſanctiſ-
ſimus Pontifex ſecundo anno Phocæ Imperatoris, qui fuit Domini
ſexcenteſimus quintus, indictione octavâ, quarto Idus Martii.

Leander Epiſcopus Hiſpalenſis ex monacho factus, patriâ Car-
thaginenſis, provinciæ Hiſpaniæ, Severiano patre genitus, vir
ſtudioſiſſimus, Mauritio imperante, tam in Divinis quàm ſæcula-
ribus ſcripturis nobiliter eruditus floruit. Fuit autem ſuavis elo-
quio, ingenio præſtantiſſimus, vitâ & converſatione ſanctus, Deo
dilectus, ſummo etiam Pontifici Gregorio familiariſſimus, porro
ad quem volumina commentariorum in Job edidit. Hujus ſancti
viri prædicatione & induſtriâ Hermingildus, filius Levigildi Regis
Gotho-

Digitized by Google

Gothorum Arriani ad fidei orthodoxæ confeſſionem reductus, in vigilia Paſcæ à patre hæretico interfectus, martyrii palmam accepit; frater autem ejus Richardus mox, ut defuncto patre regnum ſuſcepit, inſtante & prædicante Leandro hæreſi renunciavit, totámque gentem Viceſogothorum ad fidem catholicam convertit. Scripſit autem idem vir ſanctus & ipſe nonnulla opuſcula ob fidem catholicam ab Arrianis in exilium miſſus, ſcilicet adversùs hæreticos libros duos, contra inſtituta Arrianorum, de virginitate ad Florentiam, orationes duplici editione in pſalmos, de contemptu mortis ad fratrem, de ſacrificiorum laude, epiſtolarum ad diverſos, libris ſingulis. Obîit autem ſub Richardo devotiſſimo Gothorum Principe, miraculis clarens. A B

Marcus monachus, ſanctiſſimi Patris noſtri Benedicti diſcipulus unicè & familiariſſimè dilectus, vir in ſcripturis Divinis eruditus & in ſæcularibus literis peritiſſimus orator & inſignis poëta, moribus & converſatione præclarus, usque ad imperium Heraclii Auguſti claruit. Scripſit autem poſt beatum Gregorium Papam (ſuperaddens aliqua, heroico carmine elegantiſſimè currens) vitam ſancti Benedicti Patris ac inſtitutoris ſui; & quædam alia ſcripſiſſe fama eſt.

Gregorius Epiſcopus Thuronenſis ex monacho diſcipulo quondam ſancti Aviti Avernorum Præſulis, vir doctus & nobilis, mitis & humilis, imperante Mauritio Auguſto, anno ſcilicet Domini ſexcenteſimo in tanta puritate & ſanctitate claruit, ut etiam in vita miraculis coruſcaverit. Hic Apoſtolorum Petri & Pauli limina viſitans, â beato Papa Gregorio maxima cum reverentia & caritate ut verè ſanctus ſuſceptus eſt, & amicus ſingularis & unicus ſingulariter & unicè dilectus. Scripſit autem ſimplici & aperto ſermone nonnulla volumina, de quibus extant: de laude ſanctorum martyrum liber unus, de vita quorundam confeſſorum libri duo, de miraculis ſancti Martini libri quatuor; hiſtoriam Francorum libris decem texuit; ſed & de miraculis ſancti Juliani martyris epithoma quoque, & cronicam eccleſiaſticæ hiſtoriæ libris ſingulis conſcripſit. C

A *Martinus* Epiſcopus Dumienſis, quondam cœnobii Rector & Abbas ſub Theudemiro Rege Suevorum Juſtinianóque Auguſto in pretio magno ob Divinarum humanarúmque literarum ſcientiam habitus eſt. Is veniens â partibus Orientis in Galliam Suevorum populum doctrinis & miraculis ab Arriana impietate ad rectam fidem convertit, regulas orthodoxæ fidei conſtituit, monaſteria condidit, eccleſias reformavit. Scripſit ad Mitonem Regem Galliciæ de quatuor virtutibus, quas Cardinales appellant, inſtructum volumen, quod *formulam honeſtæ vitæ* prænotavit, libro uno, ſed & epiſtolarum, plenum culturâ virtutum, librum unum, & nonnulla alia.

B *Columbanus* primus fundator & Abbas Luxonienſis cœnobii, natione Schotus, vir eximiæ ſanctitatis, meriti & doctrinæ, multorum milium monachorum pater, plurium monaſteriorum fundator, Divini verbi ſeminator egregius, ex Hibernia veniens in Galliam & Germaniam cultûs Divini cœnobia auxit & monachos. Cùm aduc junior eſſet, magnum literis ſanctis ſtudium impendit, adeò ut eleganti ſtilo ſcriberet in totum pſalterium commentarios, ad quosdam etiam Fratres epiſtolas religionis conſumatæ argumentis admodum refertas. Moritur autem ſub Mauritio Imperatore anno Domini quingenteſimo nonageſimo octavo, indictione primâ, undecimo Calendarum Decembrium die.

C *Eutropius* ex Sirbitani monaſterii Abbate Valterninæ eccleſiæ Epiſcopus Mauritii Imperatoris temporibus anno Domini ſexcenteſimo, tam in Divinis ſcripturis quàm in ſæcularibus literis magnificè doctus, & monaſticæ diſciplinæ apprime eruditus claruit. Ad hunc Licinianus Carthaginis Spartariæ Epiſcopus aduc in præfato monaſterio commorantem multas conſcripſit epiſtolas. Is Eutropius inquam, cùm adhuc eſſet Abbas Ordinis ſancti Benedicti ad præfatum Lucinianum Epiſcopum ſcripſit: cur babtiſatis infantibus poſthæc tribuatur Chriſmatis unctio libro uno, de coërcitione monachorum librum unum, epiſtolarum ad diverſos librum unum.

Johannes natione Gothus, ex Luſitania provincia ortus, ex monacho Ordinis ſancti Benedicti Gerundenſis Epiſcopus factus, ſub

Digitized by

ſub Richardo Weſogothorum Rege Chriſtianiſſimo in Hiſpania, A
Mauritio & Phocâ imperantibus clarus effulſit: fuit enim vir in Divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, moribus quoque & converſatione ſpectabilis; græco & latino ſermone doctus & inclitus; qui cùm adoleſcens Conſtantinopolim amore diſcendi peteret, ſeptennio elapſo, ad Hiſpanias reverſus eſt, quem Rex Levigildus cum ad Arrianam impietatem vellet traducere & non poſſet, per duo luſtra duro ſatis exilio dampnavit. Inde â Richardo Rege Chriſtianiſſimo revocatus, monaſterium condidit, ubi Fratribus ſuis verbo & exemplo regularis diſciplinæ tramitem oſtendit. Scripſit autem Exhortatorium ad monachos libro uno, additionéſque in cronicam libro uno, & nonnulla alia. B

Jonas monachus, ſancti Patris Columbani diſcipulus, imperante Heraclio, ſexcenteſimo triceſimo incarnationis Dominicæ anno claruit. Is, ùt dixi, ſancti viri Columbani Abbatis diſcipulus & peregrinationis ejus ſocius indefeſſus extitit, natione Schotus, admodum ſtudioſus, eruditus & ſcientiâ clarus, & religione & doctrinâ venerabilis. Scripſit autem â Fratribus rogatus ſermone compoſito vitam ſancti Columbani Patris ſui, vitam ſancti Attili monachi, vitam ſancti Euſtaſii Abbatis libris ſingulis.

Cæſarius primùm Lirinenſis cœnobii monachus, dein Arelatenſis Epiſcopus, temporibus Conſtantini Imperatoris, filii Heraclii & filiorum ejus, Dominicæ incarnationis anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo clarus effulſit: fuit enim in Divinis ſcripturis valde eruditus, placidus ingenio, dulcis eloquio & mirâ ſententiarum brevitate decorus, vitâ & converſatione ſanctiſſimus: quippe qui ab adoleſcentia ſua monaſticis diſciplinis inſtitutus, Abbas Lirinenſis multo tempore fuit; unde & in ſynodo Arelatenſi glorioſè præſedit. Scripſit autem non ſpernendæ lectionis quædam præclara opuſcula, quæ monaſticis & religioſis, Deóque dicatis perſonis valde neceſſaria & utilia ſunt; de quibus extant de gratia & libero arbitrio, ſermonum ad monachos libri ſinguli; decretum inſuper trium conſiliorum Arelatenſium libris tribus comprehendit. C

Theodorus natione Græcus ex Tarſo Ciliciæ, monachus Ordinis

A ſancti Benedicti in urbe Romana à Vitelliano Papa in ſeptimum Cantuarienſis Angliæ Archiepiſcopum electus, cujus & venerabilis Beda in Anglicis hiſtoriis meminit, vir doctiſſimus ac in omni ſcripturarum ſcientia ſuo tempore nulli penè ſecundus, Agathone Papâ & Juſtiniano juniore, apud Angliam floruit, græco & latino ſermone peritus, carmine quoque excellens & proſâ, & non minus ſanctitate quàm ſcientiâ clarus, habitâ ſynodo in Anglia, multa ad Anglicanæ eccleſiæ utilitatem conſtituit, ac inter cætera, ùt Paulus hiſtoriacus refert, librum egregium edidit, in quo declaravit, quâ pœnitentiâ unumquodque peccatum dilui poſſit, cujus operis titulus eſt: *Pœnitentiale Theodori;* ſcripſit & epiſtolas nonnullas ad diver-
B ſos, ſed & alia commentaria perpulcra in Divinis codicibus congeſſit. Moritur autem non ſinè opinione ſanctitatis ſub Juſtiniano juniore anno Domini ſexcenteſimo nonageſimo, indictione tertiâ, ætatis ſuæ LXXVIII; Epiſcopatûs autem viceſimo ſecundo.

Adamanus presbiter & Abbas monaſterii Huenſis, quod ſanctus Columbanus quondam conſtruxit, in inſula Schotiæ clarus habitus eſt, imperante præfato Juſtiniano juniore, anno Domini 690, vir in Divinis ſcriptis valde ſtudioſus & eruditus, ſæcularium quoque literarum non ignarus, ingenio cautus & dulcis eloquio, vitâ & converſatione præcellens, non autem ſinè opinione ſanctitatis pater multorum extitit monachorum. Scripſit inter cætera ſa-
C tis compoſito ſermone volumen de locis terræ ſanctæ libro uno, & epiſtolas multas libro uno.

Benedictus Abbas in Britania, vir in Divinis ſcripturis & ſtudioſus & eruditus, atque regularis diſciplinæ conſervator & dilatator egregius. Scripſit inſigne opuſculum ad monachos, in quo omnes regulas ſanctorum Patrum regulæ beatiſſimi Patris noſtri Benedicti conferens, oſtendit, quod omnium aliorum regulæ eidem conſonent, & illa à nulla penitus diſcordet; ob quam cauſam codicem ſuum prænotavit: *Concordia regularum.* Scripſit & alia; claruit autem ſub Conſtantino Imperatore anno 670.

Adelinus ex Abbate Maildubenſis cœnobii Scotiæ Ordinis ſancti Benedicti, occidentalium Saxonum Epiſcopus ſub Juſtiniano junio-

re

Digitized by Google

re Auguſto factus, vir devotus & eximiæ ſanctitatis floruit, nullum penè ſuo ævo in Anglia in ſcripturarum ſcientia parem habuit: fuit enim Divinis humaníſque ſcripturis admodum excellenter inſtructus, carmine ſimul excellens & proſâ, prædicator inſuper verbi Divini ferventiſſimus. Scripſit autem, cùm adhuc Abbas eſſet, jubente ſynodo, gentis ſuæ adversùs errorem Britonum inſigne & utile opus de celebratione Paſcæ libro uno, de virginitate quoque Sanctorum metricè librum unum, epiſtolas inſuper plures ad diverſos comportavit. A

Ceolfridus monaſterii ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum in Anglia poſt Benedictum Abbas ſecundus, imperante Juſtiniano juniore Auguſto anno videlicet Domini ſexcenteſimo octuageſimo in Anglia maximo fuit in pretio. Hic fuit præceptor & nutritor venerabilis Bedæ presbyteri, vir devotus & eruditus, ac regularis diſciplinæ gubernator ſtrenuus. Scripſit autem ad Regem Pictorum petentem ſatis prolixam epiſtolam in modum libelli, de obſervatione Paſcæ libro uno; tandem cùm limina viſitans Apoſtolorum reverteretur, in civitate Lingonenſi anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo quarto carne ſolutus ſpiritum Deo reddidit. B

Ægidius monachus Ordinis ſancti Benedicti, natione Græcus, in Divinis ſcripturis eruditus & in ſæcularibus literis peritiſſimus, medicus, philoſophus & poëta inſignis, & non minùs converſatione quàm ſcientiâ venerabilis ſub Tyberio Imperatore anno Domini ſeptingenteſimo claruit. Scripſit non ſpernendæ utilitatis quædam opuſcula, opus videlicet inſigne metro compactum de pulſibus, de venis quoque item metro, libros ſingulos, fertur & nonnulla alia compoſuiſſe. C

Beda presbiter & monachus monaſterii ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum in Anglia, vir in ſcripturis ſtudioſiſſimus & valde eruditus, philoſophus, aſtronomus, calculator & poëta inſignis, græci ſermonis non ignarus, eloquio non curioſus, dulcis tamen & compoſitus fuit. Is cùm ſeptem eſſet annorum, curâ propinquorum datus eſt educandus reverendiſſimo Abbati Benedicto ac deinde Ceolfrido, cunctúmque ex eo tempus vitæ in ejusdem monaſte-

A naſterii habitatione peregit, omnem meditandi artis ſcripturis operam dedit, atque inter obſervantiam diſciplinæ regularis & quottidianam in eccleſia cantandi curam ſemper aut diſcere, aut docere, aut ſcribere dulce habuit; nonodecimo autem vitæ ſuæ anno Diaconatum, trigeſimo gradum presbiteratûs, utrumque per miniſterium reverendiſſimi Johannis Epiſcopi, jubente Ceolfrido Abbate ſuſcepit. Ex quo tempore ſuſcepti presbiteratûs usque ad annum ætatis ſuæ quinquageſimum nonum hæc in ſcripturam ſanctam ex opuſculis venerabilium Patrum breviter annotare, ſive etiam ad formam ſensûs & interpretationis eorum ſemper adjicere curavit: in principio ſcilicet Geneſis usque ad nativitatem Iſaac & Iſmahelis
B libros quatuor, de tabernaculo & vaſis ejus & veſtibus libros quatuor, de ædificatione templi allegoricæ expoſitionis libros duos, in Regum librum triginta quæſtionum, in proverbia Salomonis libros tres, in Cantica canticorum libros ſeptem; in Iſaiam, Danielem, duodecim Prophetas & partem Hieremiæ diſtinctionis capitulorum ex tractatu beati Jeronimi excerptos, in Eſdram & Neemiam libros tres; in librum beati patris Tobiæ explanationis allegoricæ de Chriſto & eccleſia libros duos, in canticum Abbacuc librum unum, item capitula lectionum in penthateucum Moyſi, Joſue, Judicum; item in libros Regum & verba dierum, in librum Job, in Parabolas, Eccleſiaſten & Canticum canticorum, in Iſaiam prophetam,
C in Eſdram quoque & Neemiam, in evangelium Marci libros quatuor; in evangelium Lucæ libros ſex, omeliarum evangelii libros duos; in Apocalypſim quæcunque in opuſculis ſancti Auguſtini expoſita invenit, cuncta per ordinem tranſſcribere curavit; in actus Apoſtolorum libros duos; in epiſtolas canonicas, in Apocalipſim libros tres; item capitula lectionum in totum novum teſtamentum excepto evangelio, item epiſtolarum librum ad diverſos, quarum de ſex ætatibus ſæculi una eſt, de manſionibus filiorum Iſraël libro uno, de eo quod ait Iſaias: *claudentur ibi in carcere & poſt dies multos viſitabuntur*, de ratione bisſexti, de æquinoxio juxta Anatholium, item de hiſtoriis Sanctorum, item librum vitæ & paſſionis ſancti Felicis, de metrico Paulini opere in proſam tranſtulit,

item

Digitized by Google

item librum vitæ & paſſionis ſancti Anaſtaſii, malè de græco translatum, ad ſenſum correxit; vitam ſancti Patris monachi ſimul & antiſtitis Cuthberti primùm heroico metro & poſtmodum plano ſermone deſcripſit; hiſtoriam Abbatum monaſterii ſui libris duobus texuit, ſed & cronicam & Anglorum geſta enucleavit; martirologium de natalitiis ſanctorum martirum non ſolùm qua die, verùm etiam quo genere certaminis, vel quo judice mundum vicerunt, diligenter annotavit; librum etiam hymnorum diverſo metro ſive rithmo, epigramatum quoque metro elegiaco, item de natura rerum & de temporibus libros ſingulos; librum de orthographia alphabeti, librum de metrica arte, & huic adjunctum alium de ſcematibus & tropis libellum, hoc eſt de figuris modíſque lectionum, quibus ſcriptura ſancta explicatur; alia quoque multa edidit. Hujus ſancti viri opuſcula, etiam adhuc eo vivente & ſemper nova ſcribente, tantæ auctoritatis erant, ut ordinatione Præſulum Angliæ in eccleſiis publicè legerentur; cúmque in omeliarum impoſitione nomen ex more auctoris *venerabilis Bedæ presbiteri* ſcriberent, aliter eum, cùm viveret, prædicare non valentes, obtinuit usque in hodiernum diem titulus ſemel â principio attributus, ut Beda venerabilis potiùs dicatur quàm ſanctus, viventem enim nominare (etſi ſanctus fuerit) non licebat. Sunt qui alias rationes hujus tituli fingunt, alii ex inſcriptione tituli, alii cœcum fuiſſe Bedam ſompniantes. Moritur ſub Leone Imperatore anno Domini 732, indictione XV, ætatis ſuæ anno LXXII, pridie Calend. Junii.

Bonifacius natione Schotus, monachus ſancti Benedicti. Is cùm eſſet puer unius luſtri, Miſchele monaſterio Angliæ â parentibus oblatus eſt, in quo moribus & literis ſtudium impendens, vir & doctus & ſanctiſſimus evaſit; ordinatus autem presbiter amore peregrinandi pro Chriſto, venit in Germaniam, ibíque prædicans verbum Dei, â Gregorio Papa ſecundo Epiſcopus Maguntinenſis ordinatus eſt, & ab ejus ſucceſſore Gregorio tertio in Archiepiſcopum & Primatem Germaniæ ſublimatus eſt; qui cùm eſſet vir eruditus, ne verbis modò verùm & ſcriptis commiſſam ſibi docebat plebem. Scripſit autem epiſtolarum ad diverſos librum unum,

ſed

A ſed & vitam quorundam Sanctorum libro uno. Moritur in Friſia
prædicans, martyrio coronatus temporibus Pipini Imperatoris anno
Domini 755, indictione octavâ, Epiſcopatûs ſui anno 36, nonis
Junii, cujus corpus beatus Lullus, quem poſt ſe ordinaverat Ar-
chiepiſcopum, ad monaſterium Fuldenſe in Buchonia ſitum reduci
fecit & honorificè ſepeliri.

Valafridus Abbas ſancti Galli, ùt dicitur, natione Germanus,
vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſus & in ſæcularibus literis omnium
ſuo tempore doctiſſimus, ingenio & eloquio clarus, carmine va-
lens & proſâ, monarcha diſciplinæ regularis & multorum pater
monachorum temporibus Auguſti Tiberii maximo apud omnes fuit
B in pretio. Scripſit autem ad ædificationem omnium fidelium de-
votè legentium vitam ſancti Galli proſaicè, eandem poſtea metricè
libris ſingulis, & item de officiis Divinis librum unum, epiſtolas
plures ad diverſos libro itèm uno contexuit.

Willibaldus natione Scotus ex Heydenhemenſi monacho ac beati
Bonifacii jam prædicti diſcipulo Eyſtetenſis Epiſcopus factus, vir
doctus atque ſanctiſſimus, ingenio & eloquio clarus & diſertus ſub
Pipino, Caroli magni patre, in pretio fuit; habuit & Walpurgam
ſanctimonialem fœminam Abbatiſſam ſororem germanam. Is vir
ſanctus ſuæ doctrinæ poſteris monimentum relicturus, petente ſan-
cto Lullo Archiepiſcopo Maguntino, ſatis illuſtri ſermone ſcripſit
C vitam ſancti Bonifacii Epiſcopi & martyris.

Alcuinus ſive *Albinus* monachus & Diaconus monaſterii ſancti
Martini Thuronis Abbas, natione Anglicus, ſancti Bedæ presbi-
teri quondam auditor, in Divinis ſcripturis eruditiſſimus & in ſæ-
cularium literarum peritia ſuo tempore nulli ſecundus, carmine
excellens & proſâ; quas ob res apud Carolum magnum maximo
in pretio habitus eſt. Hic â Britania â Carolo evocatus, tantâ fa-
miliaritate apud ipſum habitus eſt, ut tam fortunati & magni diſci-
puli delitioſus appellatus ſit & eſſet, cujus magiſterio ipſe Impera-
tor omnium liberalium artium diſciplinis initiari ſatagebat, maximè
autem in Aſtronomia, quam plus cæteris caripendebat; precibus
autem Bonifacii Maguntini Archiepiſcopi idem vir venerabilis ora-

tiones

Digitized by Google

tiones miſſales atque alia eccleſiaſtica officia, Gothorum perturba- A
tione perdita, optimè refecit, atque ejus rogatu Carolus gymna-
ſium è Roma Pariſios tranſtulit; quod etiam eò loci ab Athenis
translatum fuiſſe conſtat. Hic cùm eruditus Theologus haberetur,
hos ad religionem Chriſtianam pertinentes edidit libros: de Trini-
tate libros tres, iterum de Trinitate quæſtiones multas libró uno,
Speculum parvulorum librum unum, de ratione animæ librum
unum, de eccleſiaſticis docmatibus librum unum, ſententiarum li-
brum unum, ſuper Eccleſiaſticum librum unum, ad diſcipulos dia-
logorum librum unum, ſuper Geneſin librum unum, ſuper Can-
tica canticorum librum unum, ſuper Johannem, ſuper proprieta-
tibus nominum Deo convenientium, ad Gwidonem Comitem de B
virtutibus, in Apocalipſim Johannis, de adoptione filiorum Dei,
vitam ſancti Vedaſti Epiſcopi, enchiridion in quibusdam pſalmis,
de artibus liberalibus, epiſtolarum ad diverſos, libros ſingulos, in
epiſtolas ſancti Pauli libros quatuordecim, in evangelium Johannis
libros ſeptem, & alia nonnulla.

Iſuardus monachus natione Gallus, vir in omni doctrina eru-
ditiſſimus, claruit ſub Carolo Imperatore magno, ad cujus juſſum
poſt Euſebium, Jheronimum & Bedam geſta & paſſiones ſancto-
rum martirum, confeſſorum & virginum ex ſcripturis veterum in
unum non parvæ quantitatis volumen comportavit, quod nos præ-
notare ſolemus *martirologium*, libro uno. Scripſit & alia quædam. C

Paulus Longobardorum hiſtoriographus, natione Italus, Divi-
nis ac humanis literis nobiliter doctus; propter literarum ſcientiam
apud Carolum Imperatorem magno in pretio habitus. Hic olim
ante converſionem ſuam Aquilegienſis eccleſiæ Diaconus & Deſi-
derii ultimi Longobardorum Regis Cancellarius fuit, & cum eo-
dem captus â Carolo in Galliam ductus; ubi cùm multo tempore
conſtitiſſet, poſtmodum Divinâ inſpirante clementiâ Caſſinenſe mo-
naſterium ingreſſus, omne vitæ ſuæ tempus maxima cum ſanctita-
te conſumavit. Hic cùm eſſet eloquentiſſimus vir, rogatu Alde-
burgæ, filiæ Deſiderii Regis, addidit ad cronicam Eutropii libros
duos, rogatúque Caroli magni vitas & lectiones cujuslibet Sancto-

A rum feſtivitatum convenientes collegit; ſcripſit & geſta Epiſcopo-
rum Metenſium libro uno, vitam Gregorii Papæ primi, vitam ſan-
cti Arnulphi Epiſcopi, vitam ſancti Benedicti metricè, libros ſin-
gulos; geſta Longobardorum libros ſex, hymnos plures diverſo
metro elegantiſſimos, inter quos: *Ut queant laxis* Saphico verſu
de ſancto Johanne Babtiſta eleganter digeſtus eſt; multas quoque
epiſtolas humanitatis & ſucci plenas ad Carolum Imperatorem de-
dit, & alia multa digeſſit & ſcripſit.

Haymo natione Theutonicus, Alcuini monachi quondam audi-
tor, ex Abbate Hirtzveldenſis cœnobii Halverſtadenſis eccleſiæ in
B Saxonia Epiſcopus factus. Ad hunc Rabanus Fuldenſis tunc Ab-
bas XXII libros de univerſo compoſuit. Vir certè undecunque do-
ctiſſimus, Divinarum ſcripturarum interpres ſagaciſſimus, in decla-
mandis omeliis ad populum excellentis ingenii fuit. Hic ex Ful-
denſis cœnobii monacho tertius Hirtzfeldenſis Abbas, poſtremò
quoque tertius Halverſtadenſis eccleſiæ Epiſcopus efficitur, verbo,
ſcriptis & exemplo annis tredecim ſtrenuè eccleſiam ſibi commiſ-
ſam gubernavit. Hic tantus ſuo ævo habitus eſt, ut maximi diſci-
puli, Caroli inquam Imperatoris, deligeretur magiſter ex tot do-
ctiſſimorum virorum milibus, quot eâ tempeſtate totus habuit or-
bis. Is ingenii ſui monimenta inter multa alia, quæ ſcripſit, & hæc
C poſteris reliquit: in quinque libros Moiſi libros quinque; in Joſue,
Judicum, Ruth, Regum, Paralipomenon, Tobiam, Esdram,
Neemiam, Judith, Heſter, Job, Canticum canticorum, libros
ſingulos; in Eſayam prophetam libros tres; in Hieremiam, Eze-
chielem, Danielem libros ſingulos, in duodecim prophetas mino-
res libros duodecim, in pſalmos quoque librum unum, in evan-
geliis omeliarum libros duos, in omnes epiſtolas Pauli libros qua-
tuordecim, in epiſtolas canonicas libros ſeptem; in actus Apoſtolo-
rum, in Apocalipſim libros ſingulos, de varietate librorum libros
tres, de ſancta Trinitate librum unum, de Chriſtianarum rerum
memoria librum unum, alia quoque multa ſcripſiſſe dicitur, epi-
ſtolas, ſermones & diverſos tractatus. Moritur ſub Ludwico Im-
pera-

Digitized by Google

peratore, Caroli magni filio, anno Domini 834, indictione duodecimâ, in eccleſia ſancti Stephani Halverſtadenſi ſepultus. A

Claudius monachus, natione Scotus, Bedæ venerabilis quondam in Anglia diſcipulus, Albini levitæ & Abbatis collega, vir in Divinis ſcripturis admodum ſtudioſus, ſub Carolo magno in Gallia claruit, anno ſcilicet Domini 800. Is quia & metro & oratione ſolutâ plurimùm valuit, multa in ſacris voluminibus opuſcula compoſuit, de quibus feruntur in quinque Moyſi libros commentariorum libri quinque, in Judicum quoque, in librum Ruth, in evangelium Mathæi libri ſinguli.

Freculphus ex monacho ordinis ſancti Benedicti in Rothomagenſi provincia Lexovienſis Epiſcopus, ſub Ludwico Imperatore converſatione & ſcientiâ inſignis, & ad docendum plebem idoneus, habitus eſt magno in pretio. Ad hunc Rabanus aduc Abbas multis voluminibus exercitavit ingenium; fertur autem quædam præclara ſcripſiſſe opuſcula, inter quæ volumen grande & inſigne ad Heliſacharum ſcriptum numeratur, continens ab exordio mundi usque ad nativitatem Domini noſtri rerum geſtarum hiſtoriam, in quo etiam difficiliores quæſtiones ſcripturarum enodavit, & res tam Judæorum quàm etiam gentilium ab initio mundi usque ad partum Virginis geſtas luculento ſermone conſcripſit. B

Theodulphus ex Floriacenſis cœnobii Abbate Arelianenſis Epiſcopus factus, in Divinis ſcripturis doctus, & in ſæcularibus diſciplinis â juventa ſtudioſiùs inſtructus, carmine excellens & proſâ. Quam ob rem imperante Ludwico Auguſto celebre apud omnes nomen habuit; â Ludwico tamen Imperatore, neſcio quam ob cauſam aut ſuſpicionem, innocenter miſſus in carcerem, ymnum *Gloria, laus & honor* compoſuit, quem cùm in die Palmarum, tranſeunte Imperatore juxta carcerem, altâ voce ceciniſſet, adeò Imperatori complacuit, ut ſtatim abire liberum permiſerit. Scripſit autem inter cætera diverſo metro hymnorum librum unum, & epiſtolarum librum alterum. C

Cynardus natione Theutonicus, ex Cancellario Caroli magni Imperatoris Ordinis divi Patris Benedicti monachus effectus, ſub

A eodem Carolo ac filio ejus Ludwico Divinis & humanis ſcripturis excellentiſſimus interpres eſt habitus. Scripſit autem non ſpernendæ lectionis opuſcula: imitatus enim Bedam, qui abbreviavit hæbraicum pſalterium, excerpendo de illo omnes verſus verba orationis habentes, abbreviavit & ipſe Gallicanum pſalterium, excerpens de eo omnes verſus verba orationis præ ſe ferentes; ſcripſit etiam tam ex perſona ſuî quàm etiam Imperatoris epiſtolarum ad diverſos librum unum, vitam Caroli Imperatoris libro uno, hiſtoriam quoque temporum libro uno, & quædam alia.

Johannes Scotus monachus, Bedæ clariſſimi viri & Doctoris quondam auditor atque diſcipulus, ac Albini Abbatis collega, Caroli magni temporibus cum collega ſuo præfato de Britannia in Galliam veniens, apud Imperatorem magno in pretio fuit. Qui cùm eſſet vir in omnibus ſcripturis doctiſſimus, claro ſermone clara quoque opuſcula edidit, de quibus iſta feruntur: in evangelium Mathæi libri tres, de officiis Divinis liber unus, de diviſione naturæ item liber unus.

Hilduinus ſancti Dioniſii Pariſienſis monaſterii Abbas, ſacri pallatii Archicapellanus, vir in Divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſœcularibus literis excellenter inſtructus, tam metro quàm proſâ excellens, ſub Ludwico Caroli filio Imperatore claruit. Ad hunc Rabanus Abbas Fuldenſis in quatuor Regum libros commentarios C edidit; ſcripſit autem ad Ludwicum Imperatorem utroque ſtilo vitam ſancti Dioniſii cum quibusdam aliis.

Hincmarus ex jam præfato ſancti Dioniſii monaſterio monacho Remenſis Archiepiſcopus factus, Caroli magni ac Ludwici temporibus floruit, ſingulariter in ſcripturis Divinis edoctus, in ſæcularibus verò literis ſuo tempore nulli penè ſecundus, & vitæ converſatione & eloquentiæ ſingularis præſtantiſſimus fuit. Reliquit autem ingenii ſui ſcripta, quibus poſteris memoriam ſuî fecit, videlicet ſub perſona Caroli magni Imperatoris valde inſtructè ſcripſit ad eccleſiam Ravennatenſem librum unum, vitam ſancti Remigii Epiſcopi libris duobus, ad Walonem Epiſcopum Metenſem librum unum, epiſtolarum quoque multarum librum unum.

Hannu-

Digitized by Google

Hamularius Fortunatus natione Theutonicus, ex monacho Luxovienſis monaſterii imprimis Trevericæ civitatis metropolitanus, dein & eccleſiæ Romanæ Cardinalis evaſit. Vir utique doctus & eloquentiſſimus, græco & latino ſermone dotatus. Hunc Carolus magnus Conſtantinopolim ad Michaëlem Imperatorem miſit, qui induſtriâ mirabili & terſâ admodum eloquentiâ pacem & amicitiam Imperatorum procuravit. Scripſit autem quædam, quæ & in poſteros remiſit, imprimis de eccleſiaſticis viris librum unum, ad diverſos epiſtolas libro uno. Moritur ſub Ludwico anno Domini 813, indictione ſextâ, Epiſcopatûs ſui anno circiter ſexto decimo. A

Angelcnius monachus Luxovienſis monaſterii, in Divinis ſcripturis exponendis nobile ſortitus ingenium adeo ſingulare, ut quæ ipſe expoſuit, veteres in ejus comparatione non expoſuiſſe videantur, ſœcularium quoque ſcripturarum non ignarus; Ludwici & Lotharii Imperatorum celebri præconio honeſtatus, maximo fuit pretio: juſſu enim Dragonis Epiſcopi Methenſis (qui fuit Caroli magni filius, Ludwici Imperatoris frater) ſcripſit excellentiſſimum opus & qualiter in ſcripturis ſanctis vix ſimile reperies, in libros Regum libris tribus, ad Lotharium in Cantica librum unum, de Divinis officiis librum unum, & nonnulla alia. B

Rabanus monachus, natione germanus, ex civitate Fuldenſi ortus, in Bochonia Albini Anglici quondam auditor, Theologus quidem præclariſſimus, philoſophus, rhetor, aſtronomus & poëta ſubtiliſſimus, proſâ & carmine duobus dicendi modis plurimùm valens & multo in pretio fuit, cui (ut pace omnium abſque invidia verum loquar) nec Italia ſimilem, nec Germania peperit æqualem: in monaſterio ſiquidem Fuldenſi aduc juvenis monachum induit, & tam moribus quàm ſcientiâ mirabiliter profecit; unde & quartus ejusdem cœnobii Abbas conſecratur, & in quatuor annis, quibus monaſterio prœfuit, infinita penè opuſcula compoſuit. Tandem offenſus improbitate monachorum ſuorum, qui eum dicebant nimiùm ſcripturis intentum temporalia negligere, agente id in eis diabolo, diſplicentiam contra eum acceperunt, ſcandaliſati in eo, C

quo

A quo maximè ædificari debuerant. Dans igitur locum iræ, nec cum
ingratis ovibus diutiùs manere conſentiens, monaſterium & habi-
tatores ejus deſeruit, & ad Ludwicum Imperatorem transmigra-
vit, cum quo & multis diebus permanſit. Ducti pœnitentiâ mo-
nachi revocare Abbatem; verùm is apud Imperatorem usque ad
Otgarii Maguntinæ Sedis Archiepiſcopi mortem permanens, ejus
locum annis novem in præfata metropolitana ſede conſtitutus ſup-
plevit. Scripſit autem in monaſterio aduc conſtitutus ingenii ſui
uberrima monimenta relinquens, ad Freculphum Epiſcopum, de
quo jam ſuprà mentio facta eſt, opus inſigne in Geneſim libris qua-
tuor, in Exodum libros quatuor, in Numeros libros quatuor, in
B Leviticum libros quatuor, in Deuteronomium libros quatuor, in
Joſue libros duos, in Judicum libros duos, in Ruth librum unum,
in libros Regum ad Haldwinum libros quatuor, in Paralipomenon
libros quatuor, in Esdram & Neemiam libros tres, in Thobiam
librum unum, in Judith libros ſeptem, in Heſter, Job, in pſal-
mos, in proverbia, in Eccleſiaſten, Cantica canticorum libros ſin-
gulos, in librum Sapientiæ libros tres, in Eccleſiaſticum libros de-
cem, in Eſſaiam prophetam libros octo, in Hieremiam prophetam
libros viginti, in Ezechielem libros viginti, in Danielem libros tres,
in duodecim prophetas minores libros duodecim, in Machabæo-
rum libros tres, in evangelium Mathæi libros octo, in evangelium
C Lucæ libros tres, in evangelium Marci libros quatuor, in evange-
lium Johannis librum unum, in omnes epiſtolas Pauli libros viginti
quatuor, in epiſtolas canonicas libros ſeptem, in actus Apoſtolo-
rum, in Apocalipſim Johannis libros ſingulos, de laude ſanctæ
Crucis libros duos, ad Haymonem Epiſcopum de univerſo libros
viginti duos, de univerſali natura librum unum, de inſtitutione
clericorum libros tres, de Divinis officiis, de computo dialogum
ad Ludwicum Regem, de quæſtionibus canonum ad Reginbaldum
Epiſcopum, de benedictionibus Patriarcharum, epiſtolarum ad di-
verſôs, ſermonum quoque penè innumerabilium libris ſingulis
ſcripſit. Moritur ſub Ludwico & Lothario Principibus anno Do-
mini 855, indictione tertiâ, Epiſcopatûs ſui anno nono, ſepultus
in

Digitized by Google

in monaſterio ſancti Albani prope Maguntiam non ſinè opinione ſanctitatis. A

Strabus Fuldenſis cœnobii monachus, natione Theutonicus, Rabani præfati auditor & ſcriba, eminentiſſimus Theologus & commentator diligentiſſimus, in Divinis ſcripturis eruditus ingenio ſubtilis & clarus eloquio, perfectiſſimi præceptoris conſummatus diſcipulus. Hæc ſubſcripta perpulcre commentatus eſt: in Geneſim librum unum, in Exodum librum unum, in Leviticum librum unum, ſuper librum Numeri librum unum, ſuper Regum libros quatuor, ſuper Judith libros quatuor, ſuper Heſter librum unum, ſuper librum ſapientiæ libros tres, ſuper Eccleſiaſticum libros decem, ſuper Jeremiam librum unum, ſuper Malachiam libros tres, B ſuper actus Apoſtolorum librum unum, de officio eccleſiæ librum unum ad Ludwicum Imperatorom; ſcripſit & gloſam, quæ ordinaria nunc dicitur, ſuper totam bibliam, ex dictis ſanctorum Patrum comportatam, quam alii multis poſtmodum adjunctis Patrum ſententiis ampliârunt.

Johannes dictus *Erigena*, monachus in Divinis ſcripturis doctus, & in diſciplina ſæcularium literarum eruditiſſimus, græco & latino eloquio ad plenum inſtructus, ingenio ſubtilis, ſermone compoſitus, jubente Carolo Ludwici Imperatoris filio, fratre Lotharii Auguſti, tranſtulit in latinum Hierarchiam & libros Dioniſii in libros quatuor, ac ſuper eisdem ſcripſit libros item quatuor. Scripſit C & quædam alia, ut dicitur. Claruit autem imperante Lothario Auguſto circa incarnationis Dominicæ annum octingenteſimum quinquageſimum.

Anſegiſus Senonenſis Archiepiſcopus ex Lobienſi cœnobii Abbate factus, vir Divinis humaniſque diſciplinis nobiliter doctus, ſermone & ingenio clarus, Lothario Ludwici Imperatoris filio Auguſto in pretio fuit. Is ad eccleſiæ catholicæ utilitatem Imperatorum Caroli magni & Ludwici leges in unum diſtinxit & comportavit, videlicet: Statuta eccleſiaſtica Caroli libris duobus, leges mundanas ejusdem libris item duobus; ſtatuta eccleſiaſtica Ludwici Impera-

A peratoris libris duobus, leges inſuper mundanas ejusdem libris duobus; fertur & nonnulla alia ſcripſiſſe.

Bertramus presbiter & monachus in Divinis ſcripturis admodum eruditus, in ſæculari quoque ſcientiâ non mediocriter inſtructus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, nec minùs vitâ quam doctrinâ inſignis. Scripſit multa præclara opuſcula: inter cætera ad Carolum Lotharii Imperatoris fratrem commendabile opus de prædeſtinatione unico libro contexuit, & item de Corpore & Sanguine Domini librum unum compilavit.

Rotgerus natione Theutonicus ex Abbate monaſterii ſancti Galli Leodienſis Epiſcopus, vir in Divinis ſcripturis eruditiſſimus, &
B in ſæcularium literarum diſciplinis ſuo tempore doctiſſimus philoſophus, poëta & muſicus inſignis, qui ob ſcientiæ & vitæ claritatem primùm Abbas, dein in ſenecta Epiſcopus conſecratus decimus in ordine Leodienſis eccleſiæ ſub Lothario Imperatore, Ludwici filio, dignè præfuit. Scripſit autem tam metro quàm proſâ multa opuſcula: imprimis opus quod *Sequentiarium* inticulatur, quod aduc in monaſterio ſancti Galli monachus exiſtens compoſuit, ac Ludwardo Epiſcopo Vercellenſi ac Caroli magni Imperatoris Archicapellano dicavit; cujus præfatio ſive prologus incipit: *Summæ ſanctitatis merito*, opus autem incipit: *Grates nunc omnes*, libro uno, quod Sequentiarium opus Nicolaus Papa primus approbavit
C & ad miſſas decantari præcepit; ſcripſit & de muſica & ſymphonia, de expoſitionibus quoque ſacræ ſcripturæ, inſuper epiſtolarum ad diverſos, libros ſingulos, & quædam alia.

Criſtianus, qui & *Druthmarus* presbiter Corbienſis cœnobii monachus natione Aquitaneus, vir in ſcripturis doctus, græco & latino ſermone imbutus, veniens ab Aquitania in Galliam nomen ſuum ſcribendo notificavit: inter cætera opus grande & præclarum ad monachos Stabulenſis & Malmondarienſis cœnobiorum, ſub uno Abbate conſiſtentium in dioceſi Leodienſi, ſermone aperto conſcripſit in evangelium Mathæi; in cujus evangelicæ expoſitionis prologo etiam in alios Evangeliſtas ſe ſcripturum promiſit, ſicut forſan & fecit.

Wandel-

Digitized by Google

Wandelbertus Diaconus Prümienſis cœnobii monachus, natione Theutonicus, ex Treverenſi dioceſi ortus, vir in Divinis ſcripturis ſæculariúmque literarum diſciplinis ſat eruditus, promptus ingenio ac clarus eloquio, imperante Lothario Auguſto circa Domini annos 850 clarus effulſit. Scripſit tam metro quàm proſâ quædam, quibus ingenii ſui fœcunditatem poſteris manifeſtavit, ad Marcuardum Abbatem quendam vitam ſancti Goaris presbiteri libro uno, miracula ejuſdem libro altero, ſed & martirologium metro contextum libro uno poſt ſe reliquit. A

Almannus monachus Altuillarenſis cœnobii Divinis humaníſque ſcripturis eruditus & ingenio ſubtilis & eloquio clarus, Carolo tertio Imperatore Auguſto, metro ac proſâ inſignis claruit. Scripſit autem inter cætera opuſcula, quibus poſteris nomen ſuum notificavit, vitam Wynardi Epiſcopi, vitam ſancti Syndulphi, epiſtolarúmque ad diverſos, libros ſingulos; verùm quia ſuo tempore Francia Northmannorum rabie vaſtabatur, exemplo Hieremiæ Prophetæ deſolationem ejuſdem terræ & ſui monaſterii quadruplici deplanxit alphabeto, & in unum librum redegit. B

Mibo monachus ſancti Galli Abbatis, natione Gallus, vir undecunque doctiſſimus, orator, poëta & muſicus inſignis, nec minùs honeſtate morum quàm ſcientiâ ſcripturarum venerandus, Caroli ſecundi cognomento calvi temporibus circa annum Domini octingenteſimum ſeptuageſimum caro fuit in pretio. Scripſit tam carmine quàm ſolutâ oratione non pauca volumina, in quibus præcipua ſunt: ad Carolum calvum de ſobrietate liber metricus, in vitam ſancti Amandi ſtilo pari liber unus, epiſtolare quoque libro uno. C

Hugbaldus monachus Elvonenſis cœnobii, Gallus natione, Caroli calvi temporibus Divinis humaníſque diſciplinis aprime eruditus in muſica maximè, & præterea nulli ſuo tempore ſecundus, clarus innotuit: teſtes ſunt multa utroque ſtilo ab eo ſcripta opuſcula; inter quæ extat ad Carolum calvum mirabile opus, quod centum triginta ſex verſibus cudit, in quo omnia verba ab una litera c incipiunt, ut: *Carmina clariſonæ calvis cantate Camenæ;* prænotatur autem: *De laude calvorum;* ſcripſit & de arte muſica librum

A unum, ſed & ſancti Lebuini geſta uno libro comprehendit, epiſtolarúmque ſuarum librum reliquit; vitas inſuper multorum Sanctorum ornato deſcripſit eloquio, & cantus in honorem ipſorum dulci & regulari melodia compoſuit.

Remigius monachus Anthiſiodorenſis primùm, pòſt, ut fertur, ejusdem urbis Epiſcopus, ejusdem Caroli calvi temporibus circa annos Domini 880 in pretio fuit; vir usquequaque eruditus, & carmine & proſâ ſcriptor inſignis habitus, ſancti Odonis Cluniacenſis primi Abbatis præceptor vitâ & doctrinâ præclarus, edidit utroque ſtilo multa volumina, de quibus extant in Cantica canticorum, in totum pſalterium, in evangelium Mathæi, in canonem
B miſſæ, de officiis Divinis, de feſtivitatibus Sanctorum, ad Epiſcopum Eduorum Sermocionale, libris ſingulis; alia quorum plura tam in ſacris literis, quàm etiam ſæcularibus ſcripturis Donatum grammaticum & veteres autores exponendo, quæ â multis habentur.

Conſtantinus Caſſinenſis cœnobii monachus, natione Afer, in Divinis ſcripturis admodum ſtudioſus, in Philoſophia maximè autem in medicina perſpicaciſſimus, græco, latino & arabico eloquio ad plenum inſtructus. Scripſit in medicinis multa opuſcula, quæ aduc in diem præſentem apud medicos maximo habentur in pretio, videlicet: diætas univerſales libris quinque, diætas particulares li-
C bris quatuor, de ponderibus medicinalibus librum unum, de urinis quoque librum unum; tranſtulit autem antiquorum medicorum multa volumina de græco & arabico in latinum, quæ ſuis præfationibus & epiſtolis præſignavit; ſunt autem magìs medicis quàm theologis nota.

Otfridus monachus Wiſenburgenſis cænobii, natione Theutonicus, Rabani Mauri Abbatis Fuldenſis quondam auditor & diſcipulus, in omni diſciplina ſcholaſtica egregiè eruditus, philoſophus, rhetor & poëta inſignis, utroque ſtilo multa ſcripſit Ludwici, Lotharii & Caroli Imperatorum temporibus; exemplo etiam Caroli Imperatoris magni conatus eſt barbariem linguæ Theutonicæ ad regulas grammaticales reducere, quod & ex parte fecit, perfeciſſet utinam!

Digitized by Google

utinam! maxima profectò ſtudii materiam noſtris maximè optimatibus dediſſet, otii quoque forſan ac deſidiæ fomitem à multis abſtuliſſet; ea autem quæ parvo ſermone hac in re ſcripſit, non facilè noſtrâ ætate legi & intelligi poſſunt, etiam ab homine quantumcunque, ut dicunt, Theutonicæ linguæ perito. Scripſit & ad Ludbertum Maguntinenſis eccleſiæ Archiepiſcopum octavum opus grande & inſigne in evangelium, quod prænotavit *gratiam Theotiſtæ*, ad Ludwicum quoque Regem librum unum, ad Salomonem Epiſcopum librum unum, ad monachos ſancti Galli librum unum, in pſalterium volumina tria, de judicio extremo, de gaudiis regni cœleſtis, carmina diverſi generis, epiſtolarum ad diverſos, libros ſingulos, alia inſuper multa compoſuit, quæ priorum negligentiâ perdita, & ignorantiâ monachorum raſa & lacerata referuntur; unde ad nos & noſtram ætatem non venerunt. A B

Ambroſius Anſbertus presbiter & monachus in Divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus ſub Arnoldo Imperatore claruit. Is multos in ſacra pagina commentarios edidit, quibus nominis ſui famam ad poſteros transmiſit; ſcripſit autem in Cantica canticorum librum unum, in pſalterium quoque librum unum, in Apocalipſim Johannis librum unum, de cupiditate librum unum, epiſtolarum quoque librum unum.

Paſcaſius Ratbertus Corbejenſis Abbas inſigniſſimæ ſcientiæ vir, latino græcóque aprime eruditus eloquio, ingenio acutus, ſermone compoſitus, qui ut præſentis vitæ miſerias deplangeret, mentémque ſuam quaſi fricando in ſacrarum ſcripturarum meditatione & limando polliret, atque poſteris monimenta relinqueret ſui exercitii ſaluberrimi, nec minùs fructuoſiſſimum profundiſſimúmque poſteris opus coaptaret, operam impendit exactiſſimam, Hieremiæ ſcilicet prophetæ inter diſcrimina ultimæ vitæ Threnos explanans; quod neminem latinorum ante ipſum (ùt idem in prologo refert) feciſſe legimus; qui liber omnium, meo quoque judicio, omni videtur redolere ne duntaxat Divinâ ſed & humanâ ſapientiâ: quippe qui & oratoriæ artis, Dialecticæ floſculorum nec non & ſummæ noſtræ theoſis clareat luciditate, in quo & quod ingenium exa- C

A cuet, cooperetur voluntati & mentem ampliſſimis dulciſſimíſque
exuberare faciat alimentis. Scripſit & idem venerabilis Pater de Sa-
cramento altaris librum unum; vitam quoque ſancti Adelhardi Epi-
ſcopi uno libro comprehendit; de græco inſuper nonnulla tranſtu-
lit in latinum, multáque alia extra præfata compoſuit. Claruit au-
tem Caroli groſſi temporibus, anno Chriſti 880.

Ericus monachus, Antiſiodorenſis cœnobii monachus, vir Di-
vinis humaníſque diſciplinis non mediocriter eruditus, carmine ex-
cellens & proſâ, in declamandis ad populum omeliis Doctor egre-
gius; Caroli groſſi temporibus multo apud omnes pretio habitus,
ſcriptis in poſteros doctrinæ ſuæ monimenta miſit: cudit opus me-
B tricum in vitam ſancti Germani Antiſiodorenſis Epiſcopi ſex libris,
omeliarum ad populum volumine grandi opus libro item uno, ſer-
mones quoque ad populum, plurimáſque epiſtolas & quædam alia
utroque ſtilo compoſuit.

Adrenaldus qui & *Albertus* monachus Floriacenſis cœnobii, vir
undecunque illuſtris ac doctiſſimus nomen ſuum ſcribendo notifi-
cavit, dum ad ædificationem Fratrum alterno ſtilo volumina multa
in ſanctis ſcripturis compoſuit. Scripſit inter cætera ingenii ſui
opuſcula à tempore translationis corporis ſancti Benedicti de cœ-
nobio Caſſinenſi in Floriacenſe monaſterium usque ad tempus Odo-
nis Regis Francorum hiſtoriam luculento ſermone continentem mi-
C racula ſancti Benedicti libro uno, cum quibusdam aliis. Claruit au-
tem Arnoldi Imperatoris temporibus.

Odo primus Cluniacenſium Abbas Remigii Antiſiodorenſis mo-
nachi jam ſupradicti quondam ſtudioſiſſimus auditor, in ſcripturis
Divinis, Arnoldo Auguſto imperante, in pretio fuit, ac collapſi
Ordinis ſancti Benedicti inſtaurator & reformator egregius, tam
ſanctitate quàm eruditione clarus, muſicus inſignis, Thuronenſis
eccleſiæ Archicantor, ymnos & varios cantus in honore Sanctorum
dulci & regulari melodiâ compoſuit. Hic auditâ famâ Bernonis
Gigniacenſis ſanctiſſimi Abbatis Ordinem ſub eo ingreſſus eſt, &
Abbas poſtea Cluniacenſis conſtitutus magnâ ſanctitate Ordinem il-
luſtravit; qui cùm eſſet declamator omeliarum præcipuus, multos
ad

Digitized by Google

ad Fratres ſermones compoſuit. Scripſit etiam inter cætera ingenii ſui opuſcula vitam ſancti Gerardi, laudes ſancti Bonifacii Epiſcopi, de ſancta Amelberga, de ſancto Willebrordo flores, libros ſingulos; cæterùm & integrum volumen beati Gregorii ſuper Job, quod *moralium* dicimus, perluſtrans, rogantibus Fratribus, abbrevians in unum librum comportavit. A

Ratboldus natione Theutonicus, vir in ſcripturis ſanctis admodum exercitatus. Hunc in omnibus literis humanitatis Nanno philoſophus doctiſſimus inſtruxerat. Fuit autem imprimis advocatus in pallatio Caroli groſſi, poſtea monaſtico habitu inſignitus, tandem quartus decimus Trajectenſium Epiſcopus factus, doctrinâ, ſapientiâ, converſatione, vitâ clariſſimus & ſanctiſſimus evaſit, qui etiam mortuus miraculis coruſcavit. Is vir ſanctus eâ tempeſtate, qua Dani perſecutionem eccleſiæ inferebant, imperterritâ ſtrenuitate decem & ſeptem annis intrepidè eccleſiam ſuam Trajectenſem regebat. Scripſit autem laudes ſancti Martini & Bonifacii libris ſingulis, omeliarum & ſermonum librum unum, integrum quoque de ſancto Martino officium in ejus ſancti translatione compoſuit, & varios Sanctorum in honore cantus ordinavit. Moritur tandem ſub Ludwico Arnoldi Auguſti filio anno Domini 916, indictione quintâ, 3tia Calend. Decembr., ſepultus apud Davantriam. B

Regino Abbas Prümienſis cœnobii, Treverenſis dioceſis, natione Theutonicus, vir in ſcripturis ſanctis & ſæcularibus literis eruditiſſimus, Arnoldi Imperatoris temporibus clarus effulſit, ymmò inter Doctores Germaniæ & Galliæ ſuo tempore facilè principatum obtinuit. Scripſit magnæ autoritatis opuſcula, puta: ad Alberonem primum Epiſcopum Metenſem, â Nativitate Chriſti usque ad annum ejusdem nongenteſimum octavum, continentem præcipuè geſta Francorum & Germanorum hiſtoriam ſeu cronicam libris decem; de diſciplina quoque eccleſiaſtica libros duos, jubente Ratbodo Archiepiſcopo Treverenſi, quod ex decretis ſanctorum Patrum & generalium conſiliorum in duobus, ùt dixi, libris comportavit, & in nongenta fermè capitula per rubricas, ex more luculenter diſtinxit. C

Hildo-

A *Hildowinus* ex Abbate Lobienſis monaſterii primùm Laudocienſis Antiſtes, deinde pulſus ad Regem Italiæ venit, eò quod lineâ affinitatis ipſi jungebatur, qui ipſum Veronenſis eccleſiæ Epiſcopum conſtituit, demum poſt Lampertum Mediolanenſium Præſul factus eſt, eccleſiæ ſuæ, quam reliquerat, Ratherium monachum Veronenſi Sedi Antiſtitem ſuî loco ordinavit. Scripſit autem, Conrado imperante, petentibus Fratribus, cùm aduc eſſet Abbas, geſta Abbatum Lobienſium, ſermones quoque & quædam alia.

Ratherius monachus Lobienſis, de quo jam ſuprà diximus, Veronenſium poſt Hilduvinum Epiſcopus, Divinis humaníſque, quas liberales vocant, ſcripturis peritiſſimus, animo ſimplex, ingenio B placidus & eloquio ſcholaſticus, Hinrici primi Imperatoris temporibus clarus effulſit. Is cum Hilduvino Epiſcopo ad Hugonem Regem venit in Italiam, & poſt ejus ad Archipræſulatum Mediolanenſis eccleſiæ translationem Veronenſium Antiſtes conſtitutus eſt; nec multò pòſt ab Hugone inde expulſus (quia Arnoldum Bavariæ Ducem, præfati Hugonis hoſtem, Veronam intromiſiſſet) apud Papiam exilio relegatus eſt; tandem aliquando ad eccleſiam ſuam reverſus, denuo (ob eandem forſan cauſam) pulſus, pro ſuî conſolatione varia utrobique compoſuit, quæ legentium intellectibus non minùs placere poterunt quàm prodeſſe. Scripſit autem de primo exilio ſuo librum unum, de ſecundo item exilio librum alterum, C quem freneſim intitulavit, aliúmque librum, qui vocatur inefficax; aganiſticon, id eſt, præloquiorum libros ſex, cæterùm de Corpore & Sanguine Domini contra Antropomorphitas, confeſſionum quoque, vitam inſuper Urſmari Lobienſis libris ſingulis; & poſtremò (ut Sigibertus monachus ſcribit) Epiſcopus Leodienſis factus, etiam inde pulſus fuit. Claruit circa annum Domini nongenteſimum triceſimum.

Radulphus Flaviacenſis monachus, in omnibus pene ſcripturis ſuo tempore eruditiſſimus ac doctiſſimus habitus claruit. Hunc quidam Fuldenſis cœnobii monachum fuiſſe dicunt; vir certè ingenio ſubtilis, ſenſu profundus, eloquio dulcis, ornatus & diſertus in expoſitione ſcripturarum, acutus & multùm egregius; quod quidem

quidem atteſtantur duo præclara volumina, quæ in Leviticum ſcripſit libris viginti diſtinguens, ſed & in epiſtolas Pauli commentaria quatuordecim, hiſtoriarúmque de Regibus Franciæ liber unus, cronica quoque brevis & ſuccincta, nonnulláque alia volumina. A

Smarachdus monaſterii ſancti Michaëlis Abbas, vir in ſcripturis valde eruditus, & jugi ſtudio earundem exercitatus, regularis auriga diſciplinæ ſuo tempore incomparabilis effulſit, noménque ſuum in expoſitione ſcripturarum longè latéque innotuit, ac magnam opinionem ſinceræ & ſanctæ converſationis acquiſivit: ſcripſit enim multa præclara opuſcula, videlicet, ad Fratrum ſuorum inſtantiam, in beatiſſimi Patris Benedicti regulam librum unum, Diadema monachorum libro uno, in totum pſalterium librum unum, B in epiſtolas & evangelia per totum annum libros duos, ſermones quoque plures libro uno, ſed & Donatum majorem & multos ſæcularium literarum autores expoſuit.

Windichinus monachus Corbienſis in Saxonia, natione Theutonicus, vir in Divinis ſcripturis doctus, utroque ſtilo exercitatus, alterno autem ſtilo multa præclara opuſcula ſcripſit, videlicet ad Mechtildam Ottonis Imperatoris filiam Saxonum hiſtoriam ab exordio Saxonum usque ad Ottonis primi mortem libris tribus, ubi tamen circa montem Eresburg ac ejus nominis originalem deſcriptionem ac novi nominis impoſitionem â vero multùm oberravit, prout & ego ipſe in geſtis antiquorum Saxonum de eadem materia tra- C ctans, claro ſermone deſcripſi. Scripſit & geſta Ottonis primi libro uno, paſſionem quoque Teclæ virginis pedeſtri oratione item libro uno, vitam quoque ſancti Pauli primi heremitæ libro uno; claruit autem ſub Ottone primo.

Albo Floriacenſis monaſterii Abbas, vir in ſcripturis ſacris jugi lectione & ſtudiis exercitatus, & in ſæcularibus diſciplinis egregiè doctus, vitâ quoque & converſatione inſignis & usque ad martirii coronam dignus comprobatus, dum in Vaſconia verbum Dei prædicaret, fidei chriſtianæ teſtis ſanguinis effuſione factus eſt. Scripſit autem ſuper calculo Victorii librum unum, additiones in eundem librum unum, ſub Ottone primo.

Annmo-

A *Ammonius* monachus Floriacenſis cœnobii, natione Gallus, vir
in Divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus atque in ſæcularium lite-
rarum diſciplinis ſufficienter inſtructus Ottonis tertii temporibus
claruit. Fertur autem utroque ſtilo nonnulla compoſuiſſe opuſcu-
la, inter quæ de miraculis ſancti Benedicti Abbatis ad Renaldum
monachum unum volumen ſcripſit; de reliquis nichil repperi.

Herigerus Abbas Lobienſis cœnobii ſub Ottone tertio Impera-
tore omni ſcientiâ inſtructus claruit, cujus etiam Berno Abbas An-
gienſis in eo libro, quem ad Aribonem Maguntinum Archiepiſco-
pum ſcripſit, meminit. Reliquit autem ingenii ſui non pauca po-
B ſteris monimenta: ſcripſit enim dialogum inſignem ſub perſona ſuî
& Adelboldi clerici & monachi tunc Romæ exiſtentis, poſtea Epi-
ſcopi Trajectenſis (ùt infrà patebit) cujus titulus eſt de diſſonan-
tia eccleſiæ, libro uno, vitam ſancti Urſmari metricè libro uno,
ad Hugonem de quæſtionibus librum unum, de Divinis officiis li-
brum unum, geſta Epiſcoporum Lobienſium libro uno, de Cor-
pore & Sanguine Domini librum unum.

Flanaldus Remenſis cœnobii monachus ſcripturarum ſcientiâ in-
ſignitus, ſcripſit non contemnendæ lectionis opuſcula, quorum
ſtudio nomen ſuum cum gloria transmiſit ad poſteros, è quibus
fertur opus inſigne â conditione Remenſis civitatis (quam milites
C Remi â fratre Romulo necati fugatos ob memoriam Domini ſui con-
ſtruxiſſe & ſic appellâſſe commemorat) usque ad ſua tempora, in
quo multa de ſanctis martyribus & aliis rebus ac geſtis interſerens,
volumini hunc titulum dare voluit: *Geſta Remenſium Pontificum*,
quæ libris tribus diſtinxit, vitas quoque multorum Sanctorum uno
libro digeſſit.

Albertus monachus Lobienſis, poſtea Gemblacenſis cœnobii
Abbas, præceptor Burkardi Wormacenſis Epiſcopi, vir in Divinis
ſcripturis doctus & in ſæcularibus literis admodum eruditus. Cùm
adhuc monachus eſſet, apud Lobias publicam ſcholam monacho-
rum tenuit, in qua Burkardum unà cum aliis in utraque literatura
erudivit. Scripſit inter alia ingenii ſui opera vitas plurium Sancto-
rum

Digitized by Google

rum libro uno, cantus quoque in honore Sanctorum compoſuit Ottone ſecundo imperante. A

Burkardus ex monacho Lobienſis monaſterii Alberti præfati Gemblacenſis Abbatis auditor & diſcipulus, pòſt Wormacenſis Epiſcopus apud Germaniam, vir in Divinis ſcripturis ſtudioſus & valde eruditus, ſub ſancto Hinrico Imperatore inſignis claruit, cujus etiam in canone fit mentio LXXIII diſ. *In nomine Domini.* Scripſit ex ſententiis ſanctorum Patrum & generalium conſiliorum atque ſummorum Pontificum magnum & inſigne opus poſt Iſidorum, videlicet decretorum, quod diviſit in libros viginti; incipit autem: *In novo teſtamento*, epiſtolarum quoque ad diverſos librum unum comportavit. B

Berno Abbas Augienſis cœnobii, Conſtantienſis diocefis, Theutonicus natione, ſuâ ætate nulli in quavis etiam facultate ſecundus, orator, muſicus, poëta, vitâ etiam & converſatione præcipuus, ſancti Hinrici Imperatoris primi ſed Regis ſecundi temporibus magno apud omnes in pretio fuit. Scripſit & pedeſtri & ſolutâ oratione quædam præclara volumina, imprimis ad Peregrinum Archiepiſcopum Colonienſem egregium & utile volumen de muſica ſeu tonis, quod ipſum in duos libros diviſit, dein librum de inſtrumentis muſicæ, ad Aribonem quoque Maguntinenſem Epiſcopum jam præfatum, librum de adventu Domini, item de officio miſſæ, de jejunio quatuor temporum, de jejunio Sabbati, de menſura monochordi, epiſtolarúmque ad diverſos, libros ſingulos ſcripſit. C

Adelboldus ex Lobienſi monacho Trajectenſium Epiſcopus factus claruit, ſub cujus perſona Herigerus Abbas dialogum de adventu Domini compoſuit. Is Divinâ humanáque diſciplinâ inſtructus in ſancti Hinrici Imperatoris curia magno eſt habitus pretio, non minùs armis quàm eruditione proſtravit infideles. Scripſit autem vitam ſancti Hinrici Imperatoris libro uno, ſed & de laude ſanctæ Crucis, atque de laude beatæ Mariæ virginis libris ſingulis, nonnulla quoque alia tam metro quam proſâ edidit. Moritur ſub Conrado juniore Imperatore anno Domini milleſimo viceſimo ſeptimo,

Kkkkk

A mo, indictione X, Epiſcopatûs ſui anno decimo octavo, quinto kalend. Decembris.

Osbertus Cantuarienſis cœnobii in Anglia monachus, in Divinis ſcripturis eruditus & in arte muſica peritiſſimus, ingenio ſubtilis & politus eloquio, Hinrici Imperatoris temporibus claruit, ac varios in utraque literatura tractatus edidit, quibus nominis ſui famam ne Anglicis ſuis modò aut Britannis reliquit, ſed & Germanis, Gallis & Italis translegavit: ſcripſit enim vitam Dunſtani Archiepiſcopi viri ſanctiſſimi libro uno, de muſica quoque librum unum miro artificio contexuit.

B *Odilo* Abbas Cluniacenſis quartus, vir ſanctus & eruditus, quinquaginta & ſex annis monaſterio ſuo præſidens, verbo & exemplo multorum animas direxit ad Chriſtum, cujus vitam virtutibus & miraculis coruſcam Petrus Damiani Epiſcopus & Cardinalis Hoſtienſis luculento ſermone deſcripſit. Compoſuit autem idem venerabilis Pater ad Fratrum ſuorum ædificationem elegantes ſermones libro uno, demum moritur ſub Hinrico ſecundo Imperatore anno Domini milleſimo quadrageſimo octavo, indictione primâ, ætatis ſuæ anno octuageſimo ſeptimo, primâ die menſis Januarii.

Rupertus Abbas monaſterii Caſſinenſis, in Divinis ſcripturis ſtudioſus ac eruditus, atque in ſæcularibus literis egregiè doctus, re-
C gularis diſciplinæ zeloſus ac ſtrenuus gubernator, ut ovium ſibi commiſſarum verbo & exemplo paſtor utilis poſſet haberi, ſcripſit ad ædificationem Fratrum ſuorum pulcros & elegantes ſermones libro uno.

Gwido monachus & Abbas cœnobii de cruce ſancti Leufredi, patriâ Aretinus, in omni facultate eruditus, dialecticus ſpecialiter & muſicus inſignis, Conrado juniore Imperatore, omni penè mundo ingenii ſui veſtigia utiliſſima reliquit, vel in hoc maximè, quod ignotos cantus etiam pueri & puellæ per ejus regulam in manu ſua faciliùs diſcant per ſe, quàm per vocem magiſtri aut per uſum alicujus inſtrumenti muſici. Scripſit inter cætera ingenii ſui opuſcula contra Berengarium clericum Thuronenſis eccleſiæ de Corpore & San-

Sanguine Domini librum unum, de muſica quoque libros duos, A
& quædam alia.

Hermannus contractus natione Theutonicus, filius Comitis de Veringen in Swevia, cœnobii ſancti Galli monachus, Divinis humaniſque literis vir nobilis nobiliter inſtructus, philoſophus, poëta, aſtronomus, rhetor & muſicus, nulli ſuo tempore ſecundus, trium linguarum, græcæ, latinæ & arabicæ peritiſſimus, Hinrici ſecundi Imperatoris temporibus floruit. Scripſit carmine & proſâ multa præclara volumina, de muſica librum unum, de monochordo librum unum, de ſex ætatibus mundi librum unum, de compoſitione aſtrolabii libros tres, de utilitate aſtrolabii, de ecclipſibus, de computo, de quadratura circuli, de conflictu rithmimachiæ, B
de phiſonomia, vitas plurium Sanctorum & proſas varias, libris ſingulis; compoſuit etiam dulci & regulari melodiâ cantus & proſas pulcherrimas, è quibus eſt illa dulciſſima antiphona de beata Maria virgine: *Salve regina*, & item: *Alma Redemptoris mater*, & cætera, quorum copioſus eſt numerus. Fuit quidem contractus re & nomine, ſed ſemper in gratiarum actione perſeverans; unde & per Dei genitricem virginem Mariam mirabiliter conſolari & illuſtrari meruit.

Guimundus Archiepiſcopus Averſanus ex monacho cœnobii de cruce ſancti Leufredi, in Divinis ſcripturis ſtudioſus & peritus, Hinrico Imperatore tertio Auguſto, celebris habitus eſt. Scripſit C
ad Rogerium monachum contra errores Berengarii Thuronenſis de Corpore & Sanguine Domini libros tres; incipiunt autem: *Ad rem hys temporibus neceſſariam*, & quædam alia edidiſſe fertur. Claruit anno Domini milleſimo ſexageſimo.

Alphanus ex Caſſinenſis cœnobii monacho, viro utique in Divinis humaniſque ſcripturis nobiliter erudito, Salertinus Archiepiſcopus factus, & quia philoſophus ac celeberrimæ opinionis theologus fuit, ut ingenium ſuum exercitaret, nomen ſuum etiam poſteris manifeſtans, quædam profundi ſensûs opuſcula edidit, è quibus exſtant, de unione Verbi Dei & hominis, de unione corporis & animæ, de quatuor humoribus corporis, libri ſinguli.

A *Hugo* Cluniacenſis Abbas, homo ſanè præter doctrinam, quâ
maximè ſuâ ætate claruit, genere, pietate, religione, clementiá-
que inſignis, Hinrici ſecundi Imperatoris temporibus maximo in
pretio eſt habitus, ac ob ingenii ſui fertilitatem ab omnibus præ-
dilectus. Unde in Odilionis Abbatis loco ſubſtitutus, verbo & exem-
plo gregis ſibi commiſſi profectum procurans, nonnulla præſcripſit
eruditione & laude digna.

Helpericus natione Theutonicus, cœnobii ſancti Galli monachus,
in Divinis ſcripturis aprime eruditus, nec humanis ſtudiis aut ſæ-
cularibus diſciplinis ignarus, Hinrico tertio Imperatore Auguſto,
philoſophus, poëta & aſtronomus inſignis, ingenio fertilis ac elo-
B quio ſublimis claruit; unde & pedeſtri & ſolutâ oratione nonnulla
opuſcula ſcripſit, inter quæ extant de computo eccleſiaſtico, de
muſica quoque libri ſinguli.

Berthorius Caſſinenſis cœnobii monachus, & pòſt ibidem ſimul
& Abbas in omni diſciplinarum ſtudio illuſtris, philoſophus & me-
dicus inſignis. Is ante converſionem ſuam ſæculi aduc negotiis
cum literarum ſtudio implicatus, multa in ſua facultate fertur
ſcripſiſſe opuſcula; at poſt mutato ſtudio Hipocratis Choy, Avi-
cennæ, Galienis, Æſculapii ac Conſtantini artem projiciens, ani-
marum medicus conſtitutus ſcripſit ad ædificationem Fratrum ſuo-
rum ſermones elegantes libro uno, quibus animas vitiis & concu-
C piſcentiis infectas ymmò ſauciatas curaret & ſanaret.

Rogerius monachus, cujus jam ſuprà mentionem fecimus, ad
quem Guimundus Averſanus Archiepiſcopus aduc in cœnobio con-
ſtitutus libros tres contra Berengarium ſcripſit, vir doctus tam in
Divinis quàm ſæcularibus literis ſat eruditus, Hinrico Imperatore
ſecundo Auguſto, anno ſcilicet Domini milleſimo quadrageſimo ce-
lebris fuit: nam ad multorum ædificationem inter cætera ſua opuſcu-
la vitam Brunonis Archiepiſcopi Colonienſis luculento ſermone de-
ſcripſit, quâ re ſui nominis famam & tanti Epiſcopi notitiam poſte-
ris reliquit.

Algerus natione Theutonicus, ex ſcolaſtico monachus in Saxo-
nia in monaſterio Corbienſi, ubi ſanctus Vitus à Francis illò transla-
tus

Digitized by Google

tus requieſcit, vir jugi ſtudio in ſcripturis ſacris exercitatus & veterum lectione dives, ingenio cautus, diſertus ac compoſitus eloquio carmine ſimul & proſâ valuit. Scripſit ſtilo admodum urbano volumen inſigne de Sacramento altaris, quod tres in libros ſecavit; ſed & alium de gratia & libero arbitrio librum â ſe editum ſequentibus ſe ſtudioſis legendum obtulit. A

Albertus monachus Methenſis, natione Gallicus, in ſcripturis ſanctis continuâ exercitatione peritus, liberalium quoque artium non ignarus, Conradi junioris temporibus clarus effulſit, ac â ſuis Gallis magno in pretio fuit; unde ut nomen ſuum transmitteret ad poſteros, exemplúmque aliis ad literarum ſtudium ſe ipſum daret, quædam non contempnendæ lectionis opuſcula ſcripſiſſe fertur, in B quibus eſt opus breve ſed utile, hiſtoriam continens rerum geſtarum ſui temporis, quod Epiſcopo Metenſi libro uno dedicavit.

Humbertus monachus Tullenſis, Ordinis ſancti Benedicti, vir in Divinis ſcripturis eruditiſſimus & in ſæcularibus literis nobiliter doctus, ingenio & eloquio clarus, Hinrici ſecundi Imperatoris temporibus effulſit. Hunc Leo Papa nonus propter ſcientiam literarum Romam ſecum duxit, & Epiſcopum Cardinalem ordinavit; hinc miſſus ab eo Conſtantinopolim ad hæreſes Græcorum confutandas, Nicetam Pectoratum monachum adeò in præſentia Imperatoris Conſtantini & Michaëlis Patriarchæ confutavit & devicit, ut librum ſuum, quem contra Latinorum eccleſiam con- C ſcripſerat, anathematiſaret, & eum manu propriâ igni comburendum injiceret; & quidquid ibidem diſputando dixit aut fecit, luculenter conſcripſit ſub nomine Romani & Conſtantinopolitani dialogorum more. Fertur & quædam alia opuſcula ſcripſiſſe.

Anſelmus natione Gallus in Remenſi monaſterio monaſtico habitu inſignitus, Hinrici tertii Imperatoris temporibus in Divinis ſcripturis exercitatum habens ingenium clarus effulſit. Hic inter cætera ſua opuſcula Leonis Papæ noni geſta, per Galliam in conſiliis & conventibus facta, in unum volumen congeſſit, ut poſteris notificaret, quantâ autoritate Remis vel in aliis urbibus ſynodum celebraverit, quantâ inſuper induſtriâ & ſubtilitate examinaverit

A verit cauſas eccleſiaſticas, quáve diſtrictione peccantes correxerit, quomodo quoque virtus ei Divina cooperata ſit. Quod ſatìs patuit in una cauſa Remenſis ſynodi, ubi dum Epiſcopus Friſingenſis contumaciter ageret contra autoritatem Apoſtolicam, Deo vindicante, in omnium oculis repente obmutuit; hoc autem ipſum opus *Itinerarium Leonis Papæ* intitulavit.

Lamfrancus Lombardus patriâ, Papienſis Doctor inſignis, Cantuarienſis eccleſiæ in Anglia ex Abbate Codonienſis cœnobii Archiepiſcopus factus, Hinrico tertio Auguſto imperante, magno fuit pretio. Is ſancti Anſelmi egregii Doctoris præceptor fuit, qui cùm apud Pariſium legendo, ſcribendo & diſputando clariſſimus habe-
B retur, Divino ſpiritu tractus ſcolis abrenunciavit, & ad propria remeavit; ubi, rebus ſuis pauperibus erogatis, factus monachus maxima cum humilitate, quoad vixit, ſoli Deo tanquam verus Chriſti ſervus militavit. Hic reliquit poſt ſe ingenii ſui monimenta egregia, de quibus reperiuntur ſubſcripta: Opus inſigne in omnes Apoſtoli Pauli epiſtolas libris quatuordecim, in pſalterium commentariorum librum unum, geſta Guilhelmi Comitis libro uno, adversùs Berengarium Turonenſem hæreticum inſignem librum, qui *Syntilarium* appellatur.

Petrus Damiani ex monacho Hoſtienſis Epiſcopus & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis, Divinâ humanáque ſcientiâ inſi-
C gnis, non minùs ſanctitate quàm eruditione clarus effulſit. Is exemplo magni Gregorii Antiſtitis amore ſolitudinis & quietis Epiſcopatûs ſui faſtum ultro dimiſit. De qua tamen re multa inter ſcriptores diſcordia eſt: dum alii eum è ſolitudinis otio ad eccleſiaſtici negotii curas; contrà alii ipſum ex ipſa curarum area ſtrepitúque negotiorum ad otioſi ſilentii pacem trahunt; utraque vitæ hujus commendatio ſeu tanto illum officio dignum fecit, ſeu ipſa digna viſa eſt, quæ tanto faſtigio præferretur. Alii rem permiſcent. Hujus rei veritatem dum Franciſcus Petrarcha ſcire cuperet (ùt in 2do libro de ſolitudinaria vita inquit) usque ad cœnobium, ubi is floruit, miſit, qui comperta omnia ſibi reportarent, Religioſorúmque loci illius aſſertione didicit, fuiſſe eum quidem primò ſolitarium,

inde

Digitized by Google

inde altiùs evectum, demum ultro ad ſolitudinem rediiſſe, ac ſæculi pompas contribulibus ſuis reliquiſſe, ipſum autem Italiæ medio ad ſiniſtrum Apenini latus quietiſſimam ſolitudinem (de qua multa conſcripſit, & quæ vetus adhuc fontis Avellanæ nomen habet) perituris honoribus præferendam ducens inhabitâſſe, ubi non minùs glorioſè poſtmodum latuit, quàm innotuerat primùm Romæ; nec dedecori illi fuit alti verticis rutilum decus ſqualenti cilicio permutâſſe. Cùm autem à ſummo Pontifice caritativâ increpatione argueretur, cur Epiſcopatum utpote vir utilis & idoneus amore ſalutis privatæ dimiſiſſet, ad tres ſibi invicem ſuccedentes Nicolaum, Alexandrum & Gregorium Romanos Pontifices apologeticos edidit, in quibus autoritate, ratione & exemplo factum ſuum humiliter excuſans, animos eorum placavit. De ejus opuſculis ſubjecta feruntur: ad Leonem heremitam, ſi ſolitarius orans horas canonicas debeat etiam dicere: *Dominus vobiſcum*, cùm tamen nullus ſit, qui ſibi reſpondeat? opuſculum inſtructum edidit, quod *Dominus vobiscum* prænotavit, apologeticum quoque libris tribus, de incontinentia ſacerdotum, de uxoribus clericorum, exhortatorium ad monachos, miraculorum ſui temporis, de profectu monachorum, antilogion contra Judæos, de avaritia Prælatorum, vita Odolionis Abbatis, de terrore mortis, de meditatione mortis, contra Epiſcopos ſymoniacos, contra quendam Epiſcopum, de inſolentia malignorum hominum, gratiſſimus ſeu probatiſſimus declamationis rhetoricæ, de naturis quorundam animalium, de Flora & Lucilla, de Caſſiano martyre, de ſancto Bonifacio, de ſancto Anaſtaſio, ſermonum & omiliarum libros ſingulos; ſequens quoque magnum Baſilium, librum de ſolitaria vita (quem regulam ſolitariorum prænotavit) ſcripſit, cujus ſententiis ſic interdum Petrus Damianus ſuis in ſcriptis utitur, ut eisdem inſertus ac lectus, pleriſque dubium facit, an Baſilii ſint an Petri. Claruit autem Henrico quarto Romanorum Rege ſceptra moderante anno 1050.

Bruno natione Italus, ex monacho Ruthenorum Archiepiſcopus, vir in Divinis ſcripturis doctus, & declamator omeliarum ad populum egregius, ſanctus denique & Deo dignus ſub ſancto Hinrico

A rico ſecundo Imperatore claruit. Is cùm in Pruſcia fidem catholicam prædicaret, ab inimicis crucis Chriſti martyrio coronatus eſt anno Domini milleſimo octavo, indictione ſextâ, quem multis affectum ſuppliciis, pedibus manibúsque abſciſſis, poſtremo capitis abſciſſione Chriſti martyrem fecerunt. Scripſit autem idem vir ſanctus ingenii ſui nonnulla præclara opuſcula, de quibus extant commentariorum in Geneſin libri duo. Fertur & alia quædam ſcripſiſſe, quæ nondum vidi.

Ekkardus monachus in Divinis ſcripturis ſtudioſus & continuâ exercitatione doctus, ingenio ſubtilis & promptus eloquio, in declamandis omeliis ad populum excellentis induſtriæ fuit, ac Divi-
B nas ſcripturas exponendo nomen ſuum notificavit, & crebrâ earundem perluſtratione Doctor egregius evaſit. Scripſit autem quædam opuſcula, inter quæ feruntur Commentariorum in Geneſin liber unus, in Exodum liber unus; in Leviticum, in Numeros, in Deuteronomium libri ſinguli, ſed omeliarum librum unum cum multis aliis opuſculis poſteris reliquit.

Marianus monachus Fuldenſis, Scotus natione, Divinis humaníſque ſcripturis eruditus hiſtoriographus & computiſta inſignis, Hinrico tertio imperante, in pretio fuit. Is patriam ſuam relinquens, Germaniam pro Chriſti amore peregrinus intravit, & primùm ad ſanctum Martinum Coloniæ monachus factus, biennio
C ibidem ſolitarius ſtetit; hinc ad Fuldam translatus, bis ſenis annis ſe ibi ſtabilivit, donec tandem propter eruditionem & ſanctitatem juſſu Epiſcopi Maguntini & Abbatis Fuldenſis ad Maguntiam transmigrans, annis XVII apud ſanctum Martinum denuo ſtans incluſus in magno ab omnibus honore habebatur. Scripſit ab initio mundi uſque ad ſua tempora cronicam inſignem libris tribus, de concordantia quoque Evangeliſtarum librum unum, & item de computo librum unum. Moritur ſub Hinrico tertio, anno Domini milleſimo octuageſimo ſexto, indictione nonâ, ætatis ſuæ quinquageſimo octavo, & Maguntiæ apud ſanctum Martinum in majori eccleſia non ſinè ſanctitatis opinione ſepultus.

Theo-

Theodericus monachus natione Theutonicus, Divinis & ſæcularibus diſciplinis nobiliter eruditus, ſubtilis ingenio & clarus eloquio, quædam præclara opuſcula fertur ſcripſiſſe, Hinrico tertio Romanum Regnum moderante, inter quæ ſunt vita ſancti Benedicti Abbatis ad Richardum Abbatem Fuldenſem, librum quoque de translatione corporis ejusdem, ac epiſtolarum ad diverſos librum unum comportavit. A

Adam Abbas de Perſema, Ordinis divi Patris Benedicti, in Divinis ſcripturis jugi exercitatione doctus & veterum lectione dives, ſæculariúmque diſciplinarum magiſter, in declamandis omeliis opinionis celeberrimæ ſub Hinrico quarto claruit. Is nomen ſuum varios tractatus componendo etiam poſteris cum laude notificavit; extant ejusdem noti & utiles ſermones ad fratres, libro uno redacti, de Sanctis quoque & diverſis aliis materiis libro altero conſcripti; fertur quoque quosdam ſacræ paginæ explicuiſſe tractatus, quibus abundantem ingenii ſui venam oſtenderet. B

Willeramus Abbas Meesburgenſis, natione Theutonicus, in Divinis ſcripturis eruditus, ſæcularium quoque literarum haud ignarus, carmine & proſâ exercitatus, anno Domini milleſimo ſeptuageſimo, Hinrico tertio Auguſto, in pretio apud omnes fuit. Is cùm in univerſitate Pariſienſi aliquamdiu literis impendiſſet ſtudium, ad patriam reverſus, Bambergenſis eccleſiæ Scolaſticus factus eſt; tandem conſiderans mundi gloriam cum tempore tranſire, C contempto ſæculo, in Fuldenſi cœnobio pro Chriſti amore monachum induit, & poſtremò, creſcentibus meritis, in monaſterio ſancti Petri prope Meesburg Abbas conſecratus nomen ſuum ſcribendo in poſteros miſit: inter quæ volumen in Cantica canticorum metro & carmine mixta proſâ, pulcrâ varietate compoſitum de nuptiis Chriſti & eccleſiæ, tribus libris diſtinctum cudit, incipit: *Cùm majorum ſtudia intueor.*

Bernardus monachus Cluniacenſis, vir in ſcripturis ſanctis jugi meditatione exercitatus, religione quoque & morum honeſtate conſpicuus, Hinrici tertii Imperatoris temporibus inſignis habitus eſt. Is, jubente venerabili Abbate Hugone, omnes conſuetudines, con-

A ſtitutiones & ceremonias Cluniacenſis monaſterii in unum grande volumen ſub Conſtitutionum Cluniacenſium titulo luculento ſermone comportavit; quem librum quicunque legit, profectò clarè videbit, quanta quondam Cluniacenſium religio diſtrictione & obſervantiâ ſub regula ſancti Benedicti viguit.

Bernardus monachus Corbienſis monaſterii in Saxonia, natione Theutonicus, in Divinis ac ſæcularibus diſciplinis diligenter inſtructus, carmine excellens & ſolutâ oratione diſertus, claruit Hinrici Imperatoris temporibus. Scripſit autem, ingenii ſui monimenta relinquens, ad Hartwinum Magdeburgenſem Archiepiſcopum luculento quidem ſermone ſed amaro, volumen contra Hinricum quar-
B tum, ſub ejus Imperio claruit.

Anſelmus Cantuarienſis Epiſcopus in Anglia. Is ex finibus Lombardiæ & Burgundiæ ortus, literis traditus â ſuis brevì multùm profecit; qui cùm aduc adoleſcens eſſet, patriam egreſſus, tribus jam annis partim in Burgundia partim in Francia exactis, Northmanniam pergit, & cùm fama Magiſtri Lanfranci usquequaque percrebreſceret, & nobiliſſimos clericorum ad eundem ex cunctis mundi partibus venientes doceret, Beccum venit, ejúsque ſe magiſterio ſubdidit; cúmque propter ſtudia corpus inediâ ac laboribus fatigans perpendit, ſi tanta monachus faceret & pateretur, copioſiorem ſibi mercedem remanere, mox monachum induit, tan-
C támque in religione ad perfectionem conſequendam operam dedit, ut quisque in tota congregatione religiose vivere appeteret, in ejus vita & converſatione, quod ſequeretur, copioſè inveniret; Lanfranco autem in Candonienſis cœnobii regimen aſſumpto, ipſe Prioris officio functus eſt, nec longè pòſt & Abbas in ipſo quoque Beccenſi monaſterio factus, demum in Cantuarienſem Archiepiſcopum promotus. Fuit autem vir in Divinis ſcripturis eruditiſſimus, in ſæcularibus quoque diſciplinis nulli ſuo tempore ſecundus, vitâ & converſatione integer ac ſanctiſſimus, mente devotus, ore facundus, operatione ſtrenuus, omni virtute ornatus, beatiſſimæ Virgini Mariæ ſpecialiter devotus. Scripſit penè infinita opuſcula, inter quæ feruntur ſubſcripta: contra gentes *cur Deus homo* libris duobus,

bus, de Sacramentis & officiis Divinis libris duobus, item de incarnatione Verbi contra Judæos, de conceptu virginali, Proſologion, Menalogion, de Spiritu ſancto contra Græcos, de caſu diaboli, de diverſitate Sacramentorum, de fermento & azimo, de voluntate Dei, de ſancta Trinitate, in Cantica canticorum, de pace & concordia, de libero arbitrio, de gratia & libero arbitrio, dialogus de veritate, de ſimilitudinibus, de menſuratione Crucis meditationes, meditationes item de paſſione Domini, de beata vita, de beata ſufficientia, de bona occupatione, de laudibus beatæ Mariæ, de ſtimulis amoris, pro inſipiente, contra inſipientem, de miſeria hominis, de Anticriſto, dialogus Chriſtiani & gentilis, de octo beatitudinibus, de membris Deo attributis, proverbia id eſt de domo conſcientiæ in Exameron, ad Lanfrancum Archiepiſcopum Cantuarienſem, magiſtrum & doctorem ſuum, de grammatico, de ſancto Johanne Babtiſta, in aſſumptione ſanctæ Mariæ Virginis, ad Guilhelmum Hirſagienſem Abbatem, epiſtolarum ad diverſos, de peccato originali ſermones multos, libris & tractatibus ſingulis. Claruit Hinrici tertii Imperatoris temporibus anno Domini 1080.

Guilhelmus Abbas Hirſzangienſis cœnobii in Spirenſi dioceſi, ad quem beatus Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus nonnullas ſcripſit epiſtolas, in omni penè ſcriptura doctiſſimus ac Doctor inſignis, doctrinâ & eruditione Hinrici tertii temporibus clarus effulſit. Hic quippe præter doctrinam multis claruit miraculis, & inter cætera regularem diſciplinam monaſticam, in Germania collapſam, multis in locis reſtituit & reformavit. Scripſit itaque hic vir ſanctus conſtitutiones monachorum libris duobus, de muſica & tono librum unum, de horologio librum unum, de correctione pſalterii librum unum, ad ſanctum Anſelmum Epiſcopum epiſtolas tres, epiſtolarum ad diverſos librum unum, alia quoque nonnulla edidit memoratu digna, obiitque in ſuo cœnobio Hirſzangienſi, Hinrico Imperatore tertio, Rege autem Romanorum quarto, anno Chriſti milleſimo nonageſimo primo, indictione decimâ

A quartâ, nonas Julii, ſepultus in medio eccleſiæ Apoſtolorum magnâ opinione ſanctitatis.

Giſelbertus Præpoſitus monaſterii Weſt in Anglia, Anſelmi Cantuarienſis auditor & diſcipulus, vir in Divinis ſcripturis eruditus & ſæcularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio promptus & cautus eloquio, nomen ſuum ſcribendo poſteris notificavit, dum quædam neceſſaria opuſcula compoſuit, de quibus iſta feruntur: diſputatio contra Judæos ad beatum Anſelmum præceptorem ſuum libro uno, in Eſaiam prophetam librum unum, & quædam alia.

Gunterus Elvonenſis cœnobii monachus, Hinrico quarto Auguſto Imperium moderante, in ſcripturis jugi ſtudio & exercitatione B peritus, theologus & poëta clarus in pretio fuit; ſcripſiſſe autem fertur utroque ſtilo præclara quædam opuſcula: extat inter cætera ejus volumen eleganti metro de paſſione ſancti Ciriaci martiris, & quædam epiſtolæ ab ipſo in unum comportatæ. Claruit anno Domini milleſimo centeſimo.

Theodericus natione Theutonicus, ſancti Trudonis monaſterii in dioceſi Leodienſi conſtituti Abbas, in utroque ſtilo apprimè eruditus, ſcientiâ & doctrinâ clarus effulſit. Edidit quædam, in quibus ſuum magnificè exercitavit ingenium tam metro quàm ſolutâ oratione, è quibus feruntur ſubjecta eleganti metro & pedeſtri oratione ſcripta: vita ſancti Trudonis, vita ſancti Bavonis, vita C ſancti Remoldi, & quædam alia. Claruit temporibus Hinrici quarti, anno Domini milleſimo centeſimo.

Sigebertus monachus Gemblacenſis monaſterii, natione Gallicus, â prima ineunte ætate humanis Diviníſque ſcripturis ſtudioſus, nulli ſuo tempore in Leodienſium territorio literarum diſciplinâ ſecundus, carmine & proſâ exercitatus, Hinrici Imperatoris tertii, Regis quarti temporibus maximo apud ſuos, ymmò etiam exteros in pretio eſt habitus. Scripſit utroque ſtilo multa volumina; reprehenditur autem in eo, quod Hinrico Imperatori Romanæ eccleſiæ perſecutori & rebelli adhærens, contra Gregorium ſeptimum Papam ſanctiſſimum literas & opuſcula ſcripſit, quæ ſuum propoſitum non decebant; quid verò ſcripſerit, in fine libri illu-

Digitized by Google

illuſtrium virorum apertè declaravit. Cùm in cœnobio ſancti Vincentii Metenſi ad inſtruendos pueros eſſet poſitus, ſcripſit heroico metro vitam ſancti Theoderici Epiſcopi libro uno, paſſionem ſanctæ Luciæ metricè, de translatione ejusdem, vitam Sigiberti Regis, paſſionem Thebæorum pedeſtri oratione, vitam ſancti Guiberti, geſta Abbatum Gemblacenſium, vitam ſancti Maclonii, vitam ſancti Theodardi, contra Papam Gregorium apologiam ad Imperatorem, contra epiſtolam Paſcalis Papæ, in Eccleſiaſten heroico metro, Cronicam ſive hiſtoriarum librum poſt Euſebium, quam usque ad annum milleſimum centeſimum quadrageſimum perduxit, de illuſtribus viris, de computo eccleſiaſtico, ſermonum quoque ac epiſtolarum ad diverſos libris ſingulis edidit, ſed & alia multa, quæ poſt compilationem libri de illuſtribus viris ſcripſit, quæ cum ſupraſcriptis opuſculis in ipſius præfati libri fine non ſignavit. A B

Pontius Cluniacenſis Abbas, vir ſanctitate & doctrinâ inſignis, Hinrici quarti temporibus ob induſtriam & maximam doctrinam Romæ multo in pretio habitus eſt; quam ob rem & ejus familiaritate Pontifices Romani ſui temporis mirificè delectati ſunt, multáque donaria ac privilegia ampliſſima eidem contulerunt.

Stephanus qui & *Herradus*, ex Iſenburgenſis cœnobii Abbate, natione Theutonico, Halverſtadenſis eccleſiæ apud Saxones quartus decimus Epiſcopus factus, in Divinis ſcripturis aprime eruditus clarus effulſit. Scripſit non contempnendæ doctrinæ opuſcula, in perſona quidem Ludwici Comitis elegantiſſimam & utilem epiſtolam ad Walramum Epiſcopum Nigenburgenſem, defendentem Hinricum rebellem eccleſiæ Romanæ, defenſoriam Papæ, epiſtolásque alias perplures uno libro texuit. Moritur ſub Hinrico quinto, anno Domini milleſimo centeſimo ſeptimo, indictione quintâ decimâ, in Reynsburgh honorificâ ſepulturâ ſepultus. C

Bernardus digniſſimus Abbas Claræuallenſis, natione Burgundus, & ipſe ſuâ inſigni vitâ ſuáque doctrinâ ſua tempora reddidit illuſtriſſima, Hic itaque ex Caſtellione Burgundiorum opido nobili genere ortum habuit, & ibidem cùm vigeſimum ſecundum attigiſſet

giſſet

A giſſet annum, unà cum triginta ſociis, relictâ domo paterna, in Ciſtercienſi monaſterio religionis habitum ſuſcepit, in quo tantùm profecit, ut temporis ſpatio tanto in pretio ob maximam ejus ſanctitatem & doctrinam haberi ceptus ſit, ut Clarævallis monaſterii Pater & Abbas ab omnibus creatus fuerit, cui quidem loco maxima cum gloria ſex & triginta annos præfuit, in quo præter laudabilem vitam & ſanctitatem maximam infraſcripta edidit ſui ingenii monimenta: de conſideratione libros quinque ad Eugenium Papam, quondam ſuum diſcipulum, meditationum ſuarum, de contemptu mundi ad clericos, de gradibus humilitatis, de gratia & libero arbitrio, ad milites templi, ſpeculum vitæ religioſæ, de ſcala clauſtrali, ad Carthuſienſes, de conſcientia, de ordine vitæ, de duobus oculis animæ, de confeſſione peccatorum, de præcepto & diſpenſatione, ad Hinricum Senonenſem, ad Hugonem ſancti Victoris, contra Gerardum, contra hæreticum ad Papam, de miſeriis hujus vitæ, de tenptatione & otio, de voluntate, apologia ad Cluniacenſes, de gradibus caritatis, de paſſione Domini, ſuper *Magnificat*, de diligendo Deo, in pſalmum *Qui habitat*, in Cantica canticorum omelias LXXXVI, ſuper *Miſſus eſt Angelus*, ad ſororem ſuam de modo vivendi, vitam ſancti Malachiæ Epiſcopi in Hibernia, quondam ſui diſcipuli, epiſtolas ad diverſos, ſermones penè innumerabiles ſingulis libris mellifluo ac dulci ſtamine texuit. Claruit ſub Conrado Imperatore anno Domini 1140.

B

C

Ropertus Abbas Tuitienſis cœnobii juxta Agrippinam Coloniam in Reni ora ſiti, natione Theutonicus, vir in Divinis ſcripturis, Spiritu ſancto per viſionem illuſtrante, doctiſſimus & ſæcularium literarum non ignarus, monachus ſancti Laurentii Trajectenſis primùm, ſed mox propter incredibilem eruditionem ſuam à Frederico Colonienſi Archiepiſcopo inde aſſumptus, & in Abbatem Tuitienſis monaſterii ſublimatus, multa præclara opuſcula compoſuit: ex eo ſiquidem tempore, quo cœnobium in juventute ſua ingreſſus eſt, tantùm ſe in ſcripturis ſanctis exercitaverat, ut nec dormiens quidem à meditandis illis videretur poſſe quieſcere, quin lingua & labia ejus quaſi legendo moverentur. Inter cætera autem ejus opera,

ra, hæc ſubſcripta repperi: ad Munonem Abbatem Sigebergenſem, poſtea autem Epiſcopum Ratisponenſem, de victoria verbi Dei libros tredecim, in Geneſim libros novem, in Cantica canticorum libros ſeptem, in librum ſancti Job libros decem, in libros Regum de David libros quindecim, de ſancta Trinitate in vetus teſtamentum libros XLII, in Apocalipſim Johannis libros duodecim, in duodecim Prophetas minores libros XXX, de officiis Divinis libros duodecim, meditationes de incendio Tuitienſi libros tres, in evangelium Matthæi libros octo, in evangelium Johannis libros quatuordecim, ſuper regulam ſancti Benedicti librum unum, apologeticum ejusdem operis libro uno, epiſtolarum ad diverſos librum unum, denique fertur alia plura ſcripſiſſe, ac novum ac vetus teſtamentum pro majori parte in multis libris explanâſſe. Claruit multâ ſanctitate, doctrinâ & miraculis coruſcans ſub Hinrico quinto, anno Domini 1124 & ſub Lothario tertio moritur. A B

Ropertus Abbas Limpurgenſis monaſterii Spirenſis dioceſis, natione Theutonicus, vitâ & ſcientiâ inſignis, tantæ devotionis & ſanctimoniæ, ut crebrioribus revelationibus Divinis viſitari dignus â Deo ſit habitus. Hic multis annis in Pariſienſi gymnaſio Philoſophiæ ſæculari operam dedit, & aliquando etiam nobis & celebris philoſophus evaſit, ſed inanem hujus vitæ philoſophiam perpendens, vanitatis ſtudium deſerens, & ad patriam ſuam revertens, in dicto monaſterio monachus primùm, demum & Abbas factus eſt. Scripſit autem non contempnendæ lectionis opuſcula, de quibus eſt in Cantica canticorum volumen quatuor libris diſtinctum; de contemptu quoque mundi libros duos, ſed & revelationum ſuarum librum unum, alium inſuper de ſancto Johanne Babtiſta conſcripſit; reliquit autem quosdam ſermones de Sanctis, quorum corpora vel patrocinia in eodem Limpurgenſi monaſterio habebantur â ſe edita. Claruit ſub Hinrico quinto Imperatore non ſinè opinione ſanctitatis. C

Rudolphus Abbas ſancti Trudonis in dioceſi Leodienſi, natione Theutonicus, vir in Divinis ſcripturis jugi exercitatione peritus, in diſciplinis quoque ſæcularibus haud infimè doctus, carmi-

ne

A ne valens & proſâ, muſicus quoque excellens, nec minùs opere quàm ſcientiâ clarus, utroque ſtilo multa ſcripſiſſe fertur, inter quæ contra ſymoniacos libri ſeptem inveniuntur, cronicam quoque notabilem libro uno, ſed & carmina multa compegit, cantus etiam in laude Sanctorum plures dulci ac regulari melodia compoſuit.

Franco ſecundus Abbas cœnobii Haffligemenſis, omni penè ſcientiâ nobiliter inſtructus, ingenio valens & eloquio clarus, pedeſtri ac ſolutâ oratione præcipuus, utroque ſtilo quædam commendanda opuſcula ſcripſit, quibus nomen ſuum in poſteros transmiſit. Cùm adhuc in cœnobio prædicto ſimplex eſſet monachùs, jubente Fulgentio Abbate ſuo, incepit opus inſigne, quod poſt-
B modum Abbas factus perfecit ſcientiâ & eloquentiâ ornatum de gratia Dei; ſcripſit & de ſtatu futuræ gloriæ metricè librum unum, epiſtolarum quoque ad diverſos librum unum, ſed & ſermones de beata Virgine libro uno comprehendit.

Lucas Abbas ſancti Cornelii, in ſcripturis ſanctis continuâ exercitatione doctus, Lotharii ultimi Imperatoris temporibus magno in pretio fuit: in exponendis quippe Divinis voluminibus nobile ſortitus ingenium, nomen ſuum varia ſcribendo ſyntagmata ad poſteritatis notitiam transmiſit: fertur enim inſigne opus ad Milonem Tarvanenſis eccleſiæ Pontificem, virum æquè doctiſſimum in Cantica canticorum ſcripſiſſe, ſed & ſermones varios ac epiſtolas pluri-
C mas edidiſſe. Claruit anno Domini 1130.

Emondus monachus Cantuarienſis Angliæ, Anſelmi quondam ibidem Archiepiſcopi auditor & diſcipulus, vir in Divinis ſcripturis diutinâ exercitatione doctus & ſæcularium literarum non ignarus, ut fidelium ædificationi proficeret, quædam utilia ſcripſit, quibus etiam poſteris nominis ac ſtudii ſui famam & exemplum notificavit; è quibus extat volumen unum de diſcordia, quæ fuit inter Guilhelmum Anglorum Regem & ſanctum Anſelmum præfatum Archiepiſcopum Cantuarienſem, quod de libertate eccleſiaſtica intitulatur, vitam inſuper ejusdem Anſelmi libro uno conſcripſit, Hinrici autem quinti temporibus claruit.

Gratia-

Gratianus monachus Bononienſis ſive Claſſenſis, patriâ Etruſcus, A vir in Divinis ſcripturis eruditiſſimus & mirabili ſtudio flagrans ſcripſit poſt Ivonem Carnotenſem Epiſcopum volumen decretorum inſigne ex veterum ſtatutis, ſanctionibus & ſcriptis, quo juris Canonici profeſſores usque in præſens utuntur in ſcolis, ab Eugenio tertio approbatum, cujus principium eſt: *Humanum genus duobus regitur*. Quod quidem Divinum opus in tres ſubdiviſit partes, videlicet diſtinctiones, cauſas & de conſecrationibus; primam autem partem in unam & centum particulas diſtinxit, ſecundam in XXXVI cauſas, ac tertiam de conſecratione nuncupavit, quam & in quinque diſtinctiones diviſit. Pro merito hujus voluminis omnis laus inferior eſt, ſine quo nullus jurisperitorum eſſe poteſt quod cu- B pit. Compoſuit & alia quædam. Claruit ſub Hinrico quarto anno Domini 1120.

Hugo monachus Corbeienſis dictus de Follieto, vir in ſcripturis ſanctis veterum lectione dives & eruditus, ingenio pollens & eloquio, non minùs converſatione quàm ſcientiâ venerabilis, nominis ſui famam ſcriptis in poſteros miſit: ſcripſit enim inſigne volumen omnibus cujuscunque etiam religionis Deum timentibus non tam utile quàm jocundum, quod & in quatuor libros diſtinxit, ſicque ſingulos prænotavit: de clauſtro materiali liber unus, de clauſtro ſpirituali alius, de clauſtro animæ tertius, de clauſtro paradiſi quartus; & quædam alia ſcripſiſſe fertur. Claruit Hinrico C quarto Auguſto imperante, anno Domini milleſimo centeſimo viceſimo.

Eckardus primus Abbas monaſterii ſancti Laurentii, quod Vrangia dicitur, in dioceſi Herbipolenſi in Hirſinia ſilva, natione Theutonicus, in Divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſæcularibus literis nulli inter Germanos ſuo tempore doctorum inferior, metrô excellens & proſâ. Scripſit non ſpernendæ lectionis opuſcula, quibus ingenii ſui vivacitatem declaravit, inter quæ ad imitationem Boëtii gemino ſtilo compactum ad inſtructionem & conſolationem monachorum & omnium fidelium Deum timentium valde utile & neceſſarium opus compoſuit, quod & in quinque libros diſtinguens

A *Laternam monachorum* intitulavit. Scripſit & ſermones quosdam elegantes, variáſque epiſtolas ad diverſos compoſuit. Claruit ſub Conrado tertio.

Engelbertus Abbas cœnobii Admontenſis, natione Theutonicus, in Divinis ſcripturis admodum ſtudioſus & eruditus, & converſatione & ſcientiâ reverendus, verbo & exemplo clarus, ſuo tempore magno fuit in pretio. Scripſit autem nominis ſui monimentum relinquens, ſermones elegantes libro uno, de vitiis quoque & virtutibus librum unum, ſed & alia nonnulla opuſcula edidiſſe fertur, quæ non vidi.

Adelfus Abbas, vir in Divinis ſcripturis multâ & longâ exer-
B citatione peritus, regularis obſervantiæ cultor indefeſſus, ut ſe verbo & exemplo ovibus Chriſti ſibi commiſſis utilem poſſet exhibere paſtorem, fertur ad earum utilitatem nonnulla cudiſſe opuſcula, in quibus dives ingenii vena ornatum commendat eloquium, de quibus extant elegantes ſermones ad Fratres libro uno, ſed & contra Sarracenos librum compoſuit.

Guilhelmus Abbas ſancti Theodori, & poſtea, ùt dicitur, monachus Claravallenſis, vir in Divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, vitâ & converſatione inſignis, Conrado tertio Imperium moderante, clarus effulſit. Scripſit autem ſpeculum fidei, ad Theophilum de natura animæ, de contemplando Deo, de natura & di-
C gnitate amoris, de Sacramento altaris, meditationes pro novitiis, contra Petrum Abelardum, in Cantica canticorum imperfectum opus, in epiſtolam Pauli ad Romanos, vitam quoque ſancti Bernardi Abbatis ſcribere incepit ſed morte præventus non perfecit: nam ante Bernardum, dum unum de ejus vita librum complêſſet, moritur; Arnoldus autem Abbas Bonævallis quatuor alios adjecit libros. Sunt, qui dicunt hunc Guilhelmum, cùm adhuc eſſet Abbas ſancti Theodori, vulgatam illam epiſtolam ad Cartuſienſes ſcripſiſſe, cujus initium: *Fratribus de monte orientale lumen*, quæ beato Bernardo â multis aſſcribitur.

Conradus monachus Hirſangienſis cœnobii in confinibus Suevorum, natione Theutonicus Spirenſis diocefis, Divinis humaníſque ſcriptu-

ſcripturis nobiliter inſtructus, philoſophus, rhetor, muſicus & A poëta inſignis, ſub nomine peregrini multa præclara compoſuit opuſcula, in quibus ornata ſententiarum diſpoſitio & venuſti ſermonis cultura nulli veterum inferiorem ſuum declaravit autorem; inter quæ eſt opus dialogorum inſigne ſub nomine Peregrini presbiteri & Theodoræ Deo ſacratæ virginis, quod prænotavit: *Speculum virginum*, & diſtinxit libris octo; ſcripſit & in evangelio per annum, de vita ſpiritûs & fructu mortis libris ſingulis, matriculariúmque libro uno, ſed & de laudibus ſancti Benedicti metricè librum unum, Didaſcolon quoque & muſicam cum thonis, libris ſingulis. Fuit & alius Peregrinus Ordinis Prædicatorum, qui compoſuit ſermones ſecundùm modernorum conſuetudinem ſimpliciſſimo B ſtilo ſub nomine Peregrini, noſtro multùm eloquio inferior & tempore quoque poſterior. Quidquid autem Conradus iſte ſcripſit, Tulianam reſonat eloquentiam, ad quam alius pertingere forſan non potuit.

Arnoldus Abbas Bonæ vallis, beati Bernardi quondam familiaris amicus, vir in Divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, humanorúmque ſtudiorum abunde inſtructus. Is defuncto Guilhelmo Abbate ſancti Theodori, de quo jam ſuprà dictum eſt (qui opus vitæ ſancti Bernardi inchoatum quidem ſed morte præventus inconſumatum reliquit) egregio ſtilo ſancti viri jam defuncti, ſancti ſcilicet Bernardi, vitam conſumavit, quatuórque libros de vita & C miraculis ejus Guilhelmi operi adjecit. Claruit ſub Frederico primo Imperatore.

Richardus Cluniacenſis monachus, vir diſertiſſimus, Frederico primo Imperatore moderante claruit, & varia opuſcula componendo nomen ſuum immortalitati commendavit; & licèt plura de ipſius operibus non inveniantur, hiſtoriarum tamen multorum temporum eleganti ſtilo librum compoſuit; ex quo quidem opere Vincentius Gallus hiſtoricus multa excerpſit; ſermonum etiam diverſorum librum conſcripſit.

Gaufredus Anthiſiodorenſis monachus Petri Abelardi quondam auditor atque diſcipulus, ſed ne etiam fieret imitator erroris, ad

 ma-

A magiſterium beati Bernardi ſe contulit: fuit enim idem Petrus Dia-
lecticus Pariſienſis, natione Gallus, gaudens novitate terminorum
& altiora ſe ſcrutari tenptans, oppreſſus â gloria plures incidit er-
rores, & agente ſancto Abbate Bernardo in Senonenſi conſilio cum
pravis doctrinis ſuis eſt condempnatus; â quo tempore illo ipſo
Petro, ùt fertur, autore Philoſophia ſæcularis ſacram Theologiam
ſuâ curioſitate inutili fœdare cepit. Hys itaque perpenſis, Gaufre-
dus, ne mali contagio inficeretur, ac ex diſcipulo erroris & ipſe
magiſter fieret, ſancto Bernardo adhæſit, ſub cujus diſciplina vi-
vens, doctrinâ & religione clarus, ſcriptis etiam nomen ſuum po-
ſteris manifeſtavit; nam contra præfatum Petrum Aleardum quon-
B dam ſuum magiſtrum & præceptorem librum unum innexit, in
Apocalipſim quoque Johannis commentarium fecit, ſed & plures
epiſtolas compoſuit.

Joachim magnus Abbas, natione Calaber, vir magnæ doctrinæ
& excellentiſſimæ vitæ ac ingenii prope Divini apud Guilhelmum
magnum Regem & Calabros omnes clarus & inclitus habitus eſt,
qui prophetiæ ſpiritu, ùt ajunt, repletus futura quaſi præſentia
diſſerebat. Is aliquando ab Ottone Cæſare interrogatus, quid ſibi
de expeditione Sarracenorum ſperandum eſſet, reſpondit, nondum
adeſſe tempus, quo Jheruſalem recuperari poſſet, itaque Chriſti-
colas non valde proſperaturos. Nonnullis tamen videtur ex con-
C jecturis ſcripturarum illum magis loquutum fuiſſe quàm prophe-
tâſſe: nam & Fredericum Imperatorem tertium hoſtem eccleſiæ fu-
turum ſompniavit, quem omnes novimus usque ad mortem paci-
ficum & Romano Pontifici ſubjectum & fidelem perſeverâſſe. Ve-
runtamen cùm plurimùm eruditus eſſet, nonnullos in ſacris codi-
cibus edidit commentarios, in quibus penè omnibus veluti futu-
rorum præſcius conſuevit miſcere prænoſtica; & primò in Hiere-
miam, in Danielem, in Apocalipſim, libros octo, ad Hinricum
ſextum Imperatorem librum unum, de ſeptem ſigillis librum unum,
pſalterium decem cordarum libri tres, Concordiæ libri quinque, de
quindecim Pontificibus liber unus, de futuris temporibus liber unus,
Epiſtolarum ad diverſos liber unus, alia quoque multa edidit &
maxi-

maximè contra Judæos & alios fidei catholicæ adverſarios; ſcripſit etiam tractatum contra Petrum Lombardum theologum eminentiſſimum, qui in conſilio generali dampnatus eſt, ùt patet in principio decretalium, capitulo: *Dampnamus*. A

Rupertus monachus cœnobii ſancti Remigii in dioceſi Remenſi, natione Gallicus, jugi ſtudio in Divinis humaníſque ſtudiis exercitatus, ingenio clarus & apertus eloquio, Hinrico quinto Auguſto imperante, anno ſcilicet Domini milleſimo centeſimo viceſimo, magno apud ſuos in pretio eſt habitus. Scripſit autem nonnulla ingenii ſui opuſcula, quibus nomen ſuum poſteritati innotuit, è quibus eſt Geſtorum in terra ſancta per Chriſtianos tempore Urbani ſecundi contra infideles, hiſtoriarum liber inſignis, quem in decem B libros ſubdiviſit, incipit autem: *Inter omnes hiſtoriographos.*

Eckenbertus ſecundus Abbas monaſterii ſancti Florini, natione Theutonicus, patriâ Treverenſis, in Divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus exiſtens, magno in pretio apud Germanos ſuos habitus eſt. Hic Eliſabeth ſororem virginem Abbatiſſam æquè ſtudioſam habuit, qui ambo in diverſis monaſteriis in Hircinia ſilva conſtitutis præſidentes, maximis floruerunt virtutibus. Scripſit itaque hic ſanctus Abbas infraſcripta non contempnendæ lectionis opuſcula, è quibus ſubjecta habentur: & primò adversùs hæreſes librum unum, ſuper principio evangelii Johannis librum unum, ſuper *Magnificat*, ſuper *Miſſus eſt*, de obitu ſororis ſuæ Eliſabeth, meditationum quoque & ſermonum per circulum anni, laudes Salvatoris ac epiſtolarum libros ſingulos, alia quoque edidiſſe fertur. C

Helinandus frigidi montis monachus & ipſe in Galliis in agro Belvacenſi & religione & doctrinâ clarus effulſit; qui cùm eſſet vir doctiſſimus, diligenti curâ inter cætera de omnibus rebus geſtis Chronicam perpulcram ab initio mundi usque ad ſua tempora quadraginta octo libris compoſuit, item de reparatione lapſi librum unum, inſuper & ſermones plurimos libro uno, etiam epiſtolarum ad diverſos librum unum conſcripſit. Claruit ſub Hinrico ſexto, anno Domini milleſimo ducenteſimo.

Gili-

A *Gilibertus* Abbas, vir in Divinis ſcripturis ſtudioſus ac egregiè doctus, ætatem ſuam inſignem ſuâ doctrinâ & eloquentiâ reddidit, qui inter cætera ob reverentiam magiſtri & patris ſui Bernardi ſcripſit in Cantica canticorum, incipiens ab illo loco, ubi idem divus Bernardus dimiſerat, videlicet *In lectulo meo per noctes* usque in finem quadraginta ſex ſubtiliſſimos ſermones, & eos omnes uno comprehendit volumine, quod ſic incipit: *Varii ſunt amantium affectus*, & quædam alia edidit.

Adilredus Abbas, vir in ſanctis ſcripturis jugi ſtudio exercitatus, & ſæcularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio mitis, eloquio dulcis, devotione præcipuus. Scripſit ad utilitatem Fratrum ſuo-
B rum nonnulla opuſcula, quibus & illis profuit, & nominis ſui notitiam ad poſteros transmiſit; è quibus extat opuſculum magnæ utilitatis viris religioſis, ſpiritualibus ſententiis refertum, quod *Speculum caritatis* prænotavit, libro uno. Scripſit & in Lucam Evangeliſtam homelias & quædam alia.

Theodericus Abbas, natione Theutonicus, in Divinis ſcripturis ſtudioſus & ſæcularis diſciplinæ haud ignarus, nec minùs converſatione quàm ſcientiâ clarus, Hinrici ſexti temporibus, anno ſcilicet Domini milleſimo ducenteſimo, apud ſuos effulſit. Fertur quædam compoſuiſſe opuſcula, inter quæ reperitur vita ſanctæ Hildogardis virginis, libris quatuor digeſta, incipit autem: *In Roma-*
C *na republica*, quasdam etiam epiſtolas conſcripſit.

Petrus Abbas Cluniacenſis, jugi exercitatione in Divinis ſcripturis doctus, ingenio placidus, eloquio dulcis atque ſermone compoſitus, & ad perſuadendum idoneus, converſatione laudabilis & devotus, ac regularis obſervantiæ zelator egregius, nomen ſuum ſcribendo poſteris notificans, ad utilitatem legentium quædam devota compoſuit opuſcula, de quibus iſta feruntur: Revelationes multorum libro uno, de converſatione heremitica libro item uno, epiſtolarum quoque diverſarum etiam libro uno.

Cæſarius monachus in Heiſterbach, natione Theutonicus, Colonienſis Agrippinæ dioceſis, vir devotus & in regulari diſciplina præcipuus, atque in Divinis ſcripturis ſtudioſus, compoſuit ad inſtructio-

Digitized by Google

ſtructionem novitiorum, quorum inſtitutor erat, ſimplici & aperto ſermone nonnulla opuſcula, quorum lectio ſimplicioribus ac devotis Fratribus non eſt ſpernenda; in quibus eſt opus prolixum de miraculis & viſionibus diverſis ſuo tempore factis in Germania, quod ad imitationem ſancti Papæ Gregorii prænotavit: *Dialogorum de variis*, ac in duodecim libros diviſit, in evangelia etiam Dominicalia libros duos collegit, ſed & in evangelia de Sanctis librum unum, ſermones quoque ad novitios complurimos uno libro contexuit, alia quoque multa ipſum ſcripſiſſe fama eſt, quæ ad meî notitiam nondum venêre. A

Guilbelmus monachus cœnobii divi martyris Dioniſii Pariſienſis, natione Gallus, in Divinis ſcripturis longâ exercitatione peritus, B egregiéque in ſcripturis ſæcularibus inſtructus, ingenio & eloquio clarus, temporum & hiſtoriarum ſcrutator præcipuus, apud Gallos ſuos magno habitus eſt pretio. Is ſcribendo & docendo nominis ſui famam ad poſteritatis notitiam transmiſit: extant inter ejus ſcripta, tria hiſtoriarum volumina, epiſtolæ quoque plures ad diverſos, ſed & commentarios in ſacram ſcripturam edidiſſe fertur.

Gerbardus monachus ſancti Quintini in inſula, in ſcripturis ſanctis ſtudioſus, & jugi exercitatione peritus, in ſæcularibus inſuper diſciplinis ſat inſtructus, promptus ingenio, eloquio ſubtilis. Scripſit poſteris quædam non contempnendæ lectionis opuſcula, è quibus fertur hiſtoria translationis coronæ & partis de cruce Domini, quas C reliquias Ludwicus Franciæ Rex ab Imperatore Conſtantinopolitano ſubſequutus tranſtulit Pariſios. Cæterùm ſcripſit beatæ Eliſabeth Lantgraviæ miracula poſt mortem facta libro uno, ſed & Reſponſoria & cantus de eadem libro altero, & quædam alia. Claruit Rodolpho Imperatore Imperii ſceptra moderante, anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo.

Symon monachus Haffligemenſis, vir in Divinis ſcripturis ſtudioſiſſimus & eruditus, conſilium divi legiſlatoris noſtri Benedicti, quo monachus Divinas ſcripturas amare jubetur, ita convertit in praxim, ut nichil dulcius in hac vita fuerit, quam ſacras literas legere, & ſanctorum Patrum opuſcula ſedulo ſtudio evolvere; unde

in

A in Divinis ſcripturis exercitatus imprimis abbreviavit moralia Gregorii Papæ, libris decem ſingula comprehendens, ſcripſit & in Cantica ſermones libro uno, viſionem item cujusdam converſi, ſermones plures, epiſtolas etiam ad diverſos libris ſingulis texuit; collegit etiam excerpta de ſermonibus beati Gregorii Papæ in Ezechielem, de collationibus quoque ſanctorum Patrum, ex Richardo ſancti Victoris de duodecim Patriarchis & contemplatione, & ex variis varia non ſpernenda.

Guilhelmus monachus ejusdem Haffligemenſis monaſterii, natione Theutonicus, & aliquamdiu in eodem monaſterio Prior, vir in ſcripturis tam Divinis quàm humanis ſtudioſus & exercitatus,
B pedeſtri & ſolutâ oratione valens edidit utroque ſtilo quædam, quibus nomini ſuo dignam memoriam perpetuavit. Extant ejus ſermones non inutiles, viſiones cujusdam monialis, de vita ſanctæ Ludgardis libri ſinguli.

Hinricus de Bruxillis monachus Haffligemenſis cœnobii, Ordinis divi Patris Benedicti in Divinis ſcripturis ſtudioſus, philoſophus & computiſta egregius, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, ſuo tempore longè latéque ob ſcientiæ & honeſtioris vitæ formam celebris innotuit; inſuper quædam ſcribendo etiam nomen ſuum in poſteros transmiſit. Scripſit autem de ratione computi librum unum, Calendarium inſuper de incenſionibus librum alterum, alia quoque
C nonnulla ipſum ſcripſiſſe fama eſt.

Lapus de Caſtellione Abbas ſancti Miniatis, jurisconſultus inter omnes ſui temporis eruditiſſimus, philoſophus ab ineunte ætate philoſophorum diſciplinis imbutus, ingenio præſtantiſſimus, Ludwico Imperatore quarto Auguſto, doctrinâ & ſcriptis clarus effulſit; qui cùm maximæ autoritatis apud doctos haberetur, ſcripſit in ſua facultate quædam opuſcula, de quibus extat opus inſigne ſuarum allegationum; ſuper Clementinas inſuper ſcripſit, & nonnulla alia in ſua facultate compoſuit.

Suericus Abbas Igniacenſis, in ſcripturis Divinis non infimè doctus, ingenio facilis, eloquio dulcis, ad perſuadendum ſatis idoneus, converſatione & religione inſignis. Scripſit ad ædificationem ſimpli-

Digitized by Google

ſimplicium & devotorum Fratrum, quo ſe paſtorem ſuper commiſſum ſibi gregem oſtenderet, nonnulla non contempnendæ ſcientiæ opuſcula, quibus etiam nomen ſuum in poſteros transmiſit, è quibus habentur ſermones utiles per anni circulum de tempore & Sanctis, quos ad Fratrum ſuorum inſtructionem & ædificationem habuit, cum nonnullis etiam epiſtolis, quas in unum librum compegit. A

Martinus Scotus monachus, magnæ doctrinæ & ſingularis vir ingenii, Ludwici quarti tempore Romæ in pretio fuit, & inter cætera brevem hiſtoriam compoſuit, quam *Martinianam* â ſe appellavit; hanc tamen laudem Patres Prædicatores cuidam Ordinis ſui Epiſcopo tradunt, aſſerentes eos falli, qui hunc monachum dicunt fuiſſe Mariani Scoti monachi nominis conformitate, qui etiam chronicam ſcripſit. Sed meum non eſt, omnium ſopire diſcidia: ab infantia enim didici, non debere me in verba jurare magiſtri. B

Bernardus Abbas Caſſinenſis monaſterii, Divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, ſæcularibus quoque diſciplinis aprime inſtructus, ingenio & vitâ clarus, regularis obſervantiæ cultor & propagator inſignis. Scripſit ad ædificationem monachorum quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum celebre poſteris fecit. Sunt autem inter cætera ejus ſcripta: *Speculum monachorum*, in regulam ſancti Benedicti commentarium, de præceptis regularibus, ſermones quoque ad Fratres, libris ſingulis, ſed & quædam alia ſcripſiſſe fertur. Incipit autem commentarius ejus in regulam ſancti Benedicti: *Legitur in proverbiis* &c. C

Clemens Papa ſextus, patriâ Lemonicenſis, Petrus Rogerii antea vocatus, Abbas Fiſcanienſis, ſedit in cathedra Petri poſt Benedictum decimum annis decem, menſibus ſex, in ſcripturis ſanctis eruditus, juris Canonici Doctor inſignis, non minùs converſatione quàm ſcientiâ venerandus, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis ingenii. Edidit quædam præclara opuſcula, quibus vivacitatem ingenii ſui oſtendit, è quibus feruntur ſermones varii liber unus, in canoniſationem Ivonis liber unus, in approbationem Caroli Regis liber unus, collationes multæ libro uno, epiſtolarum

A libro uno. Moritur Avione ſepultus ſub Carolo quarto Imperatore anno Domini 1352, indictione quintâ.

Philippus monachus, Prior monaſterii ſanctæ Mariæ de Anantia in Padua, patriâ Bergomenſis, vir in Divinis ſcripturis admodum ſtudioſus & doctus, ac Ariſtotelicæ Philoſophiæ non ignarus, cùm eſſet ingenio præſtans & ſubtilis. Scripſit nonnulla doctrinæ ſuæ opuſcula, quibus nomen ſuum cum gloria poſteris notificavit: nam & in gymnaſio Pariſienſi magnam eruditionis ſuæ gloriam promeruit. Inter cætera autem, quæ ſcripſit, habetur volumen ingens ſuper æthicam Cathonis, ſed & ſermones multos ſcripſiſſe fertur.

B *Petrus Boberius* Abbas ſancti Aniani, jurisconſultus & ſanctarum ſcripturarum cultor egregius, ingenio ſubtilis, eloquio clarus, monaſticæ diſciplinæ moderator celeberrimus, Caroli Imperatoris quarti ac Innocentii Papæ ſexti temporibus clarus ac magno in pretio fuit. Edidit autem pro Fratrum ſuorum ædificatione quædam opuſcula: cùm enim eſſet decretorum Doctor celeberrimus, regulam ſancti Patris Benedicti novo & inuſitato expoſitionis genere commentatus eſt, omnia illius non ſolùm capitula, ſententias & dogmata, ſed etiam, quod amplioris induſtriæ eſt, verba, conſilia & præcepta juri Pontificio conferens, mirabili ſubtilitate canonibus Patrum approbavit; ſcripſit & *Speculum monachorum*, de C ſignis quoque locutionum, libros ſingulos.

Petrus Berthorii, natione Gallus, patriâ Pictavienſis, Prior monaſterii ſancti Eligii Pariſienſis, vir in ſcripturis Divinis ſtudioſiſſimus & valde eruditus, philoſophus, hiſtoriographus & coſmographus inſignis, Caroli quarti ac Innocentii ſexti temporibus doctrinâ & ſcripto clarus effulſit. Scripſit autem ad Johannem de Pratis Epiſcopum Peneſtrinum, ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalem, magnum & egregium opus, quod in tribus voluminibus jam impreſſum eſt, prædicatoribus ſimplicioribus non inutile, quod dictionarium appellant, ſed ipſe illud prænotare voluit: *Reportorium morale* quoad partem primam, *Reductorium morale* quoad ſecundam, *Inductorium morale* quoad tertiam, quorum librorum

unum-

Digitized by Google

unumquodque tribus libris magnis conſtat, quorum Reductorii moralis una pars omnes libros bibliæ hiſtoriales moraliter complectens impreſſa eſt, & incipit â Geneſi ſic: *Deus in mundi creatione;* ſcripſit & Breviarium hiſtoriarum bibliæ libro uno, Coſmographiam item libro uno, ſermones varios libris duobus. Feruntur ejus ad diverſos epiſtolæ, & parvi quidem ſed multi tractatus. Denique ad inſtantiam Johannis Regis Franciæ Titum Livium in Gallicam linguam transvertit. Claruit anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo. A

Gallus Abbas monaſterii aulæ Regiæ in Bohemia, natione Germanus, vir in ſcripturis Divinis longâ exercitatione eruditus, ac veterum lectione admodum dives, converſationéque regularis vitæ ſpecialiter inſignis, edidit ad Fratrum ſuorum ædificationem dialogum inter patrem & filium grandi volumine, quem prænotavit: *Malogranatum*, ac tres in libros diſtinxit, cujus libri magnus eſt hodie uſus apud religioſos & verè devotos; eſt & conveniens æquè proficientibus & perfectis ùt incipientibus; ſermones inſuper diverſos ſingulari libro compoſuit, quædam etiam alia edidiſſe fertur. B

Johannes monachus Caſtellenſis cœnobii, Eſtetenſis dioceſis, natione Theutonicus, Divinis ac humanis ſtudiis aprime eruditus, theologus, philoſophus & rhetor inſignis, Wenſlay Imperatoris ac Urbani Papæ ſexti temporibus magno in pretio apud ſuos extitit, ingenii ac ſtudii ſui monimenta poſteris relinquens, imprimis opus magnum & clariſſimum in duobus voluminibus partitum, quod ingenti & commendabili ſtudio in regulam ſancti Benedicti edidit; cæterùm Breviarium bibliæ libro uno, ſermones de tempore libris duobus, ſermones de Sanctis libro uno, quadraginta duos ſermones de paſſione Domini libro uno, epiſtolarum quoque ad diverſos librum unum. C

Johannes Abbas monaſterii ſancti Bavonis, natione Germanus, Doctor & Profeſſor Divinarum ſcripturarum egregius, ingenio præſtans ac comptus eloquio, non minùs religioſâ converſatione quàm ſcientiâ literarum inſignis. Scripſit ad inſtructionem monachorum quædam præclara opuſcula, de quibus eſt opus, quod

A prænotavit: *De eſu carnium* libro uno, declarationes quoque in
regulam libro uno, quæſtionéſque ſententiarum libro uno, varios
præterea & multiplices fertur ſcripſiſſe tractatus.
Philippus monachus monaſterii Otterburgenſis, dioceſis Wor-
matienſis, natione Theutonicus, vir in Divinis ſcripturis ſtudioſus,
diuturnáque exercitatione doctus, edidit pro legentium ædificatio-
ne quædam non contempnenda volumina, quibus ingenium ſuum
probè exercitans, etiam nominis ſui memoriam in poſteros trans-
miſit. Inter ea autem, quæ edidit, eſt imprimis opus præclarum
& inſigne in Cantica canticorum, ſermones inſuper de tempore,
ſermones quoque de Sanctis, ac epiſtolarum ad diverſos, libris ſin-
B gulis.
Nicolaus monachus cœnobii ſanctæ Crucis in Auſtria, natione
Germanus, in Divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, ac veterum
lectione dives admodum, ſcribendo quædam opuſcula nominis ſui
gloriam poſteris notificavit. Scripſit autem opus non abjiciendum
in laude beatiſſimæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ, prædicatori-
bus utile, quod prænotavit imaginem ſanctæ Mariæ, libris tribus,
ſermones quoque varios libro uno.
Laurentius Juſtinianus, natione Venetus, Cæleſtini Ordinis &
Venetorum poſtea Patriarcha, vir in Divinis ſcripturis ſtudioſus &
eruditus, moribus & vitâ inſignis, Roperti Regis Romanorum tem-
C poribus, anno ſcilicet Domini milleſimo quadringenteſimo decimo
clarus & illuſtris extitit. Is cùm divitias & honores hujus mundi
habere quàm maximas potuiſſet, omnia pro Chriſti amore con-
tempnens ſub beatiſſimi Patris Benedicti regula militare maluit, ac
pro Chriſti amore laboribus fatigari, quàm hujus breviſſimæ vitæ
tempus mundi pompis & gloriâ temporali extolli. Ingreſſus ita-
que Ordinem præfatum magnâ religione & abſtinentiâ claruit, ac
ad ædificationem ſimplicium devotiſſima opuſcula edidit; habentur
autem hy ſubſcripti: lignum vitæ, de diſciplina monaſtica, de con-
nubio Verbi & animæ, de agone Chriſti, de interiori conflictu, de
complanctu eccleſiæ, de Sacramento altaris, de vita ſolitaria, de
contemptu mundi, de ſermone Domini in cœna, de officio paſto-
rali,

Digitized by Google

rali, de obedientia quoque, de gradibus perfectionis, ſermones Quadrageſimales, libris ſingulis. Sepultus eſt Venetiis in eccleſia cathedrali, ad cujus tumbam multa miracula divinitus fiunt; ejus vitam Bernardus Juſtinianus nepos ipſius luculentâ oratione deſcripſit. A

Petrus de Roſenhem monachus Mellicenſis cœnobii in Auſtria, natione Theutonicus, vir in Divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, in Ariſtotelica quoque diſciplina ſatis doctus philoſophus & poëta præcellens, ingenio promptus & clarus, edidit tam carmine quàm proſâ non abjicienda opuſcula, inter quæ extat opus haud ignobile metro compoſitum, perſuadente Nicolao Dinkelſpule Wenenſis gymnaſii in Auſtria Rectore, viro literatiſſimo, ad Dominum Brandam Cardinalem ſancti Clementis legatum Apoſtolicum in Auſtria ſuper totius bibliæ capita, quod prænotavit: *Roſeum memoriale Divinorum* libro uno, hiſtoriam quoque temporum notabilem libro uno, ſermones inſuper varios libro item uno. Claruit tempore Conſilii Conſtantienſis anno Domini milleſimo quadringenteſimo viceſimo. B

Anthonius de Parma Ordinis Camaldulenſium Prior generalis, Divinis humaníſque ſtudiis aprime eruditus, ingenio excellens, eloquio compoſitus, in declamandis ſermonibus ad populum ſatis idoneus, ſub Sigiſmundo Imperatore tempore conſilii Conſtantienſis (in quo cum cæteris viris præcipuis & ipſe unus interfuit) claruit. Scripſit autem ad directionem prædicatorum verbi Dei nonnulla præclara opuſcula, quibus nominis ſui ac doctrinæ præconia in poſteros transmiſit, inter quæ reperiuntur ſermones de tempore, ſermones de Sanctis, ſermones per Quadrageſimam, libris ſingulis. C

Ambroſius Etruſcus, patriâ Florentinus, Camaldulenſis Ordinis generalis Abbas latinè græcéque ac philoſophiæ apprime erudítiſſimus, Conſtantienſis & Baſilienſis conſiliorum temporibus claruit, ac maximo apud omnes, ſpecialiter tamen ſummum Pontificem Eugenium habitus eſt. Is Criſoloræ Biſântini philoſophi græcas literas apud Venetias docentis quondam auditor fuit, ac philoſophus,

rethor

A rethor & ſolemnis theologus evaſit. Is fuit nuntius & orator Eugenii Papæ ad conſilium Baſilienſe, ubi pro eo ſolempnem orationem habuit ad Patres; ſed & in conſilio Florentino doctrinâ, eloquentiâ & ſanctimoniâ inſignis apud omnes habitus eſt. A puero autem orſus eſt ſcribere & in monaſterio Angelorum Florentiæ, ubi factus fuerat monachus, & in Generalatu multa conſcripſit, plurima verò â græco in latinum tranſtulit, in quibus ſuam elegantiam & ingenii vim perpulcre oſtendit. Quæ autem edidit, hæc ſunt: epiſtolarum ad Romanos Pontifices & ad alios, libros XVIII, commentaria de rebus in Generalatu â ſe geſtis libros duos, orationes plurimas & in conſilio Baſilienſi & alibi habitas; è græco vero in latinum tranſtulit primò Diogenem Laertium, de moribus & vita philoſophorum libros decem, opera Dioniſii Areopagitæ cum epiſtolis libri quatuor, Baſilium de integritate virginitatis & de monachorum vita, Gregorii Nazanſeni vitam, Anaſtaſium adversùs gentes, Johannis Criſoſtomi vitam, Johannem Criſoſtomum ſuper Matthæum omelias XL, item ejusdem Johannis Criſoſtomi libros de diverſis materiis, Johannem Climachum de gradibus quadraginta, vitas ſanctorum Patrum Ægipti, vitam ſanctæ Eugeniæ virginis, vitam & paſſionem ſanctorum Prothi & Iacinti, librum de paradiſo, ſermones ſancti Effrem Syxti XX, epiſtolas ad Olimpiadem quatuor, atque Cronicam montis Caſſini, & multa alia compoſuiſſe ac è græco in latinum tranſtuliſſe dicitur.

Hinricus Gulpen Abbas monaſterii ſancti Ægidii in Norenberga, natione Theutonicus, jureconſultus inſignis, tam Divinis quàm humanis ſtudiis eruditus, nec minùs religioſâ converſatione quàm ſcripturarum ſcientiâ venerandus, cujus ingenii promptitudinem & conſilii providentiam Johannes Nider in ſuo de formicis opuſculo commendat expertus. Scripſit eleganter ſuper ſeptem diſtinctionibus, de pœnitentia & remiſſione in decretis librum unum, ſuper de conſecratione ibidem librum unum, ſed & de paſſione Domini librum unum, & quædam alia. Claruit in conſilio Conſtantienſi perſonaliter, cùm adhuc ſæcularis eſſet, artium magiſter & juris ſtudens.

Nico-

Digitized by Google

Nicolaus Abbas Siculus Monacenſis cœnobii, patriâ Cathanenſis, dictus de Tudeſchis, Pontificii juris ac Philoſophiæ eruditiſſimus, conſilii Baſilienſis tempore clariſſimus fuit, qui apud Senam Ethuriæ urbem Pontificium jus optimè docuit; factus eſt autem primò Auditor cauſarum Domini Papæ, poſtea Panormitanus Archiepiſcopus & demum ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis, jureconſultus omnium celeberrimus; & quia erat ingenii eminentiſſimi vir, præclariſſima monimenta eo in jure poſt ſe dereliquit; unde & decretales omnes plurimis voluminibus, & eisdem egregiis declaravit; decretorum verò libros cum commentare cepiſſet, morte præventus rem tantam imperfectam dimiſit. Scripſit ſuper Clementis librum unum, pro conſilio Baſilenſi librum unum, extat proceſſus ejus judiciarius libro uno, conſilia quoque centum quatuor libro uno, ejus præterea extant diſputationes & repetitiones plurimæ. Claruit in conſilio Baſilienſi perſonaliter anno Domini MCCCCXXXV, & pro auctoritate ipſius conſilii coram Principibus in Franckfordia præfatum Tractatum publicè legit, & elegantem orationem ibidem habuit. A B

Hermannus monachus de Campo, natione Alemannus, patriâ Weſtphalus, in Divinis ſcripturis ſtudioſus & apprime eruditus, & tam in jure Canonico quàm in Philoſophia Ariſtotelica egregiè doctus; cùm eſſet ingenio promptus, ſcripſit quædam exercitii ſui causâ, in quibus maximè pro defenſione conſilii Baſilienſis non mediocriter laboravit; è quibus extat liber *De vocibus diffinitivis* prænotatus, item de poteſtate Papæ & Concilii liber unus, de ſciſmate quoque liber unus, de neutralitate liber unus. Claruit tempore conſilii Baſilienſis anno Domini 1440. C

Andreas de Trajecto natione Theutonicus, Spanemenſis cœnobii monachus, quod ſitum eſt in finibus dioceſis Maguntinæ inter Rhenum & Hirſiniam ſilvam, quæ Saonus dicta Treverim versùs ad Occidentem extenditur, vir certè ſtudioſus & in Divinis ſcripturis eruditus, ingenio præſtans & eloquio clarus, ſcripſit tam metro quàm proſâ non abjicienda opuſcula, inter quæ ſunt: Soliloquium hominis ad Deum, de profectu virtutum, de abſtinentia carnium,

de

A de uſu floccorum, epiſtolarum ad diverſos collationes variæ, carmina & rithmi, libri ſinguli, & quædam alia brevia. Claruit in præfato monaſterio ante introductionem reformationis noviſſimæ anno Domini 1445.

Johannes Rode Abbas monaſterii ſancti Mathiæ Apoſtoli extra muros Treverenſes, natione Theutonicus, patriâ Treverenſis, in Divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in jure Canonico egregiè doctus, moribus & converſatione devotus & regularis obſervantiæ inſtaurator celeberrimus, ex cujus labore & fundamento noviſſima Ordinis noſtri reformatio in Germania cepit. Hic quondam operam literis in Heydelbergenſi gymnaſio dedit, ubi ſacræ B Theologiæ Baccalaurius & Canonum Licentiatus doctiſſimus evadens, mente & corpore mundum jamjam contempnere videbatur; factus deinde Metenſis eccleſiæ Canonicus & ſancti Symeonis Decanus atque curiæ Treverenſis Officialis, omnia pro Chriſti amore contempſit, & Ordinem Carthuſienſem extra Treverim, cunctis mirantibus, intravit, & poſt aliquot annos Prioratûs officium (licèt renuens & invitus) ſuſcepit. Cernens autem Otto Treverenſis Archiepiſcopus virum illum eſſe doctum, expertum & zeloſum, auctoritate ſummi Pontificis de Carthuſia extractum, in præfato monaſterio Abbatem conſtituit, & per eum multa cœnobia in ſua dioceſi reformavit; ipſe etiam auctoritate Baſilienſis conſilii reformatio- C nem magnificè dilatavit. Scripſit autem pro reformatione monachorum Conſtitutiones utiles libro uno, de qualitate quoque Abbatis librum unum, & quædam alia. Moritur ſub Alberto Imperatore & Eugenio Papâ quarto, indictione ſecundâ, primâ die menſis Decembris.

Johannes Abbas monaſterii Nivicellenſis, in ſcripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, in jure quoque Canonico nobiliter admodum doctus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, ſcripſit multa & diverſa ingenii ſui opuſcula, quibus memoriam celeberrimi nominis ſui ad poſteros cum gloria transmiſit, de quibus extant ſubjecta: Sermones de tempore & Sanctis, tanta ſubtilitate per figuras & varia rithmatica conſonantia compacti, ut ne dicam ſimpliciores quique, ſed

&

Digitized by Google

& doctiores in ipſis cœcutiant & ingenium tanti viri admirentur magis quàm capiant; habent autem ne in ſingulis quidem membris, ſed in omnibus penè verbis Canonici juris probationes & quotarum ex decretis allegationes. Scripſit & inſigne & præclarum opus, quod *Bibliæ & Canonum concordantias* prænotavit, ſed & diverſas epiſtolas & quæſtiones varias compoſuit cum quibusdam aliis. A

Nicolaus Doms, natione Theutonicus, ſæcularium literarum ſtudioſus & eruditus, Divinarúmque ſcripturarum haud ignarus, philoſophus & mathematicus inſignis, Coſmographiæ Ptolomæi vigilantiſſimus inſtaurator, ingenio præſtans & clarus eloquio, ſub Frederico Imperatore tertio, Pióque & Paulo Romanorum Pontificibus magno fuit in pretio. Scripſit autem quædam, quibus nominis ſui gloriam comparavit, è quibus extat opus mirandum & celeberrimum cum picturis & elegantiſſimè â novo ordinatis tabulis diligentiſſiméque correctis in Coſmographiam Ptolomæi ad Paulum Papam ſecundum libri octo, de locis quoque mirandis; cæterum epiſtolas varias & diverſas cum quibusdam aliis tractatibus compilavit. B

Conradus de Rodenbergh natione Theutonicus, Abbas monaſterii ſancti Johannis Babtiſtæ Rinaugienſis Maguntinæ dioceſis, vir devotus & eruditus, & regularis obſervantiæ cuſtos & amator præcipuus, qui antea multis annis apud ſanctum Mathiam Apoſtolum Treveris, & divum Martinum Coloniæ Prioris geſſit officium; cùm eſſet beatæ ſemper Virginis Mariæ ardentiſſimus amator, ſcripſit in ipſius honorem aperto ſermone celeberrimum volumen, ſumptâ de ſingulis membris ejus ſub tipo botri materiâ laudis, cui aptiſſimum titulum impoſuit de vinea Domini Sabaoth, incipit: *Fundamenta ejus in montibus;* ſcripſit & exercitium novitiorum, de præparatione ante miſſam, de ruina Ordinis orationem, de cauſis ruinæ orationem, de cura paſtorali orationem, & varias collationes in capitulis, libris ſingulis. Moritur autem ſub Frederico Imperatore tertio & Innocentio Pontifice octavo, anno Domini 1486, indictione quartâ, octavâ Calend. Januarii. C

Conradus Leontorius vulgariter de Leonberg, natione Theutonicus,

A nicus, monachus cœnobii Mulbronnenſis, vir in Divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, in ſæcularibus quoque diſciplinis egregiè doctus, philoſophus, orator & poëta non abjiciendus, trium, ùt ferunt, principalium linguarum peritus, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio, Maximiliani Romanorum Regis temporibus clarus effulſit. Scripſit metro & proſâ nonnulla opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit; inter alia ſcripſit volumen epiſtolarum ad diverſos libro uno, orationes varias libro uno, carmina multa libro uno.

Jheronimus natione Bohemus, patriâ Pragenſis, Ordinis Camaldulenſis, vir apprime ſacris literis eruditiſſimus atque linguâ diſſertiſſimus, & vitæ munditiâ atque ſingulari facundiâ & apud Po-
B lonos & alibi, atque Baſilienſem ſynodum admodum clarus & inſignis effulſit; qui primùm cùm annis viginti in Camaldulenſi heremo pœnitentiam egiſſet, in Bohemiam tandem patriam ſuam tranſivit, ubi poſt exortum Huſſitanorum hæreſis peſtiferum virus, ne tanto inficeretur morbo, in Poloniam tranſivit, ubi literis â Latislao Rege commendatitiis receptis, videlicet prædicandi ſacrum evangelium, primùm in Lituaniam penetravit, ibidem autem cùm multos populos, ipſius etiam Principis favore fretus, ad Chriſtum convertiſſet, etiam alios per provinciam ipſam populos adiit, qui vana & varia excolebant portenta; & inter cætera quoſdam, qui ſacram colebant ſilvam, invenit; quam demum ſuccidere juſſit, af-
C firmans omnia fore dæmonum illuſiones; verùm cùm quidam eorum obdurati ad Principem conqueſturi acceſſiſſent, ipſe Princeps populi tumultum veritus, Hieronimum ipſum juſſit ex provincia diſcedere, pro quo in Germaniam concedens ad Baſilienſe conſilium & quæ geſſerat, Patribus ſeriò narravit. Fertur aliqua ſcripſiſſe, ſed ad me nondum venêre.

Wernerus Abbas monaſterii beati Blaſii Epiſcopi in nigra ſilva in dioceſi Conſtantienſi, vir in Divinis ſcripturis apprime doctus, in ſæcularibus quoque diſciplinis ſatis literatus, diſertus & gravis eloquio, ingenio præſtans & ſubtilis, clarus effulſit, & nominis ſui famam in poſteros diverſa ſcribendo transmiſit. Scripſit autem poſtillas ſingulari induſtriâ ſuper evangelia Dominicalia per totum an-

Digitized by Google

annum, miſcens intermixtim innumeros penè diverſarum materiarum ſermones ſtilo venuſto & eleganti, grandi volumine ſed bipartito, quem librum deflorationum intitulavit. De cæteris ſuis ſcriptis adhuc nichil repperi. A

Christophorus personâ Romanus, ſanctæ Balbinæ Prior, Ordinis ſancti Guilhelmi monachus, eruditiſſimus ac ſtudioſiſſimus vir, græcæ latinæque linguæ peritus, quippe qui ab adoleſcentia in Græcia profectus, â præceptoribus græcis eruditus ita egregiè inſtructus evaſit, ut græcus omnino diceretur. Is cùm ingenio admodum ſubtilis eſſet, Origenem contra Celſum philoſophum ad Sixtum Pontificem in latinum vertit, ſermonéſque divi Johannis Criſoſtomi morales quinque & viginti ad Cardinalem Reverendiſſimum ſancti Marci latinos fecit, Anaſtaſii quoque Alexandrini quædam opuſcula cum aliis quibusdam latinis legenda contulit; ſcripſit & ad diverſos epiſtolarum librum atque alia quædam. Obiit Romæ ex peſte anno Domini 1486. B

Johannes Tritbemius natione Theutonicus, monaſterii ſancti Martini in Spaenheim Abbas, vir certè in omni doctrina ſolemniſſimus, Maximiliani Regis temporibus clarus effulſit, trium principalium linguarum peritus, multa ſcripſit, & nomen ſuum æternâ memoriâ dignum effecit. Hic apud omnes Germanos, maximè Ordinis ſui monachos ſummo in pretio fuit; ſcripſit autem imprimis ex mandato præſidentium ſui Ordinis abbreviaturam ſtatutorum generalis ipſorum capituli librum unum, de viſitatione monachorum, de modo ſervandi capitulum, libros ſingulos, in regulam ſancti Benedicti libros duos, exhortationem ad monachos libros duos, de tenptationibus libros duos, de vita ſacerdotum, de vitio proprietatis, de miſeria hujus vitæ, de ruina Ordinis ſanct. Benedicti libros ſingulos, de illuſtribus viris Ordinis ſancti Benedicti libros quatuor, laudes Ordinis Carmelitarum libris duobus, de laudibus ſcriptorum, de luminibus Germaniæ, de ſancta Anna, de vulpeculis religionis, de triplici regione clauſtralium; collationes verò tam in capitulis generalibus quàm in obſervantialibus vel aliàs habitas ſinè certo numero conſcripſit, ſed & exemplo divorum Pa- C

Digitized by Google

A trum Jheronimi, Gennadii, Honorii presbiteri Auguſtudunenſis, & Sigiberti monachi Gymblicenſis illuſtrium virorum ſive de ſcriptoribus eccleſiaſticis librum collegit, & multa alia ſcripſit & ſcribit: vivit enim usque in præſens, cepto præſtans in opere. Hic optimus & eruditus Pater tanta ſcripſit, ut niſi maxima affuiſſet gratia, mirari quisque poſſet, unde eidem Paſtori inter diverſa (ne ſui ipſius monaſterii ſed totius Ordinis vel unionis) negotia id otii pervenire potuerit; ideo aſſiduis licèt obrutus occupationibus, tamen ut ex ipſius opuſculis à ſe editis comprehendere poſſumus, ſemper aliquid aut legit aut ſcribit.

Bernardinus Gadolus Brixianus Camaldulenſium Ordinis Abbas,
B vir apprime bonarum literarum & philoſophiæ ac juris Canonici eruditiſſimus hoc noſtro ævo & vitæ ſanctimoniâ & eloquentiâ ac doctrinâ multo habetur in pretio, cujus virtus & eruditio plurimi faciendæ ſunt, qùod propriâ virtute & non favore, non fortunâ ſed ſuâ vigilantiâ atque induſtriâ ad magnum eruditionis & eloquentiæ faſtigium pervenerit: is enim â teneris annis literis operam dedit, deinde ipſis non contentus, ut Pontificii juris doctrinam aſſequi poſſet, in Patavino gymnaſio (ut ita dixerim) ſe divitum ſervum fecit, in quo ex ingenii ſui magnitudine brevì tantùm profecit, ut paucos admodum invenerit doctiores. Factus demum monachus ita ſtudiis Divinarum ſcripturarum ſe contulit atque in eis-
C dem quidem usque pervenit, ut ſiquis eruditiſſimorum virorum â mortuis reſurgeret, nec doctiore nec elegantiore facundiâ aut doctrinâ uſurus videretur. Hic itaque ſollertiſſimus vir multa compoſuit, in quibus ſe eruditiſſimum oſtendit, & primùm in omnibus bibliæ libris Canonicis & non Canonicis, in quibus profectò multùm inſudavit; item de fugiendo ſæculo & amplexanda religione tractatum unum, contra ſuperbiam atque ambitionem librum unum, opera etiam divi Jeronimi penè innumerabilia pluribus voluminibus in ordinem redegit; extant & ipſius ſermones & epiſtolæ multæ, & quædam alia.

FINIS.

IN-

INDEX
RERUM ET PERSONARUM.

Numerus denotat paginam; A, B vel C literam marginalem & locum paginæ.

A

Abbates Lieſbornenſes. *Vide infra* Lieſborn.
Abbatiſſæ olim Lieſbornenſes. 753 A &c.
Abdinckhoff monaſterium fundatur Paderbornæ 241 B. 252 B.
Academia Colonienſis inchoatur. 467 A.
Pragenſis transfertur Lipſiam. 490 C.
Roſtochii incipit. 501 B.
S. Adalbertus Hungarorum Apoſtolus. 221 B.
Adam ſcript. Bened. 813 A.
Adamanus ſcript. Bened. 784 B.
Adelboldus ſcript. Bened. 805 C.
Adelheidis à Berengario carceri mancipatur. 196 A B.
Adelinus ſcript. Bened. 784 C.
Adelphus ſcript. Bened. 822 B.
Adilredus ſcript. Bened. 826 A.
Adolphus Imper. 381 B.
Adrenaldus ſcript. Bened. 800 B.
Adrianus PP. IV. contra Fridericum Barbaroſſam Imp. & econtra. 318 B. &c. 333 B.
Advocatia eccleſiæ Monaſt. vindicatur. 321 A.
prætenditur à Comitibus de Tecklenburg &c. 328 C.
ab ea liberatur eccleſia S. Lamberti & in Billerbeck. 371 B.
eccleſiæ Paderbornenſi reſignatur. 333 A.
Æthiopes unde. 7 C.
Africæ deſcriptio. 4 A.
Agapitus PP. II. 197 A.
Ahaus caſtrum incorporatur eccleſiæ Monaſt. 477 A B.
oppugnatur. 535 B C.
renovatur. 507 C.
in Ahlen eccleſiæ parochiales incorporantur monaſterio in Cappenberg. 314 C.
Ahlen civitas munitur. 374 C. 553 B.
ibidem judicium recuperatur. 507 B.
Alaramus fit primus Montisferrati Marchio ac deinde Italiæ gubernator. 216 A &c.
Albertus magnus. 374 B.
Albertus Marchio Babenburgenſis dolo Epiſcopi Moguntini capitur & decapitatur. 187 B C
Albertus Marchio Brunſwicenſis. 314 A. 381 C.
Albertus Imp. 381 C.
occiditur. 388 A.
Albertus Rom. Rex. 515 C. 516 A B C.
ejus obitus & ſepultura. 520 B C.
Albertus Floriacenſ. ſcript. Bened. 800 B.
Albertus Lobienſ. ſcript. Bened 804 C.
Albertus Metenſ. ſcript. Bened. 809 A.
Albigenſes hæretici. 343 B.
eorum errores. 344 A.
Albo ſcript. Bened. 803 C.
Alcuinus vel Albinus, Caroli M. præceptor. 130 C. 131 A. 788 C.
Aldesleven Comitatus appropriatur eccleſiæ Magdeburg. 214 B.
Alexander PP. IV. 370 C, V. 491, VI. 579 C.
Alexander Rex Macedo. 27 A.
Algerus ſcript. Bened. 808 C.
Almannus ſcript. Bened. 797 A.
Alphanus ſcript. Bened. 807 C.
Alſatiæ Dux Hermannus. 228 C.
Altenberg monaſter., ibidem Bruno Archiep. Colon. fit monachus. 341 A.
Amadæus Sabaudiæ Dux antipapa. 517 C. 519 B C.
Ambroſius Ansbertus ſcript. Bened. 799 B.
Ambroſius Etruſcus ſcript. Bened. 833 C.
Ammonius ſcript. Bened. 804 A.
Ampulla Rhemenſis. 76 B.
Andreas de Trajecto ſcript. Bened. 835 C.
Angaria, quæ & ubi ſit. 327 A.
incorporatur diœceſi Colon. ibid.
in ea collegium à Widekindo fundatum. 127 B. Item à S. Mechtilde 195 B.
in ea caſtrum à Carolo M. expugnatur 119 C.

Ange-

Angelonius ſcript. Bened. 793 B.
Angli Saxones. 70 A.
Angli fiunt Chriſtiani. 73 A. 82 A.
unde ſic dicantur 71 A B.
Anglia occupatur à Saxonibus. 70 B.
ab eisdem devaſtatur. 72 A &c.
Angliæ Epiſcopi quidam: Birinus, Agilbertus, Vini, Eleutherius, Heddi. 80 C. Finanus 84 B. Wilfridus 86 B.
Angliæ Reges aliquot: Vitigernus 70 B. Cinigilſus 82 A. Coynualgus 82 B Catuala 83 A. Oſwinus 84 A. Sebbi ſanctæ vitæ 86 A. Egfridus 86 B. Richardus 332 C. Eduardus 407 A. 410 A. Henricus 487 C. Eduardus 567 B.
Angliæ Regis perſecutio in Clerum 416 A.
ab Anholt Comes Sigismundus 480 B.
S. Anno 258 C &c
fuit præceptor Henrici IV. Imp. 259 A. 265 C.
fundavit 5 monaſteria ibid.
contra eum rebellio Colonienſium civium 259 B.
ejus juſtitia 260 C.
Anſegiſus ſcript. Bened. 795 C.
S. Anſelmus Epiſc. 814 B.
Anſelmus ſcript. Bened. 809 C.
Antonius de Parma ſcript. Bened. 833 B.
Apoſtoli primi in Saxonia & Friſia 89 B. 91 B.
Aquisgrani extruitur eccleſia à Carolo M. 138 A. 145 A.
ibidem SS. reliquiæ 138 B.
illuc ſingulo ſeptennio peregrinatio ob SS. reliquias 148 A &c.
ibidem Synodus 155 B. 156 B.
ibidem Præpoſituræ collator Dux Juliacenſis 378 C.
Arbor denſa ſervit pro caſtro. 148 A.
Argentinenſis Epiſcopatus fundatur. 229 C.
Arnheim civitas. 536 A.
Arnoldus hæreſiarcha 328 A.
Arnoldus ſcript. Bened. 823 B.
Arnsberg Comitatus ad eccleſiam Colon. devolvitur. 327 C. 444 B C. 767 A.
ab Arnsberg Comites: Fridericus. Hujus cum Epiſcopo Colon. diſſenſio. 277 A. Item cum Monaſter. 303 B. Godfridus 409 C.
Arnulphus Imp. 177 B.
moritur vi morbi pedicularis. 177 C. 179 A.
ab Aſchelebroock Joannes. 502 B.
Aſchendorp civitas. 508 A.
Aſiæ deſcriptio. 3 B.
Aſſyriorum regni initium. 8 A.
regnum. 18 C.
Monarchia. 17 C.
Auguſta Vindelicorum civitas unde ſic dicta. 622 B C.
Auguſtus Roman. Imper. 33 B.
ejus obitus. 45 B.
Aurea bulla. 226 B.
Auri Germanici ſacra Romanorum fames 410 B 439 C. 440 A. 443 B. 472 B C. 473 A. 587 A. 605. C. 621 A. 653 B &c. 670 A &c. 767 A.
Auſtria duplex eſt. 80 C.
Auſtriæ Duces aliquot: Henricus. 314 C. 421 B. Ludolphus. 343 B. Albertus 383 A. Fridericus 404 C. 405 A. &c. Maximilianus 575 B 576 C 577 B &c.

B

Babenberg. *Vid.* Bamberg.
unde nomen habeat. 236 B. 237 A.
Bacchanalia Archiepiſcopo infauſta. 465 A.
Baculus Abbatialis Abbati Liesborn. primùm traditus. 763 B.
Bambergæ civitatis encomium. 237 A &c.
ejus eccleſia fit cathedralis. 257 A.
Bambergenſis Epiſcopatus fundatur. 229 C. 237 B.
Bambergenſes Epiſcopi quidam: Everardus 235 B. Bernardus 249 Swederus, poſtea Papa. 255 B. 257 A. Hermannus 266 A.
Bardewicum civitas. 125 C.
devaſtatur. 7 B. 333 C &c.
Barenſis ſit Merchio. 436 A.
Baruch Principis Hamburgenſis perſecutio in Chriſtianos. 157 B &c.
S. Bartholomæi corpus transfertur Romam 215 B. 218 B.
Baſileenſe Concilium. 517 B &c. 769 B.
Bavariæ Duces aliquot: Arnoldus. 190 B. 188 B. Henricus 189 C. 209 C. 215 C. 219 A. Henrici diſſenſio cum Imp. 314 A. Albertus 518 B. 521 B.

Beckum

Beckum oppidum fundatur. 374 C.
ibidem recuperatur judicium. 507 B.
Beda venerabilis presbyter. 785 C.
Bellum inter Thuringos & Saxones. 29 A &c.
inter Pipinum & Saxones. 99 A.
inter Carolum M. & Saxones. 101 & ſeq.
inter Ottonem II. & Danos. 215 C.
inter Imper. & Imperii Principes. 289 B &c.
duplex eâdem die inter Saxones & Regem. 291 A.
varia inter Saxones. 330 B &c.
inter Regem Daciæ & Ducem Luneburg. &c. 362 A.
inter Friſios & Epiſcop. Bremenſ. 362 C &c.
inter Colonienſes & Archiep. Conradum. 363 C &c.
graviſſimum inter Bohemiæ & Hungariæ Reges. 369 C &c.
inter Colonienſes & Archiep. Engelbertum. 372 A &c.
inter Comitem Juliacenſem & Engelbertum Archiep. Colon. 374 A.
inter eundem Comitem & Succeſſorem Engelberti. 378 C.
inter Geldriæ Comitem & Brabantiæ Ducem. 380 A.
inter Comitem Marchiæ & Wichboldum Archiep. Colon. 381 C.
inter Ordinem Teutonicum & Regem Poloniæ. 392 C &c.
inter Holſatiæ Comites & Friſios. 404 A.
inter Ludovicum Imper. & Fridericum Auſtriæ Ducem. 405 A &c.
inter Eduardum & Philippum Angliæ & Franciæ Reges. 407 A B. 410 A.
inter Weſtphalos & Comitem Marchiæ. 417 A.
inter Leodienſes & proprium Epiſcopum. 425 B.
inter Eduardum & Joannem Angliæ & Franciæ Reges. 434 C.
inter Brabantiæ & Juliæ Duces. 447 A.
inter Epiſcopos Magdeburg. & Hildeſ. 456 C.
inter Comites Lipp. & Tecklenb. 464 C.
inter Epiſcop. Monaſt. & Comitem Marchiæ 465 C.
Bellum inter Francos & Ducem Juliæ. 466 C.
inter Comitem Marchiæ & Archiep. Colon. 468 C.
inter Ottonem Epiſc. Monaſt. & Comitem de Steinfurt. 471 B &c.
inter Turcas & Chriſtianos. 474 A.
inter Clivenſem & Montenſem Duces. 474 B
inter Bernardum de Lippia & Henricum Ducem Luneb. 483 C.
inter Ottonem Epiſc. Monaſt. & Henricum de Solmis. 485 A &c.
inter corvos & falcones. 488 B C.
inter formicas. 489 A B.
inter Francorum Regem Carolum & Philippum Burgundiæ Ducem. 87 B C. 523 C.
inter Epiſcopos Colon. & Paderb. 493 C &c.
inter Theodericum Archiep. Colon. & Suſatum, à 500 B uſque 830 C. item 679 & ſeq.
inteſtinum Monaſterienſe. 513 B &c. item 728 & ſeq.
inter Comites Lipp. & Tecklenb. ratione caſtri Rhedæ. 514 C.
inter Comites Oldenburgenſes 559 A.
inter Clivenſem & Geldriæ Duces. 563 A. 567 C. 599 B C. 618 C.
inter Ludovicum Galliæ Regem & Maximilianum Auſtriæ Ducem. 577 B. 580 A.
inter Mathiam Hungariæ Regem & Turcas. 577 B.
enorme contra Wilhelmum Ducem Brunſwicenſ. 5 0 C &c.
atrox inter Geldriæ Ducem & Trajectenſes. 626 B &c.
inter Moſcoviæ Ducem & Poloniæ Regem. 643 A &c.
graviſſimum in territoriis Mindenſi, Hildeſ. &c. 674 A &c.
S. Benedictus & ejus Ordo. 77 A B. 776 C &c.
S. Henricum miraculosè à calculo liberat. 241 A.
an omnes Epiſcopi Monaſt. uſque ad Hermannum I. fuerint Benedictini? 252 C
Benedictinorum congregatio S. Juſtinæ. 496 B.
Benedictus PP. XII. 407 A.
antipapa. 497 C.
Benedictini ſcriptores. Vid Script. Bened.
Benedictus ſcript. Bened. 784 C.

Bene-

Beneficia indignis collata. 472 C. 672 A B.
Benno II. Epiſc. Oſnabr. ejus electio 273 C.
extruit monaſterium in Iburg. 268 B, 270 C. item evictâ cum ruſticis lite caſtrum ibidem. 270 C.
vindicat reſtitutionem decimarum. 271 C.
ejus obitus & ſepultura. 273 C.
ejus reliquiæ. 275 B.
de Bentheim Comes Everwinus. 541 C.
Bercks oppidum. 576 B.
Berengarius I. Imper. 179 C. 183.
Berengarius II. Imp. 184 B.
Berengarius III. Imp. ibid.
humiliatur ab Ottone M. 184 C 196 A &c.
ſepultus eſt Bambergæ 237 B.
de Berengariis lis inter ſcriptores. 184 B.
Bernardinus Gadolus ſcript. Bened. 840 B.
Bernardus Dux Luneburg. 217 A.
ejus perſecutio in Chriſtianos. 244 A.
excommunicatur. 244 B.
S. Bernardus Abb. Clarav. 817 C.
expeditionum cruciatarum promotor præcipuus. 314 C.
Bernardus Caſſin. ſcript. Bened. 829 B.
Bernardus Cluniac. ſcript. Bened. 813 C.
Bernardus Corbejenſis ſcript. Bened. 814 A.
Berno ſcript. Bened. 805 B.
Berthorius ſcript. Bened. 808 B.
Bertramus ſcript. Bened. 796 A.
Bevergern caſtrum expugnatur ab Epiſcopo Monaſt. 464 B. 481 B.
reſignatur eccleſiæ Monaſt. ibid.
oppignoratur. 554 A.
Billerbeck pag. Monaſt. 133 B. 371 B.
Bilſtein Comitatus incorporatur eccleſiæ Colon. 499 C. 523 C.
Blanckenberg Comitatus incorporatur eccleſiæ Colon. 499 C. 523 C.
Blanckenſtein caſtrum. 576 C.
Blomberg oppid. 526 C.
cauſa ibidem peregrinationis. 556 C.
Bödeken monaſter. fundatur. 145 A. 489 C &c.
reformatur, expulſis monialibus. 489 C &c. 768 C.
partim devaſtatur. 644 C.
Bockholdia civitas. 111 B. 436 C. 507 A.
Bockholt ſilva. 103 C.
Boecke, ubi reliquiæ B. Landolini. 281 B.
Bohemi contra Suſatum &c. 526 A &c. 528 A &c.
eorum in Weſtphalia ſævities. 526 B. 529 C.
Bohemi hæretici. 438 A &c. 498 A &c. 501 B. 510 C &c. 513 A. 514 A. 769 B.
Bohemiæ Duces & Reges aliquot: Spirenæus. 194 C. Henricus. 214 A. Oldericus. 255 C. Zuondebaldus. 264 A. Udalricus. 306 A. Ladislaus. 320 A. Agiſelaus. 376 A. Joannes. 338 B. 401 C. 405 A. Wenceslaus. 421 B. 422 C &c. Joannes. 425 B. Wenceslaus. 457. B Ladislaus. 517 B.
Bohemiæ Ducatus fit Regnum. 223 C. 320 A.
Bombarda Sturtwaldt dicta. 535 B.
Bonifacii PP. VIII. mala vita. 384 B.
Bonifacius PP. IX. 467 A. 474 A.
ejus encomium, 472 B. & vituperium, 472 C.
S. Bonifacius Saxonum Apoſtolus. 89 B.
ſcribit in laudem Weſtphalorum. 30 C &c.
martyrio coronatur. 130 B.
Bonifacius ſcript. Bened. 787 C.
Borckentrike oppid. 473 B.
Boruſſiam Fratres Teutonici occupant. 347 B &c.
Botſlar caſtrum acquiritur eccleſiæ Monaſter. 377 A.
Brabantiæ unitur Ducatus Limburgenſ. 379 C.
Brabantiæ Duces quidam: Godefridus. 327 B. Wilhelmus, 363 A. Joannes, 380 A. 425 C. Wenceslaus, 447 A &c. 454 C. 466 B.
Brakel urbs. 526 C.
Brandenburgenſe dominium tollit Otto III. à Sclavis & unit Imperio. 219 C.
Brandenburgenſis fit Marchio, aliàs Sclavorum Dominus dictus. 194 B.
Brandenburgenſis Marchio Albertus. 578 B.
Brauweiler prope Coloniam. 406 B.
Bredefort ab Ottone Epiſc. Monaſt. expugnatur. 385 C.
reſtituitur. 390 B. ſed territorium circumjacens adjudicatur eccleſiæ Monaſter. 390 C.
Brema urbs ad obedientiam reducitur. 456 C &c.

Bre-

Digitized by Google

Bremenſis Epiſcopatûs origines. 121 A.
fit Archiepiſcopatus. 125 A &c. 167 B. 207 A.
Bremenſes E. & Archiepiſcopi nonnulli: S. Wilhadus, 121 A. Ludericus, Anſcharius, 125 C. 167 B. Vimo, 194 C. Adeldagus, ibid. Wimarus, 244 A. Unwarus, 224 C. Adelbertus, 308 B. Gerardus, 344 C. Gerardus II. 354 C. 361 B C. 361 A. 367. Otto, 484 C. Nicolaus, 509 B. Gerardus III. 561 B. Henricus, ibid.
de Brencke Conradus, 644 C.
Brock caſtrum prope Lipſtadium deſtruitur. 524 B.
Brügenſium in Flandria enorme factum. 585 C.
de Brunckhorſt familia. 436 C.
Bruninck caſtrum. 471 A.
Bruno Weſtphaliæ Dux. 156 A. 190 B.
Bruno Archiep. Colon. extruit Coloniæ monaſter. ad S. Pantaleonem ex ponte & caſtro Tuitienſi. 205 A.
ejus acta. 204 B &c.
Bruno ſcript. Bened. 811 C.
Brunsberg caſtrum. 107 C. 108 A.
Brunſwicenſes Duces: Egbertus 256 C. 257 B. Henricus Bavarus &c. uti in Genealogia 288. Henricus, cum quo extinguitur linea maſculina, 360 C. Albertus, 381 C. Fridericus, 480 B. Henricus, 501 A. Wilhelmus, 542 C. 559 B. 580 B. Fridericus, 580 B. 581 C. Henricus, 598 C. 645 C. 646 A.
Brunſwicum civitas, 108 B. 289 C.
ejus initium, 190 B.
ibidem monumentum Henrici Leonis, 326 C.
obſidetur à proprio Duce, 598 C.
Bruntelget caſtrum, 436 B.
Bulla aurea, 226 B.
Bulla cœnæ, 647 C.
Burchardus ſcript. Bened, 805 A.
Büren oppidum, 467 C.
de Büren nobiles: Henricus, 471 A. Joannes, 630 B. 644 C.
Burgundia unde ſic dicta, 68 B.
fit Ducatus Imperii, 254 A.
tranſit ad Maximilianum Auſtriæ Ducem, 575 B.
Burgundiæ Reges & Duces: Boſſo 175 B. Radolphus, 190 C. 210 C. 253 C. Henricus, 253 C. 254 A. Conradus, 315 B. Joannes à Rege Francorum decapitatur, 487 B. Philippus vindicat patrem, 487 C. Idem 474 B. 510 B. 513 A. 518 C. 523 C. 565 C. Ludovicus, 546 C. Carolus, 561 A. 565 A. 566 C. 568 B &c. 570 C. 571 A. 572 A. 573 B C. 574 B &c. Maximilianus, 575 B, 583. Philippus, 599 A.
de Burſcheidt Theodoricus, 525 B.
Burſfeldenſi congregationi unitur Abbatia Lieſbornenſis, 561 C.

C

Cæleſtinus PP. III. 337 B C.
Cæſarius Epiſc. ſcript. Bened. 783 C.
Cæſarius Heiſterbac. ſcript. Bened. 826 C.
Calixtus PP. III. 512 C. 546 A. 552 C.
Calnhart devaſtatur à Suſatenſibus. 525 C.
à Capiſtrano S. Joannes venit in Germaniam, 537 A.
Cappenberg monaſter. fundatur, 291 C.
ejus initium, 294 C.
accipit parochiales eccleſias in Ahlen & & Werne. 314 C.
eccleſia ibidem. 294 C.
ibidem acta contra Ottonem Epiſc. Monaſter. 470 A.
à prædonibus infeſtatur, 502 C.
Cardinalium collegium, 52 B &c.
Carolomannus Caroli Martelli filius fit monachus, 97 B.
Caroli M. frater, 101.
Caroli calvi filius, 176 B C.
Carolus Martellus Major domûs Franciæ ejus geſta, 96 A. 97 A.
erigit Epiſcopatum Trajectenſem, 97 A.
Carolus M. Francorum Rex & Imper. 67 A. 101 & ſeq.
ejus prima victoria contra Saxones prope ſilvam Bockholt, 103 C.
liberat Adrianum PP. I. 106 B.
ſuccumbens fugit, 109 B.
ſubjugat Weſtphalos, 111 C.
primum Epiſcopatum ordinat in Selgerſtadt vel Oſterwick, 111 C.
item primum Clerum in Saxonia. ibid.

Carolus M. devaſtat totam Saxoniam usque ad Albim, 112 A.
Clerum inſtituit, 112 A. 119 A.
Comites ex nobilioribus conſtituit ſuper Saxoniam, 113 A.
4500 ſeditioſos unâ die capite plecti jubet, 114 A.
ultimâ tandem clade afficit Saxones rebelles, 114 B C. 116 B C.
fit Imper. Roman. 143 B.
extruit templum Aquisgrani & Ss. reliquiis ornat, 145 A.
ejus obitus & ſepultura, 151 A &c.
cauſa affectûs erga Aquisgranum, 151 C &c.
ejus uxores ac proles, 153 A.
ejus geſta, 749 C &c.
Carolus calvus Imper. & Rex Franciæ occident. 175 A &c.
donat Theodorico in feudum Hollandiam Selandiam & Friſiam, 171 A.
moritur, 175 C. 176 B.
Carolus groſſus Imp. 176 C.
fit monachus, ibid.
Carolus IV. Imp. 424.
ejus encomium, ibid. &c.
in ejus electione diſſenſio, 423 A. 428 A &c.
ejus donatio pro redimenda vexa, 423 A 429 B.
fruſtra affectat Imperium, 428 A &c.
coronatur Romæ, 435 C.
ejus in Papam obſequium, 446 B.
Carolus V. Imp. hujus electio, 663 A &c.
literæ ad eum directæ à Statibus Imperii, 663 B & ſeq.
Carolus Francorum Rex, 198 B.
Caroli Burgundiæ Ducis geſta, 566 C &c. 568 B &c. 571 A. 572 A. 573 C.
obitus, 567 C. 574 B &c.
Caſſiodorus ſcript. Bened. 779 B.
Caſtitas antiquorum Saxonum, 31 A &c.
Catzenellenbogen Comitatus tranſit ad Ducem Clivenſem, 630 B.
Ceaduald Saxonum occidentalium Rex.
ejus Baptiſmus, obitus, ſepultura & monumentum Romæ, 89 C &c.
Ceolfridus ſcript. Bened. 785 A.
Cham filii Noë generationes, 7 C.
Childebertus Francorum Rex, 87 A.
Childericus I. 4tus Francorum Rex, 73 B.
ejus geſta, ibid.
II. 13tius Francorum Rex, 79 C.
Chilpericus, 7mus Francorum Rex, 77 C.
III. Francorum Rex, 87 B. 98 A.
in monaſterio cum Regina recluditur, 98 A.
Chriſtianus ſcript. Bened. 796 C.
Chriſtophorus ſcript. Bened. 839 A.
Chriſtophorus Columbus detegit Indiam occidentalem, 593 B.
Chriſtus Dominus naſcitur, 34 A. 44 C.
ejus in nativitate miracula, 34 A.
ejus paſſio, 46 A &c.
ejus tunica inconſutilis, 81 B C. 637 B.
Chus filius Cham, 7 C.
Civitatum Germaniæ numerum auget Henricus auceps, 194 A.
Clades Hunnorum ſeu Hungarorum, 190 C. 206 B. 210 B C.
Claudius ſcript. Bened. 791 A.
Clemens II. ex Epiſcopo Bambergenſi fit Papa, 255 B. 257 A.
Clemens PP. V. 385 A. 389 B.
Clemens PP. VI. 412 A. 421 C. 829 C.
Clerici bona temporalia licitè poſſident, 61 A &c.
Clerus contra Wormatienſes, & econtra, 484 B.
Clivenſis Comitatus fit Ducatus, 449 A.
hujus juriſdictio ſpiritualis transfertur in Epiſc. Tractenſ. 525 A.
Clivenſes Comites aliquot: Theodoricus, 327 B. 389 C. Adolphus, 440 B. 470 A &c. 499 A.
Duces aliquot: Adolphus, 499 A. 508 A &c. Joannes, 522 B. 563 B. 578 B. Joannes filius, ibid. 596 B. 618 C. Joannes, 630 B. 647 B.
Clodovæus I. 5tus Francorum Rex, 75 C.
baptizatur, S. chriſmate cœlitus allato, 76 A &c.
facit votum S. Martino, 76 C.
II. 10mus Francorum Rex, 79 C.

Clo-

Clodovæus III. Francorum Rex, 87 A.
Clotharius I. 6tus Francorum Rex, 77 B.
II. 8vus Francorum Rex, 79 A.
III. 11mus Francorum Rex, 79 C.
IV. Francorum Rex, 78 B.
Cluniscenſe monaſterium fundatur, 177 A.
de Coeforde nobilis Reinoldus, 486 C.
Cœleſtinus PP. *Vid.* Cæleſtinus PP.
Cœnæ bulla, 647 C.
per Colaphum milites conſcripti, 420 A.
Colonia Agrippina unde ſic dicta, 12 B.
ejus origines, 12 C. 13 A. 26 B.
gubernatur more Romano, 50 C.
à Francis occupatur usque ad Ottonem I. 73 C.
à Danis obſidetur, 167 A.
à Francorum jugo eripitur, 191 C.
ibidem pons extructus à Carolo M. 205 A.
ejus controverſiæ cum propriis Archiepiſcopis, 259 B. 363 C &c. 372 A &c. 383 B. 445 C. 458 A.
inteſtinum in ea bellum, 458 A.
ibidem mulier ſepulta reſurgit, 481 C.
ex ea judæi expelluntur, 510 A.
huc advecta corpora 3 SS. Regum, 323 C.
Colonienſes Archiepiſcopi: S. Maternus, 135 B. S. Severinus, ibid. 136 A. Evenglifus, Solinus, Symoneus, Remedius, Cumbertus, Cunibertus, Bokaldus, Giſo, Alderoinus, Anno, Agillolphus, Regenfridus, Hildegerus, Bertellenus, Richolphus, 135 B. 136 A. 99 A. Hildeboldus, 131 C. 155 B. Hagebaldus, 156 A. Gunterus, 168 C. Willibertus, 196 B. 171 B. Bruno, 203 C. 204 A &c. Volumarus, 211 A. Gero, qui vivus ſepelitur, 212 B. Varinus, 214 B. S. Heribertus, 205 B. 220 C. Peregrinus, 245 A. Hermannus II. 254 A. S. Anno II. 258 C. Ildephonſus, 269 A. Begewinus, ibid. Fridericus, 277 A. Hermannus III. 283 C. Fridericus, 190 C. Bruno II. 312 C. Arnoldus, 316 A. Arnoldus II. ibid. Reinoldus 322 A. Philippus, 327 A. 331 C. Adolphus, 338 C. 339 A &c. Bruno III. 340 A &c. Adolphus, 3 1 A. 345 A. S. Engelbertus, 356 A. 357 C. 359 A B. 578 A. Henricus, 356 B. Conradus, 363 B. Engelbertus II. 371 C &c. Wichboldus, 377 A. 382 C. 383 A &c. Sigefridus, 378 A. Henricus II. 384 &c. Walramus, 9 A. 423 A. 425 C &c. Wilhelmus, 429 C. 430 A &c. Adolphus, 439 B. 440 A &c. Engelbertus, 440 C. 442 C 44 B. Cono, 443 A B. 444 C. 445 A. Fridericus, ibid. 463 B. 483 B. 499 B. Theodoricus, 499 C &c. 500 B 501 C. 508 A C 509 B. 513 B. 514 B &c. 522 A &c. 543 A B. 5 8 B 560 C. 679 & ſeq. Ropertus, 560 C. 569 B &c. 576 A &c. 577 C. Hermannus, ibid. 580 B. 596 A. 597 C. 620 B C. Philippus, 620 C. 644 A. Hermannus de Weda, ibid.
Colonienſi Eccleſiæ acquiruntur: Comitatus Arnsberg, 327 C. 4 4 B C. 767 A B. Keiſerswerth, Blanckenberg, Comitatus Billſtein, Fredeburg, Horneburg, 499 C.
cur ea maximis gravata debitis? 560 C.
Colonienſis Archiepiſcopus cur 3tiâ aut 4tâ poſt obitum die ſepeliatur, 214 C.
illius jus ad coronationem Regis Romanorum, 318 C.
Columbanus ſcript. Bened. 782 B.
Cometa apparuit: 86 B. 96 B 168 B. 178 B. 215 C. 231 A. 267 B. 374 C. 385 B. 400 C. 423 C. 431 B. 482 C. 488 A. 569 A.
Comites Weſtphaliæ inſtituuntur à Carolo M. 113 B.
Compoſtellæ ordinatur eccleſia & ſedes Patriarchalis, 139 A.
Concilium Nicænum, 48 C.
Conſtantinopolitanum, 49 A B.
Epheſinum, 49 C.
Chalcedonenſe, *inter errata.*
Trevirenſe, 69 A.
Colonienſe, 135 B C. 169 B.
Aquisgranenſe, 1 8 A. 155 B. 156 B.
Triburicenſe, 178 B.
Noviomagenſe ſub S. Henrico, 231 B.
in Liesgo, 244 C.
in Gallia pro recuperatione terræ ſanctæ, 273 A.
Rhemenſe, 3 6 A.
Lateranenſe, 348 C. 647 C.
Lugdunenſe, 352 A. 368 B. 375 B.
Colonienſe provinciale, 135 C.

Concilium Conſtantienſe, 60 A. 496 C &c.
Baſileenſe, 517 B &c. 769 B.
Florentinum, 515 C.
Conradus I. Germaniæ Rex, 186 B C.
ejus fata, 178 & 188.
ejus obitus, 189 A.
Conradus II. Imp. 250.
coronatur Romæ, 251 C.
ejus obitus & ſepultura, 251 A. 255 A.
Conradus III. Imp. 313 B C.
ejus obitus & ſepultura. 312 B C. 317 A.
Conradus IV. 370 B.
Conradus Hirſangienſ. ſcript. Bened. 822 C.
Conradus de Rodenberg ſcript. Bened. 837. B.
Conradus Lentorius ſcript. Bened. 837 C.
Conſtantinopolis urbs, ejus origo, 66 C.
à Turcis capta, 536 B C. 573 C.
Conſtantini Imp. ficta donatio, 63 C. 67 C.
Conſtantinus ſcript. Bened. 798 B.
Contributio Brabantina, 4 4 C.
item contra Bohemos hæreticos, 511 B.
& per Weſtphaliam, 514 C.
Conventus Principum Coloniæ, 476 A.
Francofurti, 479 A.
Convivium defunctorum, 614 B &c.
Corbejenſis cœnobii reformatio, 558 C.
Corona Imper. Carolo M. defuncto impoſita. 151 B.
Coronatio Caroli M. Romæ, 143 B.
Imperatorum olim Romæ conſueta, 671 B.
Corvos inter & falcones prælium, 488 B &c.
Coſtfeldia civitas, 536 A. 538 C. 542 C.
de Covorde nobilis Reinoldus, 486 C.
Creſcentius Humentanus, 219 A &c.
Cruces &c. in veſtibus apparentes, 605 A.
Cruciatæ expeditiones, 273 A. 332 B. 334 B C. 337 C. 546 B. 559 B. 556 A &c. 605 C.
Cruciflagellatores, 427 B. 431 C &c.
contra eos bulla, 432 B.
Crux aurea 600 libr. Paderbornæ, 213 C.
S. Cunegunda coronatur Paderbornæ, 229 A.
fundat monaſterium, 229 C.
eſt ex linea Caroli M. 238 C.
ejus caſtimonia probatur per ferrum candens, 239 A.
ejus obitus, 253 C.
de Cuſa Cardinalis, 532 A. 536 A.
Cynardus ſcript. Bened. 791 C.

D

Dabenburg caſtrum, 503 C.
Daciæ Dux Ogerus, 103 A.
Reges nonnulli: Godfridus, 206 C. Voldemarus, 349 C. 361 A. Henricus, 369 B. Ericus, 400 C. Chriſtianus, 559 A. 573 A.
Daciæ Regnum convertitur, 206 C.
Dani fiunt Chriſtiani, 207 A.
invadunt Coloniam, Hamburgum & Friſios, 125 A. 167 A B.
Daventriæ cives victores, 618 &c.
Decimæ Oſnabrugenſes vindicantur ab Epiſcopo, 271 C.
Decimas à Clero extorquendi facultas fruſtra conceditur Romæ Roberto Imperat. 484 A.
Thuringia negat Archiep. Moguntino, 265 C.
Defunctorum convivium, 614 B &c.
Delbrugenſium generoſitas, 493 &c.
Delmenhorſt caſtrum, 559 A. 564 C. 565 B. 578 C.
Depmoldia fit feudum Paderbornenſe, 486 B.
Diluvium, 371 C.
abſorbet totam penè Friſiam, 361 B C.
Dincklage caſtrum deſtruitur, 456 B.
S. Dionyſii tranſlatio Ratiſbonam, 258 A.
Dionyſius exiguus ſcript. Bened. 778 C.
Doesburg civitas expugnatur, 567 C.
Donatio Conſtantini ficta, 63 C. 67 C.
Dortmund civitas Imperialis, 455 C.
capitur ab Ottone, 210 A.
ordinaria ſedes Friderici Imp. 333 B.
ultra biennium obſidetur à 3 Epiſcopis, 466 B.
Driburg caſtrum, 134 C.
Dringenberg caſtrum, 403 C. 478 B.
Druſus victorioſus contra Saxones, 45 C.
ejus obitus & ſepultura, 46 A.
Drutmarus ſcript. Bened. 796 C.
Düllman civitas, 507 B. 513 B.
oppignoratur 515 A.
Düisburgum civitas, 630 B.

Digitized by Google

E

Eckenbertus ſcript. Bened. 825 B.
Eckhardus ſcript. Bened. 812 A. 821 C.
Eckhardus Miſnenſium Marchio & æmulus S. Henrici Imp. occiditur, 228 B.
Eclipſis ſolis, 85 B. 232 A. 353 C. 342 A. 484 B. 768 B.
S. Editta, 207 B. moritur, 205 C.
Eduardus Angliæ Rex victor contra Gallos 407 A. 410 A. recuſat Imperium Roman. 428 B.
Eduardus Geldriæ Dux in bello Ducatum obtinet, 422 C.
Egbertus in Anglia ſacerdos, 91 B.
Egbertus maritus S. Idæ, 91 B. 129 C. 141 C &c.
Egbertus Dux Brunſw. Pragam expugnat, 256 C.
Thuringos victos Imperio tributarios facit 257 B.
Egbertus Epiſc. Monaſt. reformat moniales Transaquenſes, 311 A.
dat PP. Benedictinis monaſterium Liesbornenſe, 311 B. 100.
Egiſtus primus Weſtphalorum Apoſtolus, 7 B.
Elberfeldt oppid. 476 C.
Electio Regum & Imperat. libera incipit apud Germanos, 219 C. 222 C.
Electio libera Epiſcoporum incipit Paderbornæ, 222 B. 231 C.
Monaſterii, 333 A.
Electio & inveſtitura Epiſcoporum cum annulo & baculo tranſit ab Imperatore ad Papam, 290 C.
Electoratus transfertur à domo Brunſwicenſi ad Lauenburg. 366 A.
Electores S. R. Imperii, horum origo, 223 C &c. eorundem epiſtola ad Carolum V. 663 B &c.
Elſſtedt monaſterium fundatur, 294 B.
Embslandia feudum Monaſterienſe, 595 C.
ibidem bellum Theodorici de Marchia, 444 A.
Niphaus caſtrum extruitur, 391 C.
ejus officium acquiritur, 507 A.
Emondus ſcript. Bened. 820 C.
S. Engelbertus, 578 C.
trucidatur, 356 A &c. 357 C. 359 A B.
Engelberti Archiep. Colon. prælium cum civibus Colon. 372 A &c.
captus ferreæ caveæ includitur, 374 A &c.
Engelbertus ſcript. Bened. 822 A.
Engelradinck caſtrum deſtruitur, 464 B.
Epiſcopatu vacante, redditus ſibi Papa reſervat, 429 C.
Epiſcopatuum Germaniæ collatio olim penes Imperatores, 290 C.
Epiſcopi cum presbyteris ab Henrico IV. conſtituti ſuſpenduntur, 284 B.
Epiſtola Cardinalis Raymundi ad Status Imperii, 606 A & ſeq.
Statuum Imperii ad Carolum V. 663 B &c.
Epitaphium Regis Ceadual Romæ, 89 C &c.
Joannis Bavari Archiep. Magdeburg. 564 B.
Henrici Epiſcopi Monaſt. 597 A.
Godfridi de Ketteler, 656 A &c.
Antonii Abbatis Werdenſis, 657 C.
Engelberti Abbat. Liesborn. 759 C.
Henrici Abbat. Liesborn. 773 C.
Equus albus in inſigni Ducis Weſtphal. 71 A.
Eresburg caſtrum Saxoniæ, 104 A. 105 A &c. 106 C 107 C. 109 A. 111 C. 140 C &c.
Erfordiæ metropolis Thuring. origines, 264 B. 265 A B.
ibidem à Bonifacio erigitur eccleſia & Epiſcopatus, 265 A.
Ericus ſcript. Bened. 800 A.
Erpo Epiſc. Monaſt. 273 A B.
Erpo Comes Padburg. fundat monaſter. in Flichtorp, 281 B &c.
ejus obitus & ſepultura, 283 B.
Erwite cum appertinentiis incorporatur eccleſiæ Paderborn. 242 A.
S. Euchariſtia ſervat puellam per triennium abſque cibo & potu, 165 C &c.
contra eam Judæorum rabies, 437 C. 537 B.
Eufrata Epiſc. Arrianus Colon. 135 C.
Eugenius PP. III. 315 C. IV. 60 C. 512 C. 517 C. 518 C. 519 C.

Euro-

Europæ deſcriptio, 4 B.
hujus primæ civitates, 12 A.
Eutropius ſcript. Bened. 782 C.
SS. Ewaldorum vita & martyrium in Weſtphalia, 92 B &c.
Expeditiones cruciatæ in terram S. 273 A. 332 B. 334 B C. 337 C. 349 A. 605 C.
contra Turcas, 334 B C. 546 B. 559 B. 556 A &c. 605 C.
in Bohemos, 501 B C.

F

Falcones inter & corvos prælium, 488 B &c.
Fames in Saxonia, 178 B. 221 A. 402 C. 423 C. 500 C. 591 A.
Fauſt-Rechts initium & proſecutio, 363 C. 479 A. 667 C.
Fauſtus ſcript. Bened. 778 B.
Felix IV. antipapa, 517 C &c. 519 B.
Ferdinandus Hiſpan. Rex, 5 A.
Ferri igniti uſus, 207 A. 239 A.
Flagellantium ſecta, 427 B 431 C &c.
contra eos bulla, 432 B.
Flanaldus ſcript. Bened. 804 B.
Flandriæ Comites aliquot: Andræus, 175 A. Balduinus, 175 B. 231 B. Robertus, 276 A. Philippus, 327 B.
Formicarum prælium, 489 A &c.
Formoſus PP. 177 B.
Franci unde orti, 25 B. 69 C.
eorum propagatio, 25 B C. 26 A &c.
Thuringiam occupant, 25 C.
primum Regem conſtituunt, 26 A. 69 C 264 C.
Franciam cum Rege occupant, 16 B. 70 A.
item Italiam, 26 C.
eorum primi Duces, 68 C.
item Reges ante Pipinum, 98 B.
& poſt Pipinum, ex Caroli M. familia, 180 C.
eorum Rex Hugo & familia usque ad an. 1495, 181 C.
ac deinde Ludovicus, ibid.
Franciæ Regnum devaſtatur à Philippo Burgundiæ Duce, 487 C.
Franciæ Regum ante Pipinum catalogus, 98 B.
item poſt Pipinum usque ad extinctionem lineæ Carolinæ, 181 B.
Francorum Duces: Priamus, 96 B C. Marcomenus, ibid.
Reges: Pharamundus, 69 C. Clodius, ibid. Maroneus, ibid. Childericus, ibid. 73 B. Clodovæus I. 75 C &c. Lotharius, 77 B. Chilpericus, ibid. C. Lotharius II. 79 A. Dagobertus, 79 A B. Clodovæus II. 79 C &c. Lotharius III. ibid. Theodoricus, ibid. Childericus, ibid. Clodovæus, 87 A. Childebertus, Dagobertus III., Chilpericus III, Lotharius IV., Theodoricus IV. 87 A &c. Chilpericus, 98 A. Pipinus, 97 B C. 98 A C. 99 A. &c. Philippus, 346. 401 A. 404 B. 407 A. Ludovicus, 401 A. Carolus, 404 B. 487 B &c. 518 BC. Alphonſus, 546 C. Ludovicus, 567 B. 577 B.
Francofurtum, ejus & vocabuli origo, 109 C.
Fraticellorum hæreſis & mala vita, 382 A &c.
Freculphus ſcript. Benedicti, 791 B.
Fredeburg caſtrum incorporatur eccleſiæ Colon. 523 C.
Fridericus Comes ab Ilſenburg occidit S. Engelbertum, 356 B. 357 C.
capite plexus rotæ imponitur, 357 B.
ejus fratres Epiſcopi Monaſt & Oſnabrug. depoſiti ac in exilium miſſi, 357 B.
ac complices puniti, 359 A.
Fridericus Comes ab Arnsberg, 294 B.
ejus tentamina contra monaſterium in Cappenberg, 295 B.
Fridericus Conradi II. Imper. filius intoxicatur, 313 C.
Fridericus Barbaroſſa Imper. 317 B &c.
illius cum Papa diſſenſio, 318 B &c.
pœnitentia, 319 C.
bellum contra Henricum Leonem, 331 B &c.
idem moratur ſæpe Tremoniæ, 331 B.
coronatur Romæ, 336 B.
ejus obitus, encomium & geſta quædam, 334 C &c.
Fridericus II. Imper. 344 C. 345 B. 346.
multarum linguarum gnarus, 347 B.
coronatur Romæ, 349 B.
ejus diffidium cum Papa, 350 B &c.
ipſi blaſphemia de 3 impoſtoribus imputatur, 351 B.

Fride-

Digitized by Google

Fridericus II. Imp. exauctoratur, 350 B. 352 A. 368 B.
Siciliæ clerum perſequitur, 352 A.
filium Henricum Roman. Regem in carcere necat, 354 B. 368 A.
â proprio filio occiditur, 368 C &c.
ejus perſonam fingit ruſticus, 379 B.
Fridericus III. Imper. 518 B C. 521 A &c. 523 C
ejus encomia, 590 B C.
obitus, 592 A B.
Friſia, in ea diluvium, 161 B.
fruſtranea in eam expeditio, 484 A. 509 B C. 565 B C. 574 A. 600 C. 645 C &c 768 C.
in feudum conceditur Alberto Saxoniæ Duci, 646 B.
Friſii â Carolo M. libertati reſtituuntur, 143 B.
eorum privilegia, 417 C &c.
Fritzlar civitas, 480 C.
ibi electio Henrici Imper. 189 A.
eccleſia ab incendio præſervatur, 105 C.
Frygraviatus in & prope Sendenhorſt redimuntur, 443 C. 507 B.
Fuldenſis Abbatiæ â diſciplina defectio, 235 C.
ſenectus, 236 A.
Fuldenſis Abbas Popo, 231 B.

G

Galeatius Mediolanenſium Dux, 480 A.
Gallia, 26 C *Vid* Franciæ Regnum.
Gallus ſcript. Bened. 831 A.
Gandavenſium clades â Carolo Burgundiæ Duce, 567 A.
Gaufredus ſcript. Bened. 823 C.
Geldria civitas, 577 A.
Geldriæ Comes Otto, 317 B.
Duces: Reinoldus, 410 B. 422 B C. ejus repudium, ibid. Eduardus, 422 B. 447 C. 448 A B. Wilhelmus, 466 B. Reinoldus, 503 C. 595 B. Arnoldus, 503 C. 535 C. 563 A. 595 B. Adoldhus, 563 A. 575 C. Carolus, 594 C. 595 A B. 518 C. 647 A. 673 C &c. Ejus tyrannica in Twentam expeditio, 626 B C.
Geldrienſes contra Maximilianum Auſtriæ Ducem, 576 C. 591 C.
de Gemen nobilis Henricus, 486 C.
Genealogia Merovingorum Regum in Francia, 98 B.
Franciæ Regum ex linea Pipini & Caroli M. 180 C.
Ducum Saxoniæ â Widekindo, 227.
Widekindi, 236 A &c.
Ducum Saxoniæ Luneburg. 286 C. 287. & Brunſwic. 288.
Ducum Saxoniæ ab Alberto Marchione Brandenb. 366.
Ducum Saxoniæ â Friderico Marchione Miſnienſi & Lantgravio Thuring. 506.
Gerbergis Abbatiſſa Tranſaq. 293 B.
Germaniæ deſcriptio, 5 B.
matricula, 224 A.
Magnates unde potiſſimùm orti, 223 A.
ejus civitatum incrementa, 194 A.
Germanorum origo, 11 C. 13 A B.
rara de his in antiquis hiſtoriis relatio, 13 B.
Geſeke civitas, in qua fundatur monaſterium, 203 C.
Geſcher, ubi prælium Monaſterienſium, 486 C.
Gigantis cadaver, 266 C.
Gilbertus ſcript Bened. 826 A.
Giſella Regina Hungariæ & ſoror S. Henrici, 234 B.
Giſelbertus ſcript. Bened. 816 A.
Godefridus Comes Arnsberg. donat Comitatum ſuum eccleſiæ Colon. 327 C. 444 B C. 767 A
Godefridus Normanniæ Rex, 176 A.
Godefridus Bullioneus in expeditione pro terra ſancta, 26 A B. 273 B.
Godefridus Rex Sclavorum baptizatur, 144 B.
Godefridus Comes Cappenberg. fundat monaſteria in Cappenberg, Varlar & Elſtlar, 291 C &c.
fit religioſus, 294 A.
donat eccleſiæ Monaſter. 105 prædia &c. 295 A.
contra eum varii inſultus, 295 A &c.
ejus ſancta vita & obitus, 297 C &c.
ejus reliquiæ transferuntur, 299 B.
Goslaria civitas conditur, 195 B.
Gotſwin Joannes, 486 B.

Göttin-

Göttingen civitas deprædatur, 370 C.
Græcorum monarchia, 19 C.
ex eis multæ nationes accedunt eccleſiæ latinæ, 520 A.
Graffſchafft monaſter. fundatur, 259 A.
Granatenſe Regnum ab Hiſpanis recuperatur, 592 B & ſeq.
Gratianus ſcript. Bened. & compilator decretorum, 821 A.
Gregorius S. Ludgeri præceptor, 132 B.
S. Gregorius M. PP. 779 C.
S. Gregorius Epiſc. Turonenſ. 781 C.
Gregorius PP. V. natione Saxo, 219 A.
dat Germanis liberam electionem Imperatoris, 219 C.
Gregorius PP. VII. à Concilio Wormatienſi depoſitus Romà expellitur, 267 C &c.
contra eum ſcripſit Sigebertus Gemblacenſis, 816 C.
Gregorius PP. IX. contra Fridericum II. Imper. & econtra, 350 C &c. 354 B.
Gregorius PP. X. 375 A B. 378 A.
Gregorius PP. XI. transfert curiam Papalem Avenione Romam, 446 C.
Gregorius antipapa, 497 C.
Grönenberg caſtrum, 460 B. 507 A.
Gröningen civitas, 552 C.
In Grupenhagen Duces undenam orti, 288. 381 C.
Guido ſcript. Bened. 806 C.
Guido Dux Spoletanus, 183. 184 A.
Guilhelmus Hirſangienſ. ſcript. Bened. 815 B.
Guilhelmus Claravall. ſcript. 822 B.
Guilhelmus Gallus ſcript. Bened. 827 A.
Guilhelmus Haffligemenſ. ſcript. Bened. 828 A.
Gülich civitas, 289 C. 378 C.
Guimundus ſcript. Bened. 807 B.
Guntherus Comes de Swerin, 130 B.
Guntherus per menſem Roman. Rex, 428 C &c.
Guntherus ſcript. Bened. 816 B.

H

ab Habsburg Comes Rudolphus, *vid.* Rudolphus Habſburgicus.
Hæreſes invaluerunt, 60 A.
Hæretici 200 in diœceſi Colon. comburuntur, 328 A.
Hæreticus Novatus, 54 A.
Hæretici Pragenſes exuruntur, 468 A.
in eos expeditio, 510 C &c. 513 A. 514 A. 568 B. 769 B.
Halberſtadii civitatis memorabilia, 120 A &c.
Halberſtadienſis Epiſcopi aliqui: S. Hildegrinus, 120 A. 166 B. Bernardus, 202 C. 205 C. Hildenwardus, 202 C. Henricus, 245 A. Bucro, 268 C. Fridericus, 284 B. Otto, 304. Udalricus, 330 C. 331 C. Fridericus, 350 B. Rudolphus, 484 C.
Halteren civitas, 390 B. 541 A. 553 B.
Hamburgum civitas, ibidem gravis perſecutio in Saxones Chriſtianos. 157 A &c.
convertitur ad fidem, 164 B.
Hamburgenſes Archiepiſcopi: Geribanus, 125 A. Anſcharius, ibid.
Hamburgenſis Archiepiſcopatus unitur Bremenſi, 125 A &c. 167 B.
Hamelen oppid. 140 C. 485 A.
ibidem ſeducuntur pueri per fiſtulatorem, 555 C.
Hammona civitas, 390 B. 462 B. 470 C.
Hamularius Fortunatus ſcript. Bened. 793 A.
Hannover civitas incenditur, 332 A.
Hanſeaticæ civitates, 540 C. 563 C. 738 C.
Hardehauſen monaſter. fundatur, 303 A.
Harkotten caſtrum, 391 C.
Harſewinckel pagus, 540 A.
Haſelunne oppid. 114 C.
Haſſiæ Landgravii aliquot: Ludovicus & Hermannus, 331 B. 347 A. Wilhelmus, 531 C. 580 A. Henricus, 576 C.
Haymo ſcript. Bened. 790 B.
Hebronius Major domûs Franciæ, 87 C.
Heidemölle caſtrum deſtruitur, 524 B.
ab Hekeren familia, 436 C.
Helinandus ſcript. Bened. 825 C.
Helmenſtadienſe cœnobium, 123 C.
Helpericus ſcript. Bened. 808 A.
Helvetiorum generoſitas, 519 A B. 574 B C &c.
clades, 524 A.
Henricus Saxoniæ Dux, 187 A.
in eum dolus Epiſcopi Mogunt. ibid.
fit Germanor. Rex ſub cognomine *aucup.* 189 A. 199 B.
Domini lanceam comparavit, 190 C.
vincit Hungaros, ibid.

Digitized by Google

Henricus Saxoniæ Dux Lotheringiam ſubegit, 191 B.
item Brandenburgum cum provincia, 192 A.
Hungaris ingentem cladem adfert, 192 A &c.
rem politicam mirè auget, 194 A.
Goſlariam civitatem cum aula Regia erigit, 195 B.
facit Slavos tributarios Imperio, 195 C.
ejus obitus, 198 B C.
item ſepultura, 199 C.
S. Henricus II. Imper. 228 A.
Coronatur Romæ, 240 C.
venit Corbejam, 221 C.
donat eccleſiæ Paderbornenſi Bokenforde, 229 B. 231 A.
fundat Epiſcopatus Bamberg. & Argentin. 229 C. 237 B C.
Flandriæ Comitem & Gandavum ſubjugat, 231 C.
fit claudus, 236 A.
miraculosè per S. Benedictum à calculo ſanatur, 2;1 A.
donavit eccleſiæ Merſeburgenſi ingentem calicem, 239 B.
Heribertum Archiep. Colon. ſibi reconciliat, 247 C.
in ejus morte dœmon, 239 A B.
ejus obitus & ſepultura, 237 B. 248 B.
canonizatio, 317 A.
Henricus III. Imp. 255 B.
de eo falſa hiſtoria: cùm fuerit filius & non gener Conradi Imp. 255 C &c.
tollit ſchiſma inter 3 Papas, 257 A.
Bambergenſem eccleſiam facit Cathedralem, ibid.
ejus obitus & ſepultura, 258 B.
Henricus IV. Imp. S. Annonis diſcipulus, 259 A. 265 C.
ejus acta contra Gregorium PP. VII. 261 C &c.
ab eodem excommunicatur, 261 C.
eidem ſe ſubmittit, 262 B.
eundem deponi curat, 267 C.
deponitur à Principibus Germaniæ, 262 B. 285 C.
Henricus IV. Imp. à proprio filio debellatur & exauctoratur, 263 A.
in ejus locum eligitur Rudolphus, 262 B. 268 C. ac poſt hujus obitum Hermannus, 271 B.
ejus controverſiæ cum Saxonibus, 263 B &c. 269 A.
è Saxonia expellitur, 272 C.
decimas cum Archiep. Mogunt. à Thuringis exigit, 265 C &c.
eccleſiæ Paderbornenſi Epiſcopum conſtituit, 272 A.
à propria Imperatrice confunditur, 276 B.
ejus acta ulteriora, 265 C. 285 A.
ejus triſte fatum & obitus ac ſepultura, 263 A. 286 A &c.
quidam Epiſcopi cum presbyteris ab eo conſtituti à Papa ſuſpenduntur, 284 B.
in ejus favorem ſcribit Sigibertus Gemblacenſis, 816 C.
Henricus V. Imp. 285 C.
ejus rebellio in patrem, 284 A &c. 285 C &c.
coronatur Romæ, 289 B.
ejus bellum contra Imperii Principes, 289 B.
item contra Saxones, 291 A.
ejus obitus & ſepultura, 290 A. 302 B.
Henricus VI. Imp. 337 B.
coronatur Romæ, 337 C.
intoxicatur, 338 B.
Henricus VII. Imp. ibid.
coronatur, 400 C.
intoxicatur, 338 B C. 401 B.
Henricus Leo Bavariæ & Saxoniæ Dux, 313 A &c.
ejus geſta, 318 A. 321 B. 327 A &c.
ejus fata, 3:4 A &c 331 B C.
encomium, 325 B.
mauſolæum & monumentum, 326 B.
vincit & vincitur, 330 C.
Bardewicum civitatem evertit, 333 C.
ejus æſtimatio Romæ, 137 B.
obitus, 338 A.
Henricus Comes Swathenburgenſis, 332 A.
Henricus Gülpen ſcript. Bened. 834 C.

INDEX.

Henricus de Bruxellis ſcript. Bened. 828 B.
Herbipolis civitas unde ſic dicta, 134 B.
Heresburg. Vid. Eresburg.
Heribertus Archiep. Colon. 220 C.
fundat Collegium ad SS. Apoſtolos, & monaſterium Tuitienſe, 221 A.
Hermannus Roman. Rex, ejus electio & obitus, 271 B. 272 A.
ejus expeditio contra Weſtphalos, 271 B. 272 A.
Hermannus I. Epiſc. Monaſter. extruit & conſecrat monaſter. Transaquenſe, 124 B. 252 C. 253 A.
Hermannus II. Epiſc. Monaſt. fundat monaſterium Marienfeldt & Collegia ad SS. Martinum & Ludgerum Monaſterii, 329 C. 759 B C
fit Princeps Imperii, 329 B.
Hermannus Wintzenburgenſis Comes, 310 B.
Hermannus contractus ſcript. Bened. 807 A.
Hermannus de Kamp ſcript. 835 B.
Hermenſaul idolum Saxon. Vid. Irmenſaul.
Herradus ſcript. Bened. 817 C.
Hertzebrock monaſter. reformatur, 345 C.
eccleſia incineratur, 544 C.
Hertzenart caſtrum, 46 B.
Hertzfeldt, ubi S. Ida, 142 A B.
ibi eccleſia incenditur ab Hungaris, 185 C.
viſitantur reliquiæ S. Idæ, 217 B &c.
Hervordia civitas, 526 C.
viſionis ibidem origo, 142 C.
Hervordienſis Collegii Canonicorum origo, 195 C.
Hieronymus ſcript. Bened. 838 A.
Hieronymus Pragenſis hæreticus, 498 A &c.
Hieroſolyma. Vid. Jeroſolyma.
S. Hilderkus, S. Ludgeri frater, primus in Saxonia Epiſcopus, 111 C.
Hildesheim urbs unde nomen habeat, 124 C.
Hildeſienſes Epiſcopi quidam: Guntarius, 124 C. Berwardus, 228 B. 231 B. 244 A. 248 A. Gothardus, 248 A. 252 A. Udo, 271 C. 272 C. Bernardus, 310 C. Bruno, 320 A. Joannes, 474 A. Magnus, 530 B. Erneſtus, 563 B. Bertoldus, 581 A.
Hildeſienſi eccleſiæ appropriatur Comitatus Wintzenburg, 310 B &c.
Hildovinus ſcript. Bened. 802 A.
Hilduinus ſcript. Bened. 792 B.
Hincmarus ſcript. Bened. 792 C.
Hiſpani recuperant Regnum Granatenſe, 592 B &c.
ab Hoja Comites: Ericus, 503 B. 729 A &c. Joannes, 527 A. 552 A. 553 C. 554 A. 556 A. 729 B & ſeq.
Hojæ Comitatus occupatur à Ducibus Luneburg. & Brunſwic. 641 C &c.
Hollandia fit Comitatus, 171 A.
ejus Comites aliquot: Theodoricus, 171 A. Wilhelmus, 368 C. 417 B. 421 C. Albertus, 422 B C.
Holſatia unde ſic dicta, 27 C.
ejus Comites quidam: Adolphus, 321 C. Henricus, 350 A. Adolphus, 362 B. 367. Joannes, Gerardus, 404 A.
Honorius PP. III. 354 B.
Horn caſtrum prope Lippiam, 470 B. 486 A. 526 C.
Horneburg caſtrum, 289 C. 499 C.
Horſtmariæ dominus eccleſia Monaſter. 375 A.
ejus poſſeſſio à Comite Hojenſi, 462 C.
Hugbaldus ſcript. Bened. 797 C.
Hugo Rex Francorum, 181 B.
Hugo Cluniacenſ. ſcript. 808 A.
Hugo Corbejenſis ſcript. Bened. 821 B.
Humbertus ſcript. Bened. 809 B.
Hungari, ſive Hunni Germaniam Galliámque devaſtant, 68 C. 178 C.
univerſum penè orbem ſibi ſubjiciunt, 73 C &c.
Saxones in Tranſilvaniam captivos ducunt, 184 C.
Saxoniam invadunt, item eccleſiam in Hertzfeldt, 185 C.
ad internecionem cæſi ab Ottone, 206 B. item ab Henrico aucupe, 190 C. 192 A &c.
ad fidem Chriſti convertuntur, 234 B.
rebelles in Regem puniuntur, 493 A.
eorum rabies in 11000 virgines, 74 A.
Hungariæ Reges aliquot: Stephanus, 231 C. Sigismundus, 425 B. 469 B. 474 C. 479 C. 482 C. Ludovicus, 493 A. Ladiſlaus, 517 B. Mathias, 577 B. 590 A.

Hunni.

Hunni. *Vid.* Hungari.
ab eis deſtructum Hunenburg prope Lipſtadium, 186 A.
Huſſitarum hæreſis & acta, 418 A &c. 498 A &c. 501 A B, 510 C &c. 513 A. 514 A.
Hyems calidiſſima, 510 C.
frigidiſſima, 645 B.

I

Iburgenſis monaſterii initia, 268 B. 269 B.
S. Ida, 129 C. 141 C. 142 A &c.
ejus maritus Egbertus, 91 B. 129 C. 141 C &c.
eccleſia in Hertzfeld incenditur ab Hungaris, 185 C.
reliquiæ elevantur, 217 B &c.
Idolum Irmenſäul, 104 A &c.
Saturni dictum Crodo, 112 B.
Veneris, 112 C.
Hamburgenſe, 136 C.
Luneburgenſe, 137 A.
in Soltwedel, 137 C.
apud Slavos, 291 C. 308 B.
in Oldenburg, 308 B. 309 A.
in Mecklenburg, 308 B. 310 A.
Jeroſolyma ſubvertitur, 47 A.
à Saracenis devaſtatur, 233 C. 349 B.
reobtenta à Chriſtianis, 234 A.
iterum obtinetur à Saracenis, 332 B.
Jeroſolymitani S. Joannis Bapt. Fratres inſulam Rhodum occupant & defendunt, 392 A &c.
Igniti ferri judicium, 207 A. 239 A.
ab Ilſenburg Comes Fridericus. *Vid.* Fridericus.
Imperator ex conſtitutione Imperii ſit multarum linguarum gnarus, 439 A.
ejus libera electio conceditur Germanis, 219 C. 222 C.
Imperatorum Roman. catalogus & perſecutiones, 47 & ſeq.
Imperii Electores ſtatuuntur, 223 C.
Imperii matricula, 224 A ſeq.
Imperium Romanum devolvitur ad Carolum M. 50 B.
Orientale Græcorum quando inceperit, ibid.
illud ad Francos tranſit, 56 A.
de Impoſtoribus tribus blaſphemia, 351 B.
Incubus quidam, 458 C.
India occidentalis detegitur, 593 B.
Indulgentiæ datæ à Bonifacio IX. 472 C.
prædicantur per Cardinales, 501 C. 512 A. 605 C.
à Leone X. cum multis privilegiis conceſſæ eccleſiæ Trevirenſi, 639 C & ſeq.
ab eodem Germanis conceſſæ pro extruenda baſilica S. Petri Romæ, 652 B &c. 653 B &c.
Innocentius PP. III. 339 B C. 342 C. 344 B.
IV. 351 C. 358 B.
VI. 435 C. 436 B.
VIII. 579 C.
in Inſigni Ducis Weſtphaliæ cur equus albus? 71 A.
Ducis Saxoniæ cur duo leopardi. 326 A.
Comitis ab Oldenburg cur 2 trabes rubræ, 310 A.
Interregnum Imperii, 368 B C. 371 A.
Joachim ſcript. Bened. 824 B.
Joanna mirabilis virgo, 487 C.
Joannis presbyteri regio ſic dicta, 103 A.
S. Joannis Bapt. ordo Jeroſolymitanus, 392 A.
occupat & defendit inſul. Rhodum, ibid.
Joannes PP. VII. Papiſſa ex fabula, 170 B.
XII. deponitur ab Ottone M. 197 B C.
XVIII. 232 C.
XXII. 402 B. 404 B. 409 A.
XXIII. antipapa, 497 A B.
S. Joannes à Capiſtrano venit in Germaniam, 537 A.
ejus fervor contra Turcas. 550 C.
Joannes Caſtellenſ. ſcript. Bened. 831 B.
Joannes S. Bavonis ſcript. Bened. 831 C.
Joannes Rhode ſcript. Bened. 836 A.
Joannes Nivicell. ſcript. Bened. 836 C.
Joannes Gothus ſcript. Bened. 782 C.
Joannes Scotus ſcript. Bened. 792 A.
Joannes Erigena ſcript. Bened. 795 B.
Joannes Trithemius ſcript. Bened. 839 B.
Joannes de Bavaria Epiſc. Monaſt. 552 C. 553 A. 554 C &c.
ſtudet reformationi monaſteriorum, 556 B. 561 C. 770 A &c.
moritur Magdeburgi Archiep. 564 A B.
Jonas ſcript. Bened. 783 B.
Jordanus ſcript. Bened. 778 A.
Irene Imperatrix, 139 B C.

Irmenſaul idolum Saxonum, 104 A &c. 105 C &c.
Iſardus Comes Friſiæ, 646 C &c.
Iſuardus ſcript. Bened. 789 B.
Jubilæum Romanum. Hujus origo, 384 A.
conceditur ſingulo quinquageſimo anno, 512 A &c.
eo tempore confluxus hominum Romæ, 531 A. 599 B.
Judæorum Patriarchæ & Judices, 15.
Reges Iſraël, 16 A.
Reges Juda, 16 C.
Duces poſt captivitatem Babiloniçam, 16 C.
Reges alienigenæ, 17 A.
clades poſt ſubverſionem Jeroſolymæ, 47 A.
rabies in Auguſt. Euchariſtiæ Sacramentum, 437 C. 537 B.
exactionantur Magdeburgi, 371 B C.
unus biduo in latrina ſabbatizat, 375 A.
in eos perſecutio, 276 A. 427 A &c.
expelluntur è civitate Colon. 510 A.
Judices iniqui quâ pœnâ affecti à S. Annône, 260 C.
Judicium occultum Scabinorum in Weſtphalia, 117 A & ſeq.
Judicium candentis ferri, 207 A.
ignitorum vomerum, 239 A.
Juliacenſes Comites & Duces aliquot: Wilhelmus, 327 B 343 B. 410 A. 436 A. 447 A &c. 466 B. Reinoldus, 503 C. Adolphus, 504 A. Gerardus, 544 B. Wilhelmus, 576 B. 578 B. 631 A.
Juliacenſis Comitatus fit Ducatus, 436 A.
unitur Montenſi, 504 A.
item Clivenſi, 596 B. 630 B.
Juliacum civitas, 289 C. 378 C.
Julianus Cæſarius Cardinalis, 511 A.
Julius Cæſar erigit idola in Saxonia, 31 B C.
fit Imperator Roman. 32 C.
occiditur à Romanis, 33 A.
Juriſdictio ſpiritualis in Ducatu Clivenſi transfertur ad Epiſcopum Trajectenſ. 525 A.

K

Kallnhart. *Vid.* Callnhart.
Kappenberg. *Vid.* Cappenberg.
Kempen civitas, 576 A.
de Keppel nobiles: Gerardus, 536 A. 541 C. Henricus, 549 B.
Kernebeck curtis, 485 B.
de Ketteler Godefridus, 630 B. 655 B & ſeq.
Keyſerswerth civitas cum telonio reſignatur Archiepiſcopo Colon. 508 B. 499 C.

L

Laer pagus, ubi SS. Ewaldi &c. 92 C &c.
S. Lamberti eccleſia liberatur ab advocatia, 371 B.
Lancea Domini comparatur ab Henrico aucupe Imp. 190 C.
Brunſwico Nürnbergam translocatur, 431 B C.
inde cum aliis reliquiis transfertur Pragam, & de ea feſtum inſtituitur, ibid.
B. Landolini oſſa in Bocke ad Lippiam translata, 281 C.
Landeſcrone prope Coloniam, 340 A.
Lanfrancus ſcript. Bened. 810 A.
Lapus de Caſtello ſcript. Bened. 828 C.
Latinæ eccleſiæ accedunt multæ nationes Græcæ, 520 A.
Latrunculos ſacrilegos inſequendi antiqua methodus, 944 C.
ad Lauenburg transfertur Electoratus, 366 A.
S. Laurentius Juſtinianus, 832 B.
Leander Epiſc. 780 C.
B. Lebuinus Weſtphaliæ Apoſtolus, 94 B &c.
Legatio Orientalium ad Philippum Ducem Burgundiæ, 566 A &c.
Leges antiquæ Saxonum aliquæ damnantur, 450 C & ſeq.
Lemgo oppid. 114 C. 526 C.
fit feudum Paderbornenſe, 486 B.
ibidem veneficium, 619 B.
Leo in conflictu cum Comite Oldenburg. ſuccumbit, 309 B &c.
Leo PP. III. venit in Saxoniam, 56 B.
venit Paderbornam, 140 A.
ibidem altare conſecrat, 135 A. 140 C.
item ibidem & alibi eccleſias, 140 B.
illius bulla ratione Eresburg, 141 A.
Romam revertitur, 143 A.

Leo

Leo VIII. fit Papa per Ottonem, depoſito Joanne XII. 57 C. 167 C.
Leo PP. IX. quomodo ad Pontificatum evectus, 257 C.
Leo PP. X. concedit indulgentias cum multis privilegiis eccleſiæ Trevirenſi, 639 C &c.
ibidem erigit confraternitatem Tunicæ Domini, 641 B.
ejus bulla cœnæ, 647 C &c.
curat Germanis publicari indulgentias ac alia privilegia in ſubſidium fabricæ S. Petri Romæ, 652 B &c. 653 B &c.
Leodium civitas, 455 B.
devaſtatur, 567 A. 568 B.
Leodienſes aliquot Epiſcopi: Everardus, 208 C. Henricus, 373 A. Engelbertus, 425 B. 440 C. ejus prœlium cum Leodienſibus, 425 B.
Leonora Imperatrix vini abſtemia, 590 C.
Leopardos duos cur in inſigni gerant Duces Saxoniæ, 326 A.
Liborg caſtrum extruitur, 391 A.
S. Liborius, 467 B.
ejus translatio ad eccleſiam Paderborn. 489 C.
B. Liborius Weſtphalorum Apoſtolus, 94 C &c.
Lichtenow oppid. 473 B.
Liesborn Abbatia. Ejus origines, 59 C. 311 B &c. 750 C &c.
ejus tranſitus ad RR. PP. Benedictinos, 100. 311 B &c. 754 A &c. 756 A.
SS. ibidem reliquiæ, 146 A &c. 751 B &c. 764 A &c.
ejus olim Abbatiſſæ, 753 A.
funditus incineratur, 766 A.
eidem parochialis ibidem eccleſia incorporatur cum jure Archidiacon. 761 C. 762 B C.
item conceditur uſus Pontificalium, 763 B.
ejusdem reformatio, 770 A & ſeq.
Liesbornenſes Abbates: Balduinus, 756 C. Franco, 757 C. Wenſo, 758 B. Engelbertus, 759 A. Wernerus, 760 A. Godſcalcus, 761 B. Godfridus, 761 C. Gerardus, 762 B. Florinus, 763 A. Arnoldus, 764 A. Fridericus, 765 C. Henricus de Rodenberg, 766 C. Weſſelus de Recke, 767 C. Hermannus de Sande, 768 A. Lubertus, 769 A. Henricus de Clivis, 587 A B. 771 C. Joannes, 773 B.
Limburgenſis Ducatus tranſit ad Ducem Brabantiæ, 379 C.
Lingen obſidetur ab Epiſcopo Monaſter. 464 B. 481 A.
& expugnatur, 660 A &c.
fit feudum eccleſiæ Monaſter. 677 C.
Lingua Germanica unde, 11 B.
cur in Tranſilvania, 185 A.
hujus barbariem ad regulas grammaticales reducere niſus eſt Carolus M. & Otfridus ſcript. Bened. 798 C.
Linguarum multarum peritum oportet eſſe Imperatorem, 439 A.
Linguarum morbus, 171 C.
Lipperode obſidetur, 487 A.
de Lippia Comites quidam: Bernardus, 325 A. 330 B. 394 B & ſeq., ubi vita ejus mirabilis. Hermannus, 362 C. Simon, 472 A. 486 A. Bernardus, 483 C. 486 A. 487 A. 522 C &c. Simon, 541 C. Bernardus, 552 A. 563 B. 581 B. 631 A. Simon, 631 B.
in Lippiæ Comitatu feuda quædam Paderbornenſia, 416 A B.
Lipſiam univerſitas Pragenſis ob hæreſin transfertur, 490 C.
Lipſtadium civitas, 109 A. 115 C. 527 A &c.
ejus origo, 194 B &c.
Duci Clivenſi oppignoratur, 522 C.
variè impugnatur, 527 A &c. 690 B & ſeq.
prope eam caſtrum Hunenburg ab Hunnis deſtructum, 186 A.
Literæ Raymundi Cardin. ad ſtatus Imperii, 606 A &c.
Electorum & Principum Imperii ad Carolum V. 663 B & ſeq.
Livonia occupatur ab Ordine Teutonico, 347 B & ſeq.
Lohe caſtrum, 455 C.
Lohn expugnatur ab Ottone Epiſc. Monaſter. 385 C.

Lon-

Digitized by Google

Longobardi obtinent Imperium, 179 C.
humiliantur per Fridericum Imp. 335 B.
eorum Rex Arſtulphus, 99 B.
Lotharingiæ Ducatus ab Henrico aucupe occupatur, 191 B.
appropriatur eccleſiæ Colonienſi, 204 B.
Lotharingiæ Comites & Duces aliquot: Conradus, 177 C. 187 B. Lotharius, 168 C. Burchardus, 1 0 A. Gisbertus, 191 A. 201 B. 203 B. 204 A. 210 A. Godefridus, 264 A.
Lotharius Franciæ Rex. Vid. Clotharius.
Lotharius I. Imp. 166 C.
fit monachus, 169 B.
Lotharius II. Imp 232 B. 291 A. 302 B. 305.
ejus fata, 306 A &c.
geſta, 307 A &c. 308 A.
obitus, 307 C. 313 A.
ſepultura, 308 A.
Löwenburg caſtrum, 325 B.
Lübbeke Mindenſ. diœceſis, 108 B.
Lübeck fit urbs Imper. 332 A. 361 A.
ejus encomium, 334 B.
maximâ parte incineratur, 369 C.
Lucas ſcript. Bened. 820 B.
S. Ludgerus duodennio in Epiſcopatu Monaſt. Sacerdos, 131 B C. 134 A.
Epiſcopus Monaſt. 123 C. 129 A &c.
extruit monaſterium in Werden & Helmſtadt. 123 C. 132 B &c.
ejus obitus & ſepultura, 133 B.
ejus Collegium fundatur Monaſterii, 329 C.
Ludi equeſtres, 400 C. 561 B. 613 A &c.
Ludinghauſen oppid. 445 C. 553 B.
Ludolphus Saxoniæ Dux, 167 B. 174 C.
fundat monaſterium in Brunteshauſen, 167 C. Item Gandenſe, ibid.
Ludovicus pius Imper. fundator monaſterii apud Hervordiam, 241 C.
ejus varia belli pacisque geſta, 154 B &c. 156 B C. 158 C.
obitus, 166 B.
Ludovicus II. Imp. 169 C. 174 C.
fit monachus, 170 A.
Ludovicus III. 179 B.
cum eo extinguitur linea Caroli M. 179 B C
ejus fata, ibid.
Ludovicus Aurelianenſ. Dux, Francorum Rex, 181 C.
Ludovicus Bavarus Imp. 401 C. 402 A.
ejus diſſidium cum Papa, 59 C. 402 A.
præliatur contra Auſtriæ Ducem Fridericum, 404 C &c.
excitat ſchiſma in eccleſia, 405 C.
publicè emittit profeſſionem fidei, 409 C.
exauctoratur, 422 C &c.
perſequitur Archiep. Colon. 425 C &c.
ejus obitus, 423 B.
S. Ludovicus Franciæ Rex pro recuperanda Jeroſolyma fruſtra cum aliis præliaus, 332 C.
Lugdunum ad mare, civitas olim ſolo æquata, 143 C.
Lühnen oppid. 470 A. 477 A.
Luneburgenſe idolum, 137 A.
Luneburgenſes quidam Duces: Hermannus, 212 A. Benno, 217 A. Bernardus, ibid. & 244 A &c. Vid. Saxoniæ Duces. Wilhelmus, 345 A. Magnus Torquatus, unde ſic dictus, 437 A. Henricus, 482 B. 483 C.
eorundem origo, 211 B.
Luneburgenſis Ducatus tranſit ad Brunſwicenſes, 289 A.
Luneburgum, hujus origo, 137 A.
fit civitas, 212 A. 338 A.
ſpernit authoritatem Eccleſiaſticam, 137 B.
Lutzenburgenſis Comitatus fit Ducatus, 436 A.

M.

S. Mariæ Magdalenæ feſtum cur celebratum in diœceſi Monaſt. 357 C.
Magdeburgenſes aliquot Archiepiſcopi: S. Adalbertus, 123 B. 202 C. Dagon, 231 B. Gero, 244 B. Menfridus, 252 A. Wernerus, 269 A. Hartwigus, ibid. 272 C. ſeu Udo, de quo hiſtoria, 277 B &c. Henricus, 285 A. Aldogarus, 291 C. Fridericus, 315 B. Wigmannus, 327 B. 330 C. 331 A. 335 A. Albertus, 350 A. Robertus, 371 B. Conradus, 375 A. Burchardus, 406 B C. Otto, 438 A. Theodoricus, ibid. Ludovicus, 464 C &c.
Magdeburgenſis Archiepiſcopatus olim Burggraviatus, 212 B.

Mag.

Digitized by Google

Magdeb. Archiepiſc. origines, 111 C. 123 B. 127 C. 202 B &c. 203 A. 205 C.
ejus Suffraganei, 203 A.
eidem appropriatur Comitatus Aldeſleven, 214 B.
Magdeburgum civitas unde ſic dicta, 112 C. 202 B.
SS. 3 Magi Coloniam transferuntur, 323 C.
ad S. Magnum in Colbeke tripudiantium pœna, 139 C &c.
Magnus Torquatus Saxoniæ Dux, 437 A.
Magnatum in Germania origo, 113 A 225 A.
Mahumetis fruſtranea expeditio in inſulam Rhodum, 392 C.
Major domûs in Gallia. Ejus officium & authoritas, 80 A &c.
Malemans caſtrum deſtruitur, 460 B.
Manfredus, Friderici Imp. filius naturalis, 354 C. 369 A. 370 B C.
Marcellus Cardinal. 511 B C.
Marchiæ Comitatus tranſit ad Ducem Clivenſem, 630 B.
Marchiæ Comites aliqui: Engelbertus, 179 B. 180 C. ejus dura incarceratio, 381 A. Everardus, 395 C. Engelbertus, 387 C. 389 C. Theodoricus, 407 C. Adolphus, 409 C. Theodoricus, 444 A. 456 A. 476 C Engelbertus, devaſtat diœceſin Colon. 468 C 767 C. Gerardus, 508 A.
Marcomenus 2dus Francorum Dux, 69 A C.
Marcus ſcript. Bened. 781 B.
B. V. Maria nata, 33 C.
peperit Salvatorem mundi, 33 C. 34 A. 44 C.
ejus Conceptionis feſtum inſtituitur Paderbornæ, 411 C.
& nativitatis Hildeſii, 320 A.
Marianus Scotus ſcript. Bened. 812 B.
Marienfeldt Abbatia fundatur, 319 C. 759 B.
ejus diſciplina & devotio, 358 B.
ibidem fit monachus Bernardus de Lippia, 399 A.
exactionatur, 538 C. 540 A.
Mariæburgum in Boruſſia, ejus origo, 348 B.
Marochiæ Regis in Hiſpaniam irruptio, 344 B.
Martinus PP. IV. 379 A. V. 497 C. 511 A. 512 B 517 B.
S. Martinus Ep presbyterum præfert Imperatori, 69 B.
Clodovæo Francorum Regi patrocinatur, 76 C.
ejus Collegium fundatur Monaſterii, 329 C.
Martinus Scotus ſcript. Bened. 829 A.
Martinus Epiſc. ſcript. Bened. 782 A.
S. Mathiæ corporis inventio Treviris, 301 B.
ibidem in Abbatem conſtituitur Prior Carthuſianus, 836 A &c.
Mathuſen caſtrum prope Groll, 485 B.
Matrimonium uniens Ducatum Montenſem Juliacenſi, 504 A.
Wilhelmi Juliacenſ. Ducis cum Sybilla Brandenb. Coloniæ, 578 B.
S. Mauritii capitis pars transfertur Magdeburgum, 350 A.
Maximilianus Auſtriæ Dux matrimonio obtinet Burgundiam, 575 B. 583.
fit Rex Roman. 582 C. 583.
incarceratur à Brugenſibus, 585 B C.
recuperat Viennam, 590 B.
item Auſtriæ Ducatum, partem Hungariæ ac Flandriam, 591 B.
fit Imperator, 594 A.
ejus haſtiludium Auguſtæ Vindelicorum, 623 A &c.
viſitat cum conventu Principum ſolemniter SS. reliquias Treviris, 637 A &c.
Alberto Saxoniæ Duci in feudum concedit Friſiam, 646 B.
ejus obitus, 661 B.
acta quædam, 661 C &c.
S. Mechtildis encomium, 189 C.
fundat monaſteria, 195 B.
ſepulta eſt in Quedlenburg, 205 C.
in Mecklenburg olim idolum, 308 B. 310 A.
Mediolanenſes ab Ottone M. humiliantur ratione pecuniæ, 196 C &c.
Mediolanum civitas, hujus excidium, 322 C &c. 324 A.
Medorum monarchia, 18 C.
Meginbaldus advocatus, 270 A.
de Meinhovel nobiles, 174 A.
eorum familia extinguitur, 359 C &c. 360 A.

Digitized by Google

S. Meinolphus fundat cœnobium in Bödeken, 145 A.
S. Meinwercus Ep. Paderb. 233 A.
fundat monaſterium in Abdinckhoff Paderbornæ, 241 B. 252 B.
acquirit eccleſiæ ſuæ Erwite, 242 A.
Comitatum in Warburg, 243 A &c.
Comitatum in Lyndeshauſen 246 B.
& caſtrum in Padberg, 252 A.
viſitat monaſterium Corbejenſe, 242 A.
fundat monaſterium apud Hervordiam, 242 C.
item Paderbornæ extra muros, 254 B.
ejus obitus, ibid.
Menden civitas Weſtphal. munitur, 409 C.
Merfeldt Hermannus, 485 A.
Meridiani pulsûs & orationis cauſa, 547 A.
Merovingi Francorum Reges, 98 B.
eorum linea extinguitur, ibid.
Mibo ſcript. Bened. 797 B.
Milites conſcribendi modus antiquus, 410 A.
Mimigardefordenſes Epiſcopi. *Vid.* Monaſterienſes.
Minden civitas, olim Widekindi caſtrum, 113 C. 116 C. 120 C.
unde ſic dicta, 120 C &c.
ibi conſecratur eccleſia à Leone PP. III, 140 C.
Mindenſes aliquot Epiſcopi: S. Hercumbertus, 120 C. Theodoricus, 244 C. 247 C. Albarcus, ibid. Sigibertus, 248 A. Theodoricus, 438 A. Albertus, 530 B. Franciſcus, 621 A. 674 A &c.
Miracula falſa, 558 C.
Moguntini Archiepiſcopi prærogativa, 98 A.
Moguntini quidam Archiepiſcopi: Martinus, 136 A. Limpertus, 169 B. Boto, 187 A &c. 188 A B. Hildibertus, 202 B. Wilhelmus, 207 B. Willigiſus, 229 A. 233 A. Eckenbaldus, 231 B. 244 C. 246 B. Aribo, 243 B. 246 B. 249. Ruthardus, 284 B. Albertus, 301 B. 313 B. Conradus, 338 C. Syfridus, 339 C.
NB. Botonis dolum in Henricum aucupem & Albertum Marchionem Babenburg. 187 A & ſeq.
Molitor fingit ſe Marchionem Waldemarum, 427 B C.
Monachi ſeductio & perſecutio in Judæos, 276 A.
Monarchiæ quatuor, 17 B &c.
Monaſteria reformata. *Vid.* Reformatio.
Monaſteria: ad Capellam prope Lipſtadium, 116 A.
Transaquas Monaſterii, 124 A.
in Werden & Helmeſtadt, 123 C. 132 B &c.
S. Michaëlis Luneburgi, 137 A B. 211 A.
in Wildeshauſen, 149 C.
Corbejenſe fundatur à Ludovico pio, 156 C.
in Ebbekeſtorff, 164 C.
in Bruntesbauſen fundatur, 167 C.
Gandenſe fundatur, ibid.
in Egmundia conſtruitur, 171 A.
Cluniacenſe fundatur, 177 A.
item in Herſtesburg, 186 C.
item in Delmeckburg, Munichauſen, Narthauſen & Pollenen, 195 B.
item in Quedelenburg, 198 B.
in Geſeke, 203 C.
Coloniæ ad S. Panthaleonem, ibid.
Tuitienſe, 205 B. 221 B.
Gerodde, 21? C.
in Abdinckhoff Paderbornæ, 241 B. 252 B.
in Siegburg, Grafſchafft & Saelfeld, 259 A.
in Erfurt, 265 A.
in Iburg, 268 B. 269 B.
in Flichtorp, 281 B &c.
Wedderſtaden, 291 B.
in Cappenberg, Varlar & Elffſtadt, 291 C. 294 B.
in Wirberg, 299 A.
in Hardehauſen, 303 A.
in Konigslauteren, 307 C.
S. Gertrudis prope Oſnabrugum, 308 C.
in Raſtede, 310 A.
Marienfeld, 329 C. 358 B. 759 B.
in Hertzebroick, 345 C.
ad S. Ægidium Monaſterii, 556 A.
Liesbornenſe, 99 C. 311 B &c. 750 C &c.

Monaſterienſes Epiſcopi: S. Ludgerus, 123 C. 129 A &c. Gerfridus, 149 A. Alfridus, 165 A. Lubertus, 168 C. Bartholdus, 171 C. Wilhelmus, 172 B. Richardus, 174 A. Rumoldus, 178 B. Hildeboldus, ibid. Dodo, 217 A. Swederus, 220 B. ejus miracula, 230 A. Theodoricus, 234 C. 247 C. Sigefridus, 248 A. Hermannus, 124 B. 252 C. 253 A. Rupertus, ibid. Fridericus, ibid. Rudolphus, 253 C. Erpo, 273 A B. Theodoricus II. 273 A B. 296 C. 300 C. 303 A. 755 B. Burchardus, 303 A. Egbertus, 311 A. Wernerus, 314 C. 759 B. Fridericus, 316 B. Ludovicus, 320 B. 321 A. Godſcalcus, 328 B. Hermannus II. 329 A &c. 759 C. 760 B. Otto, 332 C. 333 A. 349 A. 758 C. Theodoricus, 357 B C. 358 A. Ludolphus, 358 C. Otto II. 369 B. Wilhelmus II. 371 B. Gerardus, 374 C. 761 C. 762 B C. Everardus, 377 A. Otto III. 385 B &c. Ludovicus II. 389 A. 390 A &c. 391 A &c. Adolphus, 436 B. Joannes, 439 C. 440 B. Florentius, 440 C. 441 A &c. 442 A B. 443 C. 444 A. 445 C. 455 C. 456 B. 459 B &c. 462 B. Poto, ibid. Heidenricus, 463 C. 464 A &c. 465 B. 469 A. Otto IV. 469 C. 470 A &c. 471 A &c. 476 C. 481 A. 485 A &c. 486 B &c. 502 C. 503 A. 506. Henricus, 507 C. 508 C. 509 B C. 530 B. 532 C. Walramus, 533 C. 534 A. 538 C. 539 B. 548 C. Joannes Bavarus, 552 C. 553 A. 554 C &c. 556 B. 561 C &c. 564 A. 770 A &c. Henricus II. 561 B. 564 B. 572 B &c. 578 C. 595 C. 596 C. Conradus, 597 C. 620 C. Ericus, 618 C. 621 A. 660 A.

Monaſterienſis eccleſia acquirit:
- Comitatum Germeſtede diœceſis Magdeburg. cum annexis feudis, collatione beneficiorum &c. 253 B.
- à Godefrido Cappenberg. 105 prædia &c. 295 A.
- bona de Meinhövel & diſtrictum in Geldria, 360 A &c.
- Comitatum Sede & Vechte, 369 B. 507 B.
- Burggraviat. Stromberg, 450 B.
- Oeſtbeveren caſtrum, 456 B.

Monaſterienſis eccleſia acquirit:
- Ahaus caſtrum, 477 A &c.
- Bevergern, Cloppenburg & Oyte, 481 B.
- item Botzlar, 377 A. & Ottenſtein, 485 B &c. 486 B. 503 A. 508 A.

Monaſterienſis Epiſcopatus, primùm ſic dictus, 329 C.
- ejus origo, 123 C.
- cur patronum habeat S. Paulum, 123 C &c.
- ejus advocatia vindicatur, 321 A.
- ſed prætenditur à Comitibus de Tecklenburg &c. 328 C.
- fit Principatus Imperii, 329 B.

Monaſterienſium civitatum privilegia, unde, 385 C. 386 C.
- item annaterum origo, 389 C.

Monaſterienſium rebellio contra proprium Epiſcopum, 273 B. 300 C &c. 303 B. 328 C. 385 C &c. 391 B. 408 A. 436 C. 449 A &c.
- eorum bellum inteſtinum, 533 B & ſeq. 728 & ſeq.
- clades prope Varlar, 543 B C.

Monaſterium civitas, quando ſic dicta, 329 C.
- prima ibidem capella à S. Swiberto extructa, 124 A.
- ejus inundatio, 174 B. incendium, 300 C. 755 B.
- campus Dominicus muro inveſtitur, 303 C.
- primus in eo pro eccleſia Cathedrali ponitur lapis, 357 C.
- fit metropolis Weſtphaliæ, 329 B.
- in ea fundantur Collegia ad SS. Martinum & Ludgerum, 329 C.

Moniales reformantur transaquas Monaſterii, 311 A.
- ibidem ad S. Ægidium, 556 A.
- montis S. Gertrudis. 408 C.
- in Hertzebrock, 345 C. Malgarden, 408 C.
- eliminantur in Bödeken, 489 C &c. 768 C.
- & in Liesborn, 100. 311 B &c. 754 A &c. 7,6 A.

Monſtra varia, 157 C. 234 A. 620 A B.

Montenſes Comites & Duces aliquot: Adolphus, 343 B. Wilhelmus, 474 B &c. 483 A B. 487 A. Adolphus, 483 A. Gerardus, 544 B.

Montenſis Ducatus unitur Juliacenſi, 504 A. item Clivenſi, 630 B.
Montisferrati primus Marchio Alaramus Saxoniæ Dux, 215 C.
Morbus pedicularis, 177 C. 178 A. 179 A.
de Morien nobilis Gerardus, 553 B.
Mortuorum conflictus Wormatiæ, 300 B. item convivium. 614 B &c.
Moſcovitarum clades à Polonis, 643 A &c.
Mülheim civitas, 477 C.
Mures devorant ſacrilegum, 234 A. item Archiep. Mogunt. 277 B.
Murus inter Britanniam & Scotiam, 84 C.

N.

Narſetis patritii Romani acta, 77 C &c.
de Naſſau Comes Philippus, 525 B.
Nativitatis B. M. V. feſtum inſtituitur Hildeſii, 320 A.
Nemroth primus Rex, 7 C.
Neomagium civitas, 502 C.
Neyhem oppid. devaſtatur à Suſatenſibus, 525 C.
Nicolaus V. antipapa, 59 C. 402 B. 406 A.
Nicolaus PP. V. 438 C. 534 A. 546 A.
Nicolaus PP. VI. 519 B
Nicolaus Cuſanus Cardin. 532 A. 536 A.
Nicolaus ad S. Crucem ſcript. Bened. 832 B.
Nicolaus de Tudeſchis ſcript. Bened. 835 A.
Nicolaus Doms ſcript. Bened. 837 A.
Nidecca civitas, 379 A.
Ninus Rex Aſſiriorum, 8 A.
Nomen cur mutet Pontifex in electione, 168 B.
S. Norbertus, 293 C.
Noricorum Dux Guelfo, 264 A.
Norimbergam Brunſwico, ac deinde Pragam transfertur Lancea Domini cum cæteris reliquiis, 190 C. 431 B C.
Normanni ad fidem Chriſti convertuntur, 153 C Franciam & Germaniam devaſtant, 175 C.
Noveſium civitas obſidetur, 567 C. 571 C.
Noviomagium. Vid. Neomagium.
Nürnberg. Vid. Norimberga.
Nuſſia. Vid. Noveſium.
Nidecken. Vid. Nidecca.

O.

Occidentalis India detegitur, 593 B.
Octavianus. Vid. Auguſtus.
Odilo ſcript. Bened. 806 B.
Odo ſcript. Bened. 800 C.
ab Oer nobiles: Henricus, 483 A B. Sanderus, 549 B.
Oeſtbeveren caſtrum cum appertinentiis appropriatur eccleſiæ Monaſter. 456 B.
Offertoria ad 3 altaria prohibentur Paderbornæ, 462 C.
Olde pag. incineratur, 552 C.
de Oldenburg ex ſtirpe Widekindi Comites quidam: Theodoricus, 189 B C. Burchardus, 362 C. Henricus, ibid. Conradus, 456 B. Chriſtianus, 456 C. Mauritius, Gerardus, 559 A. 574 A. 578 C. Comitis conflictus cum leone, 309 B &c. unde in inſigni habent 2 trabes rubeas, 310 A.
in Oldenburg quondam idolum, 308 B. 309 A.
Oldenſel civitas devaſtatur cum tyrannide à Geldrienſibus, 626 C.
Oppignoratio Lipſtadii, 552 C. Stromberg & Dülmen, 535 B. Ahaus, Ottenſtein & Schöppingen, 550 A.
Ordo militum Jeſu Chriſti inchoatur in Portugalia, 404 B.
Teutonicus occupat Boruſſiam & Livoniam, 347 B &c. ejus conſtitutio & prælia, 348 C. 391 C &c.
militum S. Joannis Bapt. occupat & defendit inſ. Rhodum, 392 A &c.
Orientalium legatio ad Philippum Burgundiæ Ducem contra Turcam, 566 A &c.
Originarii in Weſtphalia unde orti, 30 B C. 103 C.
Orſoy caſtrum incenditur, 508 A.
Osbertus ſcript. Bened. 806 A.
Oſnabrück civitas, 114 C. 527 A.
Oſnabrugenſes Epiſcopi: Wiho, 119 C. 128 C. Menigoza, 165 A. Goſwinus, ibid. Gozbertus, 174 C. Filbertus, 175 A. Filimarus, 188 C. Dodo, ibid. & 195 A. Drago, ibid. & 212 B. Dodo, 220 A. Guntarius, ibid. Wotilolphus, 230 C. Titmarus, ibid. & 248 B. Meinherus, ibid. Goſmarus, 254 A. Albericus. ibid. & 258 B. Benno, ibid. & 268 A.

A. Benno II. ibid. & 269 C. 270 C. 271 C. 273 C &c. 275 A &c. Marquardus. 275 C. Wido, 283 C. Joannes, ibid. Godſcalcus, 291 A. 300 A. Udo, 303 C. Philippus, ibid. Engelbertus, 320 C. Philippus II. 330 B. Arnoldus, ibid. Guntherus, 332 C. 758 C. Gerardus, 344 C. 358 B. Bruno, 357 B C. Adolphus, 358 B. Ludgerus, 387 C. Engelbertus, 404 C. Godfridus, ibid. Joannes, 407 B. 448 C. 472 A. Melchior, 407 C. 448 C. 456 A B. Theodoricus, 407 C. Henricus ab Holſtein, ibid. Otto, ibid. Joannes de Diphold, 408 A. Ericus ab Hoja, ibid. Henricus de Morſa, 408 B. Albertus, ibid. Conradus de Diphold, ibid. & 547 C. Conradus de Retberg, 408 C. 580 C. 581 C. 620 C. Ericus de Grupenhagen, 409 A. 621 A. 631 B.

Oſnabrugenſi eccleſiæ vindicantur decimæ, 271 C &c.

Oſnabrugenſis Epiſcopatus initium, 119 B.

Oſterwick, 111 C.

Otfridus ſcript. Bened. 798 C.

Ottenſtein caſtrum expugnatur ab Ottone Ep. Monaſter. 485 B &c. 486 B.
- fruſtra à Comite de Solmis vendicatur, 503 A.
- reparatur ab Henrico Ep. Monaſt. 508 A.

Otto Saxoniæ Dux pater Henrici aucupis, 174 C. 176 B. 186 B. 187 A.

Otto M. Imp. eligitur & coronatur, 198 C. 202 B.
- erigit Archiepiſcopatum Magdeb. 202 B.
- fundat 4 Epiſcopatus, ſuffraganeos Bremenſi, 207 A.
- agit contra Berengerium, 184 C. 196 A &c & Mediolanenſes ratione pecuniæ, 196 C &c.
- deponit, mediante Concilio Italorum Epiſcoporum, Joannem PP. XII. & Leo VIII. eligitur, 197 C.
- delet usque ad internecionem Hungaros, 206 B. 210 B C.
- ejus obitus & ſepultura, 207 B C.

Ottŏ II. Imp. 207 C. 213 A.
- in bello contra Græcos fugit, 215 A B. 218 B.

Otto II. Imp. ejus acta præclara & obitus, 218 A &c.
- ſepelitur Romæ, 218 B.

Otto III. Imp. 218 C.
- Gregorium PP. V. defendit, 219 B. 221 B.
- Brandenburgenſe dominium tollit à Slavis, 219 C.
- peregrinatur ad S. Adalbertum, 221 B.
- 7 Epiſcopatus in Polonia erigit, 221 C.
- ejus obitus absque hærede, 225 B C.
- uxorem vivam comburi curavit, 226 A.
- donavit S. Henrico civitatem Bambergenſ. 237 A B.

Otto IV. Imp. 338 C &c. 342 C.
- excommunicatur & exauctoratur, 343 A B. 344 C.
- ejus obitus & ſepultura, 345 B.

Otto Cappenbergenſis, 294 A. 298 C &c.

Ovelgunne caſtrum deſtruitur, 391 C.
- expugnatur, 471 B.

Oyte oppidum expugnatur ab Ottone Epiſc. Monaſt. & reſignatur eccleſiæ Monaſt. 471 A. 481 B.

P.

de Padberg Fridericus, rebellis in Epiſcopum, 467 B C. 468 A &c.
- in S. Liborium blaſphemus, 467 B C.
- quà incendiarius capitur &c. 473 A &c.

Paderborna civitas, 109 A. 110 C. 113 A.
- deſcribitur, 121 C &c.
- ibidem Leo PP. altare conſecrat, 135 A.
- moderna Cathedralis eccleſia extruitur 231 B.
- ejus diſſidium cum proprio Epiſcopo, 376 B &c. 403 B.
- incineratur, 221 A. 267 A. 303 A. 618 A.
- prohibet offerri ad 3 altaria, 462 C.

Paderbornenſes Canonici à ſtatu regulari ad ſæcularem deflexiſſe videntur ſub Bernardo IV. Epiſc. 355 C.

Paderbornenſes Epiſcopi: Hathumarus, 121 B. 134 B C. Baduradus, 144 C. Lutardus, 168 A. Biſo, ibid. Theodoricus, ibid. Vuvanus, ibid. Dudo, ibid. Folemarus, ibid. Rotharius, ibid. & 221 A B. 228 B. 229 B.

230 C. 232 B. Meinwercus, 168 A. 233 A. 240 C. 241 B. 242 A &c. 243 A &c. 246 B. 252 A. 254 B. Rotho, ibid. Poppo, 272 A. Henricus, 272 A B. 281 B. Ratbradus, 281 C. Bernardus, 302 C. 333 A. Bernardus III. 355 C. Oliverius, ibid. Willebrandus, ibid. Bernardus IV. ibid. Simon, 376 B. Otto, ibid. Theodoricus, 403 A. Bernardus V. ibid. Balduinus, 411 A. Henricus, 412 A. 463 B. Simon, ibid. & 467 B Robertus, 467 A. Joannes, 473 A. 478 A. Wilhelmus, 474 A. 478 A &c. 483 A. 484 C. 486 A. 489 C. 493 C &c. Bertrandus, 477 C. 478 A. Simon, 563 B 596 A. Hermannus, ibid. Ericus, 621 A. 631 B.

Paderbornenſis eccleſia recipit advocatiam, 333 A.

acquirit: caſtrum Driborg, 134 C.

Bokenförde, 229 B. 231 A.

Erwite, 242 A.

Comitatum Warburg, 243 A &c.

Comitatum in Lyndeshauſen, 246 B.

caſtrum in Padberg, 252 A.

ejus vaſalli feudatarii, 403 A.

in ea Vicariarum S. Crucis fundatio, 411 C.

Paderbornenſis Epiſcopatus fundatur, 121 B.

ad S. Pantaleonem fundatur monaſterium Coloniæ, 203 C.

idem conſtruitur ex lapidibus pontis Rheno inſtructi, 205 B.

Papa cur mutet nomen in electione, 56 C.

deponitur à Concilio Epiſcoporum Italorum, 197 C.

apud eum Stratoris officio funguntur Imperatores, 65 C. 446 B. 671 B.

coronam imponit pedibus, 190 C. 671 B C.

eum eligendi facultas conceditur Imperatori, 198 A.

Papalis Sedis reductio Romam, 446 C.

Papiſſæ fabula, 170 B

in Parentes peccantium pœna, 422 A.

Pariſienſes malè tractati à Brunone Archiep. Colon 204 B.

item à Joanne & Philippo Burgundiæ Ducibus, 487 B C.

ſtudium generale Athenis Romam tranſlatum accipiunt, 130 C.

Partus maſculorum ultra trecentos ex Margaretha Comitiſſa de Holſtein, 400 C.

Parvuli per fiſtulatorem ſeducuntur, 555 C.

Paſcaſius ſcript. Bened. 799 C.

in Paſchate laboris pœna, 551 A.

Paſchalis PP. 289 B.

S. Paſſionis ſigna in veſtibus, 605 A.

S. Patrocli corpus transfertur Suſatum, 208 A &c.

Paulsburg caſtrum, 464 B.

Paulus PP. II. 837 B.

Paulus ſcript. Bened. 789 C.

Pax à Carolo IV. generaliter conſtituta, 460 B C.

ejus conſervatores, 446 A. 464 B.

Pecuniæ Germanicæ ſacra Romanorum fames, 430 B. 439 C. 440 A. 443 B. 472 B C. 473 A. 587 A. 605 C. 621 A. 653 B &c. 670 A &c. 767 A.

Pecuniam cudendi jus in Archiep. Colon. 363 C.

Pedicularis morbus, 177 C. 178 A. 179 A.

Peloponeſus inf. à Turcis obtinetur, 536 C.

Peregrinus Archiep. Colon. quomodo ad Archiepiſcopatum promotus, 245 A &c.

perfecit Collegium ad SS. Apoſtolos, 245 B.

excommunicat raptorem monialis, 245 C.

Perſarum monarchia, 19 B.

Perſecutiones in Chriſtianos, 47 C &c. 157 A &c. 247 B. 251 A.

in Clerum à Rege Angliæ, 415 C &c.

in Judæos, 276 A. 427 A.

Peſtilentia, 79 B. 85 B. 220 A. 232 A. 233 C. 241 C. 316 C. 358 B. 385 B. 426 C. 466 A. 481 B. 500 C. 503 C. 510 C. 520 B. 658 B. 765 C. 767 C.

ob S. Petri baſilicam indulgentiæ, 652 B &c. 653 B &c.

Petri monachi ſeductio, 276 A.

Petrus Boherius ſcript. Bened. 830 B.

Petrus Berthorii ſcript. Bened. 830 C.

Petrus Damiani ſcript. Bened. 810 C.

Petrus Cluniacenſ. ſcript. Bened. 826 C.

Petrus Corbarius antipapa ſub nomine Nicolai V. 59 C. 402 B. 406 A &c.

Petrus de Roſenheim ſcript. Bened. 833 A.
Pharamundus primus Francorum Rex, 69 C.
Philippus Suevus, Friderici Imper. filius. 338 C &c. 341 B C.
ejus occiſio, 342 B.
Philippus Burgundiæ Dux, 510 B. 513 A. 518 C. 523 C. 565 C.
ad eum legatio Orientalium contra Turcam, 566 A &c.
Philippus Bergomenſ. ſcript Bened. 832 A.
Philippus Otterburgenſ. ſcript. Bened. 830 A.
Pipinus I. Major domûs in Francia, 80 A &c. 87 C &c.
II. Caroli Martelli pater, 81 A.
ejus geſta, 88 B.
III. Caroli M. pater, 81 A.
fit Rex Franciæ, 56 A. 97 C &c. 56 A.
ejus in Saxones expeditio, 98 C &c.
ejus obitus, 99 B.
IV. filius Caroli M. Rex Italiæ inungitur, 143 B.
Pius PP. II. 438 C. III. 559 B.
Poloniæ Duces & Reges aliquot: Boleslaus Dux, 221 C. 222 A. 231 C. Miſico, 244 B, 251 A. Boleslaus contra Ordinem Teutonicum, 392 C &c. Caſimirus, 517 B.
Pontificum Romanorum ſeries usque ad Leonem X. incluſ. 53 C & ſeq.
Pontius ſcript. Bened. 817 A.
Popo Fuldenſis Abbas, 231 B.
Potzler caſtrum, 436 B.
Praga expugnatur, 256 C.
ejus hæretici exuruntur, 498 A.
contra reliquos expeditiones, 510 C &c. 513 A. 514 A. 568 B. 769 B.
inde ob hæreſes transfertur Lipſiam univerſitas, 490 C.
ad eam cum cæteris SS. reliquiis translocatur lancea Domini, 431 B C.
Priamus primus Francorum Dux, 68 C.
ad Principes Imperii literæ Cardinalis Raymundi, 606 A &c.
eorundem literæ ad Carolum V. noviter electum, 663 B & ſeq.
Priſcillianiſtæ damnantur in concilio Trevirenſi, 69 A.
Privilegia civitatibus Monaſterienſibus conceduntur, 385 C. 386 C.
Prophetiæ falſæ, 631 C &c. 633 B &c.
earundem refutatio, 634 B &c.
Propheta falſus Stadenſis, 349 C.
Puerorum per fiſtulatorem ſeductio, 555 C.
Purgatorium Nobilium Weſtphaliæ, 613 C &c.

Q.

Quakenbrügge civitas extruitur, 320 C.
Quedelenburg monaſterium ab Henrico aucupe fundatum, 198 B.

R.

Rabanus ſcript. Bened. 793 C.
Radulphus ſcript. Bened. 802 C.
Ramerſtorff caſtrum, 507 C.
expugnatur, 535 B.
Ratbodus Friſiæ Rex, 91 C.
ejus crudelitas in Chriſtianos, 92 A.
obitus. ibid. 96 C.
Ratboldus ſcript. Bened. 801 A.
Ratherius ſcript. Bened. 802 A.
Rationalis uſus conceditur Epiſcopo Paderb. 302 C.
Ravensbergenſes Caſtellani vincuntur, 443 C. 444 B.
Comites: Hermannus. 341 B, Adolphus, 483 A B.
Ravensbergenſis Comitatus tranſit ad Ducem Clivenſem, 630 B.
Rebellio. Vid. Seditio.
Recklinghauſen acquiritur diœceſi Colon. & munitur, 417 A.
ibidem prædones, 502 C.
Reformatio Monaſteriorum:
Monaſterii Weſtphal. Transaquas, 321 A.
item ad S. Ægidium, 556 A.
prima Liesbornenſ. 100. 311 B &c. 754 A &c. 756 A.
2da Lieſbornenſ. 561 C.
in Iburg, Herzebroick, Malgarden, Oſede, in monte S. Gertrudis, 408 C.
Bödeken, 489 C &c.
Corbejenſis, 558 C.
ejusmodi ſingularis promotor Joannes Bavarus Ep. Monaſt. 556 B. 561 C. 770 A &c.

Regino

Digitized by Google

Regino ſcript. Bened. 801 C.
Regula Canonicorum ſtatuitur in ſynodo Aquenſi, 155 B.
S. Benedicti, 777 C.
SS. 3 Regum corpora transferuntur Coloniam, 323 C.
B. Reinerus Oſnabrugenſis, 358 B.
Reinoldus Geldriæ Dux dat repudium Duciſſæ, 410 B C.
à fratre in bello vincitur, 412 C.
SS. Reliquiæ Aquisgrani, 145 A.
quæ ſingulo ſepteunio inviſuntur, 148 A &c.
coram Principibus oſtenſæ, 500 B.
item Treviris, 81 B &c. 301 B.
ibidem ſolemniter viſitatæ, 637 A &c.
item in Abbatia Liesbornenſi, 146 A &c. 751 B &c. 764 A &c.
Remigius ſcript. Bened. 798 A.
ob Repudium Duciſſæ Geldrienſis conqueritur, 410 B C.
Reſteberg, 480 C.
Retberg caſtrum, 460 B 551 C.
de Retberg Comites: Conradus, 552 A. Joannes, 580 C. 631 B 647 B.
Rheda caſtrum. 544 C.
oppignoratur Comiti Tecklenb. 545 C.
de Rheda Comes Widekindus, 330 B.
Rheine civitas, 507 B.
Rhemenſis ampulla S. Chriſmatis, 76 B.
Rhodus inſ. ab Equitibus S. Joannis occupata, 391 A &c.
Richardus ſcript. Bened. 823 C.
Rogerius ſcript. Bened. 808 C.
Rolandus Comes Palatinus, 138 C.
Rollo Normaudiæ Dux, 153 C. 176 A.
Roma civitas. Ejus origines, 22 C.
cur dicatur ſepticollis, 23 A.
ejus Reges, 23 B.
regimen politicum, 23 C. 24 A.
Romana Curia quondam Symoniaca, 471 C.
reducitur Avenione Romam, 447 A.
Romani ad obedientiam Imperii reducuntur, 322 B.
horum monarchia, 21 C.
unde orti, 25 A.
Romani, apud eos 3 gradus dignitatum, 226 C &c.
eorum rebellio in Pontificem, 416 A &c.
item ſacra auri Germanici fames, 430 B. 439 C. 440 A. 443 B. 472 B C. 473 A. 587 A. 605 C. 621 A. 653 B &c. 670 A &c. 767 A.
Romanorum Rex quando Imperator & Auguſtus vocetur, 226 C.
Ropertus Imperat. 479 B &c.
ipſi à Papa conceditur ſed non evincitur exactio decimæ à Clero, 484 A.
ejus obitus, 491.
Ropertus Limburg. ſcript. Bened. 819 B.
Ropertus Tuitienſ. ſcript. Bened. 818 C.
Roſtochium civitas, 501 B.
Rotgerus ſcript. Bened. 796 B.
Rudolphus Saxo Imp. 262 B. 268 C.
prœliatur contra Henricum IV. 262 C. 269 A. 270 C &c.
ejus obitus, 271 A.
Rudolphus Habsburg. Imp. 375 A B.
ejus geſta, 375 C &c.
obitus & ſepultura, 376 B.
Rudolphus ſcript. Bened. 819 C.
Rupertus Caſſinenſ. ſcript. Bened. 806 B.
Rupertus Rhemenſ. ſcript. Bened. 825 A.
Ruſticus Stadenſis falſus propheta, 349 C.

S.

Sacrilegos inſequendi antiqua methodus, 644 C.
Saltantium ſecta, 455 A.
Salutatio Angelica pars confeſſionis fidei in Ludovico IV. Imp, 409 C.
Sandwelle Gograviatus, 507 A.
Saraceni occupant Romam, 155 A.
Jeroſolymam, 231 C. 332 B. 349 B.
Conſtantinopolim, 536 B C. 573 C.
Saffenberg caſtrum extruitur, 377 A.
in eo officium recuperatur, 507 B.
Saturni idolum, 112 B.
Saxones Thuringiam occupant, 27 C. 28 A B. 29 B C.
eorum origines, 26 C. 27 A B.
unde ſic vocati, 27 C. 28 B.
an juniores ſint Thuringis, 29 A.

Saxones Weſtphaliam occupant, 30 B C.
eorum laus â caſtimonia. 31 A &c.
de iis ſilentium in antiquis ſcriptoribus, 31 C.
eorum idola â Julio Cæſare erecta, 32 B &c.
invadunt Italiam & Burgundiam, 68 A B.
Angliam occupant. 70 A &c.
iis Italiam invadentibus, Suevi Saxoniam occupant, 78 B.
fiunt in Anglia Chriſtiani, 82 A. 84 A.
Francis tributarii, 99 A.
eorum 12 Satrapæ, 93 B. 94 C &c. 110 B. 128 B.
Apoſtoli, 89 B.
annuus conventus, 94 C &c.
clades apud ſilvam Bockholt, 103 C.
prima rebellio & devaſtatio, 106 C.
2da rebellio, 108 C.
3tia rebellio, 110 C.
4ta rebellio, quam ſequitur depopulatio usque ad Albim, 112 A.
ultimâ tandem clade afficiuntur, 114 B C. 116 B C.
eorundem converſio ad fidem, 118 A &c.
iterata rebellio, 136 B.
ad decem millia in Galliam translocati, 144 A.
eorum cum Henrico IV. Imp. controverſiæ, 263 B &c. 269 A.
abducuntur in Tranſilvaniam, 185 A.
eorum leges partim damnantur, 450 C &c.
Saxonia, quæ & quotuplex, 6 A.
occupatur â Suevis, 78 B.
primus in ea Epiſcopus S. Hildericus, 111 C.
fit Chriſtiana, 118 A.
in ea Epiſcopatuum origines, 119 A & ſeq.
Saxoniæ Duces: Widekindus, 127 A. Wipertus, 149 C. Bruno, 156 A. Ludolphus, 156 B. 167 B. 174 C. Otto, 174 C. 176 B. 186 B. 187 A. Henricus auceps, 188 A. 189 A &c. *Vid. genealogiam pag.* 227 & 236 A &c. Deinde Hermannus, 217 A. 287. Benno, 217 A. 232 A B. Bernardus, ibid. Adolphus, 232 A. Otto, 232 B. *Vid. genealogiam pag.* 217 & 232 A B. Deinde Lotharius, 232 B. 286 C. 287. 288. 290 A. 291 C. Henricus Bavarus, 288. Henricus leo, ibid. & 313 A. 314 A &c. 318 A. 321 B. 338 A B. Henricus, 338 B. 360 C. Otto Imper. 338 C &c. 360 C. Otto, 361 A. 362 B. 365 C. *Vid. genealogiam pag.* 288. Deinde Albertus Lowenburgenſ 362 B. 366. Rudolphus, 480 B. 481 C. 504 B. Albertus, ibid. *Vid. genealogiam pag.* 366 & 367. Deinde Fridericus, 504 B &c. 506. Albertus, 646 B. Georgius, 647 A B. *Vid. genealogiam pag.* 506.
Saxoniæ Dux cur in inſigni habeat 2 leopardos, 326 A.
Saxonica lingua cur vigeat in Tranſilvania, 185 A.
Scabinorum ſecretum judicium in Weſtphalia, 117 A &c.
de Schencking Themo, 540 B. 738 C.
Schiſma in eccleſia inter Novatum & Cornelium, 54 A.
inter Liberium & Felicem, 54 C.
Damaſum & Urſicinum, 54 A.
Bonifacium & Eulalium, 54 B.
Symachum & Laurentium, 54 C.
tempore Sergii, 55 B.
Siſinum & Dioſcorum, 55 C.
Eugenium & Zinlinnium, 56 C.
Sergium, Formoſum, Chriſtophorum & Leonem, 56 B.
Joannem XII. & Leonem VIII. 57 C.
Benedictum & Leonem, ibid.
Gregorium V. & Joannem XVII. 57 B.
Benedictum VIII. & alium intruſum, 57 C.
Benedictum IX. & alios, 58 A.
Alexandrum II. & Codullum Epiſc. ibid.
Gregorium VII. & Archiep. Ravenn. 58 C.
Paſchalem & tres Prælatos, 58 A.
Gelaſium II. Benedictum & Calixtum II. 58 B.
Innocentium II. & Petrum Leonis, 58 C.
Alexandrum III. & quatuor alios, 59 A.

Schiſma inter Urbanum VI. Clementem &c. 60 B.
Gregorium & Clementem, 262 C.
Eugenium IV. & Felicem IV. 60 C. 517 C &c. 519 B.
Benedictum IX, Sylveſtrum III. & Gregorium VI. 237 A.
Nicolaum V. & Joannem, 402 C.
Joannem XXII. & Nicolaum III. 406 A.
Urbanum VI. & Clementem VII. 460 C &c.
Joannem XXIII. Gregorium & Benedictum, 497 A &c.
Schiſma in Imperio, 338 C. 341 C. 368 B C. 519 B.
Schiſma in eccleſia Colon. 569 B &c. 571 A &c.
Schöppingen oppidum fruſtra obſidetur, 548 A.
Schüttorp oppid. 646 A.
Scotus Marianus ſcript. Bened. 812 B.
Scotus Martinus ſcript. Bened. 829 A.
Scriptores Benedictini; Jordanus, 778 A. Fauſtus, 778 B. Dionyſius exiguus, 778 C. Caſſiodorus, 779 B. S. Gregorius M. 779 C. Leander Epiſcopus, 780 C. Marcus, 781 B. S. Gregorius Epiſc. Turon. 781 C. Martinus Epiſc. 782 A. Columbanus, 782 B. Eutropius, 782 C. Joannes, ibid. Jonas, 783 B. Cæſarius Epiſc. 783 C. Theodorus, ibid. Adamanus, 784 B. Benedictus, 784 C. Adelinus, ibid. Ceolfridus, 785 A. Ægidius, 785 B. Venerabilis Beda, 785 C. Bonifacius, 787 C. Valafridus, 788 A. Willibaldus, 788 B. Alcuinus vel Albinus, 788 C Iſuardus, 789 B. Paulus, 789 C. Haymo, 790 B. Claudius, 791 A. Freculphus, 791 B. Theodulphus, 791 C. Cynardus, ibid. Joannes Scotus, 792 A. Hilduinus, 792 B. Hincmarus, 792 C. Hamularius Fortunatus, 793 A. Angelonius, 793 B. Rabanus, 793 C. Strabus, 795 A. Joannes Erigena, 795 B. Anſegiſus, 795 C. Bertramus, 796 A. Rotgerus, 796 B. Chriſtianus vel Druthmarus, 796 C. Wandelbertus, 797 A. Almannus, ibid. Milbo, 797 B. Hugbaldus, 797 C. Remigius 798 A. Conſtantinus, 798 B. Otfridus, 798 C. Ambroſius Ansbertus, 799 B. Paſcaſius Ratbertus, 799 C. Ericus, 800 A. Adrenaldus vel Albertus, 800 B. Odo, 800 C. Ratholdus, 801 A. Regino, 801 C. Hildovinus, 802 A. Ratherius, ibid. Radulphus, 702 C. Schmaragdus, 803 A. Windichinus, 803 B. Albo, 803 C. Ammonius, 804 A. Herigerus, ibid. Flanaldus, 804 B. Albertus, 804 C Burkardus, 805 A. Berno, 805 B Adelboldus, 805 C. Oſbertus, 806 A. Odilo, 806 B. Rupertus, ibid. Guido, 806 C. Hermannus contractus, 807 A. Guinundus, 807 B. Alphanus, 807 C. Hugo, 808 A. Helpericus, ibid. Berthorius, 808 B. Rogerius, 808 C. Algerus, ibid. Albertus, 809 A. Humbertus, 809 B. Anſelmus, 809 C. Lanfrancus, 810 A. Petrus Damiani, 810 C. Bruno, 811 C. Eckhardus, 812 A. Marianus Scotus, 812 B. Theodoricus, 813 A. Adam, ibid. Willeramus, 813 B. Bernardus Cluniac. 813 C. Bernardus Corbejenſis, 814 A. S. Anſelmus Epiſc. 814 B. Guilhelmus, 815 B. Giſelbertus, 816 A. Gunterus, 816 B. Theodoricus, ibid. Sigebertus Gemblac. 816 C. Pontius, 817 A. Stephanus vel Herradus, 817 C. S. Bernardus, ibid. Ropertus Tuitienſis, 818 C. Ropertus Limburg. 819 B. Rudolphus, 819 C. Franco, 820 A. Lucas, 820 B. Emondus, 820 C. Gratianus, 821 A. Hugo, 821 B. Eckardus, 821 C Engelbertus 822 A. Adelfus, 822 B. Guilhelmus, ibid. Conradus, 822 C. Arnoldus, 823 B. Richardus, 823 C. Gaufredus, 823 C. Joachim, 824 B. Rupertus, 825 A. Eckenbertus, 825 B. Helinandus, 825 C. Gilibertus, 826 A. Adilredus, ibid. Theodoricus, 826 B. Petrus Cluniac. 826 C. Cæſarius Heiſterbac. ibid. Guilhelmus, 827 A. Gerardus, 827 B. Symon, 827 C. Guilhelmus, 828 A. Henricus de Bruxellis, 828 B. Lupus de Caſtell. 828 C. Suericus, ibid. Martinus Scotus, 829 A. Bernardus, 829 B. Clemens PP. VI. 829 C. Philippus, 830 A. Petrus Boherius, 830 B. Petrus Berthorii, 830 C. Gallus, 831 A. Joannes, 831 B. Joannes, 831 C. Philippus, 832 A. Nicolaus, 832 B. S Laurentius Juſtinianus, ibid. Petrus de Roſenheim, 833 A. Antonius de Parma, 833 B. Ambroſius Etruſcus,

Digitized by Google

831 C. Henricus Gulpen, 834 C. Nicolaus, 835 A. Hermannus de Kamp, 835 B. Andreas de Trajecto, 835 C. Joannes Rhode, 836 A. Joannes, 836 C. Nicolaus Doms, 837 A. Conradus de Rodenberg, 837 B. Conradus Lentorius, 837 C. Hieronymus, 838 A. Wernerus, 838 C. Chriſtophorus, 839 A. Joannes Trithemius, 839 B. Bernardinus Gadolus, 840 B. Widekindus Corbej. 105 C.
Sebbi Hyberniæ Regis ſancta vita, 86 A.
in Sede Comitatus acquiritur eccleſiæ Monaſt. 369 B.
Seditio Colonienſium contra proprium Epiſcopum, 259 B. 363 C &c. 372 A &c.
Leodienſium, 567 A.
Monaſterienſium, 273 B. 302 C &c 303 B. 328 C. 385 C &c. 391 B. 408 A. 436 C. 449 A &c. 533 B &c. 728 & ſeq.
Paderbornenſium, 403 B.
Trajectenſium, 512 B C.
Bardevici civitatis in proprium Ducem, 333 C &c.
item Brunſwicenſium, 450 C.
Brügenſium, 585 B C. & Geldrienſium contra Maximilianum, 576 C. 591 C.
Romanorum in Pontificem, 140 A. 416 A.
Seductio parvulorum per fiſtulatorem, 555 C.
Petri monachi, 276 A.
Selgerſtadt civitas, 111 C.
Semiramis Aſſiriorum Regina, 8 B.
mentitur filium, ibid.
ejus geſta, 8 C.
occiditur à privigno, 10 C.
Sendenhorſt, ubi Frygraviatus redimuntur, 443 C. 507 B.
Sepultura Caroli M. 151 A B.
Henrico IV. excommunicato negatur, 286 B.
Sergius PP. 168 B.
Serpentium conflictus, 264 B.
S. Servatii reliquiarum translatio, 199 A C. 200 A &c.
Servitutis in Weſtphalia origines, 30 B C. 103 C
S. Severinus Archiep. Colon. 136 A.
ejus reliquiæ in capſa aurea, 283 C.
Siccitas magna, 252 B. 617 A.
Sidenburg caſtrum, 503 B.
Sifridus Danorum Rex, 176 A.
Sigburg caſtrum, 106 B C. 107 C. 108 C. 140 C.
fit monaſterium, 259 A.
Sigebertus Gemblacenſis ſcript. Bened. 816 C.
ſcribit contra Gregorium VII. in favorem Henrici IV. ibid.
Sigismundus Imper. Ejus encomium, 491 & 492.
coronatur Aquisgrani, 500 B.
item Romæ, 513 C.
à propria Regina capitur, 493 A.
fuit 7 linguarum gnarus, 500 C.
ejus eloquentia, ibid.
contra Bohemos expeditio, 501 B C.
Venetos facit tributarios, 513 C.
ejus obitus & ſepultura, 515 C.
Sigismundi Poloniæ Regis victoriæ contra Moſcovitas, 643 A &c.
Simonia Curiæ Romanæ, 472 C &c.
Simoniæ pœna, 304.
Sixtus PP. IV. 573 B.
Slavia deſcribitur, 143 C.
Slavi ſuperantur, 289 C. 321 B.
eorum Principis in Chriſtianos perſecutio, 247 B. 321 B.
fiunt tributarii Imperio, 195 C.
apud eos quondam idolum, 291 C. 308 B.
Sleſvicenſis Dux Gerardus, 483 C.
Slipſen caſtrum, 464 B.
Sobbe Wenemarus, 502 B.
de Solmis nobiles: Joannes, 459 B. Henricus, 471 B. 477 A. 485 A B.
Soltwedel civitas, ubi quondam idolum, 137 C.
Speculi Saxonum leges quædam damnantur, 450 C &c.
Spirenæus Bohemorum Dux, 194 C.
Staden civitas unde ſic dicta, 27 B.
ibi ruſticus falſus propheta, 349 B.
Steinfordia civitas, 531 C.
de Steinfort Comes fit gubernator diœceſis Monaſter. 471 B &c.

de Steinfort Comes Everwinus, 541 C.
Comitis cum Ottone Epiſcopo Monaſter. bellum, 471 B &c.
Steken Henricus, 486 B. Joannes, 522 C. 687 C
Stephanus ſcript. Bened. 817 C.
Strabus ſcrip. Bened. 795 A.
Strategema militis, 191 A.
Imperatricis erga Henricum IV. 276 B.
Stratoris officium Pontifici ſummo præſtant Imperatores, 65 C. 446 B. 671 B.
Stromberg Burggraviatus tranſit ad eccleſiam Monaſt. 450 B.
caſtrum ædificatum, 507 C.
oppignoratur, 535 B.
incineratur, 552 A.
Strombergenſis Burggravius contra Florentium Epiſc. Monaſt. & econtra, 459 B C. 767 B.
Strunckede obſidetur, 389 C.
Suericus ſcript. Bened. 828 C.
Suevorum Duces aliquot. Geroldus, 127 B. Erneſtus, 251 C. Hermannus, 252 A. Rudolphus, 264 A.
Suſatenſes contra Theodoricum proprium Archiep. 500 B. 514 C. 522 A &c. 523 B &c. 525 A &c. 679 & ſeq.
contra Tremoniam, 530 C.
eorum executio in vallem Affinckhauſen, 644 B.
Suſatum fit civitas & cedit eccleſiæ Colon. 83 A B. 681 A.
tranſit ad Ducem Clivenſem, 522 A &c. 582 C. 769 C.
à Bohemis oppugnatur, 528 A &c.
ibidem Wichboldus Colon. Archiep. ſepultus, 384 A.
eidem ſtruuntur inſidiæ à Colonienſibus, 617 B.
Swanenburg caſtrum deſtruitur, 391 C.
S. Swederi Epiſcopi Monaſt. miracula, 230 A.
de Swerin Guntherus, 330 B.
Swerte oppidum fruſtra obſidetur, 508 A.
S. Swibertus, 89 B. 124 A.
erigit primum ſacellum Monaſterii, 124 A.
Sydenburg caſtrum, 503 B.
Symon ſcript. Bened. 827 C.
Synodus. Vid. Concilium.

T.

Taboritæ, 438 A C.
Tanquerdus Henrici Imp. filius naturalis, 189 B
in bello contra Ottonem Imp. occiditur, 198 C.
pariter alius ejusdem nominis contra Henricum Bavariæ Ducem, 209 C.
Tecklenburg obſidetur, 481 A.
de Tecklenburg Comites aliqui: Otto, 320 B &c. Hermannus, 329 B. Simon, 330 B. 331 A. 341 B. 758 C. Otto, 456 B. 460 A. 464 A. Nicolaus, 563 C. 597 C. Nicolaus filius patrem capit, 597 C &c. Otto, 618 B. Nicolaus, 660 A.
Telget civitas, 507 C. 538 C.
Templariorum Ordo ſupprimitur, 400 A.
eorum bona aliis applicata, 392 B. 404 C
Temporum ſupputatio ab Adam usque ad Chriſtum, 14 B &c.
Terram ſanctam recuperandi gratiâ expeditiones cruciatæ, 264 A B. 273 A B. 312 B. 334 B C. 337 C. 349 A. 605 C.
Teutonicorum Equitum Ordo Boruſſiam & Livoniam expugnat, 347 B &c.
ejus conſtitutio, 348 C.
infelix bellum cum Polonis, 392 C &c.
Themo miles fortiſſimus, 474 C &c. 476 A &c.
Theodoricus I. Rex Francorum 12mus, 79 C.
II. Rex Francorum 14tus, ibid.
IV. Rex Francorum, 87 C.
Theodoricus de Mörſa Archiep. Colon. multa acquiſivit eccleſiæ ſuæ, 499 C.
ſed & multa debita, 560 C.
cum exercitu Weſtphaliam intrat, 514 B &c.
agit contra cives Monaſt. 543 A.
item Suſatenſes. Vid. Suſatenſes.
ejus obitus & ſepultura, 560 C.
Theodoricus I. & II. Hollandiæ, Selandiæ & Friſiæ Comites, 171 A
Theodoricus Epiſc. Monaſt. 273 A.
ejus tentamina contra Godefridum Cappenberg. 296 C.
contra eum rebellio Monaſterienſium, 300 C
ejus obitus, 303 A.

Theo-

Theodoricus ſcript. Bened. 813 A.
Theodoricus Teutonicus ſcript. Bened. 816 B.
item Theodoricus Teutonicus ſcript. Bened. 826 B.
Theodorus ſcript. Bened. 783 C.
Theodulphus ſcript. Bened. 791 C.
Thoduvinus Cardinalis, 313 A.
Thuringi unde ſic dicti, 29 A.
primum Regem conſtituunt, 264 C.
Imperio tributarii fiunt, 257 B.
Thuringiæ Marchiones, Otto, Wilhelmus, 257 B.
Landtgravius Herbordus, 421 B.
Duces: Bertolphus, 342 A. Conradus, 347 A.
Tiberius Romanorum Imp. 45 B.
Titus in ſubverſione Jeroſolymæ qualem Judæis ſtragem attulerit, 47 A B.
Trajectenſes Epiſcopi nonnulli: Willibrordus, 97 A. 98 B. 91 B. Adalbertus, 235 B. Joannes, 440 B. Florentius, 462 B. Rudolphus, 532 C. 538 A. 547 A.
Trajectenſis Epiſcopatus initium, 97 A.
ejus ſtatus, 512 A.
ad eum transfertur juriſdictio ſpiritualis Ducatus Clivenſis, 525 A.
Trajectenſium rebellio, 512 B C.
Transaquenſe monaſterium extruitur & conſecratur, 124 B. 252 C. 253 A.
Moniales ibidem reformantur, 311 A.
in Tranſilvaniam translocantur Saxones, 125 A
Tranſilvani deſcribuntur, ibid.
Trebeta civitatis Trevirenſis conditor, 9 B.
Tremonia civitas Imper. 455 C.
expugnatur ab Ottone Imp. 210 A.
ordinaria ſedes Friderici Imp. 133 B.
ultra biennium obſidetur à 3 Epiſcopis, 466 B.
Trevirenſes Archiep. quidam: Maximus, 135 C. Theogandus, 168 C. 169 A. Bertulphus, 169 B. Popo, 231 B. Theodoricus, 338 C. Albertus, 365 A. Balduinus, 403 A. 405 A. Cono, 443 A.
Trevirenſi eccleſiæ SS. reliquiæ adferuntur & viſitantur, 81 A. 637 A &c.
ordinantur ibidem ſingulo ſeptennio peregrinatio & confraternitas S. Tunicæ, 639 A &c. 641 B.
conceduntur indulgentiæ cum multis privilegiis, 639 C &c.
Trevirorum urbis origines, 9 B. 10 B.
ejus antiquitates, 10 A.
parvuli ibidem ſeducuntur per fiſtulatorem, 555 C.
Tributarii Imperio fiunt Thuringi, 257 B.
item Slavi, 195 C.
Tripudiantium pœna in Colbeke, 239 C &c.
Trithemius Joannes ſcript. Bened. 839 B.
Tuitienſe monaſterium inchoatur, 205 B. 221 A.
deſtruitur cum oppido, 458 B. 524 C.
Tuiſcon Germanorum pater, 11 C.
Tunica Chriſti transfertur Jeroſolymam ac demum Treviros, 81 B.
ejus repoſitio in altari, 81 C.
ſolemnis viſitatio per Maximilianum Imp. ac Imperii Principes, 637 A & ſeq.
confraternitas, 641 B.
Turcæ unde orti, 25 B.
Twenta à Carolo Geldriæ Duce devaſtatur, 626 C.
item à militibus dictis **Frenbeuters**, 628 B. 658 B.
Typographia quando & à quibus inventa, 559 C.

V. U.

Valafridus ſcript. Bened. 788 C.
Valckenberg, 486 A. 526 C. 540 A.
Varlar monaſterium fundatur, 291 C &c. 294 B.
occupatur à Comite Hojenſi, 535 B.
ibidem clades civium Monaſterienſium, 543 B.
S. Udalricus, 191 C.
Udo, de eo hiſtoria vel fabula, 277 B &c.
Vechte acquiritur eccleſiæ Monaſt. 369 B.
item ibidem officium. 507 B.
Vehlen caſtrum deſtruitur, 456 B.
Venefici comburuntur in Lemgo, 619 C &c.
Veneno interficitur Henricus VI. Imp. 400 C.
Henricus VII. Imp. 338 B C. 401 B.

Veneno interficitur Fridericus Conradi II. Imp. filius, 313 C.
Venerabilis Beda ſcript. Bened. 785 C.
Veneris idolum, 112 C.
Venetorum ſtrages, 582 A B.
Verdenſis Epiſcopatûs initium, 123 A.
Verdenſis Epiſc. S. Swibertus, ibid.
Verſmolle oppid. 443 C.
Veſtes apparent crucibus &c. ſignatæ, 605 A.
Uffelen caſtrum deſtruitur, 524 B.
Vicarius in Pontificalibus generalis Paderbornæ primo inſtituitur, 411 B.
Victor Papa Goslariam venit, 258 B.
Virgines 11000 *Vid.* S. Urſula.
Viſio mirabilis in aëre, 290 B. 658 C &c.
Viſionis Hervordienſis origo, 195 C.
Vitæ populi, qui ſint, 70 C.
Vicellinus Slavorum & Danorum Apoſtolus, 308 B.
S. Viti translatio in Lipſpringe, 478 C.
reſtitutio ad Corbejam, 156 C. 479 A.
Ungari. *Vid.* Hungari.
Univerſitas Athenis Romam translata transfertur Pariſios, 130 C.
item Pragenſis Lipſiam, 490 C.
Coloniæ incipit, 467 A.
item Roſtochii, 501 B.
Vœrden caſtrum, 460 B. 507 A.
Volare quidam tentat, 267 B.
Voldemarus Daciæ Rex contra Henricum Holſatiæ Comitem, 350 A.
item contra Lubecam, 361 A.
Volmerſtein caſtrum deſtruitur, 406 B.
de Vorſt Swederus alienat caſtrum Ahaus eccleſiæ Monaſt. 477 A B.
Urbanus PP. II 273 A. IV. 370 C. 374 C. V. 439 B C. 440 C. 443 B. 446 B. 467 A.
Vreden civitas expugnatur, 535.
obſidetur, 547 B. 548 A.
cives ibidem parum fideles proprio Epiſcopo, 476 C.
victores contra obſidentes, 547 B.
Borchorſt devaſtant, ibid.
S. Urſulæ & ſociarum martyrium. Deſuper diverſæ opiniones, 74 A &c.

W.

Wachtendunck caſtrum expugnatur, 568 A.
Wadenhart. *Vid.* Marienfeldt.
de Waldeck Comites: Henricus, 480 C. 482 B. Philippus, 647 B.
Walrami Colon. Archiep. geſta & fata, 425 C &c.
Wandelbertus ſcript. Bened. 797 A.
Warburgenſis Comitatus incorporatur eccleſiæ Paderborn. 241 A &c.
Wedderen caſtrum, nunc monaſter. Carthuſian. 536 A.
Wedele caſtrum, 460 B.
Wederſtaden monaſter. PP. Prædicatorum, 291 B.
S. Wenceslaus Bohemiæ Rex, 194 C.
Wenceslaus Roman. Rex, 457 A &c.
ob malum regimen exauctoratur, 457 C. 479 B C.
Pragæ incarceratur, 469 B.
ejus vita peſſima, 457 C. 479 A &c.
Werden monaſterii origines, 123 C. 132 B &c.
Werlenſis Weſtphaliæ civitas devaſtatur à Comite de Marchia, 466 A.
in ea Conventus Principum pro electione Imperatoris, 249.
eſt rebellis proprio Archiepiſcopo, 677 B.
quare caſtrum ibi fortiſſimum erigitur, ibid.
Werne civitas Monaſt. 385 C.
incineratur, 481 A.
reſtauratur & in ea officium recuperatur, 507 B.
Wernerus Epiſc. Monaſt. dat Fratribus in Cappenberg eccleſias parochiales in Werne & Ahlen, 314 C.
Wernerus ſcript. Bened. 838 C.
Weſalia urbs, 111 B. 115 B.
Weſtermölle, 460 B.
Weſtphali. *Vid.* Saxones.
eorum laus à caſtimonia, 11 A &c.
Weſtphaliæ deſcriptio, 6 A &c.
fit Chriſtiana, 49 C. 118 A &c.
in ea Epiſcopatus, Ducatus & Comitatus, 6 C.
ejusdem primus Apoſtolus, 7 B.
item primus Epiſcopus, 111 C.
Epiſcopatuum in ea origines, 119 A & ſeq.

Weſtphalia uno anno ſuis viduatur Epiſcopis, 620 B C.
Ducatus incorporatur eccleſiæ Colon. 327 A.
Duces cur in inſigni equum album geſtent, 71 A.
de Wevelinckhoven Florentius Epiſc. Monaſt. 440 C &c.
Wicleff hæreſiarcha, 498 A.
Widenbruck oppidum, 545 A.
Widekindus an fuerit Rex vel Satrapa, 110 B.
ejus caſtrum, ibid. & 113 C. 116 C. 128 A.
bella cum Carolo M. 112 A. 116 B.
omnia ad Rhenum devaſtat, 111 A. 113 B C.
à Carolo M. tandem debellatur, 116 B C.
convertitur, 125 C &c.
ejus obitus & ſepultura, 127 B C.
caſtrum dirutum, ubi in eccleſia vicina baptiſmum ſuſcepit, 128 A.
poſteri, 128 B. 190 A. 227.
Widekindus Corbejenſis monachus & ſcriptor, 105 C.
de Wieck Conradus, 540 B.
S. Wigbertus martyr, 92 A.
Wiggenowe caſtrum, 436 B.
in Wildeshauſen fundatur monaſterium, 149 C.
Wilhelmus apoſtata, 165 B.
Wilhelmus Hollandiæ, Selandiæ ac Friſiæ Rector præliatur contra matrem, 421 C &c.
Wilhelmus Hollandiæ Comes eligitur Roman. Rex, 368 C.
Willeramus ſcript. Bened. 813 B.
Willibaldus ſcript. Bened. 788 B.
S. Willibrordus Friſiæ Apoſtolus & primus Trajectenſ. Epiſc. 89 B. 91 B. 97 A. 129 C.
Windichinus ſcript. Bened. 803 B.
Wintzenburgenſis Comes Hermannus, 310 B.
Comitatus incorporatur eccleſiæ Hildeſienſi, 310 B &c.
Wipertus Weſtphaliæ Dux fundat monaſterium in Wildeshauſen, 149 C.
Witlagen caſtrum, 507 A.
Wittikindus. *Vid.* Widekindus.
S. Wolffgangi canonizatio, 258 B.
Wollbeke caſtrum reædificatur, 456 B.
Wormatienſes contra Clerum, & econtra, 484 B.
Würtzburg civitas unde ſic dicta, 134 B C.

X.

Xanten &c. oppignorantur ab Archiep. Colon. Duci Clivenſi, 508 B.

Y.

Yburg. *Vid.* Iburg.

Z.

Ziska Huſſitarum Dux, 438 B.
Ziſinius legitimus Turcarum imperii ſucceſſor moritur in Gallia, 579 A &c.

F I N I S.

Digitized by Google

CORRIGENDA,

Pag. 49 C, *Col.* 1. *lin.* 3. *poſt:* contra Neſtorium hæreticum *adde:* qui dixit Chriſtum purum hominem non Deum, circa hæc tempora facta eſt.

Martianus & Valentinianus - 7

Synodus Calcedonenſis univerſalis 630 Patrum contra Euticem hæreticum, pontificante &c.

Pag.	*lin.*		*loco*	*lege*
45 C	9		Chetruſcus	Chetruſcos
77 A	9		*vide tomo ſequenti*	*vide infrà pag.* 774.
83 C	7		poſſidendum	peſſundatâ
111 C	9		eſt	&
116 A	9		748	784
156 C	*ult.*		intumit	intumuit
181 C	5		quam	quem
215 A	3		majoris	majoribus
235 B	1		*ſceptro*	*ſcripto*
236 C	7	*auth.*	Heinricus	Otto
242 B	8		ſancti	ſanctum
254 C	4	*auth.*	*lata*	*lauta*
302 B	2		revocatus	revocatis
380 A	9		Brabanitæ	Brabantiæ
485 A	8		occaſionem	occiſionem
597 A	2	*auth.*	Quisquis *deleatur.*	

Cætera leviora prudens Lector corriget.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google